989

Ingenuo, optimaeque spei Adolescenti

Conrado Leemans

Ob singularem in studiis diligentiam et industriam, cujus specimen tum publico tum privato examine dedit, virtutis et honoris ergo hoc praemium decreverunt Scholae Lugdunensis constituendae Quinque-Viri; quum transscriberetur ex ordine super. II. cl. ad ord. super. I. classis, ipsis kal. Martiis a. CIↃIↃCCCXXVI.

J. H. van der Palm

L. Suringar

J. L. Dozy

C. A. Sleurs

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ.

EURIPIDIS TRAGOEDIA HIPPOLYTUS.

QUAM, LATINO CARMINE CONVERSAM A GEORGIO RATALLERO, ADNOTATIONIBUS INSTRUXIT

LUDOV. CASP. VALCKENAER.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD S. ET J. LUCHTMANS,
ACADEMIAE TYPOGRAPHOS,
MDCCCXXII.

GENEROSISSIMO FRATRUM PARI,

V I R I S

IN REPUBLICA BELGARUM FOEDERATA

P R I M A R I I S,

G U L I E L M O,

E T

C A R O L O,

COMITIBUS DE BENTINCK.

Elaboratum in Musis amico Franequerano secessu libellum, Batavis nunc typis descriptum, ad Vos defero Vobisque dedico, VIRI GENEROSISSIMI, qui venientem ad Batavos familiaritate quadam dignati mox exquisita me benignitate certatim uterque cumulastis, ut amicum Hemsterhusii, cujus Vos hominis sapientissimi merita cognovistis inter paucos; ut amatorem antiquitatis atque earum in primis literarum, in quibus Vos, Musarum quoque cultores tutoresque Magnifici, quos in paterna domo juvenes ambo, duce Moyse Solano, fecistis profectus, ne nunc quidem poenitet. Reipublicae enim gerendae sensistis admoti, quid esset ingenuas artes ante fideliter perdidicisse, et, praeter cetera, Romanae Graecarumque Rerumpublicarum statum, mores, virtutes, vitia, conversiones, earumque causas ex suis fontibus derivatas diligenter expendisse. Quique Vobiscum rem-

rempublicam tractaverunt, suas in utroque dotes, capax ingenium, judicandi vigorem, animum celsum et philosophum semper admirati, vestro discere potuerunt illustri exemplo, vim animi insitam a natura quantum faustis sub penetralibus doctrina promoveat. Frisios ego Nobiles, qui me puero claruerunt utrique Vestrum amici, GOSLINGAS, VEGELINIOS, quique sunt hodiedum, non ob aliena fortunaeque bona, sed mirabar ob animorum magnitudinem, ob amorem in primis, quo fuere percussi, Thucydidis, Xenophontis, Polybii, Plutarchi, a quibus lectis ubi viri prodierant in lucem, primum experti quod ex umbra prodeuntibus evenire scribit Plato, mox Hagae Comitum Vobis admirationi fuerunt, in Procerum autem conciliis ac legationibus vera eloquentia eminentissimi. In Batavis viros quidem Primarios, meritis et virtute praestantes plurimos, insignes etiam doctrina, quae tales decet, nonnullos noveram; sed, fatebor enim, Frisiorum istorum hac in parte similes in Equestri Nobilitatis ordine hic non putabam me reperturum, qui Platonis scripta legissent, qui divina quadam attoniti delectatione Sophoclis Graecas Tragoedias admirarentur. Vos, VIROS ILLUSTRISSIMOS, cum tales laetus deprehenderim, quem primum publicarem libellum veterem Vobis, si liceret, dedicare constitui; non ut tralaticio more et genus et Proavos atque in Rempublicam merita, quae novimus omnes esse utriusque Vestrum permagna, ambitiose non audientibus denarrarem; non ut Magnificos mihi pararem defensores, quibus hoc genus literarum non indiget adeo, adversus invidiam, suo si quis modulo se modeste metitur, tutissimum; sed primum ut literarum nostrarum per Europam (Europam hi veteres libelli pervagantur,) cultoribus innotesceret, viros

ros ex prima nobilitate non in Anglia tantum homines literatos, sed et habere nos in Batavis etiam nunc studiorum nostrorum existimatores et judices benignissimos. Deinde hoc idcirco faciendum existimavi, ut utriusque Vestrum admirator, qui multo rarior ad Vos, humanissimos Viros, quam debebam, salutator venio, meae tamen erga Vos observantiae publicum quoddam monumentum exhiberem; quod, ne quis superbe dictum censeat, Vosmet ipsi fatebimini propter Poëtae Philosophi praestantiam haud paulo diutius duraturum quotidianis istis Voltairii, et Henriadis conditori Tragico longo intervallo proximorum, libellis; quorum, ubi cum sermone Francico atque hac rerum scena mores erunt mutati, post aliquot seculorum volumina perexigua supererit inter homines memoria. Sic enim se res habet; dum suus erit virtuti honos atque humanitati, semper etiam ubique terrarum vigebunt ista Graecae Romanaeque sapientiae non nisi cum humano genere moritura monumenta:

„ Vivet Maeonides, Tenedos dum stabit et Ide;
„ Nulla Sophocléo veniet jactura cothurno.

Nec Vos sane mirabimini, hac ipsa qua vivimus aetate cupidius quam ante Graecorum scripta requiri, Gallica saltem veste deformata; cum Graeca non nisi a perpaucis in ista Grajarum olim Musarum unica sede Parisina legantur, et Regia Bibliotheca, qua parte maxime censeri debet, Graecis illa Latinisque Codicibus immenso sumptu ab usque Francisco I. conductis dives, elegantissimis quae nunc vigent ingeniis Gallicis neglecta, solis ferme tantum alienigenis, Magno Rege digna liberalitate, quotidie pateat utiliterque inserviat. Atque is est Euripides, qui, cum aliquando apud quemdam

dam suae aetatis Poëtam quereretur, quod eo triduo non ultra tres versus maximo impenso labore deducere potuisset, atque is se centum perfacile scripsisse gloriaretur; „ sed hoc, inquit, „ interest, quod tui in triduum tantummodo, mei „ vero in omne tempus sufficient." Sumebant isthac aetate suis sibi meritis quaesitam superbiam: sed ne tum quidem fortasse nimis arroganter loquutus verus fuit vates Euripides, cujus triginta versuum millia, cunctante stylo elucubrata, superata seculorum barbarie, ad nos usque conservata supersunt, cum alterius istius Tragici ne unicus quidem versus perdurare potuerit. Tanquam Tragicus ille tamen ad castigatam Sophoclis majestatem non aequiparandus, ob facilem versuum dulcedinem, ob eximia morum praecepta, plerorumque studiis multo est accommodatior; quem Vos, ILLUSTRISSIMI VIRI, pulcre novistis, suae civitatis, omnium quotquot fuere nobilissimae, mores et vitia, jam tum vergentis in prolapsionem, sub personis Heroïcis censorem amabilem utiliter vituperasse, atque ea dedisse permulta, quae viris Principibus, quamcunque gererent rempublicam, etiam nunc formandis essent saluberrima. Cum Pericle videlicet alumnus ille Noster Anaxagorae, Socratis amicus, utrique paene par, totus fortasse severioribus Philosophiae studiis vacasset; sed, cum praeceptor Anaxagoras ab Attico quodam nebulone impietatis accusatus Periclis auctoritate vix evasisset periculum, hoc exemplo territus in blanda Musarum castra secessit, seque Tragoediis dedit Philosophus scribendis, quas tanti fecit Socrates, ut infrequens alias spectator, quando dramata repraesentarentur Euripidis, interesse theatro non dedignaretur. Vobis, qui capitalia miramini Atheniensium ingenia, quorum virtutes expressistis

imi-

imitando, tanti viri Tragoediam offero prae ceteris excellentem, et retractatam ab ipso Poëta, et mea quadam cura vulgatis editionibus meliorem. Graeci quidem dramatis quasdam imagines atque elegantias artifice manu dispensatas nitidissimus Ioannes Racinius in suam Phaedram transsumsit; masculam ille tamen juvenis Amazonii vim more suae gentis frigidis fictae cujusdam Ariciae amoribus prorsus debilitavit. Vos Tragoediam veterem et naturae suae obsecundantem Hippolytum excipietis, sat scio, benigno vultu, quaque me soletis humanitate; atque olim vobis lectam a negotiis vacui vestrique cupide relegetis, hoc vobis nomine jucundiorem, quod meis adnotationibus instructa Doctis hominibus prodit commendatior, et juvenibus Batavis inserviet erudiendis.

Valete, GENEROSISSIMI COMITES, et, quod facitis, literis, et hominibus literatis, mihi denique diutissime favete,

ILLUSTRISSIMORUM

NOMINUM VESTRORUM

Scribebam Lugduni Batav.
ipsis Kal. Majis.

CIƆIƆCCLXVIII.

Cultori perpetuo

L. C. VALCKENAER.

PRAEFATIO.

LECTORI
S. D.
L. C. VALCKENAER.

Phoenissarum exemplaribus plerisque distractis, quum alia requireretur Euripidis Tragoedia, quae lectionibus Academicis cum harum literarum studiosis posset adolescentibus pertractari, huic instituto nulla mihi videbatur accommodatior Hippolyto. Inter optimas Euripidis Tragoedias, quales sunt Orestes, Alcestis, Ion, Andromache, Iphigenia in Aulide, Troades, Bacchae, mihi quidem eminere videtur Hippolytus, vitiorum illa tamen non immunis, sed a Poëta retractatum emendatumque drama, veris imaginibus illustre, miserabili praesertim ista Phaedrae primum in scenam cum lectulo delatae, cujus in Tragoediis antiquis ne in Sophocleis quidem usquam similis invenietur, quaeque vel sola naturae pictoris ingenium demonstrat; illud praeterea, quam vere judicaverit Longinus (1), in duabus in primis mentis concitatae perturbationibus, furore atque amore, versibus Tragicis apte exprimendis hunc Poëtam fuisse felicissimum.

Quandoquidem autem literarum amatores libros veteres legere studemus quam emendatissimos, hoc quoque nomine ceteris Euripidis Tragoediis haec erat anteferenda: Hippolyti enim dramate nullum exstat accuratius cum Codicibus antiquis collatum; quos Codices, tametsi saepe nos destituant in locis jam dudum ante,

(1) Περὶ Ὕψους XV, 6.

ante, quam scriberentur illi, depravatis, ea tamen etiam fatendum est subministrare, quibus nemo esset excogitandis. Erant penes me lectiones ex duobus libris scriptis pervetustis enotatae. Ante hos undecim annos Hippolytus Oxoniae prodiit ex Parisinis Codd. emendatus a Samuele Musgravio, quam Editionem praeter Editoris Praestantissimi varias lectiones et notas commendant observata quaedam Ieremiae Marklandi. Editio nitidissima iis est ornamentis insignis, ut doctis sit Lectoribus dignissima, nihil magis desiderantibus, quam spectatas optimorum Codicum lectiones; ea autem est Editoris politissimi humanitas, ut meas ille tamen in Hippolytum adnotationes plerasque judicaturus sit juvenibus saltem erudiendis idoneas. Atque utinam ea mihi vis esset dicendi, qua Musgravio persuaderem, si tantum non habet otii Medicus, quo ceteras etiam Euripidis Tragoedias Editioni paret, vel eadem ratione vel etiam explicatius tractatas, Codicum saltem lectiones, quas Parisiis collegit, ut cum publico communicet! Interim edito libello diligenter usus, quas obtulit ex Codicibus in Hippolyto lectiones, pro instituti ratione saepius tantum indicatas, plerasque sumsi examinandas.

Novas non paucas duo mihi Codices subministrarunt Florentinus et Parisinus: ex Florentino lectiones a vulgatis diversas olim excerpserat Is. Vossius: a se descriptas ex libro Vossiano mecum ante hos annos quindecim communicavit vir Clarissimus atque ab eo usque tempore, quo collegae fuimus Franequerae, amicissimus Petrus Burmannus Secundus; accuratissimam autem hac in parte juvenis fuisse Burmanni diligentiam ex Bibliotheca publica libellum Vossianum mihi comparanti constitit. Parisinum ex Regia Bibliotheca Codicem, qui praeter Aristophanis Comoedias, et Tragoedias Sophoclis, Hippolytum complectitur Euripidis, accepit utendum Tiberius Hemsterhusius, dignumque judicavit, cujus variantes etiam in Hippolyto lectiones enotaret: has mihi venerandus senex petenti facilis concessit. Easdem quidem lectiones non paucas ex optimo, quem vocat, et vetustissimo Codice dedit Musgravius; nonnullas tamen etiam diversas et minime contemnendas in Codice Parisino detexit Hemsterhusius.

Praeterea varias in hoc Dramate lectiones antiqui Scriptores mihi nonnunquam praebuere, versus laudantes ex Hippolyto, quorum, ut in Phoenissis feceram, paulo diligentius, quam vulgo

go fieri solet, hic quoque loca reperientur adnotata; aetatis optimae Latinorum quoque Poëtarum ex Euripideis expressa quaedam, et Senecae qui dicitur ex Hippolyti dramate non optimo permulta. Sed nemo plures ex Euripidis Hippolyto versus adhibuit conditore dramatis Christi Patientis, qui vulgo haberi solet Gregorius Nazianzenus.

Illud ego drama quando saepius magna cum libertate vituperavi tanquam indignum erudito Theologo, de illo quid sentiam hic in antecessum declarandum videtur. Insunt huic centoni versus aliorum nonnulli, ex Lycophronis etiam Alexandra; sed maximam partem conflatum est ex aliquot centenis Euripidis versibus, quos de sex tragoediis desumsit, Hippolyto, Medea, Bacchabus, Rheso, (Rhesum legit Auctor inter Euripideas perpaucis eorum, quorum ad nos scripta pervenere, lectam:) Troasin, atque Oreste. Quisquis illud drama Christianorum ex aliorum pannis consarcinaverit, materiam uberrimam, ab Illustri Hugone Grotio pro dignitate tractatam, contaminavit. Daniel Heinsius alicubi (2), „Dicas, ait, virum sine exemplo magnum (Gregorium Nazianzi Episcopum) in sermone proso „Tragicum, in tragoedia esse Comicum." Ne de metro dicam centenis vicibus violato, tot insunt absurda huic centoni, ut Nazianzenus Gregorius mihi quidem indignissimus videatur contumelia, qua monstrosi foetus pater huc usque fuit a doctis hominibus habitus. Legat mihi quis carmina praesertim Magni Theologi; nullum inter illa reperietur, quod ex aliorum versibus conflaverit, in uno tantum eorum aliquoties (3)

Ἴαμβον εἰπὼν καίριον ἐξ Εὐριπίδου.

Multa quidem insunt orationibus Gregorii, illis etiam, quibus in Iulianum debacchatur, ob quae, praeter ceteros, eximie videri possit Theologi nomen commeritus; sed nihil his ceterisve inesse opinor, quod ad illam cogitandi scribendique possit infantiam aequiparari, quae nulli minus aetati congruit, quam Imperatoris Iuliani. Sed quisquis fuerit inepti dramatis pater, Codicibus qui supersunt Euripidis antiquior egregias mihi saepe lectiones in aliis praebuit Tragoediis, nonnullas etiam in Hippolyto non aspernandas.

Ex

(2) De Tragoediae Constitut. p. 234.
(3) Operum T. II. p. 209.

Ex diversis autem Codicum lectionibus, quae mihi veteres viderentur et legitimae, has in contextum recepi, saepe Musgravii hac in re sequutus judicium, saepius meum; vulgata prius lectione semper, ni fallor, in ora libri commemorata (4).

In Adnotationibus subjectis Codicum lectiones, Editionis etiam primae Florentinae, (vitiosis plerisque in alium locum rejectis) sive bonas, seu non omnino contemnendas, omnes exhibui; quae placerent velut Euripideae, aut meas aut aliorum conjecturas adfirmavi; nonnunquam paulo plenius explicanda sumsi, quae viderentur interpretis indigere, aut ad aliorum quoque dramatum loca rectius intelligenda non inutilia futura.

Scriptae sunt Adnotationes ante pleraeque, quam Graecis adjungere Latina constituissem. Eadem hic tandem valere visa fuit ratio, propter quam Phoenissis adjeceram Latina Grotii. Sententias Euripideas Latine tantum legere cupientibus prae vulgatis arbitrabar Latina Rataileri placitura, quae mihi quoque lectu videbantur dignissima. Nihil itaque moratus Casparis Barthii (5) censuram, suos ipsius praeferentis Ratalleri versibus, motus et meo quodam, et Iani Broukhusii, sed praesertim judicio Clarissimorum hujus aetatis Poëtarum, Adriani Royeni, et Petri Burmanni Secundi, quos hac in re mihi legeram arbitros, Georgii Ratalleri Hippolytum repraesentavi, qualem praebuit Antverpiensis Editio Plantini (anni CIↃIↃLXXXI,) tres exhibens „ Euripidis Tragoedias, Phoenissas, Hippoly- „ tum, atque Andromachen, de Graecis olim Latino carmine „ conversas, et tunc primum editas, auctore Georgio Ratal- „ lero Ultrajectinae provinciae Senatus Praeside".

Paulo post quam libellus iste prodiisset, sexagenarius Senator in ipsa curia Trajectina finem vitae fuit sortitus, qualem sibi suisque optasse fertur Augustus. Natus ex nobili familia Frisiaca Leo-

(4) Quibus *Vulg.* adscriptum legitur in margine libri, his ego lectionibus novas substitui: quibus *Ol.* vel *Olim*, jam rejecerat, melioribus receptis, Musgravius; conjecturis, illic quoque memoratis, *Conj.* praefixum: quibuscum lectionibus, de quibus dubites, *Al.* (aliorum Codd. lectio) praefixum. *V. L.* sive *Var. Lect.* variam lectionem ipsius Euripidis demonstrat, quae prioris fuerit vel alterius Editionis Hippolyti. Versibus autem hic numerus fuit adjectus, quibus in Ed. Barnesii [illegible]; atque hoc in commodum lectoris ab aliis etiam ut fiat Poëtarum veterum Editoribus pervelim.

(5) Ad Statii Theb. II, v. 113.

Leovardiae Georgius Ratallerus, ingenium felix cum alibi quoque terrarum usu hominum literatorum excoluisset, ante Sophoclis Tragoedias Latino carmine convertit, quam annum aetatis explevisset vicesimum. Istius aevi viris quoque Principibus acceptissimus idcirco, magna cum laude publicis muneribus fuit functus. In Senatu Regio Belgarum Mechliniae Consiliarius, et libellorum supplicum Magister, cum ex Dania legatus rediisset, factus supremae apud Trajectinos curiae Praeses, hoc nomine honoratissimum locum invenit in Amplissimi Caspari Burmanni Trajecto Erudito. Trajectini Senatoris munus vir egregius cum magna laude integritatis administravit, sic literarum studiis ad vitae finem deditus, ut, quidquid a negotiis ipsi turbulentis istis temporibus otii suppeteret, id historiarum se scribat (6) lectione libenter consumere, quarum quum animus esset meditatione lassatus, literis amoenioribus recreari atque in Musarum se gremio conquiescere. Hujus Georgii Ratalleri ea fuit verecunda modestia, morum facilitas amabilis, eruditio non vulgaris, ut minime mirari laudes debeamus, in ordinis Senatorii virum, Latinis Graecisque literis expolitum, congestas ab istius aetatis viris Clarissimis, Iano Dousa, Adriano Mylio, Florente Christiano, Gulielmo Cantero, Gerardo Falkenburgio, similibusque. Eo haec a me dicuntur, ut ne quis severam in versus Ratalleri, ingenii exercendi causa scriptos, censuram exerceat, aut Graecis Latina nonnunquam minus convenire criminetur. Quamvis enim in centenis, etiam obscurioribus isthac saltem aetate, numeris ille Latinis feliciter expresserit Graeci Tragici sententiam, vitiis tamen exemplaris Aldini, postea demum correctis, fieri vix aliter poterat quin saepe deceptus laberetur. Ista nunc ambitiose persequi mihi quidem obscura diligentia videbatur. Si quis autem aliquando in his se corrigendis exercere voluerit, is velim gratus meminerit meritorum Clarissimi Senatoris, et quam longe remoti sint hujus aetatis mores ab istorum temporum ratione; quibus Senatus Trajectini Praeses Graecas Euripidis Tragoedias carmine Latino posteris interpretabatur, et Praeses Parisini Senatus Nicolaus Sudorius sublimem Pindari magnificentiam numeris expressit Horatianis; quem opus nemini tentatum felicissime perfecisse vere judi-

(6) In Epistola Tragoediis Euripidis praefixa.

dicabat Scaevola Sammarthanus. Dum suus literis constabit honos, posteritatis laude crescentes et N. Sudorius et G. Ratallerus propter ista quoque merita vivent, atque a literatis hominibus celebrabuntur; dum homines obscuri, quos habuere collegas et irrisores malignos, suis tenebris jacent involuti. Sed nominibus mutatis quae semper eadem in hoc rerum humanarum theatro luditur fabula ne me nimium abducat ab instituto, quae dicere coeperam potius persequar.

In Diatribe, quae cum Hippolyto simul prodiit, potissimum Euripidis ex perditis Tragoediis reliquiae nova quadam ratione pertractantur, Euripidis saltem Editori profuturae. Doctissimis etiam viris incognita Poëmatum perditorum fragmenta quaedam ex libris MSS. protuli; et, praeter cetera, hic non indicanda, Philosophiam Euripidis attigi, atque hac in parte detexi quaedam nondum, opinor, in sua luce collocata. Hinc etiam intelligere poterunt harum literarum studiosi, unius Euripidis amissorum dramatum si tam multa reperiuntur saepenumero vitiata fragmenta, quantum in hoc quoque genere literarum adhuc supersit peragendum; quod cum ex P. Leopardo, Scaligero, Casaubono, aliisque jam disci potuerat, ab eo ferme tempore plenius fuit animadversum, quo ingenii quisque sui lumen admirabile in Auctores Graecos intulerunt Richardus Bentlejus, Tiberius Hemsterhusius, Ieremias Marklandus, Ioannes Taylorus, similesque.

Ad hanc scribendam Diatriben, ad Euripidis etiam Hippolytum consideratius expendendum pertractandumque, suas in Euripidis Supplices Notas evulgari passus, exemplo suo me potissimum excitavit Ieremias Marklandus, specimen illud, inter Anglos, humanitatis, modestiae, atque eruditionis illustre, quod utinam imitarentur omnes qui hanc artem tractant Musicam! Accuratissimae diligentiae viri notis instructa utraque Euripidis Iphigenia nobiscum ut quamprimum communicetur publicata, omnes mecum desiderabunt Euripidis amatores, qui hoc temporis articulo sunt et alibi terrarum et in Anglia plures eruditissimi, in Batavis atque inter Frisios etiam meos nonnulli: evenitque adeo haec Euripidi felicitas, ut ipsius Tragoediae his aliquot annis proximis majorem lucem acceperint, quam duobus integris seculis post literas renatas. Victorii, Mureti, ceterorumque diligentia ferme tantum substitit in similibus quibusdam locis comparandis: unus isthac aetate

Bar-

Bartholomaeus Barbadorus, vir Graece doctissimus, Euripidem cum manu scriptis Codicibus collatum, quod scribit Petrus Victorius (7), „infinitis locis emendaverat." Sed hujus etiam labore nunquam publicato caremus; nuperque adeo sive ex Codicibus vetustis seu conjecturis ingeniosis centenos nobis hujus Tragici versus integrarunt, praeter ceteros, Marklandus, Musgravius, hujus Amicus elegantissimus, Ioannes noster Piersonus, et Benjaminus Heathius. His ego viris egregiis ceterisque harum rerum studiosis, qui nullius judicandi libertatem hoc in genere literarum vitupero, nec meam confido displicituram.

Quando vero B. Heathii viri Clarissimi mentionem feci, lubet hoc loco quaedam interjicere, quae videri forte poterunt hinc aliena, neque sunt tamen. In Hippolyto versus spurios perpaucos tantum videor mihi detexisse; multo plures in Phoenissis, ob eam rationem quam attigi in Praefatione (8). In Euripidis scilicet Phoenissis, de mille septingentis et quinquaginta versibus, quatuor et viginti rejeci, tanquam indignos sede quam occupant, aut a mala manu conditos atque adulterinos. Accidit quod facile praevideram futurum. Aliunde tamen oriturum putaveram, qui versuum istorum patronum se profiteretur. Sed inprovisus venit ex Anglia plerisque defensor, quem Euripidi mihique adeo gratulor, Benjamin Heathius, Notis sive Lectionibus in tres Tragicos editis de harum literarum studiosis hominibus et de Musa Tragica saepius egregie meritus; in cujus Praestantis viri doctrina non sane vulgari, si vel ab aequis judicibus, hac in re tantilla, causa cecidisse judicabor, victus facile solatium inveniam. Plura dicerem in laudem Heathii, nisi in alio quodam verbis ornando modum vir humanissimus excessisset; credo equidem, ut hac praefatione suum de conjecturis illius quibusdam judicium mitigaret. Fieri potuisse, ut hic illic versus irreperet in alienam sedem nusquam negat Heathius; nec versus per tot secula lectos velut consecratos veneratur: ipsemet enim multo plures ex uno Helenae dramate censuit ejiciendos, quam ex omnibus Euripidis rejecerim: atque in eam rem utitur argumento, quod vereor ut doctis sit hominibus adprobaturus, cogitantibus, hoc saepe

(7) Var. Lection. L. xx. c. xix.

(8) P. xlv, quacum conferri poterant Euripidis Supplicibus subjectae Marklandi Explicationes veterum aliquot auctorum P. 261.

saepe vitio peccasse Tragicum, ut Chorum faceret alienissima cantantem a fabula quam condebat, idque Aristoteli jam notatum, aliisque Criticis tam veteribus agnitum quam recentioribus. Id vero mirabar, de viginti quatuor versibus, quos pro spuriis habebam in Phoenissis, tertiam partem cur vir Clarissimus intactam dimiserit: libenter cognoverim, habueritne istos octo versus mecum pro adulterinis; an in his mihi gratiam facere voluerit; nam ex eodem potuerant armamentario defendi tanquam Euripidei. Sed qui meas vulgatarum in Euripideis lectionum correctiones plurimas Heathio probatas laeter quam qui maxime, quique verba Terentiani Mauri mea non illibenter facio,

„ Corrigenda si qua sane visa vobis hinc erunt,
„ Non ero stulte repugnans, aut amans prave mea,
„ Quin statim culpanda delens praebeam rectis locum;

Heathii in versus spurios animadversiones in Diatribe libenter expendissem, si hac in parte mea me sperassem ipsi adprobaturum. Verum in multis adeo dissidemus, ut spes ista videatur in illud usque tempus irrita futura, quo aut ille suam in his sententiam mutaverit, aut mihi saltem fecerit magis probabilem. Interea sua cuique manebit opinio, suum cuique aurium judicium, suus Atticarum elegantiarum gustus, adeo diversus, ut minime sit mirandum, huic Atticos atque Euripideos versüs videri, qui mihi hoc ingenio capitali videantur atque istius aevi locique Poëtis minime digni. Cur id adeo censeam haec est ratio. Multa, tanquam corrector, primus omnium Heathius Euripidi contribuit, quae, si legerentur in libris nostris vulgata, mihi tanquam adulterina quantocius inde viderentur deturbanda; aliis, Attico sermoni congruis, in eorum loco collocatis Quod si forte verba tantum data sibi queratur Heathius, ipsius quasdam in Euripide lectiones proponam, quas ubi, prolatis in medium exemplis, legitimas Atticaeque scenae monstraverit accommodas, super versibus aliquot in Phoenissis iterum ibimus in consilium, deque rebus illuc spectantibus per literas amice poterimus confabulari. Hujus ista res loci nec mihi, neque, ut equidem arbitror, Heathio videretur; quo satius fuerit de Hippolyti dramate quaedam disputasse magis in rem praesentem accommodata.

In Codice Florentino, sicut Bacchabus Euripidis nomen praefigi-

figitur Penthei, Πενθεὺς, Hippolytus inscribitur Φαίδρα. Senecae Hippolytus, Lipsio monente, Phaedra dicitur in Codice scripto; atque illinc versum profert Priscianus velut in Senecae sibi Phaedra lectum. Ex hoc Euripidis dramate multa suis in commentariis ad Homerum adhibens Eustathius, frequenter illa legi testatus in Hippolyto, binis tamen in locis (9) laudat Euripidem in Phaedra, quaeque illinc profert in Hippolyto reperiuntur. Alibi quoque Phaedrae Euripidis dicta, sicut saepius dramatum interlocutores veteribus commemorantur; quibus locis inducti Poëtas et Tragoediarum nomina nobis comminiscuntur viri docti. Versus aliquot velut ex Euripidis Phaedra leguntur in Florilegio Stobaei, quos esse Sophocleos tum ex Electra superstite, tum ex Clemente constat Alexandrino. Ne loca quidem Aristophanis (10) alicui facile persuaserint, Phaedrae huic primitus inditum Tragoediae nomen. Potuit quidem commode hoc idem argumentum ab Euripide quoque sub nomine Phaedrae tractari; quod fecit certe Sophocles et Gallorum Tragicus Ioannes Racinius. Potuit etiam, quandoquidem certo constat duplicem exstitisse Euripidei dramatis Editionem, priori nomen Phaedrae, posteriori, multum ab illa mutatae, nomen Hippolyti fuisse inditum; quomodo correctis Dramatum suorum Editionibus Comicos diversum a priori nomen interdum dedisse Isaacus Casaubonus docuit (11). Sed quos novimus Veterum utraque hujus dramatis usos Editione, priorem aeque ac alteram simpliciter Hippolytum nominant. In Stobaei Florilegio nusquam nisi Hippolyti fit mentio, ubi versus proferuntur ex Editione dramatis perdita (12).

Unus veterum Hippolytum Euripidis priorem laudavit nomine Ἱππολύτου καλυπτομένου Pollux (13), probabiliter etiam dictum Ἱππόλυτον πρότερον· ut editio, quae superest, emendata dicta fuit Ἱπ-

(9) Eustathius in Homeri Iliada Z, p. 489, 53. in Iliada H, p. 568, 19.
(10) In Ranis v. 1075. Thesmophoriazusis v. 554.
(11) Animadv. in Athenaeum L. III, c. XXVIII, p. 211.
(12) Edit. Gesneri P. 63, v. 39. p. 140, 18. 199, 44. 211, 52. 355, 7. 385, 29. 388, 17. 432, 29. 434, 22. 472, 38. 562, 52. In Leidensis Biblioth. Florilegio *MS.* loco ex Euripidis Hippolyto subjiciuntur ista: τοῦ αὐτοῦ Φαίδρᾳ, Ἔρως γὰρ ἄνδρας etc. omissus ibi locus fuit intermedius Sophoclis, quem praebet Editio Gesneri p. 388, quemque melior Codex Trincavello subministravit.
(13) Onomast. L. IX, segm. 50.

***

Ἱππόλυτος δεύτερος· more Grammaticorum, qui sic diversas ejusdem Dramatis distinguere solebant Editiones. Ut nostris in exemplaribus inscribitur, Ἱππόλυτος στεφανηφόρος Hesychio (14) laudatur, et Prisciano (15). Τὸν δεύτερον Ἱππόλυτον quoque dictum, ut a priori distingueretur, et Στεφανίαν, testatur Auctor veteris adnotationis (16) Dramatis argumento subjectae. Loco Pollucis primus usus Gulielmus Canterus (17) duos suspicabatur Euripidi scriptos Hippolytos, „ ut scripsit Sophocles Oedipos „ duos, ac totidem Ajaces." Sed vere monuit Richardus Bentlejus (18), priorem Hippolytum et posteriorem non omnino diversas fuisse fabulas; Hippolytum autem, quem legimus, Στεφανίαν, non novum drama, „ sed correctum duntaxat atque „ interpolatum, δρᾶμα διεσκευασμένον. eam in rem Casaubonum citat quo dicebam loco egregia notantem, quibuscum varia possent Athenaei loca conferri (19). Sunt autem δράματα διεσκευασμένα, quas *correctas fabulas* dixit Quinctilianus (20), *retractatas et expolitas* Gellius (21). — Superstites ex Hippolyto priore versus, qui non reperiuntur in nostra, suis plerosque locis indicavi, quibus probabiliter viderentur primum a Poëta collocati. Sed sunt inter fragmenta prioris Editionis, omissa Barnesio, quae mihi paene persuaserint totam dramatis oeconomiam in Editione fuisse secunda mutatam; in prima colloquutam cum Hippolyto Phaedram, nec per interpretem, sed ipsam amorem verbis obscurioribus indicasse privigno novercam, non ab oraculo reversum Thesea, sed ab inferis reducem in scenam prodiisse; atque adeo in Hippolyto priori eamdem nonnunquam rerum fuisse dispositionem, qualis multo deterior obtinet in Hippolyto Senecae; cui suspicor lectam Hippolytum Euripidis priorem. Nec tamen im-

(14) In voce Ἀνασειράζων.
(15) Edit. Putschii p. 1168.
(16) Ἔστι δὲ οὗτος Ἱππόλυτος Δεύτερος καὶ Στεφανίας προσαγορευόμενος· ἐμφαίνεται δὲ ὕστερος γεγραμμένος· τὸ γὰρ ἀπρεπὲς καὶ κατηγορίας ἄξιον ἐν τούτῳ διώρθωται τῷ δράματι.
(17) Novar. Lection. L. VII. c. XXI.
(18) In Epistola ad Io. Millium (Malelae Chronico subjecta) p. 31, 32.
(19) L. VI, p. 247. C. VIII, p. 358. E. X, p. 429. E. XI, pag. 496. F. XIV, p. 663. E.
(20) Institut. Orator. L. X, c. I, p. 897.
(21) Noct. Attic. L. III, c. III, p. 218.

impediunt ista, quominus centeni versus aut prorsus iidem in utraque fuerint Editione, aut in altera, tantum hic illic voce mutata, leviter interpolati: videnturque Euripidis studiosi ex Hippolyto priore diversas quasdam lectiones in Editionis correctae marginibus adnotasse; ut hinc in Codicibus scribendi nata sit diversitas quae librariis imputari non possit. In his etiam utriusque Editionis eruendis monstrandisque lectionibus nonnihil adhibui diligentiae.

Prior Hippolytus viris Doctissimis, quin ipsi Bentlejo loco indicato, inscriptus fuisse videtur a Grammaticis Ἱππόλυτος Καλυπτόμενος, „ quod in extrema fabula sic loquatur Hippoly- „ tus moribundus (v. 1458)

„ Κρύψον δέ μου πρόσωπον, ὡς τάχος, πέπλοις.

„ Alteri Στεφανηφόρου nomen inditum, propter haec verba Hip- „ polyti non longe a principio (v. 73),

„ Σοὶ τόνδε πλεκτὸν ςέφανον ἐξ ἀκηράτου
„ Λειμῶνος, ὦ δέσποινα, κοσμήσας φέρω."

Quantumvis autem Bentlejus, cui hac in parte praeiverat Gul. Canterus, sibi *persuasissimum* esse scribat, priorem Hippolytum eam ob causam Καλυπτόμενον esse inscriptum; mihi tamen, pace viri his in literis Maximi, neque ea ratio satisfacit, neque etiam causa adparet, ob quam τὸν πρότερον Ἱππόλυτον omnino censeremus inscriptum fuisse Καλυπτόμενον. Nam nihil primum inest isti versui (1458), cur illinc petitum nomen inderent dramati; quum morem designet usitatissimum, Tragicis saepe commemoratum, quo cadavera tegebantur veste injecta, facies praesertim deformata velabatur. Deinde si in utraque Edit. Hippolyti, quod statuisse videtur Bentlejus, isti fuerint versus reperti, quae tandem erat causa, cur ob istos versus diversis utraque Editio nominibus insigniretur? Tandem nusquam apud Stobaeum, nusquam alibi mentio fit Ἱππολύτου καλυπτομένου, nisi in unico loco Pollucis, qui, verba quaedam exhibens ex Editione priori, cujus laudem Editio posterior, et emendata, Atticisque judicibus probata, prorsus obscurasset, propterea, mea quidem sententia, dixerit Ἱππόλυτον καλυπτόμενον. De Menandro Comico Quinctilia-

nus (22), „omnibus, inquit, ejusdem operis auctoribus abstu-„ lit nomen, et fulgore quodam suae claritatis tenebras obdu-„ xit": Graece diceretur πάντας ἀπέκρυψε, vel ἐκάλυψε· quorum hoc rarius, illud frequenter in illum sensum teritur. Alia quaedam ejusdem Quinctiliani (23) hic adscribam, valde adposita: „ Correctas (Aeschyli) fabulas in certamen deferre posterioribus „ Poëtis Athenienses permisere, suntque eo modo multi coro-„ nati". Retractatum Hippolytum cum in certamen detulisset (Olymp. LXXXVII, anno 4,) superatis Iophonte et Ione, victor renunciatus fuit Euripides et coronatus: hoc vetus adnotatio testatur Hippolyto praefixa (24). Haec si non sola, praecipua certe fuisse ratio videtur, propter quam posterior Hippolytus a Grammaticis Στεφανίας inscriberetur et Στεφανηφόρος. et hujus quidem adpellationis quae mihi, eadem ratio fuisse videtur Brumoeo (25). Nec prodit in scenam Hippolytus coronatus (v 73), sed manu gestans ex floribus contextam coronam, quam imponeret Dianae simulacro, quod egregie Musgravius animadvertit. Dici tamen etiam potuit ob pudicitiam admirabilem ipse Hippolytus, ut corona dignus, sic ab Atticis fuisse judicibus coronatus; quo fortasse respiciens Apollonius Philostrati (26) de Timasione, Ψηφισώμεθα, ἔφη, ἐστεφανῶσθαι (στεφανοῦσθαι) αὐτὸν ἐπὶ σωφροσύνῃ καὶ πρὸ Ἱππολύτου τοῦ Θησέως· ὁ μὲν γὰρ ἐς τὴν Ἀφροδίτην ὕβρισε. Veneri contra quotidie sacra faciens Timasion, cetera pudicus instar Hippolyti, frustra quoque fuerat a noverca sollicitatus. Timasionis, novercae quoque calumniis petiti, historiam attigit, similesque collegit Muretus (27), quibus plures adjungi possent.

De Phaedra, Hippolyto, Theseo quae Tragicis pleraque traduntur, illa, veteris historiae fide nixa, narrata Diodoro Siculo (28), causae nihil esse cur in dubium vocentur judicat Plutar-

(22) Instit. Orat. X, c. I, p. 899.
(23) Ibid. p. 897.
(24) Ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἀμείνονος ἄρχοντος, Ὀλυμπιάδι πζ', ἔτει τετάρτῳ, πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων.
(25) Brumoy dans son Theatre des Grecs T. II, p. 135.
(26) De Vita Apollon. Tyan. L. VI, c. III, p. 232.
(27) Var. Lection. L. I, c. XII.
(28) Biblioth. Histor. L. IV, c. LXII.

tarchus (29), ubi τὰς περὶ ταύτην, ait, (Phaedram) καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ (Hippolytum Thesei) δυστυχίας, ἐπεὶ μηδὲν ἀντιπίπτει παρὰ τῶν ἱστορικῶν τοῖς Τραγικοῖς, οὕτως ἔχειν θετέον ὡς ἐκεῖνοι πεποιήκασιν ἅπαντες. Ad historiam labefactandam nomine forsan Hippolyti quis abutatur, atque Ausonii Epigrammate xx; quod quidem non illibenter fecisset, qui nuper in nominibus antiquissimis Orientalibus fortunae, morum, rerumque gestarum historiam infelicissimo conatu quaesivit.

Ceterum secundum Agathonis Aristophanéi monitum (30) hoc certe dramate, quo, praeter Phaedram, μισογύνης (31) pingitur Hippolytus, animi sui ingenio potuit Euripides morem gerere. De dramatis excellentia recte judicat in universum Michaël Arnoldus Racinius, ubi Graecum drama comparat ad patris sui Phaedram (32), atque inter utrumque judex sedet saepius aequissimus. In hac autem Tragoedia, qua (33)

Φαίδρην μὲν κτεῖνεν πυρόεις πόθος Ἱππολύτοιο,
Ἱππόλυτον δ' ἁγνὴ πέφνε σαοφροσύνη·

„ pudicum Perdidit Hippolytum non felix cura pudoris"; multa tamen suavissimus morum magister cives suos utilissima monuit, posuitque in Hippolyto luculentum exemplum admirandae pudicitiae; in Phaedra, amoris insuperabilis et sceleratae calumniae; in Theseo, turpissimae credulitatis. Hoc itaque argumento suos Athenienses docuit Euripides, rem ne nunc quidem cognitu inutilem,

—— Σώφρονός γ' ἀπιστίας
Ὡς οὐδέν ἐστι χρησιμώτερον βροτοῖς.

(29) In Theseo p. 13. D.
(30) In Thesmophor. v. 156.
(31) Vid. R. Bentlej. in Ciceron. Tuscul. IV. c. XI. p. 56.
(32) Dans les Memoires de Litterature de l'Acad. Royale des Inscr. T. VIII, p. 300—314.
(33) Secundum epigramma in Antholog. Gr. L. I, c. LXXVIII, 2. Latina sunt Ausonii Eidyll. XV, v. 25. Graeca quae leguntur ultima ex Euripidis Helena v. 1633.

IN EURIPIDIS HIPPOLYTUM A LUD. CASP. VALCKENARIO ILLUSTRATUM.

Accipe Cecropiae monumenta perennia scenae,
Ingenuo Musas quisquis amore colis.
His fera Thesidae, tragico cantata cothurno,
Fata, novercali crimine structa, leges.
Suetus ut innuptae studia exercere Dianae,
Et juga venantes ferre per alta pedes,
Nec minor Hippolytus Cephalo, Cinyraque creato,
Saltibus hirsutas exagitare feras;
Quem malus ille Puer nullo percusserat arcu;
Furta sed ad Veneris cui rude pectus erat;
Castus ut infandos horrens Minoïdos aestus
Abnuerit patrios contemerare toros.

Gno-

Gnosias ut rigidae furiis agitata repulsae
  Privigno fuerit dira noverca suo.
Pittheam, Aegidae jussu, Troezena fugatus
  Filius a pavidis ut traheretur equis.
Phaedra sed incesti sceleris turbata pudore
  Fortiter ut laqueo est ausa piare nefas.
Utque Coronides, Dictynnae munere, vitam
  Jussus Amazonio restituisse viro.
Divaque Aricino dederit latitare recessu,
  Hippolytum et Virbî nomine rite coli.
Nempe Deis ut casta placent, sic turpia claudo
  Deseruit numquam crimina poena pede.
I nunc, in sacros convicia funde poëtas,
  Qui Clarios fingis foeda docere viros.
Biblidos, et Canaces, ut Phaedrae, probra leguntur
  Aeternis vatum dedecorata notis.
Casta sonant Tragici; Tragicis innixa cothurnis
  Melpomene tribuit praemia justa piis:
Quaque facit gressus, sceleratis flagra minatur,
  Quum longo pallae syrmate verrit humum.
Haec probat Argolicis Euripidis acta theatris,
  Et Senecae Latiis fabula plausa choris.

Ex-

Exsere Aricinae latebris, quîs conderis, umbrae;
Hippolyte, innocuum, jam recidive, caput.
Thesea poeniteat jam credulitatis iniquae,
Tuque novercales desine, Phaedra, dolos.
Namque Machaoniis ut vitam Epidauria succis
Reddidit ars juveni, Dite dolente, pio;
Sic laceros artus divulsaque membra reponit
Nunc VALCKENARI dextra perita mei.
Spissaque cum Grajam turparent menda Camenam,
Quae dedit indoctae crebra litura manus;
Plaga vel, annorum quam tabidus intulit ictus,
Ulcere grandisonum conmacularet epos;
Hanc saniem Criticae sollers Podalirius artis
Eluit, et medica vulnera curat ope:
In sua quem, pedibus sed non penetranda profanis,
Admisit totum templa Pelasga Venus;
Et, mirata novos sibi quos incendit odores,
Deperit ingenii nobilioris opus.
Et fovet has gremio chartas, quibus oscula figit,
Qualia dat magnis, nec nisi rara, viris.
Atque inter doctas suspendit in aede tabellas,
Quas adyti aeterno collocat ipsa tholo.

PETRUS BURMANNUS
SECUNDUS.

A D

AD

EURIPIDEN,

CUM

L. C. VALCKENARIUS

HIPPOLYTUM

FABULAM EDERET.

Gaude, Melpomenae vates Sophiaeque Pelasgae,
Praemia cui Livor saepe negavit iners:
Tempus iö venit, versis ad prospera fatis,
Debita quo meritis dona rependat Honos:
Ingenio plaudit, regali carmine captus,
Datque animi LODOIX pignora certa pii:
Ingenio LODOIX, Criticaque insignis ab arte:
Actaeo LUDOIX nobilis eloquio.
Ut, doctas adhibere manus ad vulnera promtus,
Hippolytum voluit muneris esse sui!
Ut canit, et populis passim correcta remotis
Carmina commendat Fama, maligna prius!
Fallor, an et manes veniens vaga Diva sub imos
Artificis magni nobile jactat opus?
Fallor? an, adsimilis vana spe lusus honoris,
Obliqua *Sophocles* tangitur invidia?

I. SCHRADER.

**** VIRO

VIRO CLARISSIMO,

L. C. VALCKENARIO,

EURIPIDEUM HIPPOLYTUM

EDENTI.

Iam suus Hippolytus, jam pulchros integer artus,
    Gestit ad artifices oscula ferre manus.
Hîc neque delusi patris inconsulta premebant
    Vota, nec aequorei monstra stupenda Deî,
Sed fera Barbaries; sed inulto dente Vetustas,
    Rursus inhumana disjicere ausa manu.
Salve, caste puer! vere nunc Virbius audis;
    Dexter Aricinos qui tueare lacus.
At tu (facundo cui pendet ab ore juventus,
    Auspice te, Clariis rite dicanda sacris,
Syrma cothurnato cui tandem Euripide dignum,
    Inmune adspersa labe nitensque, fluit)
Siste, rei, LODOIX, stator indefesse Palasgae,
    Pallados a Batavo limine siste fugam.

Et

Et sistes. dubitare nefas. en! augur Apollo
Omina ter cithara fausta sonante dedit.
Alta quis ingenii miretur acumina? Sedem
Graja tui legit pectoris arce Venus.
Jam stupet e bifido reduces Helicone Sorores
Mistus Hyanteo nectare Rhenus aquam.
Iam desiderium Tiberi mitescit ademti,
Urna peremanti cui stet amicta croco!
Antra tribunitiis Pimplea furoribus alter
Turbet; odoriferum concutiatque nemus.
Diraque Castalidum cultis aconita viretis
Conserat; et castas felle veneneт aquas.
Litigiisque fugax traducat inertibus aevum,
Omnibus invisus, sed magis ipse sibi.
Te pacis commendat amor; nec lurida tristi
Bile, sed Hyblaeo lingua liquore madens.
Spissa supercilii nubes, gravitasque togatae,
Digna levi sanna, Stoïca gentis abest.
Hac, genus ignavum, placeant sibi dote Vacerrae,
Quos vetito signat caecus honore favor.
Te pia simplicitas, te candor amabilis ornat,
Fronsque, verecundi non aliena joci.

 Ra-

Raraque praelustri cognata modestia menti.
　　Ah! nimis in laudes illa maligna suas.
Parce, tamen, venerande; tuos si, culmine lectas
　　Aönio, violas spargimus ante pedes.
Iam cithara graviore manum lassare decebat;
　　Concinat Heroï quae satis apta meo.
Iam nisu majore patens inrumpere coelum;
　　Hîc ubi Dircaei fulget oloris iter.
Sic, LODOIX, celebrandus eras: orisque pusilli
　　Conscia, susceptum Musa reponit onus.
Ardua quis fragilem propellat in aequora cymbam;
　　Asper ubi dubiis incubat Auster aquis?
Sed neque tu praeconis eges. tibi sufficis unus,
　　Optimus adsertor nominis ipse tui.
Sudoris monumenta tui super aethera tecum
　　Fama coronatis ignea vectat equis.
Ast tenebris se Livor iners involvit amicis;
　　Seque fremens morsu conficit ipse suo.

CAROLUS ANTONIUS WETSTENIUS.
I. Ctus.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ
ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ

EURIPIDIS
HIPPOLYTUS.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ.

Θησεὺς μὲν ἦν Αἴθρας υἱὸς καὶ Ποσειδῶνος, βασιλεὺς Ἀθηναίων· γήμας δὲ μίαν τῶν Ἀμαζονίδων Ἱππολύτην, Ἱππόλυτον ἐγέννησε, κάλλει τε καὶ σωφροσύνῃ διαφέροντα. ἐπεὶ δὲ ἡ συνοικοῦσα τὸν βίον μετήλλαξεν, ἐπεισηγάγετο Κρητικὴν γυναῖκα, τὴν Μίνωος τοῦ Κρητῶν βασιλέως θυγατέρα Φαίδραν. ὁ δὲ Θησεὺς, Πάλλαντα ἕνα τῶν συγγενῶν φονεύσας, φεύγει εἰς Τροιζῆνα μετὰ τῆς γυναικός· οὗ συνέβαινε τὸν Ἱππόλυτον παρὰ τῷ Πιτθεῖ τρέφεσθαι. θεασαμένη δὲ τὸν νεανίσκον ἡ Φαίδρα εἰς ἐπιθυμίαν ὤλισθεν, οὐκ ἀκόλαστος οὖσα, πληροῦσα δὲ Ἀφροδίτης μῆνιν· ἣ, τὸν Ἱππόλυτον διὰ σωφροσύνην ἀνελεῖν κρίνασα, τέλος τοῖς προτεθεῖσιν ἐπέθηκε. στέγουσα δὲ τὴν νόσον χρόνῳ πρὸς τὴν τροφὸν δηλῶσαι ἠναγκάσθη, κατεπαγγειλαμένην αὐτῇ βοηθῆσαι, ἥτις κατὰ τὴν προαίρεσιν λόγους προσήνεγκε τῷ νεανίσκῳ. τραχυνόμενον δὲ αὐτὸν ἡ Φαίδρα καταμαθοῦσα, τῇ μὲν τροφῷ ἐπέπληξεν, ἑαυτὴν δὲ ἀνήρτησε. καθ᾽ ὃν καιρὸν φανεὶς Θησεὺς, καὶ καθελεῖν σπεύδων τὴν ἀπηγχονισμένην, εὗρεν αὐτῇ προσηρτημένην δέλτον, δι᾽ ἧς Ἱππολύτου φθορὰν κατηγόρει, καὶ ἐπιβουλήν. πιστεύσας δὲ τοῖς γεγραμμένοις, τὸν μὲν Ἱππόλυτον ἐπέταξε φεύγειν, αὐτὸς δὲ τῷ Ποσειδῶνι ἀρὰς ἔθετο· ὧν ἐπακούσας ὁ θεὸς τὸν Ἱππόλυτον διέφθειρεν. Ἄρτεμις δὲ, τῶν γεγενημένων ἕκαστα διασαφήσασα Θησεῖ, τὴν μὲν Φαίδραν οὐ κατεμέμψατο, τοῦτον δὲ παρεμυθήσατο υἱοῦ καὶ γυναικὸς στερηθέντα· τῷ δὲ Ἱππολύτῳ τιμὰς ἔφη ἐπιχωρίους ἐγκαταστήσασθαι. Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις (*quinimo* ἐν Τροιζῆνι).

Ἐδι-

ARGUMENTUM HIPPOLYTI

Auctore Georgio Ratallero.

Theseus filius Aegei fuit, sive, ut alii, Neptuni ex Aethra. Is bello captam Hippolytam ex Amazonum genere pro uxore habuit, atque ex ea Hippolytum procreavit, praestanti forma atque modestia adolescentem; qui Dianam inter omneis Deas maxime unam colebat, studiisque venationis addictus a mulierum consuetudine abhorrebat. Hippolyta vita functa, Phaedram ducit uxorem Theseus, Minoïs Cretensium regis et Pasiphaës filiam. Cumque unum ex Pallantidis occidisset cognatis (uxoris), ut annuo pro more exilio caedem purgaret, Troezenem Phaedra comitatus fugit, ubi apud Pittheum educabatur Hippolytus, in cuius amorem protinus exarsit Phaedra, Venere impellente; quae, ob constantem atque perpetuam Hippolyti castitatem odio incensa, adolescenti mortem intentabat. Phaedra itaque, magis atque magis stimulis amoris agitata, nutricis suae opera morbum adolescenti detegit; qui, indignissimo animo incestos novercae amores cum reiecisset, ita mulierem exulceravit, ut, in odium converso amore,

Ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἀμείνονος ἄρχοντος Ὀλυμπιάδι πζ', ἔτει δ'. πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων. ἔστι δὲ οὗτος Ἱππόλυτος δεύτερος καὶ Στεφανίας προσαγορευόμενος· ἐμφαίνεται δὲ ὕστερος γεγραμμένος· τὸ γὰρ ἀπρεπὲς καὶ κατηγορίας ἄξιον ἐν τούτῳ διώρθωται τῷ δράματι· τὸ δὲ δρᾶμα τῶν πρώτων.

[*In* Stobaei *Florileg. MS. Reg. Paris. haec etiam inedita* H. Grotius *invenit, quae prostant in margine exemplaris Bibl. Leid. p.* 405.

Ζωπύρου Ī Θησηΐδος.

Θησεὺς Αἰγέως καὶ Αἴθρας παῖς, ταῖς δ' ἀληθείαις Ποσειδῶνος, ἔχων υἱὸν ἐξ Ἱππολύτης Ἀμαζόνος Ἱππόλυτον, ἐγέγημεν αὐτῷ μητρυιὰν Φαίδραν, τὴν Μίνωος θυγατέρα καὶ Πασιφάης. αὕτη τοῦ προγόνου εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα τὴν τροφὸν αὐτῷ περὶ συνόδων ἀπέστειλεν· ὁ δ' ὡς κατέλιπε τὰς Ἀθήνας κυνηγίαις προσευκαίρει· τῆς δὲ προαιρέσεως ἡ ἀσελγὴς ἀποτυχοῦσα ψευδεῖς κατὰ τοῦ σώφρονος ἐπιστολὰς ἐχάραξε· καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν ἐρώτων στρόφῳ τὸν βίον περιέγραψε. Θησεὺς δὲ ἐκ Θηβῶν ὑποστρέψας, καὶ τὰς διαβολὰς ἀναγνοὺς, ἐκ τῶν τριῶν εὐχῶν, ἃς εἶχε παρὰ Ποσειδῶνος, μίαν εἰς τὸν υἱὸν ἐδαπάνησεν· ἐαριζομένου δὲ τοῦ Ἱππολύτου παρὰ τὸν αἰγιαλὸν τῆς θαλάσσης, ταῦρος ὑποφανεὶς ἐπτόησε τοὺς ἵππους, οἵτινες ἀνατρέψαντες τὸ ἅρμα καὶ σύροντες τὸν δεσπότην ἀπέκτειναν.]

ΤΑ

et laqueo se strangulaverit, et causam ipsi mortis praebuerit. Quo temporis momento Theseus peregre reversus, cum praefocatam uxorem, et appensas cadaveri tabulas deprehendisset, quibus insidiarum atque stupri insimulabatur Hippolytus, fide tabulis adhibita, filium innocentem in exilium abigit; et Neptunum patrem iratus orat, ut ex tribus optationibus olim sibi concessis unam exsequatur, filiumque lecti paterni violatorem interficiat. Quod Neptunus perfecit. Nam propter littora curru vectus Hippolytus in phocam e mari prosilientem incidit, cuius aspectu equis terrefactis, neque magistri vocem audientibus, currus evertitur. Ille, funibus implicatus, atque ad saxa allisus, semivivus ad Theseum defertur: qui, postquam ex Diana rei veritatem rescivit, luget miseram filii vicem. At illa consolata et Theseum, et praecipue Hippolytum, magnos ei honores decreturam se post mortem, quam evadere non poterat, et tam indignos casus à Venere illatos ulturam pollicetur. Scena fabulae Thebis (*Troezene*) est.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΦΡΟΔΙΤΗ.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ.

[ΘΕΡΑΠΟΝΤΕΣ.]

ΧΟΡΟΣ ΕΚ ΤΡΟΙΖΗΝΙΩΝ ΓΥΝΑΙΚΩΝ.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

ΤΡΟΦΟΣ ΦΑΙΔΡΑΣ.

ΦΑΙΔΡΑ.

ΘΗΣΕΥΣ.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ΕΤΕΡΟΣ ΑΓΓΕΛΟΣ.

ΑΡΤΕΜΙΣ.

Προλογίζει δὲ ἡ Ἀφροδίτη.

INTERLOCUTORES TRAGOEDIAE.

VENUS.

HIPPOLYTUS.

[MINISTRI.]

CHORUS EX TROEZENIIS MULIERIBUS.

ANCILLA.

NUTRIX PHAEDRAE.

PHAEDRA.

THESEUS.

SEMICHORUS.

NUNCIUS.

ALTER NUNCIUS.

DIANA.

Praefatur Venus.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ

ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ.

ΙΑΜΒΟΙ.

ΑΦΡ. ΠΟΛΛΗ μὲν ἐν βροτοῖσι κοὐκ ἀνώνυμος
Θεὰ κέκλημαι Κύπρις, οὐρανοῦ τ' ἔσω·
Ὅσοι τε πόντου, τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν
Ναίουσιν εἴσω, φῶς ὁρῶντες ἡλίου,
Τοὺς μὲν σέβοντας τἀμὰ πρεσβεύω κράτη,
Σφάλλω δ', ὅσοι φρονοῦσιν εἰς ἡμᾶς μέγα.
Ἔνεστι γὰρ δὴ κἀν θεῶν γένει τόδε,
Τιμώμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο.
Δείξω δὲ μύθων τῶνδ' ἀλήθειαν τάχα·
Ὁ γάρ με Θησέως παῖς, Ἀμαζόνος τόκος
Ἱππόλυτος, ἁγνοῦ Πιτθέως παιδεύματα,
Μόνος πολιτῶν τῆσδε γῆς Τροιζηνίας
Λέγει κακίστην δαιμόνων πεφυκέναι.
Ἀναίνεται δὲ λέκτρα, κοὐ ψαύει γάμων·

Φοί-

EURIPIDIS

HIPPOLYTUS

[CORONIFER]

(*Georg. Ratallero* interprete).

VE. Multa inter homines et frequens, obscura nec
Dea nuncupor Venus per omnia coelitum
Palatia, per omneis profundi gurgitis
Qui caerulis degunt vadis, terraeque ubi
In ultimis habitatur Atlas finibus;
Denique, apud omneis qui vident solis iubar,
Nostrum colentes numen eximiis veho
Honoribus; verum arrogante qui tument
In nos frementes ore deleo funditus.
,, Hoc Diis quoque ipsis insitum est, ut affici
,, Honore ab homine gaudeant. Atqui brevi
Sermonis hujus veritatem ostendero.
Nam Theseo, Hippolytaque Amazone editus,
Et disciplina intaminati Pitthei
Imbutus, ex agri incolis Troezenii
Me pessimam solus Dearum nuncupat:
Thalamos recusat, vinculorum expers agit

B Iu-

Φοίβου δ' ἀδελφὴν Ἄρτεμιν, Διὸς κόρην,
Τιμᾷ, μεγίστην δαιμόνων ἡγούμενος·
Χλωρὰν δ' ἀν' ὕλην, παρθένῳ ξυνὼν ἀεὶ,
Κυσὶν ταχείαις θῆρας ἐξαιρεῖ χθονὸς,
Μείζω βροτείας προσπεσὼν ὁμιλίας.
Τούτοισι μὲν νυν οὐ φθονῶ· τί γάρ με δεῖ;
Ἃ δ' εἰς ἔμ' ἡμάρτηκε, τιμωρήσομαι
Ἱππόλυτον ἐν τῇδ' ἡμέρᾳ· τὰ πολλὰ δὲ
Πάλαι προκόψασ', οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ·
Ἐλθόντα γάρ νιν Πιτθέως ποτ' ἐκ δόμων,
Σεμνῶν ἐς ὄψιν καὶ τέλη μυστηρίων,
Πανδίονος γῆν, πατρὸς εὐγενὴς δάμαρ
Ἰδοῦσα Φαίδρα καρδίαν κατέσχετο
Ἔρωτι δεινῷ, τοῖς ἐμοῖς βουλεύμασιν.
Καὶ πρὶν μὲν ἐλθεῖν τήνδε γῆν Τροιζηνίαν,
Πέτραν παρ' αὐτὴν Παλλάδος, κατόψιον
Γῆς τῆσδε, ναῷ Κύπριδος ἐγκαθείσατο
Ἐρῶσ' Ἔρωτ' ἔκδημον· Ἱππολύτῳ δ' ἔπι
Τὸ λοιπὸν ὠνόμαζεν ἱδρῦσθαι θεάν.
Ἐπεὶ δὲ Θησεὺς Κεκροπίαν λείπει χθόνα,
Μίασμα φεύγων αἵματος Παλλαντιδῶν,
Καὶ τήνδε σὺν δάμαρτι ναυστολεῖ χθόνα,

Ἐνιαυ-

Vs. 18. *Vulg.* ἐξαίρει.
Vs. 20. *Vulg.* T. μὲν γ' οὖν.
Vs. 31. *Vulg.* ναὸν.
Vs. 32. *Vulg.* Ἐρῶσ' ἔρωτ' ἔκδημον.

Iugalium: natam Iove Dianam colit,
Phoebi sororem: hanc omnium esse maximam
Putat Dearum; cumque virgine virides
Silvas pererrans, canibus hirsutas citis
Tellure concitat feras, majore, quam
Mortalium pro sorte, consuetudine
Fruens Deae. Quibus ego non invideo; nam
Mea quid interest? sed in me quod scelus
Admisit, eius hoc die poenas dabit
Hippolytus; et iam multa praeparata sunt
Dudum, labore ut hîc mihi haud sit magno opus.
Venientem enim illum Pitthei olim ex aedibus,
Ut initiaretur sacris mysteriis,
Pandionis ubi terra floret, nobili
Sata Phaedra stirpe noverca conspiciens, statim
Cor sauciatum amore sensit, quod mea
Factum fuit opera atque consilio, ante quam
Troezeniae attigisset urbis moenia;
Minervae ubi saxosa rupes eminet,
Telluri huic opposita, templum condidit
Cypridi dicatum, absentis icta vulnere;
In posterumque gratia Hippolyti, idem eam
A nomine ipsius vocasse fama fert.
  Sed postea agros quam reliquit Atticos,
Pallantidarum caede pollutus gravi,
Fugiensque Theseus noxiae illius luem,
Ut expiaret annuo exilio nefas,

Per

Vs. 33. *Forte leg.* T. λ. ὑμνήσουσιν ἰ. θεόν. Vs. 34. *Olim*, λίπο χ.

Ἐνιαυσίαν ἔκδημον αἰνέσας φυγὴν,
Ἐνταῦθα δὴ, στένουσα, κἀκπεπληγμένη
Κέντροις Ἔρωτος, ἡ τάλαιν' ἀπόλλυται
Σιγῇ· ξύνοιδε δ' οὔτις οἰκετῶν νόσον.
Ἀλλ' οὔτι ταύτῃ τόνδ' ἔρωτα χρὴ πεσεῖν·
Δείξω δὲ Θησεῖ πρᾶγμα, κἀκφανήσεται·
Καὶ τὸν μὲν ἡμῖν πολέμιον πεφυκότα
Κτενεῖ πατὴρ ἀραῖσιν, ἃς ὁ πόντιος
Ἄναξ Ποσειδῶν ὤπασεν Θησεῖ γέρας,
Μηδὲν μάταιον ἐς τρὶς εὔξασθαι θεῷ.
Ἡ δ' εὐκλεὴς μὲν, ἀλλ' ὅμως ἀπόλλυται
Φαίδρα· τὸ γὰρ τῆσδ' οὐ προτιμήσω· κακὸν,
Τὸ μὴ οὐ παρασχεῖν τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ἐμοὶ
Δίκην τοσαύτην ὥστε μοι καλῶς ἔχειν.
Ἀλλ', εἰσορῶ γὰρ τόνδε παῖδα Θησέως
Στείχοντα, θήρας μόχθον ἐκλελοιπότα,
Ἱππόλυτον, ἔξω τῶνδε βήσομαι τόπων.
Πολὺς δ' ἅμ' αὐτῷ προσπόλων ὀπισθόπους
Κῶμος λέλακεν, Ἄρτεμιν τιμῶν θεὸν
Ὕμνοισιν· οὐ γὰρ οἶδ' ἀνεῳγμένας πύλας
Ἅιδου, φάος τε λοίσθιον βλέπων τόδε. —

ΜΟ-

Vs. 38. *Forte leg.* καὶ πεπληγμένη. Vs. 43. *Var. Lect.* πολέμιον νεανίαν.

Per fluctuosum navis aequor hospita
Uxore comitatum has in oras appulit:
Ubi gemitu, stimulisque amoris percita
Misere perit, flammasque celat, ex domesticis
Ut nemo morbi vivat hujus conscius.
At huic amorem infructuosum cadere non
Oportet. illum Theseo retegam, ut palam
Res tota fiat omnibus. meus hostis hic
Perimetur execrationibus patris,
Quas aequoris Neptunus immensi arbiter
Pro munere olim Theseo certo dedit,
Ut a Deo frustra e tribus nil posceret.
Phaedra, licet orta nobili sit stemmate,
Tamen interibit. tanti enim exitium illius
Haud fecero, hostes ut mihi poenas mei,
Quas esse meritos iudicavero, non luant.
Sed appropinquantem ecce gnatum Thesei
Nunc conspicor, venationis liberum
Laboribus. nunc his gradum efferam locis.
Magna ministrorum caterva atque comitum
Stipatus ingreditur. fremit coetus, Deae
Hymnos Dianae concinunt: nec scit fores
Sibi Tartari nunc esse apertas, ultimum
Et se hoc videre solis aureum jubar.

HIP.

Vs. 48, 49. *Vulg.* οὐ προτιμήσω κακὸν, Τοῦ μὴ οὐ π. Vs. 53. *Var. Lect.* δόμων.

ΜΟΝΟΣΤΡΟΦΙΚΑ.

ΙΠΠ. Ἕπεσθ' ᾄδοντες ἕπεσθε
Τὰν Διὸς οὐρανίαν Ἄρτεμιν,
Ἄρτεμιν, ᾇ μελόμεσθα.
ΘΕ. Πότνια, πότνια, σεμνοτάτα,
Ζανὸς γένεθλον,
Χαῖρέ μοι ὦ κόρα,
Χαῖρε μοι Λατοῦς
Ἄρτεμι καὶ Διὸς,
Καλλίστα πολὺ παρθένων,
Αἳ μέγαν κατ' οὐρανὸν
Ναίετ' εὐπατέρειαν αὐλὰν,
Ζανὸς πολύχρυσον οἶκον.
Χαῖρέ μοι, ὦ καλλίστα,
Καλλίστα τῶν κατ' Ὄλυμπον
Παρθένων Ἄρτεμι.

ΙΑΜΒΟΙ.

ΙΠΠ. Σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου
Λειμῶνος, ὦ δέσποινα, κοσμήσας φέρω,
Ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ φέρβειν βοτὰ,
Οὐδ'

Vs. 61. etc. *vulgo Choro tribuuntur.*

HIP. Hac me sequimini,
Cantu Deam modulemur:
Hac me sequimini,
Natam Iove Artemin
Dulci canentes voce:
Res nostrae huic sunt curae.
[MIN.] Veneranda, ô veneranda,
Casti plena pudoris,
Iovis aetherii certum germen,
Salve ô virgineum decus,
Salve Latonae et Iovis
Inclyta filia:
Forma nympha decora
Omneis superas virgines,
Quotquot coeli spatiosa patris
Degunt aula,
Per Iovis aurea templa.
HIP. Salve ô formosissima,
Cunctarum quae caelo degunt
Artemi formosissima virginum,

Tibi hanc coronam Diva contextam fero
E florido intactoque prato, nunquam ubi
Immissa pastor pecora pavit, falce nec

Fue-

Vs. 67, 68. *Var. Lect.* Ἃ μ. κ. εὐ. Ναίεις.

Οὐδ᾽ ἦλθέ πω σίδηρος, ἀλλ᾽ ἀκήρατον
Μέλισσα λειμῶν᾽ ἠρινὸν διέρχεται,
Ἕως δὲ ποταμίαισι κηπεύει δρόσοις.
Ὅσοις διδακτὸν μηδὲν, ἀλλ᾽ ἐν τῇ Φύσει
Τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν εἰς τὰ πάντ᾽ ἀεὶ,
Τούτοις δρέπεσθαι, τοῖς κακοῖσι δ᾽ οὐ θέμις.
Ἀλλ᾽, ὦ Φίλη δέσποινα, χρυσέας κόμης
Ἀνάδημα δέξαι, χειρὸς εὐσεβοῦς ἄπο.
Μόνῳ γάρ ἐστι τοῦτ᾽ ἐμοὶ γέρας βροτῶν·
Σοὶ καὶ ξύνειμι, καὶ λόγοις ἀμείβομαι,
Κλύων μὲν αὐδὴν, ὄμμα δ᾽ οὐχ ὁρῶν τὸ σόν·
Τέλος δὲ κάμψαιμ᾽ ὥσπερ ἠρξάμην βίου.
ΘΕ. Ἄναξ, Θεοὺς γὰρ δεσπότας καλεῖν χρεὼν,
Ἆρ᾽ ἄν τι μου δέξαιο βουλεύσαντος εὖ;
ΙΠΠ. Καὶ κάρταγ᾽· ἦ γὰρ οὐ σοφοὶ Φαινοίμεθ᾽ ἄν.
ΘΕ. Οἶσθ᾽ οὖν βροτοῖσιν ὃς καθέστηκεν νόμος;
ΙΠΠ. Οὐκ οἶδα τοῦ δὲ καὶ μ᾽ ἀνιστορεῖς πέρι.
ΘΕ. Μισεῖν τὸ σεμνὸν, καὶ τὸ μὴ πᾶσιν Φίλον.
ΙΠΠ. Ὀρθῶς γε· τίς δ᾽ οὐ σεμνὸς ἀχθεινὸς βροτῶν;
ΘΕ. Ἐν δ᾽ εὐπροσηγόροισιν ἔστι τις χάρις;
ΙΠΠ. Πλείστη τε, καὶ κέρδος γε σὺν μόχθῳ βραχεῖ.

ΘΕ.

Vs. 76. *Var. Lect.* σύαγρος. Vs. 78. *Vulg.* Αἰδὼς. Vs. 79, et 80. *Forte leg.* ἀλλά γ᾽ ἡ Φύσις Τ. σ. εἴληχεν. *Var. Lect.* ἐν τῇ Φύσει Τ. σ. ἔνεστιν. Vs. 80. *Var. Lect.* εἰς τὰ πάνθ᾽ ὁμῶς. Vs. 82. *Forte leg.* χρυσέᾳ κόμῃ.

Fuere secta gramina: ast apes vagae,
Per verna solum tempora, herbas fertileis
Alis pererrant mollibus; fluviatili
Rore pudor irrigat. Facessat ô procul
Ex disciplina hausta indoles, natura quos
Ad recta ducit, usque quos stipat pudor
Nativus; his fas hinc sit herbas carpere:
Praeclusus at sit aditus omnis improbis:
Tuque Domina, mihi cara, amica a dextera
Munus profectum vertici impone aureo.
Soli hic mihi mortalium datus est honor,
Ut verser una, unaque tecum colloquar,
Vocem audiam, faciem tamen non conspicer:
Vitae meae tu, quaeso, curriculum rege,
Quemque instititi liceat manere tramite.

ANC. O Rex, Deos dominos vocare fas iubet:
Tu consilîne vis mei esse particeps?

HIP. Quidni? recusans haud sapere possim argui.

ANC. At lex hominibus quae statuta sit es memor?

HIP. Ignoro. sed quid est, quod ex me scire vis?

ANC. Superbiam exodisse, et aeque qui omnibus
Non sunt amici.

HIP. Sed quis aequo plus gravis
Non omnium in sese illico vertat odia?

ANC. In comitate aliquodne consistit decus?

HIP. Magnum quidem, exiguaque cum molestia
Ingens lucrum.

ANC.

Vs. 85. *Forte leg.* καὶ λόγοις σ᾽ ἀμ.
Vs. 86. *Vulg.* αὐδῆς.
Vs. 87. *Var. Lect.* ὥσπερ ἠυξάμην.
Vs. 96. *Vulg.* Πλεῖστη γε.

ΘΕ. Ἦ κἀν θεοῖσι ταὐτὸν ἐλπίζεις τόδε;
ΙΠΠ. Εἴπερ γε θνητοὶ θεῶν νόμοισι χρώμεθα.
ΘΕ. Πῶς οὖν σὺ σεμνὴν δαίμον' οὐ προσεννέπεις;
ΙΠΠ. Τίν'; εὐλαβοῦ δὲ μή τι σὸν σφαλῇ στόμα.
ΘΕ. Τήνδ', ἣ πύλαισι σαῖς ἐφέστηκεν Κύπρις.
ΙΠΠ. Πρόσωθεν αὐτὴν ἁγνὸς ὢν ἀσπάζομαι.
ΘΕ. Σεμνή γε μέντοι, κἀπίσημος ἐν βροτοῖς.
ΙΠΠ. Ἄλλοισιν ἄλλος θεῶν τε κἀνθρώπων μέλει.
ΘΕ. Εὐδαιμονοίης νοῦν ἔχων ὅσον σε δεῖ.
ΙΠΠ. Οὐδείς μ' ἀρέσκει νυκτὶ θαυμαστὸς θεῶν.
ΘΕ. Τιμαῖσιν, ὦ παῖ, δαιμόνων χρῆσθαι χρεών.
ΙΠΠ. Χωρεῖτ' ὀπαδοὶ, καὶ, παρελθόντες δόμους,
Σίτων μέλεσθε· τερπνὸν ἐκ κυναγίας
Τράπεζα πλήρης· καὶ καταψήχειν χρεὼν
Ἵππους, ὅπως ἂν, ἅρμασι ζεύξας ὕπο,
Βορᾶς κορεσθεὶς, γυμνάσω τὰ πρόσφορα.
Τὴν σὴν δὲ Κύπριν πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω.
ΘΕ. Ἡμεῖς δὲ, (τοὺς νέους γὰρ οὐ μιμητέον)
Φρονοῦντες οὕτως, ὡς πρέπει δούλοις λέγειν,
Προσευξόμεσθα τοῖσι σοῖς ἀγάλμασι,
Δέσποινα Κύπρι· χρὴ δὲ συγγνώμην ἔχειν,
Εἴ τις γ', ὑφ' ἥβης σπλάγχνον εὔτονον φέρων,
Μάταια βάζει· μὴ δόκει τούτων κλύειν.
Σοφωτέρους γὰρ δεῖ βροτῶν εἶναι θεούς. ——

ΕΠ-

Vs. 100. *Var. Lect.* σφάλλῃ. Vs. 115. *Al.* Φρονοῦντας οὕτως.

ANC. Affectos Deosne existimas
Modo esse eódem?
HIP. Si quidem Deorum usque sumus usi legibus.
ANC. Cur fastuosae verba non facis Deae?
HIP. Cui? os tuum ne erret, etiam atque etiam vide.
ANC. Ei, ante quae fores tuas stat, Cypridi.
HIP. Illam saluto castus eminus Deam.
ANC. Veneranda ea est atque inter homines nobilis.
HIP. Alii aliis Dii Hominesque curam impartiunt.
ANC. Beatus esses mente sana praeditus.
HIP. Nullus mihi placet Deûm immortalium,
Cuius sacra exercentur atris noctibus.
ANC. Dii sunt colendi consuetis ritibus.
HIP. Ite famuli iam intro; ut paratae sint dapes,
Curate. iucundae refertae dulcibus
Mensae cibis sunt, assiduus ubi famem
Venatus obsonavit. equi etiam mei
Sunt reficiendi, quo iugatos curribus
Dape saturatus commodius exerceam.
Longum at tuam iubeo valere Cypridem.
ANC. At nos (neque iuvenum sequi mores decet)
Sapiemus, ut servaeque conditio feret,
Tua simulacra precabimur domina ô Venus.
Danda venia est, si quis adolescens impetu
Animi excitus vana loquitur. dissimula eum
Audire te „ Plus homine sapere decet Deos.

CHO.

Vs. 116. *Vulg.* Προσευχόμεσθα. Vs. 118. *Vulg.* ἔυτονον. Vs. 119. τούτου.

ΕΠΩΔΙΚΑ.

Στροφὴ ά.

ΧΟ. Ὠκεανοῦ τις, ὕδωρ
Στάζουσα, πέτρα λέγεται,
Βαπτὰν κάλπισι ῥυτὰν παγὰν
Προϊεῖσα κρημνῶν,
Ὅθι μοι τὶς ἦν φίλα,
Πορφύρεα φάρεα
Ποταμίᾳ δρόσῳ
Τέγγουσα, θερμᾶς δ' ἐπὶ νῶτα πέτρας
Εὐαλίου κατέβαλεν· ὅθεν μοι
Πρῶτα φάτις ἦλθε, δέσποινάν,

Ἀντιστροφὴ ά.

Τειρομέναν νοσερᾷ
Κοίτᾳ, δέμας ἐντὸς ἔχειν
Οἴκων· λεπτὰ δὲ φάρεα ξανθὰν
Κεφαλὰν σκιάζειν.
Τριτάταν δέ νιν κλύω
Τάνδε κατ' ἀμβροσίου
Στόματος ἁμέραν
Δάματρος ἀκτᾶς δέμας ἁγνὸν ἴσχειν,

Κρυ-

Vs. 125. *Var. Lect.* Τόθι.

CHO. Cautes quaedam dicitur esse
Latice Oceani stillans,
Ex quo dulcis aquae fons,
Implendis quae satis est urnis;
Saxosa promanat rupe.
Hîc quaedam longa mihi
Consuetudine iuncta,
Vestes fluviali lavans
Purpureas aqua,
Illisque aprici dorso
Saxi, siccandi ergo,
Depositis, mihi primae nunciat
Famae rumores, dominam nunc

Tristi morbo confici,
Affixam lecto intimis
Iacere conditam conclavibus;
Tenuique tantum flavas
Tectam comas velamine.
Tertia nunc lux caelo fulget,
Cum potuque ciboque
Temperat omni;

 Ar-

Κρυπτῷ τε πένθει θανάτου θέλουσαν
Κέλσαι ποτὶ τέρμα δύστανον.

Στροφὴ β'.

Σὺ γὰρ ἔνθεος, ὦ κούρα,
Εἴτ' ἐκ Πανὸς, εἴθ' Ἑκάτας,
Ἢ σεμνῶν Κορυβάντων,
Ἢ Ματρὸς οὐρείας φοιταλέου.
Σὺ δ' ἀμφὶ τὰν πολύθηρον
Δίκτυνναν ἀμπλακίαις
Ἀνίερος ἀθύτων πελάνων τρύχῃ.
Φοιτᾷ γὰρ καὶ διὰ λίμνας,
Χέρσου θ', ὑπὲρ πελάγους
Δίναισιν νοτίας ἅλμας.

Ἀντιστροφὴ β'.

Ἢ πόσιν, τὸν Ἐρεχθειδᾶν
Ἀρχαγὸν, τὸν εὐπατρίδαν,
Πημαίνει τις ἐν οἴκοις,
Κρυπτᾷ γε κοίτᾳ τῶν σῶν λεχέων.
Ἢ ναυβάτας τις ἔπλευσεν

Κρή-

Vs. 149. *Vulg.* Χέρσον. Vs. 150. *Var. Lect.* Δίναις ἐν νοτίαις.

Arcanisque incensa doloribus
Metas vitae tendit ad ultimas.

Sed tu divina nunc nympha
Corriperis vesania:
Seu te Pan nemorum potens,
Seu te inquietat Hecate,
Gnosia seu Corybantum pubes,
Aut Berecyntia mater
Idaeis habitans Dea
Enthea montibus;
Seu tu lapsa errore,
Quod nullis pharetratam
Placaveris libis Dianam,
Nunc curis contorquere anxiis:
Per limosas illa paludes
Ingreditur, terrasque pererrat,
Et pelagi aequora salsi.

Quid si Cecropidùm Rex claris
Generosus natalibus
Decipitur socii laesus tori
Occulto concubitu?
Quid si huc Cretae navita ab oris

Vs. 153. *Forte* Ποιμαίνει, *Canter.*

Κρήτας ἔξορμος ἀνὴρ
Λιμένα τόνδ', εὐξεινότατον ναύταις,
Φήμαν πέμπων βασιλείᾳ·
Λύπᾳ δ' ὑπὲρ παθέων
Εὐναίᾳ δέδεται ψυχά.

Ἐπῳδός.

Φιλεῖ δὲ τᾷ δυστρόπων γυναικῶν
Ἁρμονίᾳ κακὰ δύστανος
Ἀμηχανία συνοικεῖν
Ὠδίνων τε καὶ ἀφροσύνας·
Δι' ἐμᾶς ᾖξε ποτὲ
Νηδύος ἅδ' αὔρα.
Τὰν δ' εὔλοχον οὐρανίαν
Τόξων μεδέουσαν
Ἄρτεμιν ἀΰτευν.
Καί μοι πολυζήλωτος
Αἰεὶ σὺν θεοῖσι φοιτᾷ.

ΑΝΑΠΑΙΣΤΟΙ.

Ἀλλ' ἥδε τροφὸς γεραιὰ πρὸ θυρῶν

Vs. 157. *Vulg.* τὸν. Vs. 160. *Vulg.* Εὐναία.

Appulsus securos
Tetigit portus, Reginae adferens
Infelices nuncios?
Atque aegritudo hac orta
Caussa cubili illam secreto
Clausam tenet?

quin saepe
Fit temperamento ut
Humore corrupto malo
Morosa mulierum atque
Difficilis existat
Natura, gravidi angoribus
Stimulata ventris:
Alvum quoque meam aliquando haec
Perflavit aura.
Ast Diva parturientium
Fautrix, cui sunt spicula, et
Curae leves sagittae,
Diana saepe
Mihi fuit vocata:
Amabilis, veneranda semper
Inter Deas procedit.

Ast en progreditur foras

An-

Vs. 161. *Vulg.* δυστρόπῳ. Vs. 162. *Vulg.* κακά.

Τήνδε κομίζουσ' ἔξω μελάθρων,
Στυγνὸν δ' ὀφρύων νέφος αὐξάνεται.
Τί ποτ' ἐςὶ μαθεῖν ἔραται ψυχὰ,
Τί δεδήληται
Δέμας ἀλλόχροον βασιλείας.

ΤΡΟ. Ὦ κακὰ θνητῶν, ςυγεραί τε νόσοι·
Τί σ' ἐγὼ δράσω; τί δὲ μὴ δράσω;
Τόδε σοι φέγγος λαμπρὸν, ὅδ' αἰθήρ·
Ἔξω δὲ δόμων ἤδη νοσερᾶς
Δέμνια κοίτας,
Δεῦρο γὰρ ἐλθεῖν πᾶν ἔπος ἦν σοι.
Τάχα δ' εἰς θαλάμους σπεύσεις τὸ πάλιν.
Ταχὺ γὰρ σφάλλῃ, κοὐδενὶ χαίρεις,
Οὐδέ σ' ἀρέσκει τὸ παρὸν, τὸ δ' ἀπὸν
Φίλτερον ἡγῇ.
,, Κρεῖσσον δὲ νοσεῖν, ἢ θεραπεύειν·
,, Τὸ μέν ἐστιν ἁπλοῦν, τῷ δὲ συνάπτει
,, Λύπη τε φρενῶν, χερσίν τε πόνος.
,, Πᾶς δ' ὀδυνηρὸς βίος ἀνθρώπων,

,, Κοὐκ

Vs. 179. *Forte leg.* Τί δέ σοι φ., λαμπρὸς ὅδ' αἰθήρ;

Annosa nutrix, hanc extra
Portans limina regiae.
Vultu maesta sedet nubes; quid
Hoc portendat, cupio discere, aut
Quid floridum dominae colorem
Sic variaverit.

NV. O quantum passim, quantum mali
Rebus inest humanis!
Odiosi ô morbi, quid faciam?
Quid non faciam? illustre istud iubar,
Purique aether luminis
Prodire foras, strataque iam aegri
Linquere lecti te invitavit.
Nulla alia ore sonabas verba,
Quam huc ut prodires in publicum:
Moxque voluntas haec mutabitur.
Thalamos intra festinabis
Iterum gressus aegra referre.
Laberis infelix vitio animi.
Nulla voluptas mentem recreat:
Quod adest, displicet;
Quod abest, gratius aestimas.
„ Aegrotare est longe satius,
„ Quam morbis adferre medelam.
„ Illud simplex est malum:
„ Hoc praeter opus manuum
„ Miseris urget corda doloribus.
„ Multis vita repleta est luctibus;

„ Nec

Vs. 183. *Forte leg.* σπεύσεις γε πάλιν.

,, Κοὐκ ἔςι πόνων ἀνάπαυσις.
,, Ἀλλ' ὅ, τι τοῦ ζῆν φίλτερον ἄλλο
,, Σκότος ἀμπίσχον κρύπτει νεφέλαις·
,, Δυσέρωτες δὴ φαινόμεθ' ὄντες
,, Τοῦδ', ὅτι τοῦτο ςίλβει κατὰ γᾶν,
,, Δι' ἀπειροσύναν ἄλλου βιότου,
,, Κοὐκ ἀπόδειξιν τῶν ὑπὸ γαίας.
Μύθοις δ' ἄλλως φερόμεσθα.

ΦΑΙ. Αἴρετέ μου δέμας· ὀρθοῦτε κάρα.
Λέλυμαι μελέων σύνδεσμα, φίλαι.
Λάβετ' εὐπήχεις χεῖρας, πρόπολοι.
Βαρύ μοι κεφαλῆς ἐπίκρανον ἔχειν.
Ἄφελ' ἀμπέτασον βόςρυχον ὤμοις.

ΤΡΟ. Θάρσει τέκνον, καὶ μὴ χαλεπῶς
Μετάβαλλε δέμας.
,, Ῥᾶον δὲ νόσον μετά θ' ἡσυχίας
,, Καὶ γενναίου λήματος οἴσεις·
,, Μοχθεῖν δὲ βροτοῖσιν ἀνάγκη.

ΦΑΙ. (ἒ, ἔ,)

Πῶς

Vs. 191. *Al.* Ἄλλό τι τοῦ ζῆν φίλτερον, ἢ.

,, Nec ab aerumnis requies ulla.
,, Aliud quiddam vita est dulcius,
,, Tenebrae cum nos nube tegent atra.
,, Stultum vitae est desiderium.
,, Vultu illa quidem nitet illustri,
,, Qua terrae patet ambitus;
,, Sed miserè omnes fallimur
,, Expertes alterius vitae.
,, Nemo sub atrae quid lateat sinu
,, Telluris habet compertum; nec
,, Quisquam ostendit: stultis passim
,, Huc illuc erramus fabulis.

PHAE. Corpus tollite miserum, erigite
Caput, ô famulae. omnis mihi
Compages labat artuum.
Heu sustinete brachia:
Velum grave est pondus capiti;
Aufer; capillos explica
Hei mihi miserae!

NV. Ah fide, filia, i contra dolores
Pectore forti, nec nimium move
Corpus tenerum.
,, Morbo levamen adferet
,, Quies, virilisque animi
,, Praesentia. Itaque comparatum est
,, Variis ut affligantur
,, Semper homines aerumnis.

PHAE. Hei quo modo e fonte algido

Ro-

Vs. 199. *Var. Lect.* σύνδεσμα φίλων. Vs. 202. *Olim*, βόστρυχον. οἴμοι.

Πῶς ἂν δροσερᾶς ἀπὸ κρηνῖδος
Καθαρῶν ὑδάτων πόμ' ἀρυσαίμαν;
Ὑπό τ' αἰγείροις, ἔν τε κομήτῃ
Λειμῶνι κλιθεῖσ' ἀναπαυσαίμαν;

ΤΡΟ. Ὦ παῖ, τί θροεῖς;
Οὐ μὴ παρ' ὄχλῳ τάδε γηρύσῃ,
Μανίας ἔποχον ῥιπτοῦσα λόγον.

ΦΑΙ. Πέμπετέ μ' εἰς ὄρος· εἶμι πρὸς ὕλαν,
Καὶ παρὰ πεύκας, ἵνα θηροφόνοι
Στείβουσι κύνες.
Βαλίαις ἐλάφοις ἐγχριμπτομένα,
Πρὸς θεῶν ἔραμαι κυσὶ θωΰξαι,
Καὶ παρὰ χαίταν ξανθὰν ῥῖψαι
Θεσσαλὸν ὅρπακ' ἐπίλογχον ἔχουσ'
Ἐν χειρὶ βέλος.

ΤΡΟ. Τί ποτ' ὦ τέκνον τάδε κηραίνεις;
Τί κυνηγεσίων καὶ σοὶ μελέτης;
Τί δὲ κρηναίων νασμῶν ἔρασαι;
Παρὰ γὰρ δροσερὰ πύργοις συνεχὴς

Κλι-

Vs. 209. *F.* πῶμ' ἀρ. *Markland.* Vs. 218. *Vulg.* ἐγχριπτόμεναι.

Rorantis hauriam
Fecunda laticis pocula?
Frondentibusque ubi sub alnis,
Prato recumbens herbido,
Misera quiescam?

NV. Hei filia, hei, quae verba profers?
Cave illa coram vulgo.
Furore, ceu carpento,
Illa vehuntur.

PHAE. Me ad praeruptos mittite monteis:
Nunc ad opacos arbore saltus,
Nunc ad virentes ire pinus
Fert impetus;
Venatici quo eunt canes,
Ubi celeres in retia
Cervos agunt:
Clamore, per Deos, lubet
Canes ciere;
Ac Thessalam arripiens manu hastam,
Circumque flaventes
Sublatam agens capillos,
Telum librabo missile.

CHO. Quid studia tibi curae ista,
O filia, ecquid est cum
Venatione negotî?
Quid fontis aquas poscis limpidi?
Arci imminet devexa rupes,
Perennibus manans aquis:

Prae-

Vs. 224. *Forte leg.* μέλετῃ.

Κλιτύς, ὅθι σοι πῶμα γένοιτ᾽ ἄν.

ΦΑΙ. Δέσποιν᾽ ἁλίας Ἄρτεμι Λίμνας,
Καὶ γυμνασίων τῶν ἱπποκρότων,
Εἴθε γενοίμαν ἐν σοῖς δαπέδοις,
Πώλους Ἐνέτας δαμαλιζομένα.

ΤΡΟ. Τί τόδ᾽ αὖ παράφρον ἔῤῥιψας ἔπος;
Νῦν δὴ μὲν ὄρος βᾶσ᾽ ἐπὶ θήρας
Πόθον ἐστέλλου· νῦν δ᾽ αὖ ψαμάθοις
Ἐπ᾽ ἀκυμάντοις πώλων ἔρασαι.
Τάδε μαντείας ἄξια πολλᾶς,
Ὅς τις σε θεῶν ἀνασειράζει,
Καὶ παρακόπτει φρένας, ὦ παῖ.

ΦΑΙ. Δύστανος ἐγὼ, τί ποτ᾽ εἰργασάμαν;
Ποῖ παρεπλάγχθην γνώμας ἀγαθᾶς;
Ἐμάνην, ἔπεσον δαίμονος ἄτᾳ.
Φεῦ, φεῦ, τλήμων.
Μαῖα, πάλιν μου κρύψον κεφαλάν·
Αἰδούμεθα γὰρ τὰ λελεγμένα μοι.
Κρύπτε· κατ᾽ ὄσσων δάκρυ μοι βαίνει,
Καὶ ἐπ᾽ αἰσχύνην ὄμμα τέτραπται.

„ Τὸ

Vs. 227. *Vulg.* ὅθεν. *f.* ὅθι, *Heath.* Vs. 228. *Olim*, Δέσποινα δίας Ἄ. λίμνας. Vs. 231. *Ol.* δαμαζομένα. Vs. 232. *Forte leg.* παράφρον γ᾽ ἔῤῥ.

Praebebit illa facilem
Regina potum.

PHAE. Sacrae ô paludis domina,
Exercitationum equestrium
Praeses Diana,
Utinam tuis decurrere
Campis queam!
Utinam domare equos
Liceat domesticos!

CHO. Quid rursus hic tam stulta iactas?
Nunc iuga summa petis, nunc
Venandi te amor urget:
Nunc vis arenosis agris
Equos feroces.
Haec vera sunt praesagia,
Aliquem esse, qui te retrahat, Deum,
Mentisque praestringat vigorem.

PHAE. Hei infelix, quid ego feci?
Quo mens devia fugit?
Sanum Deus eripuit pectus.
Irato cecidi Deo.
Heu, heu misera,
O nutrix mea, caput heu rursus
Vela meum.
Dictorum pudet.
Tege, quaeso, ex oculis erumpunt
Lacrymae maestis.

Pu-

Vs. 233, 234. *Var. Lect.* θῆρας Ποθὲν. Vs. 236. *Vulg.* πολλῆς.

,, Τὸ γὰρ ὀρθοῦσθαι γνώμαν ὀδυνᾷ·
,, Τὸ δὲ μαινόμενον, κακόν· ἀλλὰ κρατεῖ,
,, Μὴ γιγνώσκοντ᾽ ἀπολέσθαι.
ΤΡΟ. Κρύπτω· τὸ δ᾽ ἐμὸν πότε δὴ θάνατος
Σῶμα καλύψει;
Πολλὰ διδάσκει μ᾽ ὁ πολὺς βίοτος
,, Χρῆν γὰρ μετρίας εἰς ἀλλήλους
,, Φιλίας θνητοὺς ἀνακίρνασθαι,
,, Καὶ μὴ πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς·
,, Εὔλυτα δ᾽ εἶναι στέργηθρα φρενῶν,
,, Ἀπό τ᾽ ὤσασθαι, καὶ ξυντεῖναι.
,, Τὸ δ᾽ ὑπὲρ δισσῶν μίαν ὠδίνειν
,, Ψυχὰν, χαλεπὸν βάρος", ὡς κἀγὼ
Τῆσδ᾽ ὑπεραλγῶ.
,, Βιότου δ᾽ ἀτρεκεῖς ἐπιτηδεύσεις
,, Φασὶ σφάλλειν πλέον, ἢ τέρπειν,
,, Τῇ θ᾽ ὑγιείᾳ μᾶλλον πολεμεῖν.

Οὔ-

Vs. 247. *Al.* ὀδύνα. Vs. 252. *Olim*, Π. δ. γάρ μ᾽ ὁ π. βίος.

Pudore vertuntur genae.
„ Mentem reverti ad utilem
„ Dolore pungit acri.
„ Insania est malum; atqui
„ Nil sentientem et inscium
„ Sic interire est optimum.
NV. Caput, ut iubes, tegam.
Sed obrutum mors quando
Corpus teget meum?
Me longa docuit aetas
Quam plurima. „ Inter homines
„ Ne amor sit immoderatus,
„ Neque intimas intret medullas,
„ Cavendum id unice.
„ Sic temperandus est amor,
„ Sine laesione ut desinat,
„ Expelli, et intendi ut queat.
„ Grave pondus afflictari, et
„ Unam duarum animarum
„ Perferre poenas. huius
Ego ut vices miserata
Supra modum angor.
„ Intensa vitae studia
„ Multo mali plus quam
„ Secum voluptatis trahunt.
„ Contraria valetudini
„ Bellum inferunt bonae.

Ita

Vs. 256. *Al.* θέλγητρα φρενῶν.

Οὕτω τὸ λίαν ἧσσον ἐπαινῶ
Τοῦ μηδὲν ἄγαν·
Καὶ ξυμφήσουσι σοφοί μοι.

Ι Α Μ Β Ο Ι.

ΧΟ. Γύναι γεραιὰ, βασιλίδος πιστὴ τροφὲ
Φαίδρας, ὁρῶμεν τάσδε δυστήνους τύχας.
Ἄσημα δ' ἡμῖν, ἥτις ἐστὶν ἡ νόσος·
Σοῦ δ' ἂν πυθέσθαι καὶ κλύειν βουλοίμεθ' ἄν.
ΤΡΟ. Οὐκ οἶδ' ἐλέγχουσ'· οὐ γὰρ ἐννέπειν θέλει.
ΧΟ. Οὐδ' ἥτις ἀρχὴ τῶνδε πημάτων ἔφυ;
ΤΡΟ. Εἰς ταὐτὸν ἥκεις· πάντα γὰρ σιγᾷ τάδε.
ΧΟ. Ὡς ἀσθενεῖ τε καὶ κατέξανται δέμας.
ΤΡΟ. Πῶς δ' οὔ; τριταίαν γ' οὖσ' ἄσιτος ἡμέραν;
ΧΟ Πότερον ὑπ' ἄτης, ἢ θανεῖν πειρωμένη;
ΤΡΟ. Θανεῖν· ἀσιτεῖ δ' εἰς ἀπόστασιν βίου.
ΧΟ. Θαυμαστὸν εἶπας, εἰ τάδ' ἐξαρκεῖ πόσει.
ΤΡΟ. Κρύπτει γὰρ ἥδε πῆμα, κοὔ φησιν νοσεῖν.
ΧΟ. Ὁ δ' εἰς πρόσωπον οὐ τεκμαίρεται βλέπων;
ΤΡΟ. Ἔκδημος ὢν γὰρ τῆσδε τυγχάνει χθονός.
ΧΟ. Σὺ δ' οὐκ ἀνάγκην προσφέρεις, πειρωμένη
Νόσον πυθέσθαι τῆσδε, καὶ πλάνον φρενῶν;
ΤΡΟ. Εἰς πᾶν ἀφῖγμαι, κοὐδὲν εἴργασμαι πλέον.
Οὐ μὴν ἀνήσω γ' οὐδὲ νῦν προθυμίας,
Ὡς ἂν παροῦσα καὶ σύ μοι ξυμμαρτυρῇς,

Οἵα

Vs. 264. *Vulg.* λίαν γ' ἧσσον. Vs. 270. *Forte leg.* Σοῦ δ' αὖ.
Vs. 273. *Var. Lect.* ἥκει.

Ita sane ego quod nimium est
Minus probaverim, atque hoc
Quod dicitur, Ne quid nimis.
Idque sapientium omnium
Evicero suffragiis.

CHO. Grandaeva anus Phaedraeque Reginae nutrix
Fidelis, has quidem videmus miserias,
Tristesque casus. sed, quis iste sit morbus, latet.
Te interrogare, audire te monet animus.
NV. Equidem haud scio ipsa, tacita continet malum:
Nihilque percontando rescire potui.
CHO. Neque causa quaenam tam gravis fuerit mali?
NV. Recidis eodem. celat ista me omnia.
CHO. Ut aegra, toto ut membra tabent corpore!
NV. Qui non! cibum quae triduo abhinc non sumpserit!
CHO. Morbine vi, an contendit illa sic mori?
NV. Finire inedia calamitosos vult dies.
CHO. Mira loqueris, viro ista si non displicent.
NV. Celat malum illa, atque esse se aegrotam negat.
CHO. Nec id ille faciem conspicatus percipit?
NV. Qui posset, aliis peregre in oris quando abest?
CHO. Sed numquid urges, morbi ut omnem huius scias
Originem, mentisque caussam erraticae?
NV. Omnes vias tentavi. at incassum omnia.
Nullamque ego remittam adhuc industriam:
Ut ipsa diligentiae praesens meae
Tu testis existas, heraeque in omnibus

Quam

Vs. 276. *Al.* ὑπ' ἄσης· *Forte leg.* Π. ὑπ' ἄτης, ἢ θανεῖν π.
Vs. 284. *Vulg.* Εἰς πάντ' ἀφ.

Οἷα πέφυκα δυςυχοῦσι δεσπόταις.
Ἄγ', ὦ φίλη παῖ, τῶν πάροιθε μὲν λόγων
Λαθώμεθ' ἄμφω· καὶ σύ θ' ἡδίων γενοῦ,
Στυγνὴν ὀφρὺν λύσασα, καὶ γνώμης ὁδὸν,
Ἐγὼ θ', ὅπῃ σοι μὴ καλῶς τόθ' εἱπόμην,
Μεθεῖσ', ἐπ' ἄλλον εἶμι βελτίω λόγον.
Κεἰ μὲν νοσεῖς τι τῶν ἀποῤῥήτων κακῶν,
Γυναῖκες αἵδε συγκαθίςαιντ' ἂν νόσον.
Εἰ δ' ἔκφορός σοι συμφορὰ πρὸς ἄρσενας,
Λέγ', ὡς ἰατροῖς πρᾶγμα μηνυθῇ τόδε.
Εἶεν· τί σιγᾷς; οὐκ ἐχρῆν σιγᾷν, τέκνον,
Ἀλλ' ἤ μ' ἐλέγχειν, εἴ τι μὴ καλῶς λέγω,
Ἢ τοῖσιν εὖ λεχθεῖσι συγχωρεῖν λόγοις.
Φθέγξαι τί· δεῦρ' ἄθρησον· ὦ τάλαιν' ἐγὼ,
Γυναῖκες, ἄλλως τούςδε μοχθοῦμεν πόνους,
Ἴσον δ' ἄπεσμεν τῶν πρίν· οὔτε γὰρ τότε
Λόγοις ἐτέγγεθ' ἥδε, νῦν τ' οὐ πείθεται.
Ἀλλ' ἴσθι μέντοι (πρὸς τάδ' αὐθαδεςέρα
Γίγνου θαλάσσης) εἰ θανῇ, προδοῦσα σοὺς
Παῖδας, πατρῴων μὴ μεθέξοντας δόμων·
Μὰ τὴν ἄνασσαν ἱππίαν Ἀμαζόνα,

Ἢ

Vs. 288. *Vulg.* Ἀλλ' ὦ. Vs. 294. *Vulg.* συγκαθιςάναι. *Codd.* συγκαθίςανται· *Forte* συγκαθίςαιντ' ἂν ν. *Musgrave.* Vs. 298. ἤν τι.

Quam casibus fidelitatem praestiti.
At filia ô carissima prioris precor
Sermonis obliviscere, itidem ut faciam ego, et
Lubentiorem te exhibe, frontem explica,
Olim serenam, nunc supercilio gravem:
Dissolve amaram pectoris curam anxii.
Si forte quid locuta tunc sum durius,
Nunc corrigam, laetosque proferam sonos.
Si morbus urget te secretus, feminae hae
Ferent medelam. si illius sit generis ut
Communicari cum viris queat, tuum edere est,
Uti medicis res omnis explanetur. At
Cur sic taces? haud te tacere convenit.
Quin si minus recte quid effero, me argue,
Recteve dicta voce comproba tua.
Dic aliquid, huc specta. miserrima ego omnium, ô,
O feminae, hunc frustra laborem insumimus.
Aeque atque dudum hinc absumus procul, neque
Sermone tum flecti meo potuit, neque
Nunc imperare sibi potest, ut pareat.
Sed certum habe, tu fluctibus maris hic minus
Tractabilis. si deseris nunc liberos,
In non coactam sic necem te proruens,
Haereditatem haud ullo ii unquam tempore
Cernent paternam. testor hic Amazonum
Reginam equestrem, liberis dominam tuis

Quae

Vs. 302. *Al.* τῷ πρὶν· Vs. 303. *Var. Lect.* ἐλέγεθ' ἥδε.
Vs. 307. *Vulg.* ἱππείαν.

Ἢ σοῖς τέκνοισι δεσπότην ἐγείνατο
Νόθον, φρονοῦντα γνήσι', οἶσθά νιν καλῶς,
Ἱππόλυτον. Φ. οἴμοι. Τ. θιγγάνει σέθεν τόδε;
ΦΑΙ. Ἀπώλεσάς με, μαῖα, καί σε, πρὸς θεῶν,
Τοῦδ' ἀνδρὸς αὖθις, λίσσομαι, σιγᾶν πέρι.
ΤΡΟ. Ὁρᾷς; φρονεῖς μὲν εὖ· φρονοῦσα δ' οὐ θέλεις
Παῖδάς τ' ὀνῆσαι, καὶ σὸν ἐκσῶσαι βίον.
ΦΑΙ. Φιλῶ τέκν'· ἄλλῃ δ' ἐν τύχῃ χειμάζομαι.
ΤΡΟ. Ἁγνὰς μὲν, ὦ παῖ, χεῖρας αἵματος φέρεις!
ΦΑΙ. Χεῖρες μὲν ἁγναὶ, φρὴν δ' ἔχει μίασμά τι
ΤΡΟ. Μῶν ἐξ ἐπακτοῦ πημονῆς ἐχθρῶν τίνος;
ΦΑΙ. Φίλος μ' ἀπόλλυσ', οὐχ ἑκοῦσαν οὐχ ἑκών.
ΤΡΟ. Θησεύς τιν' ἡμάρτηκεν εἴς σ' ἁμαρτίαν;
ΦΑΙ. Μὴ δρῶσ' ἔγωγ' ἐκεῖνον ὀφθείην κακῶς.
ΤΡΟ. Τί γὰρ τὸ δεινὸν τοῦθ', ὅ σ' ἐξαίρει θανεῖν;
ΦΑΙ. Ἔα μ' ἁμαρτεῖν, οὐ γὰρ εἴς σ' ἁμαρτάνω.
ΤΡΟ. Οὐ δῆθ' ἑκοῦσά γ', ἐν δὲ σοὶ λελείψομαι.
ΦΑΙ. Τί δρᾷς; βιάζῃ χειρὸς ἐξαρτωμένη;
ΤΡΟ. Καὶ σῶν γε γονάτων οὐ μεθήσομαί ποτε.
ΦΑΙ. Κάκ', ὦ τάλαινα, σοὶ τάδ', εἰ πεύσῃ, κακά.

ΤΡΟ.

Vs. 312. *Al.* Τοῦδ' αὖθις ἀνδρός. Vs. 316. *Al. Codd.* φορεῖς.

Quae peperit illegitimum, at artium haud rudem,
Quibus imbuuntur editi iustis toris.
Nosti probe Hippolytum istum.
PHAE. At hei mihi miserae!
NV. Quid? hoccine hîc te perculit?
PHAE. Cara ut nutrix
Me perdidisti! per Deos te omneis precor,
Ne nomen huius ore prodeat tuo
In posterum.
NV. Videsne mens ut integra
Tibi constet? hei! servare non vis liberos
Misera tuos, vitamque tutari tuam.
PHAE. Amo liberos; sed me alia tempestas rapit.
NV. Intaminatas sanguine retines manus.
PHAE. Munda manus est, polluta gesto pectora.
NV. Aliunde ab hoste aliquidne manavit mali?
PHAE. Amicus hei me perdit invitam inscius.
NV. Commisit in te quaeso quid Theseus mali?
PHAE. Minime. at, ne ego illum laesero, maior metus.
NV. Cur tanta res est quae mori te cogit?
PHAE. At
Errare me sine, nihil in te ago perperam.
NV. Haud sponte sane; potius hic mortem oppetam.
PHAE. Quid vim facis, ita e brachiis pendens meis?
NV. Haud fiet unquam ut genua deseram tua.
PHAE. Mala misera audiens, mala ipsa tibi audies.

NV.

Vs. 324. *Al.* Οὐδὲ σοῦ λελείψομαι· *male.* Vs. 326. *Fort. leg.* Καὶ τῶνδε γ.

ΤΡΟ. Μεῖζον γὰρ, ἢ σοῦ μὴ τυχεῖν, τί μοι κακόν;
ΦΑΙ. Ὀλῇ· τὸ μέντοι πρᾶγμ᾽ ἐμοὶ τιμὴν φέρει.
ΤΡΟ. Κἄπειτα κρύπτεις χρῆσθ᾽, ἱκνουμένης ἐμοῦ;
ΦΑΙ. Ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν ἐσθλὰ μηχανώμεθα.
ΤΡΟ. Οὐκοῦν λέγουσα τιμιωτέρα φανῇ.
ΦΑΙ. Ἄπελθε, πρὸς θεῶν, δεξιάν τ᾽ ἐμὴν μέθες.
ΤΡΟ. Οὐ δῆτ᾽, ἐπεί μοι δῶρον οὐ δίδως ὃ χρῆν.
ΦΑΙ. Δώσω· σέβας γὰρ χειρὸς αἰδοῦμαι τὸ σόν.
ΤΡΟ. Σιγῷμ᾽ ἂν ἤδη· σὸς γὰρ οὑντεῦθεν λόγος.
ΦΑΙ. Ὦ τλῆμον, οἷον, μῆτερ, ἠράσθης ἔρον;
ΤΡΟ. Ὃν ἔσχε ταύρου, τέκνον, ἢ τί φῂς τόδε;
ΦΑΙ. Σύ τ᾽ ὦ τάλαιν᾽ ὅμαιμε, Διονύσου δάμαρ.
ΤΡΟ. Τέκνον, τί πάσχεις; συγγόνους κακοῤῥοθεῖς;
ΦΑΙ. Τρίτη δ᾽ ἐγὼ δύστηνος ὡς ἀπόλλυμαι.
ΤΡΟ. Ἔκ τοι πέπληγμαι ποῖ προβήσεται λόγος;
ΦΑΙ. Ἐκεῖθεν ἡμεῖς, οὐ νεωστὶ δυστυχεῖς.
ΤΡΟ. Οὐδέν τι μᾶλλον οἶδ᾽ ἃ βούλομαι κλύειν.
ΦΑΙ. Φεῦ.
Πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἅ᾽ μ᾽ ἐχρῆν λέγειν;
ΤΡΟ. Οὐ μάντις εἰμὶ τἀφανῆ γνῶναι σαφῶς.
ΦΑΙ. Τί τοῦθ᾽ ὃ δὴ λέγουσιν ἀνθρώπους ἐρᾶν;
ΤΡΟ. Ἥδιστον, ὦ παῖ, ταὐτὸν, ἀλγεινόν θ᾽ ἅμα.
ΦΑΙ. Ἡμεῖς ἂν εἶμεν θατέρῳ κεχρημέναι.

ΤΡΟ.

Vs. 329. Ὀλῇ. ΦΑΙ. τὸ μ. Vs. 330. *Var. Lect.* κρύπτεις, χρῆσθ᾽ ἱκν.
Vs. 331. *Var. Lect.* ἐσθλῶν αἰσχρά. Vs. 333. *Vulg.* δεξιᾶς τ᾽ ἐμῆς μ.

NV. Si te orber, hei gravius mihi quid accidat?
PHAE. Peribis. haec res adferet mihi decus.
NV. Honesta poscenti ista nunc non deteges?
PHAE. Honesta turpitudinem secum trahent.
NV. Laudatior eris haec amicis aperiens.
PHAE. Abi, atque dextram linque nunc mihi liberam.
NV. Nunquam relinquam, quod peto nisi tribuas.
PHAE. Tribuam, manumque veneror in primis tuam.
NV. Secretum habebo. iam explicare erit tuum.
PHAE. O misera! qualem amorem amasti mea parens?
NV. Quo taurum amavit, quemve amorem tu innuis?
PHAE. Tuque ô soror Semeleii uxor Liberi!
NV. Hem quid tibi accidisse dicam ô filia?
Mala generis ita gravia prosequeris tui.
PHAE. Ut tertia quoque infausta nunc ego pereo!
NV. Quorsum ista spectent verba iam attonita haereo.
PHAE. Hinc prima labes fluxit: haud ea est recens.
NV. Nihilo magis iam, audire quae cupio, scio.
PHAE. Heu quî mihi dicas quae oportet me loqui.
NV. Vatesne ego sum, obscura quae tibi explicem?
PHAE. Quid est quod homines apud amare dicitur?
NV. Dulcissimum hoc idem atque amarum maxime.
PHAE. Horum alterum sum experta ego, ut quae maxime.

NV.

Vs. 339. *Cod. MS.* Σὺ δ' ὤ. Vs. 345. *Al.* ἆ'ν μ' ἐχρῆν λ. *male.*
Vs. 349. *F. leg.* Ἡμεῖς δ' ἂν.

ΤΡΟ. Τί φῂς; ἐρᾷς, ὦ τέκνον, ἀνθρώπων τινός;
ΦΑΙ. Ὅστις ποθ' οὗτός ἐσθ' ὁ τῆς Ἀμαζόνος.
ΤΡΟ. Ἱππόλυτον αὐδᾷς; Φ. σοῦ τάδ', οὐκ ἐμοῦ, κλύεις.
ΤΡΟ. Οἴμοι, τί λέξεις; τέκνον ὥς μ' ἀπώλεσας.
Γυναῖκες, οὐκ ἀνάσχετ'· οὐκ ἀνέξομαι
Ζῶσ'· ἐχθρὸν ἦμαρ, ἐχθρὸν εἰσορῶ φάος.
Ῥίψω, μεθήσω σῶμ'· ἀπαλλαχθήσομαι
Βίου θανοῦσα· χαίρετ'· οὐκ ἔτ' εἴμ' ἐγώ.
Οἱ σώφρονες γὰρ, οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ὅμως
Κακῶν ἐρῶσι· Κύπρις οὐκ ἄρ' ἦν θεὸς,
Ἀλλ' εἴτι μεῖζον ἄλλο γίγνεται θεοῦ,
Ἣ τήνδε, κἀμὲ, καὶ δόμους ἀπώλεσεν.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΙΚΑ.

ΣΤΡΟΦΗ.

ΧΟ. Ἄϊες ὦ, ἔκλυες ὦ,
Ἀνήκουσα τᾶς τυράννου
Πάθεα μέλεα θρεομένας.
Ὀλοίμαν ἔγωγε, πρὶν σὰν φίλαν
Καταλῦσαι φρένα.
Ἰώ μοι· φεῦ· φεῦ.

7 Ὦ

Vs. 353. *Vulg.* Οἴμοι, τί λέξεις τέκνον; Vs. 364. *Al.* πρὶν. σ' ἂν φ. et Κατανῦσαι.

NV. Quid ô ais? tu amore capta es, filia?
PHAE. Quis ille qui prognatus est Amazone?
NV. Quem dicis, Hippolytumne?
PHAE. Id ex te, ex me haud scies.
NV. Heu quid ais? ut me perdidisti filia?
Haud ista sunt toleranda. non toleranda sunt.
Odiosum, amicae, non feram vivens diem.
Invisa splendet oculis lux meis. procul
Me hinc segregabo. corpus hoc linquam. neque
Mora ulla, vita exibo. iam volupe est mori:
Valete. nil prorsus ego sum misera amplius.
Quae sunt modesto pectore nurus praeditae,
Amant quidem mala illae, at invitae tamen.
Non est Dea Venus, aliquid est maius Dea,
Quae meque, et istam, et perdidit totam domum.

CHO. Eheu tristis Dominae casus!
Infanda audistis narrantem,
Audivistis Dominam. ô utinam ante
Intereum, quam Domina ista tua
Maesta perdat funere vitam.
Eheu, eheu infelix, ô

Cu-

Vs. 365. *Vulg.* Ἰώ μοι μοι.

7 ῏Ω τάλαινα τῶνδ᾽ ἀλγέων·
8 ῏Ω πόνοι τρέφοντες βροτούς.
9 Ὄλωλας· ἐξέφηνας εἰς φάος κακά.
10 Τίς σε παναμέριος ὅδε χρόνος μένει;
11 Τελευτήσεταί τι καινὸν δόμοις.
12 Ἄσημα δ᾽ οὐκ ἔτ᾽ ἐστὶν οἷ φθίνει τύχα
13 Κύπριδος, ὦ τάλαινα παῖ Κρησία.

Ι Α Μ Β Ο Ι.

ΦΑΙ. Τροιζήνιαι γυναῖκες, αἳ τόδ᾽ ἔσχατον
Οἰκεῖτε χώρας Πελοπίας προνώπιον,
Ἤδη πότ᾽ ἄλλως νυκτὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ
Θνητῶν ἐφρόντισ᾽ ᾗ διέφθαρται βίος.
Καί μοι δοκοῦσιν οὐ κατὰ γνώμης φύσιν
Πράσσειν κάκιον· ἔστι γὰρ τόγ᾽ εὖ φρονεῖν
Πολλοῖσιν· ἀλλὰ τῇδ᾽ ἀθρητέον τόδε.
„ Τὰ χρήστ᾽ ἐπιστάμεσθα, καὶ γιγνώσκομεν,
„ Οὐκ ἐκπονοῦμεν δ᾽· οἱ μὲν, ἀργίας ὕπο,
„ Οἱ δ᾽ ἡδονὴν προθέντες ἀντὶ τοῦ καλοῦ
„ Ἄλλην τιν᾽· εἰσὶ δ᾽ ἡδοναὶ πολλαὶ βίου,
„ Μακραί τε λέσχαι, καὶ σχολὴ, τερπνὸν κακὸν,
„ Αἰδώς τε· δισσαὶ δ᾽ εἰσίν· ἡ μὲν οὐ κακὴ,
„ Ἡ δ᾽ ἄχθος οἴκων·" εἰ δ᾽ ὁ καιρὸς ἦν σαφὴς,

Οὐκ

Vs. 370. *F. leg. ex MS.* Τελευτάσεται. Vs. 379. *Olim*, τάδε.

Curis hei immersa voracibus!
O hominum nutrices aerumnae! vah
Periisti! mala vulgantur tua.
Ultima quae te expectant tempora!
Nunc novi aliquid his fiet in aedibus.
Haud obscurae Cypridis artes,
Quae miseram consument.
O quam infelix Cressa puella es!

PHAE. Troezeniae nurus, Lacaenique Pelopis
Quae colitis extremos recessus insulae,
Quam saepe longas noctis horas traximus
Meditatione mortis! Et quibus modis
Humana solvi vita possit! haud mihi
Ductu videntur mentis ad nefas agi,
Mortalium auras quotquot aetheris hauriunt.
„ Plerique recte quae geruntur pervident.
„ Sed ponderandum hîc est, honesta scire nos,
„ Quaeque meliora sunt, sequi sed pessima,
„ Ad eaque magis appellere animum: ignaviam hi,
„ Alii voluptatem anteponunt improbam
„ Honesto, eamque vitae habent ducem suae.
„ Varia voluptatum genera, hominum quibus
„ Mulcetur aegra vita. dulce malum, otium,
„ Confabulationibusque suaviter
„ Ad satietatem posse mutuis frui.

Pu-

Vs. 381. *Al.* Κοὐκ ἐκπονοῦμεν, οἱ μὲν.

Οὐκ ἂν δύ' ἤστην ταὔτ' ἔχοντε γράμματα.
Ταῦτ' οὖν ἐπειδὴ τυγχάνω φρονοῦσ' ἐγὼ,
Οὐκ ἔσθ' ὁποίῳ φαρμάκῳ διαφθερεῖν
Ἔμελλον, ὥστε τοὔμπαλιν πεσεῖν φρενῶν.
Λέξω δὲ καὶ σοὶ τῆς ἐμῆς γνώμης ὁδόν.
Ἐπεί μ' ἔρως ἔτρωσεν, ἐσκόπουν ὅπως
Κάλλιστ' ἐνέγκαιμ' αὐτόν· ἠρξάμην μὲν οὖν
Ἐκ τοῦδε σιγᾷν τήνδε καὶ κρύπτειν νόσον.
„ Γλώσσῃ γὰρ οὐδὲν πιστόν· ἣ θυραῖα μὲν
„ Φρονήματ' ἀνδρῶν νουθετεῖν ἐπίσταται,
„ Αὐτὴ δ' ὑφ' αὑτῆς πλεῖστα κέκτηται κακά.
Τὸ δεύτερον δὲ, τὴν ἄνοιαν εὖ φέρειν,
Τῷ σωφρονεῖν νικῶσα, προὐνοησάμην.
Τρίτον δ', ἐπειδὴ τοῖσιν οὐκ ἐξήνυτον
Κύπριν κρατῆσαι, κατθανεῖν ἔδοξέ μοι
Κράτιστον· οὐδεὶς ἀντερεῖ βουλεύμασιν.
„ Ἐμοὶ γὰρ εἴη μήτε λανθάνειν καλὰ,
„ Μήτ' αἰσχρὰ δρώσῃ, μάρτυρας πολλοὺς ἔχειν.
Τὸ δ' ἔργον ᾔδη, τὴν νόσον τε δυσκλεᾶ.
Γυνή τε πρὸς τοῖσδ' οὖσ' ἐγίγνωσκον καλῶς,
Μίσημα πᾶσιν. Ὡς ὄλοιτο παγκάκως,
Ἥτις πρὸς ἄνδρας ἤρξατ' αἰσχύνειν λέχη
Πρώτη θυραίους· ἐκ δὲ γενναίων δόμων

Τόδ'

V. 387. *Vulg.* ταῦτ' ἔχοντε. Vs. 388. *Codd. duo*, προγνοῦσ' ἐγὼ.

Pudorque duplex esse fertur, hic bonus,
Domos at ille sarcina premens gravi.
Quod si pateret, ubi pudore foret opus,
Haud scriptus iisdem literis esset duplex.
Talia ego mecum mente cum revolverem,
Nullam ullius tantam arbitrabar pharmaci
Usquam esse vim, quae pectus integrum loco
Movens ad aliquod impulisset dedecus.
At nunc quis animi sit tenor dicam mei.
Postquam ictum amore fuit cor, extemplo incidit
Mihi cura, ut optime hoc perferrem onus.
Coepi tacere, vulnus occultum tegens.
„ Linguae fides nulla est habenda, aliorum ea
„ Saepe probra, cogitationesque reprimit,
„ Sibi at ipsa maximum accersit malum.
Amentiam dein castitate vincere
Decreveram; quae si via haud succederet,
Venusque fortiore vi urgeret, mori
Visum optimum. Quis iure consilium hoc meum
Dictis refutet? „ Recta si faciam, ut quidem
„ Nolim latere: ita turpia patrans haud velim
„ Testeis habere. Scio hoc opus, morbum hunc scio,
Infamiam sequi, atque cum sim femina,
Odium inde me contra excitatum iri omnium.
Ah pessime omnino illa pereat, prima quae
Mixta exteris viris toros adultera
Temeravit alienos! mali huius fluxit ex

Do-

Vs. 400. *F. leg.* τοῖσιδ' οὐκ ἐξ. *vel* τοῖςδέγ' οὐκ. Vs. 405. *Olim*, ἤδειν.

Τόδ' ἦρξε θηλείαισι γίγνεσθαι κακόν.
„ Ὅταν γὰρ αἰσχρὰ τοῖσιν ἐσθλοῖσιν δοκῇ,
„ Ἦ κάρτα δόξει τοῖς κακοῖς εἶναι καλά.
Μισῶ δὲ καὶ τὰς σώφρονας μὲν ἐν λόγοις,
Λάθρα δὲ τόλμας οὐ καλὰς κεκτημένας.
Αἳ πῶς ποτ', ὦ δέσποινα ποντία Κύπρι,
Βλέπουσιν εἰς πρόσωπα τῶν ξυνευνετῶν,
Οὐδὲ σκότον φρίσσουσι τὸν ξυνεργάτην,
Τέρεμνά τ' οἴκων μή ποτε φθογγὴν ἀφῇ;
Ἡμᾶς γὰρ αὐτὸ τοῦτ' ἀποκτείνει, φίλαι,
Ὡς μή ποτ' ἄνδρα τὸν ἐμὸν αἰσχύνασ' ἁλῶ,
Μὴ παῖδας, οὓς ἔτικτον· ἀλλ' ἐλεύθεροι,
Παῤῥησίᾳ θάλλοντες, οἰκοῖεν πόλιν
Κλεινῶν Ἀθηνῶν, μητρὸς οὕνεκ' εὐκλεεῖς.
„ Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ,
„ Ὅταν ξυνειδῇ μητρὸς ἢ πατρὸς κακά.
„ Μόνον δὲ τοῦτο φάσ' ἁμιλλᾶσθαι βίῳ,
„ Γνώμην δικαίαν κἀγαθὴν ὅτῳ παρῇ.
„ Κακοὺς δὲ θνητῶν ἐξέφην', ὅταν τύχῃ
„ Προσθεὶς κάτοπτρον, ὥστε παρθένος νέᾳ,
„ Χρόνος· παρ' οἷσι μή ποτ' ὀφθείην ἐγώ.

ΧΟ.

Vs. 418. *Al.* Τέραμνα. Vs. 419. *Olim*, ἀποκτενεῖ. Vs. 421. *Olim*, ἐλευθέρως.

Domibus potentum foeda origo. ,, turpia
,, Quae iis placent probi qui habentur, eadem ea
,, Plebi aestimantur honesta si qua maxime.
Verbis pudicas semper odi, et ad improba
Quae clanculum turpi ruunt audacia.
Illaeque qua fronte intueri audent viros?
Dea ô potens Cypri, atque salso sata mari.
Neque adiutrices noctis, heu scelus, nigrae
Horrent tenebras, intimos neque domuum
Procul recessus, voce ne illi in publicum
Quandoque divulgent secreta. me id etiam
Mucrone ceu stricto necabit, ô nurus,
Non praestitisse si viro arguar fidem;
Si labe quos progenui in auras liberos
Contaminem. Virtutis hos fiducia,
Et libere florere vota sunt mea.
Celebri habitent Cecropidùm in urbe, et splendidi
Virtute, gloriaque matris. ,, Homini enim
,, Etiam optimo servilis instar est iugi,
,, Sceleris parentum conscientia premi.
,, Vitamque solum hoc vincit ipsam, aequi et boni,
,, Mentisque conscientia integrae frui.
,, At tempus improbos, id usus cum exigit,
,, Teneri ut puella aevi nitentis imagine
,, Speculi figuram cernit, omnes indicat.
At inter illos nunquam ego aspiciar precor.

CHO.

Vs. 427. *Var. Lect.* ὅταν παρῇ. Vs. 429. *Al.* Προθεὶς κ. ὥστε παρθένῳ νέᾳ.

ΧΟ. Φεῦ· φεῦ· „ τὸ σῶφρον ὡς ἁπανταχοῦ καλὸν,
„ Καὶ δόξαν ἐσθλὴν ἐν βροτοῖς κομίζεται.
ΤΡΟ. Δέσποιν᾽, ἐμοί τοι συμφορὰ μὲν ἀρτίως
Ἡ σὴ παρέσχε δεινὸν ἐξαίφνης φόβον.
Νῦν δ᾽ ἐννοοῦμαι φαῦλος οὖσα· κἀν βροτοῖς
„ Αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι.
Οὐ γὰρ περισσὸν οὐδὲν, οὐδ᾽ ἔξω λόγου
Πέπονθας· ὀργαὶ δ᾽ εἰς σ᾽ ἐπέσκηψαν θεᾶς.
Ἐρᾷς· τί τοῦτο θαῦμα; σὺν πολλοῖς βροτῶν.
Κἄπειτ᾽ ἔρωτος οὕνεκα ψυχὴν ὀλεῖς;
Οὐκ ἆρά γ᾽ οὐ δεῖ τοῖς ἐρῶσι τῶν πέλας,
Ὅσοι τε μέλλουσ᾽, εἰ θανεῖν αὐτοὺς χρεών.
„ Κύπρις γὰρ οὐ φορητὸν ἢν πολλὴ ῥυῇ·
„ Ἣ τὸν μὲν εἴκονθ᾽ ἡσυχῇ μετέρχεται·
„ Ὃν δ᾽ ἂν περισσὸν, καὶ φρονοῦνθ᾽ εὕρῃ μέγα,
„ Τοῦτον λαβοῦσα, πῶς δοκεῖς, καθύβρισεν.
„ Φοιτᾷ δ᾽ ἀν᾽ αἰθέρ᾽· ἔστι δ᾽ ἐν θαλασσίῳ
„ Κλύδωνι Κύπρις· πάντα δ᾽ ἐκ ταύτης ἔφυ.
„ Ἥδ᾽ ἐστὶν ἡ σπείρουσα, καὶ διδοῦσ᾽ ἔρον,
„ Οὗ πάντες ἐσμὲν οἱ κατὰ χθόν᾽ ἔκγονοι.
Ὅσοι μὲν οὖν γραφάς τε τῶν παλαιτέρων
Ἔχουσιν, αὐτοί τ᾽ εἰσὶν ἐν μούσαις ἀεὶ,

Ἴσα-

Vs 431. *Al. Codd.* ἁπανταχῆ. Vs. 432. *Var. Lect.* καρπίζεται.
Vs. 438 *Forte leg.* ἀπέσκηψαν.

CHO. „ Heu, heu, quam ubique modestia est clarum decus,
„ Quam apud homines opinionem adfert bonam!
NV. Tua ista, domina, calamitas mihi prius
Incussit attonitae repente gravem metum.
Sed absque caussa meticulosam intelligo
Nunc me fuisse: „ priore sic mortalibus
„ Posterior esse cogitatio solet
„ Argutior" nec singulare est, nec modum,
Quae pateris, excedunt. Deae in te proruit
Ira Veneris. mirumne id est? cum pluribus
Quando accidit tibi hoc commune? Deinde vis
Amoris ergo exire vita. quid alios
Amare prodest, inque venturos dies
Olim queat prodesse, vita excedere
Si sit statutum? „ haud est Venus tolerabilis
„ Magno impetu quae intemperanter irruit.
„ Qui non nimis renititur, face tepida hunc
„ Adurit; eminere sed quem inter alios
„ Velle videt, et tumere fastu, hunc arripit,
„ Quibusque collo vexat obtorto modis!
„ Per aetherem vagatur immensum; maris
„ Fluctus Venus perlabitur: primam ex ea
„ Ducunt originem omnia. illa agros serit,
„ Suavemque amorem sufficit. cuius quidem,
„ Quicunque vitae munera huius carpimus,
„ Sumus, et vocamur posteri." Veterum libros
Qui volvere, ac Musis vacare dulcibus

Vo-

Vs. 441. *Corrige, sodes*, Οὔτ' ἄρα λύει τοῖς ἐρῶσι.
Vs. 443. *Vulg.* φορητὸς.

Ἴσασι μὲν Ζεὺς ὥς ποτ' ἠράσθη γάμων
Σεμέλης· ἴσασι δ' ὡς ἀνήρπασέν ποτε
Ἡ καλλιφεγγὴς Κέφαλον εἰς θεοὺς Ἕως,
Ἔρωτος οὕνεκ'· ἀλλ' ὅμως ἐν οὐρανῷ
Ναίουσι, κοὐ φεύγουσιν ἐκποδὼν θεούς·
Στέργουσι δ', οἶμαι, ξυμφορᾷ νικώμενοι.
Σὺ δ' οὐκ ἀνέξῃ; χρῆν σ' ἐπὶ ῥητοῖς ἄρα
Πατέρα φυτεύειν, ἢ 'πὶ δεσπόταις θεοῖς
Ἄλλοισιν, εἰ μὴ τούσδε γε στέρξεις νόμους.
Πόσους δοκεῖς δὴ κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν,
Νοσοῦνθ' ὁρῶντας λέκτρα, μὴ δοκεῖν ὁρᾶν;
Πόσους δὲ παισὶ πατέρας ἡμαρτηκόσι
Συνεκκομίζειν Κύπριν; „ ἐν σοφοῖσι γὰρ
„ Τάδ' ἐστι θνητῶν, λανθάνειν τὰ μὴ καλά.
„ Οὐδ' ἐκπονεῖν τοι χρῆν βίον λίαν βροτούς.
Οὐδὲ στέγην γὰρ, ἧς κατηρεφεῖς δόμοι,
Καλῶς ἀκριβώσειαν· εἰς δὲ τὴν τύχην
Πεσοῦσ', ὅσην σὺ, πῶς ἂν ἐκνεῦσαι δοκοῖς;
„ Ἀλλ', εἰ τὰ πλείω χρηστὰ τῶν κακῶν ἔχοις,
„ Ἄνθρωπος οὖσα, κάρτα γ' εὖ πράξειας ἄν.
Ἀλλ', ὦ φίλη παῖ, λῆγε μὲν κακῶν φρενῶν,
Λῆξον θ' ὑβρίζουσ'· οὐ γὰρ ἄλλο πλὴν ὕβρις
Τάδ' ἐστι, κρείσσω δαιμόνων εἶναι θέλειν.

Τόλ-

Vs. 461. *Vulg.* στέργεις. Vs. 464. *Al.* ἡμαρτηκότας. Vs. 467. *Vulg.* χρὴ βίον.
Vs. 468, 469. *Forte leg.* ᾗ κατηρεφεῖς δόμοι, Κανὼν ἀκριβώσει' ἄν·

Volupe aestimant, novere Semeles Iuppiter
Ut sit toris potitus; utque fulgidae
Praeda Cephalus fuerit parenti Memnonis,
Stimulis amoris percitae; nihilominus
Caeli aureas colunt domos, neque fugiunt
Vultus Deorum, qui, puto, boni consulunt,
Eodem et ipsi saepe victi numine.
Mortalis haec tu sustinere negabis? at
Te legibus generare certis debuit
Pater tuus, aliisve dominis atque Diis
Regnantibus, si horum haud placent leges tibi.
Quot mente credis praeditos sana, toros
Contaminari conspicantes proprios,
Qui foeda dissimulare non satius putent?
Et quot parentes, qui suarum non tegant
Silentio peccata Veneris prolium?
„ Sapientis est celare quae sunt turpia.
„ Non est nimis severe agenda vita, nec
Fabri domorum tecta curiosius
Summa extruunt. Tunc e procellis, propemodum
Quae te hauriunt, sic enatatura hei tibi
Videre? „ si bona plura, quam mala possides,
„ Cum sis homo, esse te beatam quis neget?
Sed, filia optima, impetos frena malos,
Iniuriis tibi tempera; est iniuria,
Diis minorem ubique nisi te gesseris.

Age

Vs. 470. *Al.* δοκεῖς. *Forte leg.* δοκεῖ; Vs. 471. *Al.* ἔχεις.
Vs. 474. *Codd. MSS.* Λῆξον δ' ὑβρίζουσ'.

Τόλμα δ' ἐρῶσα· θεὸς ἐβουλήθη τάδε.
Νοσοῦσα δ' εὖ πως τὴν νόσον καταςρέφου.
Εἰσὶν δ' ἐπῳδαὶ, καὶ λόγοι θελκτήριοι.
Φανήσεταί τι τῆσδε φάρμακον νόσου.
Ἦτ' ἄρα γ' ὀψέ γ' ἄνδρες ἐξεύροιεν ἂν,
Εἰ μὴ γυναῖκες μηχανὰς εὑρήσομεν.

ΧΟ. Φαίδρα, λέγει μὲν ἥδε χρησιμώτερα
Πρὸς τὴν παροῦσαν ξυμφοράν· αἰνῶ δέ σε.
Ὁ δ' αἶνος οὗτος δυσχερέςερος λόγων
Τῶν τῆσδε, καὶ σοὶ μᾶλλον ἀλγίων κλύειν.

ΦΑΙ. „ Τοῦτ' ἔσθ', ὃ θνητῶν εὖ πόλεις οἰκουμένας,
„ Δόμους τ' ἀπόλλυσ', οἱ καλοὶ λίαν λόγοι.
„ Οὐ γάρ τι τοῖσιν ὠσὶ τερπνὰ δεῖ λέγειν,
„ Ἀλλ' ἐξ ὅτου τις εὐκλεὴς γενήσεται.

ΤΡΟ. Τί σεμνομυθεῖς, οὐ λόγων εὐσχημόνων
Δεῖ σ', ἀλλὰ τἀνδρός· ὡς τάχος διϊςέον
Τὸν εὐθὺν ἐξειπόντας ἀμφὶ σοῦ λόγον.
Εἰ μὲν γὰρ ἦν σοι μὴ 'πὶ συμφοραῖς βίος
Τοιαῖσδε, σώφρων δ' οὖσ' ἐτύγχανες γυνὴ,
Οὐκ ἄν ποτ' εὐνῆς οὕνεχ', ἡδονῆς τε σῆς,
Προσῆγον ἄν σε δεῦρο· νῦν δ' ἀγὼν μέγας

Σῶ-

Vs. 480. *F.* Ἦ παῦρά γ', ὀψέ τ' ἄ. *Reiske: Frustra.*
Vs. 488. *Al.* χρὴ λέγειν. Vs. 491. *Olim*, εἰς τάχος δ. *Al.* διοιςέον.

Age aude amare, Diis fit hoc volentibus:
Afflicta morbo sanitati pristinae
Te redde; sunt quae amolientur carmina;
Mulcentia adsunt verba; remedium alicubi
Aliquod malo invenietur. Haud cito viri
Invenerint, maior mulierum industria.

CHO. Quae haec, Phaedra, dicit aptiora miseriis
Praesentibus videntur: attamen mihi es
Laudanda. Laus sed haec magis odiosa iis,
Quae voce te nunc ista non monuit mala,
Et auribus molestior cadet tuis.

PHAE. „ Hoc est quod optimis statutas legibus
„ Urbesque familiasque vastat funditus,
„ Sermonis immodicus nitor. non auribus
„ Iucunda sunt dicenda, sed quae gloriam,
„ Et audienti insigne concilient decus.

NV. Quo splendida haec, et gloriosa pertinent?
Nullo est opus nitore verborum rem ad hanc
Quam praeparamus. quin voluntas hîc viri
Examinanda, animique pandendus tui
Status omnis, idque ocyssime. Tanta nisi te
Iam calamitas urgeret, et vitae salus
Penderet hinc omnis tuae, nisi mulier
Esses pudicitiae, atque honesti vere amans,
Propter voluptatem tuam, nunquam hos toros
Sic pectori instillem tuo; certamen hoc
Est maximum prorsus, neque ulla iam mihi

Par-

Vs. 494. *F. leg.* σώφρων τ' οὖσ' ἔτ. Vs. 496. *Al.* Προῆγον.

Σῶσαι βίον σὸν, κοὐκ ἐπίφθονον τόδε.

ΦΑΙ. Ὦ δεινὰ λέξασ᾽ οὐχὶ συγκλείσεις ςόμα,
Καὶ μὴ μεθήσεις αὖθις αἰσχίςους λόγους;

ΤΡΟ. Αἴσχρ᾽, ἀλλ᾽ ἀμείνω τῶν καλῶν τάδ᾽ ἔςι σοι.
Κρεῖσσον δὲ τοὔργον, εἴπερ ἐκσώσει γέ σε,
Ἢ τοὔνομ᾽, ᾧ σὺ κατθανῇ γαυρουμένη.

ΦΑΙ. Καὶ μή γε, πρὸς θεῶν, (εὖ λέγεις γὰρ, αἰσχρὰ δὲ,)
Πέρα προβῇς τῶνδ᾽, ὡς ὑπείργασμαι μὲν εὖ
Ψυχὴν ἔρωτι· τἀισχρὰ δ᾽ ἢν λέγῃς καλῶς,
Εἰς τοῦθ᾽, ὃ φεύγω νῦν, ἀναλωθήσομαι.

ΤΡΟ. Εἴ τοι ᾽δόκει σοι, χρῆν μὲν οὔ σ᾽ ἁμαρτάνειν·
Εἰ δ᾽ οὖν, πιθοῦ μοι· δευτέρα γὰρ ἡ χάρις.
Ἔςιν κατ᾽ οἴκους φίλτρα μοι θελκτήρια
Ἔρωτος· ἦλθε δ᾽ ἄρτί μοι γνώμης ἔσω,
Ἅ σ᾽ οὔτ᾽ ἐπ᾽ αἰσχροῖς, οὔτ᾽ ἐπὶ βλάβῃ φρενῶν,
Παύσει νόσου τῆσδ᾽, ἢν σὺ μὴ γένῃ κακή.
Δεῖ δ᾽ ἐξ ἐκείνου δή τι τοῦ ποθουμένου
Σημεῖον, ἢ λόγον τιν᾽, ἢ πέπλων ἄπο
Λαβεῖν, συνάψαι τ᾽ ἐκ δυοῖν μίαν χάριν.

ΦΑΙ. Πότερα δὲ χριςὸν, ἢ ποτὸν τὸ φάρμακον;

ΤΡΟ.

Vs. 498. *Al.* συγκλῄσεις. Vs. 501. *Vulg.* ἐκσώσειέ σε.

Parte negligendum, vita quo maneat tua.
PHAE. O quam tu atrocia protulisti, nunquid os
Irfame claudes? abstine tam turpibus
Tentare cor meum, scelesta, vocibus.
NV. Sunt turpia haec quidem, ast honestis quae procul
Praeponderant. Succumbere huic culpae tibi,
Servando te, praestabit, atque nominis
Vani decus, cum gloria apportans necem.
PHAE. Ne per Deos nunc provehare longius.
Recte loqui, etsi turpiter, te non nego.
Amoris imperio quod animum nunc meum
Subiecerim, tu obscena verbis splendidis
Velare contendis; quibus ego si obsequar,
Vitare quas cupio his statim involuar plagis.
NV. Haec fixa si haerent, fugere lapsum oportuit:
Cur pectora patuere amori? si tamen
Parere vis, secunda restat gratia.
In aedibus servo meis mulcentia
Cupidinis vim philtra. nunc quod commode in
Mentem incidit: quae tu, nisi ignaua fueris,
Sine turpitudine, sine mentis noxia
Sumens, levabere misera aegritudine.
Ab amasio signum petendum aliquod erit,
Verbive symbolum, peplove laciniae
Partem resectam. ut, filia, hoc tandem modo
Coalescere e duobus unum cor queat.
PHAE. Sed dic inungendum, an bibendum pharmacum?
NV.

Vs. 507. *Al.* δεκεῖ. Vs. 510. *Al.* γνώμην ἴσω.

ΤΡΟ. Οὐκ οἶδ'· ὄνασθαι, μὴ μαθεῖν, βούλου, τέκνον.
ΦΑΙ. Δέδοιχ', ὅπως μοι μὴ λίαν φανῇς σοφή.
ΤΡΟ. Πάντ' ἂν φοβηθεῖσ' ἴσθι· δειμαίνεις δὲ τί;
ΦΑΙ. Μή μοί τι Θησέως τῶνδε μηνύσῃς τόκῳ.
ΤΡΟ. Ἔασον, ὦ παῖ· ταῦτ' ἐγὼ θήσω καλῶς.
Μόνον σύ μοι, δέσποινα ποντία Κύπρι,
Συνεργὸς εἴης· τἄλλα δ', οἷ' ἐγὼ φρονῶ,
Τοῖς ἔνδον ἡμῖν ἀρκέσει λέξαι φίλοις.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΙΚΑ.

Στροφὴ ά.

ΧΟ. 1 Ἔρως, ἔρως, ὃς κατ' ὀμμάτων
2 Στάζεις πόθον, εἰσάγων γλυκεῖαν
3 Ψυχᾷ χάριν, οὓς ἐπιστρατεύσῃ,
4 Μή μοι ποτὲ σὺν κακῷ φανείης,
5 Μήδ' ἄῤῥυθμος ἔλθοις.
6 Οὔτε γὰρ πυρὸς, οὔτ'
7 Ἄστρων ὑπέρτερον βέλος,
8 Οἷον τὸ τᾶς Ἀφροδίτας
9 Ἵησιν ἐκ χερῶν
10 Ἔρως ὁ Διὸς παῖς.

Ἀλ-

Vs. 518. *MS. Cod.* φανῇ. Vs. 525. *Vulg.* Ἔρως, ἔρως ὁ κατ' ὀ.
Vs. 531, 532. *F. leg.* Ἄστρων ὑπέρτατον βέλος, Οἷόν γ' ὁ τᾶς Ἀ.

NV. Haud scio, medelam quaere, discendi abiice,
Mea filia studium.
PHAE. Ut metuo sapientiae,
Plus quam sat est, ne opinioni indulgeas!
NV. Formidolosa nimium es. at quidnam times?
PHAE. Ne tu quid horum Thesei gnato indices.
NV. Sis otiosa: ego ista curabo probe.
Tantum hoc precor, propitia tu mihi sis Venus,
Votisque nostris annue sata salo Dea.
Quaeque alia praeter ista cogito, satis
Fuerit amicis qui domi sunt pandere.

CHO. Amor, ô amor, Cupidinem
Oculis qui instillas petulantibus,
Dulcibus imbuis animos gaudiis,
Contra quos bella geris;
In nostra dexter vota
Nunc obsecro appare: nec
Immoderatis ferias ictibus.
Non ignis, aut astrorum
Sunt talia superorum tela,
Quale Cyprium, quod tenso
Iaculatur arcu filius
Iovis Cupido.

Fru-

Vs. 534. *Forte leg.* Ἔρως ὀλίγος παῖς.

Ἀντιστροφὴ ά.

1 Ἄλλως ἄλλως παρά τ' Ἀλφεῷ,
2 Φοίβου τ' ἐπὶ Πυθίοις τεράμνοις,
3 Βούταν φόνον Ἑλλὰς ἀέξει δή.
4 Ἔρωτα δὲ, τὸν τύραννον ἀνδρῶν,
5 Τὸν τᾶς Ἀφροδίτας
6 Φιλτάτων θαλάμων
7 Κληδοῦχον, οὐ σεβίζομεν,
8 Πέρθοντα, καὶ διὰ πάσης
9 Ἰόντα συμφορᾶς
10 Θνατοῖς, ὅταν ἔλθῃ.

Στροφὴ β'.

1 Τὰν μὲν Οἰχαλίᾳ
2 Πῶλον, ἄζυγα λέκτρων,
3 Ἄνανδρον τὸ πρὶν, καὶ
4 Ἄνυμφον, οἴκων
5 Ζεύξασ' ἀπειρεσίαν δρομάδα,
6 Τὰν ναΐδ' ὅπως τε βάκχαν,
7 Σὺν αἵματι, σὺν καπνῷ,
8 Φονίοις θ' ὑμεναίοις,

9 Ἀλ-

Vs. 537. *Al.* ἄρ' ἀέξει. Vs. 541. *MS.* Κλειδοῦχον. Vs. 545. *Ol.* Οἰχαλίαν.

Frustraque ad Alphei vitreas aquas
Summo Parenti caelitum,
Templique ad aras Pythii,
Frustra Pelasgis victima
Bos caeditur; si Amorem
Hominum tyrannum, Venerisque
Prolem, atque dulcium
Fidum cubilium
Non colimus clavigerum:
Cui nil inexpugnabile,
Qui per miserias graditur,
Mortalium in corda impetu,
Quando lubet, ruens fero.

Quid? quod per Oechaliae feraces
Agros oberrans hic iuvencam
Iugalis expertem tori,
Nulli viro ante cognitam,
A laribus avulsit paternis,
Bacchae furentis instar,
Fugam capessentem,
Non sine sanguine, non sine fumo,
Non Hymenaeis sine lethalibus,

Alc-

Vs. 548. *F.* *οἴκῳ* *Musgrave.* Vs. 550. *F.* Τιν' *ἄϊδος ὥστε βάκχαν* *Musgr.*

Ἀλκμήνας τόκῳ Κύπρις ἐξέδωκεν.
Ὦ τλᾶμον ὑμεναίων.

Ἀντιστροφὴ β΄.

Ὦ Θήβας ἱερὸν
Τεῖχος, ὦ στόμα Δίρκας,
Συνείποιτ' ἂν οἷον
Ἁ Κύπρις ἕρπει.
Βροντᾷ γὰρ ἀμφιπύρῳ, τοκάδα
Τὰν Διογόνοιο Βάκχου
Νυμφευσαμέναν, πότμῳ
Φονίῳ κατεύνασε.
Δεινὰ γὰρ τὰ πάντ' ἐπιπνεῖ· μέλισσα δ'
Οἵα τις πεπόταται.

ΦΑΙ. Σιγήσατ' ὦ γυναῖκες· ἐξειργάσμεθα.
ΧΟ. Τί δ' ἐστὶ, Φαίδρα, δεινὸν ἐν δόμοισι σοῖς;
ΦΑΙ. Ἐπίσχετ'· αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω.
ΧΟ. Σιγῶ· τὸ μέντοι φροίμιον κακὸν τόδε.
ΦΑΙ. Ἰώ μοι· αἶ· αἶ· αἶ· αἶ·
Ὦ δυστάλαινα τῶν ἐμῶν παθημάτων.

ΠΕΡΙ-

Vs. 554. *F.* τλάμων, *Heath.* Vs. 558. *Al.* ἕρδει.

Alcmenae sato
Venus Herculi munus dedit.
O nuptiarum infausti tori!

Thebarum ô sacra moenia!
O Dircaei scatebrae fontis,
Dicite quo pede prorepat Venus?
Genitricem Iove creti Bacchi,
Ignivomo nubentem tonitru,
Lethalis casus consopiit;
Terrificum ubique spirat:
Qua qua flectas oculos,
Instar apis volat.

PHAE. Tacete quaeso, mulieres, disperiimus.
CHO. Quid Phaedra domibus in tuis mali accidit?
PHAE. Reprimite vos, silete, vocem ut audiam
Clamantium intus; quid turbae illic novae?
CHO. Taceo: alicuius sunt mali haec exordia.
PHAE. Eheu, eheu. hei, hei.
Ah quo malorum deprimor nunc pondere!

CHO.

Vs. 562. *F.* κατέναξεν. *Markland.* Vs. 563. *Olim*, Δεινὸν.

ΠΕΡΙΚΟΜΜΑΤΑ.

Προῳδός.

ΧΟ. 1 Τίνα θροεῖς αὐδάν;
2 Τίνα βοᾷς λόγον;
3 Ἔννεπε τίς φοβεῖ σε
4 Φήμα, γύναι, φρένας, ἐπίσσυτος;

Σύστημα α΄.

ΦΑΙ. Ἀπωλόμεσθα· ταῖσδ' ἐπιστᾶσαι πύλαις,
Ἀκούσαθ' οἷος κέλαδος ἐν δόμοις πιτνεῖ.

Στροφή.

ΧΟ. 1 Σὺ παρὰ κλῇθρα· σοὶ
2 Μέλει πομπίμα
3 Φάτις δωμάτων.
4 Ἔννεπε δ' ἔννεπέ μοι
5 Τί ποτ' ἔβα κακόν.

Σύστημα β΄.

ΦΑΙ. Ὁ τῆς φιλίππου παῖς Ἀμαζόνος βοᾷ
Ἱππόλυτος, αὐδῶν δεινὰ πρόσπολον κακά.

Ἀντιστροφή.

ΧΟ. 1 Ἰαχὰν μὲν κλύω,

2 Σα-

Vs. 580. *Forte leg.* Ἔννεπε δὴ 'ννεπέ μοι.

CHO. Quos edis quaeso sonos?
Quid vociferaris, dic
Quae fama tantos incutit
Tibi pavores, excitata
Ita subito impetu?

PHAE. Periimus has qui stamus ad fores. precor,
Audite quantus aedibus strepitus sonet.

CHO. Tu ianuae ad vestibula
Consiste, quaeque illic geruntur
Rumore nuncio ut scias.
Profer age, profer age
Quid accidit quaeso sinistri?

PHAE. Quas excitet turbas in aedibus intimis
Equos amante natus ex Amazone,
Audisne, cum ancilla acria movens iurgia?

CHO. Obscura nostras vox ferit

2 Σαφὲς δ' οὐκ ἔχω
3 Γεγωνεῖν ὄπα.
4 Διὰ πύλας ἔμολεν,
5 Ἔμολέ σοι βοά.

Ἀντισύστημα α'.

ΦΑΙ. Καὶ μὴν σαφῶς γε τὴν κακῶν προμνήστριαν,
Τὴν δεσπότου προδοῦσαν ἐξαυδᾷ λέχος.

Ἐπῳδός.

ΧΟ. 1 Ὦ μοι ἐγὼ κακῶν.
2 Προδέδοσαι φίλα·
3 Τί σοι μήσομαι;
4 Τὰ κρυπτὰ γὰρ πέφηνε, διὰ δ' ὄλλυσαι.
ΦΑΙ. Αἶ· αἶ ἒ. ἒ. ΧΟ. πρόδοτος ἐκ φίλων.

Ἀντισύστημα β'.

ΦΑΙ. Ἀπώλεσέν μ' εἰποῦσα συμφορὰς ἐμὰς,
Φίλως, καλῶς δ' οὐ, τήνδ' ἰωμένη νόσον.

Ι Α Μ Β Ο Ι.

ΧΟ. Πῶς οὖν; τί δράσεις, ὦ παθοῦσ' ἀμήχανα;

ΦΑΙ.

Vs. 585, 586. *Forte leg.* Σαφὲς δ' οὔτ' ἔχω Γεγωνὸν τ' ὄπα.
Vs. 594. *Vulg.* τὰ (4) Κρυπτὰ γάρ.

Aureis, nihil clare
Percipimus; illa per fores
Profecta certior ad te
Permanat.

PHAE. Lenam esse, conciliare aperte ait mala;
Thalamique herilis proditricem eam vocat.

CHO. Eheu! mala ô infesta!
Iam prodita es, amica ô mea!
Quid quaeso consilii tibi dem?
Arcana vulgo nunc patebunt,
Quae sortis infaustam te perdent.
PHAE. Hei, hei miserae.
CHO. Tui te amici prodidere.

PHAE. Me perdidit animo illa benevolo quidem
Mala cordis explicans, eorum, morbo huic
Quae sublevando erant opus, plane rudis.

CHO. At quid? quid aggredieris obruta his malis?

PHAE.

Vs. 597. *Al. Codd.* Φίλως μὲν, σὺ καλῶς δ' ἰωμένη ν.
Vs. 598. *Forte leg.* Οἶσθ' οὖν τί δράσεις.

ΦΑΙ. Οὐκ οἶδα, πλὴν ἕν· κατθανεῖν ὅσον τάχος,
Τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἄκος μόνον.

ΙΠΠ. Ὦ γαῖα μῆτερ, ἡλίου τ' ἀναπτυχαὶ,
Οἵων λόγων ἄῤῥητον εἰσήκουσ' ὄπα.
ΤΡΟ. Σίγησον, ὦ παῖ, πρίν τιν' αἰσθέσθαι βοῆς.
ΙΠΠ. Οὐκ ἔς' ἀκούσας δείν' ὅπως σιγήσομαι.
ΤΡΟ. Ναὶ πρὸς σὲ τῆς σῆς δεξιᾶς εὐωλένου.
ΙΠΠ. Οὐ μὴ προσοίσῃ χεῖρα, μὴ δ' ἅψῃ πέπλων.
ΤΡΟ. Ὦ πρὸς σὲ γονάτων, μηδαμῶς μ' ἐξεργάσῃ.
ΙΠΠ. Τί δ', εἴπερ, ὡς φῄς, μηδὲν εἴρηκας κακόν;
ΤΡΟ. Ὁ μῦθος, ὦ παῖ, κοινὸς οὐδαμῶς ὅδε.
ΙΠΠ. „ Τά τοι κάλ' ἐν πολλοῖσι κάλλιον λέγειν.
ΤΡΟ. Ὦ τέκνον, ὅρκους μηδαμῶς ἀτιμάσῃς.
ΙΠΠ. „ Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.
ΤΡΟ. Ὦ παῖ, τί δράσεις; σοὺς φίλους διεργάσῃ;
ΙΠΠ. Ἀπέπτυσ'. οὐδεὶς ἄδικος ἔςι μοι φίλος.
ΤΡΟ. Σύγγνωθ'· „ ἁμαρτεῖν εἰκὸς ἀνθρώπους, τέκνον.
ΙΠΠ. „ Ὦ Ζεῦ, τί δὴ, κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν,
„ Γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας;
„ Εἰ γὰρ βρότειον ἤθελες σπεῖραι γένος,
„ Οὐκ ἐκ γυναικῶν χρῆν παρασχέσθαι τόδε.

„ Ἀλλ'

Vs. 605. *Forte leg.* τῆσδε δεξιᾶς. Vs. 606. *Vulg.* προσοίσῃς.

PHAE. Haud scio equidem. nisi quam mori citissime.
Haec una miseriis medela istis adest.

CHO. O terra mater! Solis ô volumina,
Quid tam nefanda, filia, ex te iam audio?
NV. Fili ô tace. cave aliquis hanc vocem audiat.
HIP. Nequeo tacere, atrocia audivi nimis.
NV. Te per lacerti dexteram precor tui.
HIP. Cave mihi vestem, aut dexteram tangas meam.
NV. Ne per tua rogo genua perditum me eas.
HIP. Cur? quando nil mali locutam te esse ais?
NV. Hic sermo non est publicandus omnibus.
HIP. ,, Quae honesta sunt, patere debent omnibus.
NV. Iurata, fili, fallere cave numina.
HIP. ,, Lingua quidem iuravi, at iniurata mens.
NV. Quid agis? amicos itane subvertes tuos?
HIP. Iniustum amicum nunquam ego habeam: abominor.
NV. Ignosce. ,, labi proprium est mortalium.
HIP. ,, O Iuppiter, quid adulterinum homini malum
,, Voluisti ut alta conspicentur mulieres
,, Caeli astra? si mortale tibi statutum erat
,, Genus creare, e feminis componere
,, Hoc non oportuit; sed illarum loco

,, San-

Vs. 615. *Forte leg.* ἀμ. δ' εἰκὸς.

,, Ἀλλ', ἀντιθέντας σοῖσιν ἐν ναοῖς βροτοὺς
,, Ἢ χρυσὸν, ἢ σίδηρον, ἢ χαλκοῦ βάρος,
,, Παίδων πρίασθαι σπέρμα, τοῦ τιμήματος
,, Τῆς ἀξίας ἕκαστον· ἐν δὲ δώμασι
,, Ναίειν ἐλευθέροισι, θηλειῶν ἄτερ.
,, Νῦν δ', εἰς δόμους μὲν πρῶτον ἄξεσθαι κακὸν
,, Μέλλοντες, ὄλβον δωμάτων ἐκτίνομεν.
,, Τούτῳ δὲ δῆλον, ὡς γυνὴ κακὸν μέγα·
,, Προσθεὶς γὰρ ὁ σπείρας τε καὶ θρέψας πατὴρ
,, Φερνὰς, ἀπῴκισ', ὡς ἀπαλλαχθῇ κακοῦ.
,, Ὁ δ' αὖ, λαβὼν ἀτηρὸν εἰς δόμους φυτὸν,
,, Γέγηθε, κόσμον προστιθεὶς ἀγάλματι
,, Καλὸν κακίστῳ· καὶ πέπλοισιν ἐκπονεῖ,
,, Δύστηνος, ὄλβον δωμάτων ὑπεξελών.
,, Ἔχει δ' ἀνάγκην, ὥστε, κηδεύσας καλοῖς
,, Γαμβροῖσι, χαίρων σώζεται πικρὸν λέχος.
,, Ἢ χρηστὰ λέκτρα, πενθεροὺς δ' ἀνωφελεῖς
,, Λαβὼν, πιέζει τἀγαθῷ τὸ δυστυχές.
,, Ῥᾷστον δ' ὅτῳ τὸ μηδὲν, ἀλλ' ἀνωφελὴς
,, Εὐηθίᾳ κατ' οἶκον ἵδρυται γυνή.
,, Σοφὴν δὲ μισῶ· μὴ γὰρ ἔν γ' ἐμοῖς δόμοις
,, Εἴη φρονοῦσα πλεῖον, ἢ γυναῖκα χρή.

,, Τὸ

Vs. 621. *Vulg.* Ἢ χαλκὸν, ἢ σ. ἢ χρυσοῦ β.
Vs. 662. *Forte* ἐκπίνομεν, *I. Pierson.*

,, Sanxisse, ut oblato aere templis in tuis,
,, Ferrove, vel fulgentis auri pondere,
,, Semen emeretur prolium, cuiusque uti
,, Ferret valor, domibusque quivis liberis
,, Habitaret, extra mulierum consortium.
,, Nunc, hoc mali cum inducimus in aedeis genus,
,, Opulentiam exhaurimus omnium aedium.
,, Unde facile liquet quanta femina sit lues.
,, Qui genuit illam, quique nutrivit pater
,, Dote addita elocat, domoque segregat sua,
,, Tanti ut mali sic liberetur pondere;
,, Et noxiam qui recipit in domum luem,
,, Gaudetque, cultumque statuae eximium applicat
,, Foedissimae, nitentiumque vestium
,, Luxu facultates profundit divites:
,, Atque adigit hunc necessitas, generos sibi ut
,, Quaerens bonos laetetur infaustis toris.
,, Faustove coniugio fruenti inutiles
,, Si forte generi illi obtigere, sortem eam
,, Felicitate nuptiarum leniat.
,, Praeclariusque agitur cum eo qui talia
,, Timere non potest, inutilisque cui
,, Locata simplicitate mulier est rudi
,, In aedibus. Sapientem ego odi. nec mea
,, Habitet domo, quae, feminam plus quam decet,
,, Vel-

Vs. 628. *Al.* κἀκθρέψας. Vs. 630. *Var. Lect.* εἰς δόμους κακόν.
Vs. 641. *Olim*, χρῆν.

„ Τὸ γὰρ πανοῦργον μᾶλλον ἐντίκτει Κύπρις
„ Ἐν ταῖς σοφαῖσιν· ἡ δ' ἀμήχανος γυνὴ
„ Γνώμῃ βραχείᾳ μωρίαν ἀφῃρέθη.
„ Χρῆν δ' εἰς γυναῖκας πρόσπολον μὲν οὐ περᾷν,
„ Ἄφθογγα δ' αὐταῖς συγκατοικίζειν δάκη
„ Θηρῶν, ἵν' εἶχον μηδὲ προσφωνεῖν τινὰ,
„ Μήτ' ἐξ ἐκείνων φθέγμα δέξασθαι πάλιν.
„ Νῦν δ' αἱ μὲν ἔνδον δρῶσιν αἱ κακαὶ κακὰ
„ Βουλεύματ', ἔξω δ' ἐκφέρουσι πρόσπολοι.
Ὡς καὶ σύ γ' ἡμῖν πατρὸς, ὦ κακὸν κάρα,
Λέκτρων ἀθίκτων ἦλθες εἰς συναλλαγάς.
Ἃ 'γὼ ῥυτοῖς νασμοῖσιν ἐξομόρξομαι,
Εἰς ὦτα κλύζων. πῶς ἂν οὖν εἴην κακὸς,
Ὃς οὐδ', ἀκούσας τοιάδ', ἁγνεύειν δοκῶ;
Εὖ δ' ἴσθι, τοὐμόν σ' εὐσεβὲς σώζει, γύναι.
Εἰ μὴ γὰρ ὅρκοις θεῶν, ἄφρακτος, εὑρέθην,
Οὐκ ἄν ποτ' ἔσχον μὴ τάδ' ἐξειπεῖν πατρί.
Νῦν δ' ἐκ δόμων μὲν, ἕς τ' ἂν ᾖ 'κδημος χθονὸς
Θησεὺς, ἄπειμι· σῖγα δ' ἕξομεν στόμα,
Θεάσομαι δὲ σὺν πατρὸς μολὼν ποδὶ,
Πῶς νιν προσόψει καὶ σὺ, καὶ δέσποινα σή.

Τῆς

Vs. 642. *Al.* κακοῦργον. Vs. 645. *MS.* γυναῖκα. Vs. 647. *MS.* μήτε.
Vs. 648. *Vulg.* ἐκείνου. Vs. 657. *Forte leg.* ὅ. θεῶν ἄφρακτος ᾑρέθην, *Pierson.*

„ Velle videatur sapere. quae ingenio valent,
„ Astutiae has magis imbuit Venus artibus:
„ Mulierque simplex turpitudinem inertia
„ Mentis fugit. Neque dominam internuncia
„ Tolerandum erit ut ancilla furtim accedat: at
„ Mutis eas cum animantibus plane aequum erat
„ Habitare; neve verba cum aliquo caederent,
„ Nec reciperent voces vicissim mutuas.
„ At nunc malae intus prava consilia ineunt,
„ In publicumque ancilla ea effert garrula.
Velut impium quoque tu caput, patris mei
Ut strata non tangenda violem auctor mihi
Esse voluisti. Quod perenni fluminis
Abstergam aqua, quae hausere voces perfidas,
Patulos ego eluam meatus aurium.
Et quo modo efficiar malus, qui etiam audiens
Mihi videar traxisse labem, nec satis
Puro esse corde? crede, mulier, hoc mihi,
Mea pietas te servat incolumem. nisi
Nimium dolis patens tuis iurassem ego,
Haud imperare mihi queam, quin omnia haec
Patri referrem: iamque abest ab aedibus,
Aliasque in oras hinc profectus Aegeo
Theseus satus. Abeo, osque taciturnum geram.
Cum patre ubi huc rediero, facile erit mihi
Videre, quanam fronte tu, ac ista domina
Illum estis excepturae, et inde plenius,

Quam

Vs. 659. *Vulg.* ἔς' ἂν ἔκδημος. *Forte* ἔς' ἂν ἦ ἔκδημος *R. Dawes.*
Vs. 660. *Forte leg.* ἔξω μὲν ς. Vs. 661. *Olim* πατρὶ μ.

Τῆς σῆς δὲ τόλμης εἴσομαι γεγευμένος.
Ὄλοισθε· μισῶν δ' οὔ ποτ' ἐμπλησθήσομαι
Γυναῖκας, οὐδ' εἴ φησί τις μ' ἀεὶ λέγειν.
Ἀεὶ γὰρ οὖν πως εἰσὶ κἀκεῖναι κακαί.
Ἢ νῦν τις αὐτὰς σωφρονεῖν διδαξάτω,
Ἢ κἄμ' ἐάτω ταῖσδ' ἐπεμβαίνειν ἀεί.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΙΚΑ.

Ἀντιστροφή.

ΧΟ. 1 Τάλανες, ὦ κακοτυχεῖς
2 Γυναικῶν πότμοι, τίνα νῦν ἢ
3 Τέχναν ἔχομεν, ἢ λόγον,
4 Σφαλεῖσαι κάθαμμα λύσειν λόγου;
ΦΑΙ. 5 Ἐτύχομεν δίκας,
6 Ἰὼ γᾶ, καὶ φῶς.
7 Πᾷ ποτ' ἐξαλύξω τύχας;
8 Πῶς δὲ πῆμα κρύψω, φίλαι;
9 Τίς ἂν θεῶν ἀρωγὸς, ἢ τίς ἂν βροτῶν
10 Πάρεδρος, ἢ ξυνεργὸς ἀδίκων ἔργων

11 Φα-

Vs. 664 — 668. *Forsan ex Edit. sunt primæ.*
Vs. 669. *Strophe legitur supra v. 362.*

Quam nunc labris gustare primis contigit,
Tuam hanc nefandam intelligam insolentiam.
Pereatis. odia haud finienda in feminas
Palam geram: neque desinam, quanquam usque sic
Me quis loqui iactabit: illae enim quoque
Nunquam improbae esse desinent. Aut nunc eas
Bonas quis esse doceat, aut genio frui
Meo sinat me, illasque ut insecter probris.

CHO. O mulierum miseranda sors!
Qua nunc cedo pollemus arte,
Quae ratio nobis suppetit,
Successibus frustratis,
Nodum huius qua caussae
Difficilem solvamus?

PHAE. Inventa mihi poena est,
O tellus, caeleste ô lumen!
Quî fugiam nunc aspera fata?
Quo pacto celavero, amicae,
Tam triste malum?
Quis opem Deus nobis feret?
Quisve hominum custos mihi,
Quis particeps operum,
Veniet iniquorum?

Eheu

Vs. 672. *Sic Heath. Vulg.* Ὦ γᾶ. Vs. 674. *Vulg.* Πῶς δὲ κρύψω, φίλαι, πῆμα;

Φανείη; τὸ γὰρ παρ' ἡμῖν πάθος
Παρὸν δυσεκπέρατον ἔρχεται βίου.
Κακοτυχεστάτα γυναικῶν ἐγώ.

Ι Α Μ Β Ο Ι.

ΧΟ. Φεῦ· φεῦ· πέπρακται· κοὐ κατώρθωνται τέχναι,
Δέσποινα, τῆς σῆς προσπόλου· κακῶς δ' ἔχει.
ΦΑΙ. Ὦ παγκακίστη, καὶ φίλων διαφθορεῦ,
Οἷ' εἰργάσω με; Ζεύς σ' ὁ γεννήτωρ ἐμὸς
Πρόῤῥιζον ἐκτρίψειεν, οὐτάσας πυρί.
Οὐκ εἶπον, οὐ σῆς προὐνοησάμην φρενὸς,
Σιγᾶν ἐφ' οἷσι νῦν ἐγὼ κακύνομαι;
Σὺ δ' οὐκ ἀνέσχου· τοιγὰρ οὐκ ἔτ' εὐκλεεῖς
Θανούμεθ'· ἀλλὰ δεῖ με δὴ καινῶν λόγων.
Οὗτος γὰρ, ὀργῇ συντεθηγμένος φρένας,
Ἐρεῖ καθ' ἡμῶν πατρὶ σὰς ἁμαρτίας,
Ἐρεῖ δὲ Πιτθεῖ τῷ γέροντι συμφορὰς,
Πλήσει τε πᾶσαν γαῖαν αἰσχίστων λόγων.
Ὄλοιο καὶ σὺ, χ' ὥς τις ἄκοντας φίλους

Πρό-

Vs. 680. *Al.* κατώρθωται τέχνη. Vs. 682. *Vulg.* διαφθορά.
Vs. 683, 684. *Olim*, Ζεὺς ὁ γ. Π. ἐκτρίψειέ σ',

Eheu inevitabile hoc
Praesens malum vitam
Eripiet meam.
O mulierum infaustissima
Omnium ego!

CHO. Hei hei mihi. caruere successu tuae
Nutricis artes, ô hera: male res se habent.
PHAE. O pessima atque certa amicorum lues,
Ut perdidisti me miserrimam! Parens
Meus qui Olympi lucidis regnat plagis,
Radicitus te exstirpet, et vi fulminis
Feriat nocentem. Haec ante praedixi tibi,
Nonne monui, praecipitis ut sensi tui
Consilia pectoris, silentio rem eam,
Quae nunc male urget me, tegendam? tu obsequi
Tum noluisti. luce nulla gloriae
Mors nostra resplendebit amplius, nova
Ratio ineunda, artes movendae aliae mihi.
Illi incitatum fervet ira pectus, haud
Dubium est, patri peccata narrabit mea:
Nec Pittheo parcet seni referre, quae
Me calamitates anxiis vexant modis.
Omnesque probrosis replebit vocibus
Terrae angulos, tu pessima cruce pereas,

Et

Vs. 689. *Forte leg.* *νῦν τεθηγμένος.* Vs. 690. *Olim*, *τὰς ἀ.*
Versus 691 *deest in duobus Codd.*

Πρόθυμός ἐςι μὴ καλῶς εὐεργετεῖν.
ΤΡΟ. Δέσποιν', ἔχεις μὲν τἀμὰ μέμψασθαι κακά·
Τὸ γὰρ δάκνον σοῦ τὴν διάγνωσιν κρατεῖ.
Ἔχω δὲ κἀγὼ πρὸς τάδ', εἰ δέξῃ, λέγειν.
Ἔθρεψά σ', εὔνους τ' εἰμί· τῆς νόσου δέ σοι
Ζητοῦσα φάρμαχ' εὗρον οὐχ ἃ 'βουλόμην.
Εἰ δ' εὖ γ' ἔπραξα, κάρτ' ἂν ἐν σοφοῖσιν ἦν·
Πρὸς τὰς τύχας γὰρ τὰς φρένας κεκτήμεθα.
ΦΑΙ. Ἦ γὰρ δίκαια ταῦτα, κἀξαρκοῦντά μοι,
Τρώσασαν ἡμᾶς εἶτα συγχωρεῖν λόγοις;
ΤΡΟ. Μακρηγοροῦμεν· οὐκ ἐσωφρόνουν ἐγώ.
Ἀλλ' ἔςι κἀκ τῶνδ' ὥςε σωθῆναι, τέκνον.
ΦΑΙ. Παῦσαι λέγουσα· καὶ τὰ πρὶν γὰρ οὐ καλῶς
Παρῄνεσάς μοι, κἀπεχείρησας κακά.
Ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπελθε, καὶ σαυτῆς πέρι
Φρόντιζ'· ἐγὼ γὰρ τἀμὰ θήσομαι καλῶς.
Ὑμεῖς δὲ παῖδες εὐγενεῖς Τροιζήνιαι,
Τοσόνδε μοι παράσχετ' ἐξαιτουμένῃ,
Σιγῇ καλύπτειν, ἃ 'νθάδ' εἰσηκούσατε.
ΧΟ. Ὄμνυμι σεμνὴν Ἄρτεμιν Διὸς κόρην,
Μηδὲν κακῶν σῶν ἐς φάος δείξειν ποτέ.

ΦΑΙ.

Vs. 699. *Ol.* Ζητοῦσά γ' εὗρον φάρμακ', οὐχ ἃ 'β. Vs. 700. *F.* ἔπραξ' ἂν, *Heath.*

Et quisquis importuna amicis pertinax
Praestare vult beneficia repugnantibus.

NV. Expostulandi mecum, hera, tibi est caussa: te
Quod mordicat, ratione longe est fortius.
Neque mihi, (si exaudire me aequis auribus
Non renues) quo obiecta purgem, nunc deest.
Sollicita te educavi ego, atque amans tui,
Morbique contra vim huius optans remedium,
Id repperi, non generis illius tamen
Quale volui: aestimataque sapiens forem,
Si forte res cessisset ex sententia.
Consilia successu aestimari bona solent.

PHAE. Iustumne censes, ac mihi satis esse, quae
Me vulnerasti, ut deinde mecum disputes?

NV. Verbosiore oratione si usa sum,
Ignosce id imprudentiae quaeso meae:
Etsi ex iis servare te forsan queas.

PHAE. Sat iam locuta es. desine. haud priora enim
Monita fuere recta tua, malisque me
Cumulasti atrocibus. procul te hinc amove,
Et res tibi cura tuas; meas ego
Ex arbitratu agam meo. Troezeniae
At ô puellae stirpe cretae nobili,
Vos postulanti hoc annuite quaeso mihi,
Vt, quae audiistis hîc, silentium tegat.

CHO. Testor Dianae casta nymphae numina,
Nihil e malis unquam tuis vulgavero.

PHAE.

Vs. 712. *Olim*, καλύψασ', ἃ. Vs. 714. *Duo Codd.* δεῖξαι.

ΦΑΙ. Καλῶς ἔλεξας· ἓν δὲ προτρέπουσ' ἐγὼ
Εὕρημα δή τι τῆσδε συμφορᾶς ἔχω,
Ὥστ' εὐκλεᾶ μὲν παισὶ προσθεῖναι βίον,
Αὐτὴ δ' ὄνασθαι πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα·
Οὐ γάρ ποτ' αἰσχυνῶ γε Κρησίους δόμους,
Οὐδ' εἰς πρόσωπον Θησέως ἀφίξομαι
Αἰσχροῖς ἐπ' ἔργοις, οὕνεκα ψυχῆς μιᾶς.

ΧΟ. Μέλλεις δὲ δή τι δρᾶν ἀνήκεστον κακόν;

ΦΑΙ. Θανεῖν· ὅπως δὲ, τοῦτ' ἐγὼ βουλεύσομαι.

ΧΟ. Εὔφημος ἴσθι. Φ. καὶ σύ γ' εὖ με νουθέτει.
Ἐγὼ δὲ Κύπριν, ἥπερ ἐξόλλυσί με,
Ψυχῆς ἀπαλλαχθεῖσα τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ,
Τέρψω· πικροῦ δ' ἔρωτος ἡσσηθήσομαι.
Ἀτὰρ κακόν γε χ' ἀτέρῳ γενήσομαι
Θανοῦσ', ἵν' εἰδῇ μὴ 'πὶ τοῖς ἐμοῖς κακοῖς
Ὑψηλὸς εἶναι· τῆς νόσου δὲ τῆσδέ μοι
Κοινῇ μετασχὼν σωφρονεῖν μαθήσεται.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΙΚΑ.

Στροφὴ ά.

ΧΟ. 1 Ἠλιβάτοις ὑπὸ κευθμῶσι γενοίμαν,
2 Ἵνα με πτεροῦσσαν ὄρνιν

3 Θεὸς

Vs. 715. *Vulg.* ἐλέξαθ'. Vs. 723. *Olim*, ὅπως δ' ἐγὼ τοῦτο. *ut hic Codd. MSS.*

PHAE. Recte locuta es. Omnia expendens ego
Hoc calamitati huic remedium invenio unicum,
Et prolibus quod additurum est gloriam
Meis, ego errata ipsa corrigam mea.
Neque dedecus Cretensis unquam ex me domus
Labemve ducet, nec sub aspectum dabo
Me Thesei, inquinata foedis sordibus,
Non tanta vitae cura me tangit meae.
CHO. Malone te immedicabili vis perdere?
PHAE. Mori statutum, at quo modo, arbitrii est mei.
CHO. Bona verba quaeso.
PHAE. Tu quidem recte admones.
Sed Veneri ego, quae me trucidat, vitae ubi
Isthoc die fuero soluta vinculis,
Quod volupe erit, perficiam. Amori equidem manus
Praebebo victas, sed alii magnum dabo
Malum vicissim. morte cum gelidi mihi
Artus rigebunt, calamitate ne mea
Superbius sese efferat, morbique ut particeps
Huiusque mecum, discat esse modestior.

CHO. Utinam ô profundis liceat in
Recessibus latere; ubi
Me perniciem vertat in alitem

Ali-

Vs. 724. *F.* νουθετεῖς, *vel* μή με νουθέτει. *Markland.* Vs. 727. *Vulg.* ἡττηθήσομαι.

Θεὸς ἐν πταναῖς
'Αγέλησιν θείη·
'Αρθείην δ' ἐπὶ πόντιον
Κῦμα τᾶς 'Αδριηνᾶς
'Ακτᾶς, 'Ηριδανοῦ θ' ὕδωρ·
῎Ενθά γε πορφύρεον σταλάσσουσ'
Εἰς οἶδμα πατρὸς τριταλαιναι
Κόραι, Φαέθοντος οἴκτῳ, δακρύων
Τὰς ἠλεκτροφαεῖς αὐγάς.

'Αντιστροφὴ ά.

Ἑσπερίδων δ' ἐπὶ μηλόσπορον ἀκτὰν
'Ανύσαιμι τᾶν ἀοιδᾶν,
῞Ιν' ὁ ποντομέδων
Πορφυρέας λίμνας
Ναύταις οὐκ ἔθ' ὁδὸν νέμει,
Σεμνὸν τέρμονα ναίων
Οὐρανοῦ, τὸν ῎Ατλας ἔχει,
Κρῆναί τ' ἀμβρόσιαι χέονται
Ζηνὸς μελάθρων παρὰ κοίταις,
῞Ιν' ὀλβιόδωρος αὔξει ζαθέα
Χθὼν εὐδαιμονίαν θεοῖς.

Στρο-

Vs. 734. *Olim*, ποταναῖς. Vs. 738. *Vulg.* ῎Ενθα πορφυρὸν σταλάσσουσιν. Vs. 744. *Vulg.* λίμνης. V. 746. *Vulg.* κυρῶν. F. *Var. Lect.* Σεμνῷ τέρμονι κύρων.

Aliquis Deorum: quo avium
Grege comitatus
Liquidum scindens aëra pennis
Sublever aequora supra,
Ubi Adriae fluctus minaces
Littora verberant·
Aut ubi ripas irriguis aquis
Lambit gramineas Eridanus:
Purpureis ubi in undis,
Patris infausti filiae,
Fratris misertae
Phaëthontis, lacrymarum
Electreum stillant nitorem.

Hesperidum adibo virginum
Referta pomis littora.
Hic ubi Neptunus maris
Nautis undas facit impervias,
Ubi ultimos caeli Atlas
Sustinet humeris limites;
Fontesque nectareis scatent
Largi liquoribus;
Iovis haud procul cubilibus;
Fructus ubi terra uberes
Inarata Divis fundit.

O

Vs. 750. *In Cod. MS.* ἵνα βιόδωρος· *F.* Ἴν᾽ ἁ βιόδωρος.

Στροφὴ β'.

Ὦ λευκόπτερε Κρησία
Πορθμὶς, ἃ διὰ πόντιον
Κῦμ' ἀλίκτυπον ἅλμας
Ἐπόρευσας ἐμὰν ἄνασσαν,
Ὀλβίων ἀπ' οἴκων,
Κακονυμφοτάταν ὄνασιν.
Ἦ γὰρ ἀπ' ἀμφοτέρων,
Ἢ Κρησίας ἐκ γᾶς, δύσορνις
Ἔπτατο κλεινὰς Ἀθήνας,
Μουνυχίου δ' ἀκταῖσιν ἐκ-
δήσαντο πλεκτὰς πεισμάτων ἀρχὰς,
Ἐπ' ἀπείρου τε γᾶς ἔβασαν.

Ἀντιςροφὴ β'.

Ἀνθ' ὧν οὐχ ὁσίων ἐρώ-
των δεινᾷ φρένας Ἀφροδί-
τας νόσῳ κατεκλάσθη.
Χαλεπᾷ δ' ὑπέραντλος οὖσα
Συμφορᾷ, τεράμνων
Ἀπὸ νυμφιδίων κρεμαςὸν

7 Ἄ-

Vs. 753. *Forte leg.* ποντίου. Vs. 755. *Cod. MS.* ἀμὰν ἄνασσαν.

O candidis instructa carbasis
Cretaea navis,
Quae piscosos per salsi aequoris
Fluctus vexisti Dominam meam,
Compulsam lares
Linquere patrios,
Felicitate omni beatos,
Infaustis Hymenaeis
Ut permutaret
Fortuna utrisque manat e parentibus,
Aut Cretensi e littoris ora
Laudatas ut venit Athenas,
Munychio cum portu
Textis carinas alligantes funibus,
Telluris Atticae
Pressere arenas.

Tum Venus incestis cor
Torsit amoribus,
Fracta aegritudine,
Diris onerata malis.
Hei lacteis aptans
Cervicibus laqueum, toris se

Sus-

Vs. 760. *Al. Codd.* Ἔπτατ' ἐπὶ κλ. Vs. 761. *Vulg.* ἐπ' αὐταῖς.

Ἅψεται ἀμφὶ βρόχον
Λευκᾷ καθαρμόζουσα δείρᾳ
Δαίμονα συγνὸν καταιδεσ-
θεῖσα, τάν τ' εὔδοξον ἀνθ-
αιρουμένα φάμαν, ἀπαλλάσσουσα
Τ' ἀλγεινὸν φρενῶν ἔρωτα.

Ι Α Μ Β Ο Ι.

ΕΞΑΓ. Ἰού· Ἰού·
Βοηδρομεῖτε πάντες οἱ πέλας δόμων
Ἐν ἀγχόναις δέσποινα Θησέως δάμαρ.
ΧΟ. Φεῦ· φεῦ· πέπρακται· βασιλὶς οὐκ ἔτ' ἔςι δὴ
Γυνὴ, κρεμαςοῖς ἐν βρόχοις ἠρτημένη.
ΕΞΑΓ. Οὐ σπεύσετ'; οὐκ οἴσει τις ἀμφιδέξιον
Σίδηρον, ᾧ τόδ' ἅμμα λύσομεν δέρης;
ΗΜΙ. Φίλαι, τί δρῶμεν; ἢ δοκεῖ περᾷν δόμους,
Λῦσαί τ' ἄνασσαν ἐξ ἐπισπαςῶν βρόχων;
ΗΜΙ. Τί δ' οὐ πάρεισι πρόσπολοι νεανίαι;
„ Τὸ πολλὰ πράσσειν οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ βίῳ.
ΘΕΡ. Ὀρθώσατ' ἐκτείνοντες ἄθλιον νέκυν.
Πικρὸν τόδ' οἰκούρημα δεσπόταις ἐμοῖς.
ΧΟ. Ὄλωλεν ἡ δύςηνος, ὡς κλύω, γυνή.

Ἤδη

Vs. 771. *Vulg.* δέρᾳ· *F.* δείρᾳ *Markl.* Vs. 772. *Vulg.* (9) Δ. ς. καταιδεσθεῖ- (10) σα, τάν τ' εὔδοξον ἀνθαιρουμένα (11) Φάμαν.

Suspendet e genialibus.
Abominabilis, tantus
Fati est pudor,
Famaeque captans gloriam
Dirum fugabit corde amorem.

FAM. Eheu, eheu.
Prope regiam huc quicunque adestis currite,
Nodata reste pendet uxor Thesei.
CHO. Eheu, eheu.
Actum, hei mihi, est, Regina non est amplius,
Illa, laqueo constricta collum, finiit
Suspendio vitam.
NV. Hei morasne pellitis?
Ancepsne quisquam ex omnibus ferrum feret,
Quo colla tortis liberemus vinculis?
SEM. Quid est, amicae, quid agimus? tecta ista nunc
Subeamus, ut heram vinculis e tristibus
Miseram eximamus.
SEM. Ubi iuvenes famuli? ,, alienis se nimis
,, Negotiis miscere non tutum satis.
NV. Componite heus, miserique rite cadaveris
Extenditote membra. Acerba haec meis
Relinquitur dominis domus custodia.
CHO. Periit mulier, ut audio, miserabilis,

Et

Vs. 776. *Vulg.* ΘΕΡ. Vs. 777. *Al. Codd.* δρόμῳ. Vs. 785. *Vulg.* βίον.

Ἤδη γὰρ ὡς νεκρόν νιν ἐκτείνουσι δή.
ΘΗ. Γυναῖκες, ἴσε τίς ποτ' ἐν δόμοις βοή;
Ἠχὼ βαρεῖα προσπόλων ἀφίκετο.
Οὐ γάρ τι μ' ὡς θεωρὸν ἀξιοῖ δόμος
Πύλας ἀνοίξας εὐφρόνως προσεννέπειν.
Μῶν Πιτθέως τι γῆρας εἴργασαι νέον;
Πρόσω μὲν ἤδη βίοτος· ἀλλ' ὅμως ἔτ' ἂν
Λυπηρὸς ἡμῖν τούσδ' ἂν ἐκλίποι δόμους.
ΧΟ. Οὐκ εἰς γέροντας ἥδε σοι τείνει τύχη,
Θησεῦ· νέοι θανόντες ἀλγυνοῦσί σε.
ΘΗ. Οἴμοι· τέκνων μοι μή τι συλᾶται βίος;
ΧΟ. Ζῶσιν, θανούσης μητρὸς ὡς ἄλγιστά σοι.
ΘΗ. Τί φής; ὄλωλεν ἄλοχος; ἐκ τίνος τύχης;
ΧΟ. Βρόχον κρεμαστὸν ἀγχόνης ἀνήψατο.
ΘΗ. Λύπῃ παχνωθεῖσ', ἢ 'πὸ συμφορᾶς τινός;
ΧΟ. Τοσοῦτον ἴσμεν· ἄρτι γὰρ κἀγὼ δόμους,
Θησεῦ, πάρειμι, σῶν κακῶν πενθήτρια.
ΘΗ. Αἶ· αἶ· τί δῆτα τοῖσδ' ἀνέστεμμαι κάρα
Πλεκτοῖσι φύλλοις, δυστυχὴς θεωρὸς ὤν;
Χαλᾶτε κλῇθρα πρόσπολοι πυλωμάτων·
Ἐκλύεθ' ἁρμοὺς, ὡς ἴδω τὸν δαίμονα
Γυναικὸς, ἥ με κατθανοῦσ' ἀπώλεσεν.

ΜΟ-

Vs. 791. *F.* μ' ἀφίκετο *Markland.* Vs. 796. *Ol.* ἐκλίπῃ. Vs. 808. *Al.* κλεῖθρα.

Et mortuae iam membra tendunt corporis.
THE. Scitisne quis strepat aedibus clamor meis?
O feminae, gravis admodum aures perculit
Rumor meas domesticorum, nemo qui,
Ut hospitem venientem ab oris, fronte me
Exciperet hilari, claustra laxans aedium
Nemo fuit. quid? Pittheone humanitus
Quid accidit? longi quidem ille aevi est senex,
Acerba sed cuius tamen mihi mors foret.
CHO. Non haec senes fortuna, Theseu, tangit, at
Sunt iuniorum fata, quae dolori erunt.
THE. E liberis hei num quis occubuit meis?
CHO. Vivunt ii; uxor obiit, hoc grave accidet.
THE. Quid ais? obiit uxor? quae eam sors abstulit?
CHO. Laqueo implicata pensili vitam exuit.
THE. Maerore victa? an quae alia rapuit calamitas?
CHO. Tantum hoc scio, hasque primum adivi iam domos,
Ut luctuum, Theseu, tuorum praefica.
THE. Eheu, quid infelix viator iam caput
Cingo corollis fronde textis florida?
Laxate portarum ministri nunc seras,
Vectesque solvite, coniugem ut videam meam,
Miseranda morte quae sua me perdidit.

CHO.

Vs. 809. *Vulg.* Ἐκλύσαθ' ἁ. ὠ. ἵ. δυσδαίμονα. *Var. Lect.* ὡς ἴδω πικρὰν θέαν.

ΜΟΝΟΣΤΡΟΦΙΚΑ.

ΧΟ. Ἰὼ ἰὼ τάλαινα, μελέων κακῶν·
Ἔπαθες· εἰργάσω
Τοσοῦτον, ὥστε τούσδε συγχέαι δόμους
(Αἶ αἶ τόλμας, ὦ βιαίως θανοῦσ',
Ἀνοσίῳ τε συμφορᾷ,) σᾶς χερὸς
Πάλαισμα μελέας.
Τίς ἄρα σὰν τάλαιναν ἀμαυροῖ ζωάν.

ΘΗ. Ὤ μοι ἐγὼ παθέων, ὧν ἔπαθον, ὦ τάλας·
Τὰ κάκιστ' ἐμῶν κακῶν. ὦ τύχα,
Ὥς μοι βαρεῖα καὶ δόμοις ἐπεστάθης,
Κηλὶς ἄφραστος ἐξ ἀλαστόρων τινός.
Κατακονᾷ μὲν οὖν ἀβίωτος βίος.
Κακῶν δ' ὁ τάλας πέλαγος εἰσορῶ
Τοσοῦτον, ὥστε μή ποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν,
Μήδ' ἐκπερᾶσαι κῦμα τῆσδε συμφορᾶς.

['Εκ-

Vs. 817. *Olim*, ὦ τάλαινα. Vs. 818. *Cod. MSS.* Τὰ μάκιστ' ἐμῶν.
Vs. 819, 820. *Forte* ἐπεστάθη Κηλίς.

CHO. Miseranda mulier,
Miseranda te torquent mala:
Cecidisti, ut hanc confunderes simul domum;
Audaciam ô immanem!
Ita violenta te abstulit mors?
Nefandus ô casus!
Astuta dexterae eheu
Luctatio miserrimae!
Ecquis tibi infelicem,
O misera, vitam extinxit?
THE. O crudelia quae sum passus!
Heu sortis ut infortunatae!
O aerumnae nullis
Aequandae malis!
O fortuna in nostros nimium
Nostraeque domus ingeniosa labores!
Infanda haec labes Furiarum
Ex aliqua profluxit.
Vitam illa exercet meam,
Tristique exitio premit.
Video ô pelagus immensum
Miser malorum, unde enatandi
Nulla mihi spes affulget:
Ex fluctibus nunquam istis
Emergendi erit ulla facultas.

Sol-

Vs. 821 K. *μὲν οὖν μ' ἀ. β. Var. Lect.* Κατάκονά — βίου.
Vs. 824. *Al. Codd.* Μή τ' ἐκπ.

[Ἐκλύεθ' ἁρμοὺς, ὡς ἴδω πικρὰν θέαν.]
Τίνα λόγον τάλας, τίνα τύχαν σέθεν
Βαρύποτμον, τλῆμον, προσαυδῶν τύχω;
Ὄρνις γὰρ ὥς τις ἐκ χερῶν ἄφαντος εἶ,
Πήδημ' ἐς ᾅδου κραιπνὸν ὁρμήσασά μοι.
Αἶ· αἶ· αἶ· αἶ· μέλεα τάδε πάθη·
Πρόσωθεν δέ ποθεν ἀνακομίζομαι
Τύχαν δαιμόνων, ἀμπλακίαισι
Τῶν πάροιθέν τινος.

ΧΟ. Οὐ σοὶ τάδ', ὦ 'ναξ, ἦλθε δὴ μόνῳ κακά·
Πολλῶν μετ' ἄλλων δ' ὤλεσας κεδνὸν λέχος.

ΘΗ. Τὸ κατὰ γᾶς θέλω, τὸ κατὰ γᾶς κνέφας
Μετοικεῖν, σκότῳ θανὼν ὁ τλάμων,
Τῆς σῆς στερηθεὶς φιλτάτης ὁμιλίας.
Ἀπώλεσας γὰρ μᾶλλον, ἢ κατέφθισο.
Τίνος δὴ κλύω; πόθεν θανάσιμος τύχα,
Γύναι, σὰν ἔβα τάλαιναν καρδίαν;
Εἴποι τις ἂν τὸ πραχθὲν, ἢ μάτην ὄχλον
Στέγοι τύραννον δῶμα προσπόλων ἐμῶν;
Ἰώ μοι μοι, σέθεν μέλεος,
Οἷον εἶδον ἄλγος δόμων,

Οὐ

Vs. 825. *Delendum censet Musgrav. vid.* v. 809. Vs. 829. *Var. Lect.* πικρὸν ὁρμ. Vs. 832. *Vulg.* Τύχαν, δαιμόνων ἀμ. Vs. 835. *Vulg.* ἄλλων ἄλ.

Solvite vectes, ut conspiciam
Miserrimum spectaculum.
Quibus ô miseram vocibus alloquar,
Teque ac fortunae saevos tuae
Casus? elapsa es manibus meis
Pennigerae instar volucris,
Saltu me urges tristi
Obscuras Erebi ad domos.
Hei, hei, hei! ô infausta haec mala!
Unde miser me hic casus verberat?
Num me aliquis punit Deus,
Maiorumque luo delicta meorum?

CHO. Non haec tuum solius urget sors caput;
Multis quoque aliis uxor occidit tua.

THE. Terrae subire atros sinus,
Telluris imae sub penetralibus
Furvis recondi tenebris
Impetus est, orbato coniuge ac
Iucundo illius consortio.
Me potius occidisti,
Quam ipsa perieris.
E quo audiam
Lethalis unde casus iste
Cor perculit tibi miserae adeo?
Factum mihi aliquis explicet,
An frustra tantam fovent
Famulorum turbam aedes regiae?
Hei mihi, te propter, misero, et ter

Et

Vs. 837. *Vulg.* τλήμων.
Vs. 840. *Olim,* Τίνος κλύω.
Vs. 841. *Al. Codd.* σὰν ἐπέβα.
Vs. 843. *Al.* Στέγει. *Ibid. F.* ἐμόν.

Οὐ τλητὸν, οὐδὲ ῥητόν· ἀλλ' ἀπωλόμαν.
Ἔρημος οἶκος, καὶ τέκν' ὀρφανεύεται.
ΧΟ. Ἔλιπες, ἔλιπες, ὦ φίλα γυναικῶν,
Ἀρίστα θ', ὁπόσας ἐφορᾷ
Φέγγος ἀελίου τε,
Καὶ νυκτὸς ἀστερωπὸς σελάνα.
Ἰὼ τάλας· ὦ τάλας· ὅσον κακὸν ἔχει δόμος.
Δάκρυσί μου βλέφαρα
Καταχυθέντα τέγγεται σᾷ τύχᾳ.
Τὸ δ' ἐπὶ τῷδε πῆμα φρίσσω πάλαι.
ΘΗ. Ἔα· ἔα·
Τί δή ποθ' ἥδε δέλτος; ἐκ φίλης χερὸς
Ἠρτημένη, θέλει τι σημῆναι νέον.
Ἀλλ' ἦ λέχους μοι καὶ τέκνων ἐπιστολὰς
Ἔγραψεν ἡ δύστηνος ἐξαιτουμένη;
Θάρσει, τάλαινα· λέκτρα γὰρ τὰ Θησέως
Οὐκ ἔστι, δῶμά θ', ἥτις εἴσεισιν γυνή.
Καὶ μὴν τύποι γε σφενδόνης χρυσηλάτου
Τῆς οὐκ ἔτ' οὔσης τῆσδε προσσαίνουσί με.
Φέρ', ἐξελίξας περιβολὰς σφραγισμάτων
Ἴδω, τί λέξαι δέλτος ἥδε μοι θέλει.

ΧΟ.

Vs. 846. *F.* ἀπωλόμην. Vs. 856. *Vulg.* δέλτος ἐκ φ.

Et quater, et misero amplius.
Quantus domibus moeror cuditur!
Haud tolerabile est,
Nullisque verbis explicabile.
Perii infelix, vacua haec est domus,
Puerique orphani.

CHO. Claras liquisti aetheris auras,
O omnium optima feminarum,
Quas iubare fulgido sol,
Quas luna, dum splendore
Offuscat astra,
Nocte serena aspexit:
Infelix, ô infelix, quibus,
Quantis aerumnis haec
Obruitur domus!
Rorantibus genae rigantur lacrymis,
Fortuna quas mihi
Tua exprimit. at eam
Quae sequitur, infausta horreo.

THE. At, at, tabellae quidnam amica pendulae
Dextra sibi volunt quaeso; conjugii illane
Laesam fidem, aut de liberis epistola
Movet querelam? fide misera, Thesei
Neque thalamos, neque femina ingreditur domum,
At vinculis est obligata, et aureo
Impressa signa mortuae annulo, admonent
Aliquid latere. Age explicetur pagina
Chartae volubilis, ut quid illa velit, sciam.

CHO.

Vs. 857. *Vulg.* σημᾶναι.

ΧΟ. Φεῦ· φεῦ· τόδ' αὖ νεοχμὸν ἐκδοχαῖς
'Επεισφέρει θεὸς κακόν· ἐμοὶ μὲν οὖν
'Αβίωτος βίου τύχα πρὸς τὸ κρανθὲν
Εἴη τυχεῖν· ὀλομένους γὰρ οὐκέτ' ὄντας λέγω
Φεῦ, φεῦ, τῶν ἐμῶν τυράννων δόμους.
῏Ω δαῖμον, εἴπως ἐστὶ, μὴ σφήλῃς δόμους,
Αἰτουμένης δὲ κλῦθί μου· πρὸς γάρ τινος
Οἰωνὸν ὥστε μάντις εἰσορῶ κακοῦ.
ΘΗ. Οἴμοι τόδ' οἷον ἄλλο πρὸς κακῷ κακὸν,
Οὐ τλητὸν, οὐδὲ λεκτόν· ὦ τάλας ἐγώ.
ΧΟ Τί χρῆμα; λέξον, εἴ τι μοι λόγου μέτα.
ΘΗ. Βοᾷ, βοᾷ δέλτος ἄλαστα· πᾷ φύγω
Βάρος κακῶν; ἀπὸ γὰρ ὀλόμενος οἴχομαι.
Οἷον, οἷον εἶδον ἐν γραφαῖς μέλος
Φθεγγόμενον τλάμων.
ΧΟ. Αἶ· αἶ· κακῶν ἀρχηγὸν ἐκφαίνεις λόγον.
ΘΗ. Τόδε μὲν οὐκ ἔτι στόματος ἐν πύλαις
Καθέξω δυσεκπέρατον ὀλοὸν, ὀλοὸν
Κακόν· ὦ πόλις, πόλις,
'Ιππόλυτος εὐνῆς τῆς ἐμῆς ἔτλη θιγεῖν
Βίᾳ, τὸ σεμνὸν Ζηνὸς ὄμμ' ἀτιμάσας.
'Αλλ', ὦ πάτερ Πόσειδον, ἃς ἐμοί ποτε
'Αρὰς ὑπέσχου τρεῖς, μιᾷ κατέργασαι
Τούτων ἐμὸν παῖδ'· ἡμέραν δὲ μὴ φύγοι
Τήνδ', εἴπερ ἡμῖν ὤπασας σαφεῖς ἀράς.

IAM-

Vs. 867. *Al* κακῶν *F.* ἐμοὶ μὲν ἂν *Markland.* Vs. 868. *F.* 'Αβίωτον βίου τύχαν.
Vs. 872. *Olim*, Αἰτ. γὰρ κλῦθι. Vs. 873. *Al.* κακόν.

CHO. Eheu veteribus alia succedunt mala.
Iubente sic Deo, urgent haec me, in posterum
Vitaeque conditio meae infelix fluet:
Atque dominos periisse, et in nihilum querar
Misera redactas calamitosas hei domos!
O Dii domum hanc, si fata qua sinunt via,
Ne evertite: audite querulas, oro, preces.
Malum aliquod ingens imminere his auguror.
THE. Misero hei malis quod aliud accedet malum?
Ferri haud queat, dici haud queat. misero hei mihi.
CHO. Quid hoc rei est? effare, si scire liceat.
THE. Abominanda nunc mihi hae misero sonant,
Clamant tabellae, quo malum effugiam modo!
Tam atrox malum! iam perditus sum funditus.
Hei quale vidi epistola expressum melos?
CHO Eheu malorum ingentium prooemia!
THE. Intra oris hoc tam noxium
Non continebo septa
Difficilisque malum exitus.
O civitas, ô civitas!
Per vim toros attingere meos ausus est
Hippolytus, haud quaquam reformidans Iovis
Vultum severum! tu ô pater Neptune nunc
Optationibus precor mihi e tribus,
Quas pollicitus es, perfice unam, et filium
Neca meum: neque hunc diem evadat, si serio
Vis liberare, quam dedisti olim fidem.

CHO.

Vs. 875. *F.* Οὐ σεκτὸν, οὐδὲ λ. *Reiskius; argute.* Vs. 877. *Vulg.* ποῦ.
Vs. 880. *Vulg.* τλήμων. Vs. 889. *Olim*, φύγῃ.

Ι Α Μ Β Ο Ι.

ΧΟ. Ἄναξ, ἀπεύχου ταῦτα, πρὸς θεῶν, πάλιν·
Γνώσῃ γὰρ αὖθις ἀμπλακών· ἐμοὶ πιθοῦ.
ΘΗ. Οὐκ ἔστι· καὶ πρός γ' ἐξελῶ σφε τῆσδε γῆς.
Δυοῖν δὲ μοίραιν θατέρᾳ πεπλήξεται.
Ἢ γὰρ Ποσειδῶν αὐτὸν εἰς ᾅδου δόμους
Θανόντα πέμψει, τὰς ἐμὰς ἀρὰς σέβων,
Ἢ, τῆσδε χώρας ἐκπεσὼν, ἀλώμενος
Ξένην ἐπ' αἶαν λυπρὸν ἀντλήσει βίον.
ΧΟ. Καὶ μὴν ὅδ' αὐτὸς παῖς σὸς εἰς καιρὸν πάρα
Ἱππόλυτος· ὀργῆς δ' ἐξανεὶς κακῆς, ἄναξ
Θησεῦ, τὸ λῷστον σοῖσι βούλευσαι δόμοις.
ΙΠΠ. Κραυγῆς ἀκούσας σῆς ἀφικόμην, πάτερ,
Σπουδῇ· τὸ μέντοι πρᾶγμ', ἐφ' ᾧτινι στένεις,
Οὐκ οἶδα· βουλοίμην δ' ἂν ἐκ σέθεν κλύειν.
Ἔα, τί χρῆμα; σὴν δάμαρθ' ὁρῶ, πάτερ,
Νεκρὸν μεγίστου θαύματος τόδ' ἄξιον·
Ἣν ἀρτίως ἔλειπον, εἰς φάος τόδε
Οὔπω χρόνον παλαιὸν εἰσεδέρκετο.
Τί χρῆμα πάσχει; τῷ τρόπῳ διόλλυται;
Πάτερ, πυθέσθαι βούλομαι σέθεν πάρα.

Vs. 891. *Forte leg.* ἀνεύχου. Vs. 894. *F.* θ' ἡτέρᾳ.

CHO. Rex deprecare rursus ista, si sapis, Deos.
Intelliges te errare mihi pare, obsecro.
THE. Haud fiet, at tellore eum etiam hac exigam,
Alterutro enim feretur, aut illum inferas
Adiget ad umbras, vota reveritus mea,
Mars Deus, solove pulsus patrio
Peregrina oberrans exul et miser loca,
Miserabiles vitae trahet dies suae.
CHO. Filius at oportune adest, ô Rex, tuus
Hippolytus, irae reprime tristeis impetus,
Theseu, domusque quod tuae in rem est, consule.
HIP. Vocem audiens, pater, tuam celeri huc pede
Me contuli: rei illius prorsum rudis,
Quae gemere nunc te cogit; ex te discere,
Cuiusmodi illa sit, velim. quid est cedo?
Video quidem uxorem esse mortuam, instar id
Miraculi mihi: illam ego, haud diu quidem est,
Cum liquerim iubar intuentem hoc fulgidum.
Atqui, quid accidit, illa quo periit modo?
Cognoscere hoc ex te velim, pater. taces?

,, Nul-

Vs. 903. *Olim*, ἐφ' ᾧτινι νῦν ϛένεις. Vs. 907. *Al.* ἢ φάος τόδε.

(3) Σιγᾷς; „ σιωπῆς δ᾽ οὐδὲν ἔργον ἐν κακοῖς.
(1) „ Ἡ γὰρ ποθοῦσα πάντα καρδία κλύειν
(2) „ Κἀν τοῖς κακοῖσι λίχνος οὖσ᾽ ἁλίσκεται.
Οὐ μὴν φίλους γε, κἄτι μᾶλλον ἢ φίλους,
Κρύπτειν δίκαιον σὰς, πάτερ, δυσπραξίας.

ΘΗ. „ Ὦ πόλλ᾽ ἁμαρτάνοντες ἄνθρωποι μάτην,
„ Τί δὴ τέχνας μὲν μυρίας διδάσκετε,
„ Καὶ πάντα μηχανᾶσθε, κἀξευρίσκετε,
„ Ἓν δ᾽ οὐκ ἐπίςασθ᾽, οὐδ᾽ ἐθηράσασθέ πω,
„ Φρονεῖν διδάσκειν, οἷσιν οὐκ ἔνεςι νοῦς;

ΙΠΠ. „ Δεινὸν σοφιςὴν εἶπας, ὅςτις εὖ φρονεῖν
„ Τοὺς μὴ φρονοῦντας δυνατός ἐς᾽ ἀναγκάσαι.
Ἀλλ᾽, οὐ γὰρ ἐν δέοντι λεπτουργεῖς, πάτερ,
Δέδοικα μή σου γλῶσσ᾽ ὑπερβάλῃ κακοῖς.

ΘΗ. „ Φεῦ, χρῆν βροτοῖσι τῶν φίλων τεκμήριον
„ Σαφές τι κεῖσθαι, καὶ διάγνωσιν φρενῶν,
„ Ὅςτις τ᾽ ἀληθής ἐςιν, ὅς τε μὴ φίλος·
„ Δισσάς τε φωνὰς πάντας ἀνθρώπους ἔχειν,
„ Τὴν μὲν δικαίαν, τὴν δ᾽ ὅπως ἐτύγχανεν·
„ Ὡς ἡ φρονοῦσα τἄδικ᾽ ἐξηλέγχετο
„ Πρὸς τῆς δικαίας, κοὐκ ἂν ἠπατώμεθα.

ΙΠΠ. Ἀλλ᾽ εἴ τις εἰς σὸν οὖς με διαβαλὼν ἔχει
Φίλων, νοσοῦμεν οὐδὲν ὄντες αἴτιοι·
Ἔκ τοι πέπληγμαι· σοὶ γὰρ ἐκπλήσσουσί με

Λό-

Vs. 911. *duobus seqq postponit Markl.* Vs. 914. *Forte leg.* φίλους τε, κἄτι.
Vs. 916. *F.* Ὦ πολλὰ μανθάνοντες, *Markl. F.* Ὦ π. ά. ἄνθρωποι, μάτην.
Vs. 919. *Al.* οὐδὲ δὴ ἐθηρᾶσθε πω, V. 922. *Olim*, ἀναγκάζειν.

„ Nullum silentii in malis prorsus lucrum.
„ Mens audiendi cupiditate quae flagrat,
„ Etiam in malis avida esse deprendi solet.
Sed calamitates hîc tuas, pater, haud decet
Celare amicum, aut qui, quam amicus, pluris est.

THE. „ Ut error homines saepe vanus implicat!
„ Nam mille qui docetis artes, quaelibet
„ Qui machinamini, atque mentis acumine
„ Excogitatis omnia, unum tamen adhuc
„ Haud dum tenetis, mente quomodo imbui
„ Sana atque sapiente fatuus tandem queat.

HIP. „ Doctor peritus esset ille, sapere qui
„ Stultos docere posset. At parum ista tu
In tempore, pater, disseris subtilius.
Vereorque lingua ne malis cedat suis.

THE. „ Exstare certa hominibus indicia aequum erat,
„ Notaeque veluti quaedam, amicorum quibus
„ Cordis videri sensus intimi queat:
„ Quae vera, quae simulata forma pectoris:
„ Vocem deinde quemque promere duplicem,
„ Qualem quidem qualem alteram, iustam alteram:
„ Ut mentiens redargui a vera queat:
„ Fraudisque ita amputetur ansa callidae.

HIP. Si quis me amicorum, auribus abutens tuis,
Est criminatus, pessime scio mecum agi.
Nullius etsi sim mihi mali conscius,
Attonitus haereo: verba me terrent tua.

Ita

Vs. 923. *F.* λεπτουργεῖν, *Markl.* Vs. 928. *Vulg.* Δισσὰς δὲ φ.
Vs. 932. *Olim*, Ἀλλ' ἤ τις. Vs. 933. *Vulg.* νοσοῦμεν δ' οὐδ.

Λόγοι παραλλάσσοντες, ἔξεδροι φρενῶν.
ΘΗ. „ Φεῦ τῆς βροτείας ποῖ προβήσεται φρενός;
„ Τί τέρμα τόλμης καὶ θράσους γενήσεται;
„ Εἰ γὰρ κατ' ἀνδρὸς βίοτον ἐξογκώσεται,
„ Ὁ δ' ὕστερος τοῦ πρόσθεν εἰς ὑπερβολὴν
„ Πανοῦργος ἔσται, θεοῖσι προσβαλεῖν χθονὶ
„ Ἄλλην δεήσει γαῖαν, ἣ χωρήσεται
„ Τοὺς μὴ δικαίους καὶ κακοὺς πεφυκότας.
Σκέψασθε δ' εἰς τόνδ', ὅστις, ἐξ ἐμοῦ γεγὼς,
Ἤσχυνε τἀμὰ λέκτρα, κἀξελέγχεται
Πρὸς τῆς θανούσης ἐμφανῶς κάκιστος ὤν·
Δεῖξον δ', ἐπειδή γ' εἰς μίασμ' ἐλήλυθας,
Τὸ σὸν πρόσωπον δεῦρ' ἐναντίον πατρί.
Σὺ δὴ θεοῖσιν, ὡς περισσὸς ὢν ἀνὴρ,
Ξύνει; σὺ σώφρων, καὶ κακῶν ἀκήρατος;
Οὐκ ἂν πιθοίμην τοῖσι σοῖς κόμποις ἐγὼ,
Θεοῖσι προσθεὶς ἀμαθίαν φρονεῖν κακῶς.
Ἤδη νυν αὔχει, καὶ δι' ἀψύχου βορᾶς
Σίτοις καπήλευ', Ὀρφέα τ' ἄνακτ' ἔχων,
Βάκχευε, πολλῶν γραμμάτων τιμῶν καπνούς·
Ἐπεί γ' ἐλήφθης· „ τοὺς δὲ τοιούτους ἐγὼ
„ Φεύγειν προφωνῶ πᾶσι· θηρεύουσι γὰρ
„ Σεμνοῖς λόγοισι αἰσχρὰ μηχανώμενοι.

Τέ-

Vs. 938. *Olim*, βίοτις. Vs. 946. *F.* ἐλήλυθα, *Musgrave.*

Ita concitato quae ruunt in me impetu, ac
Maiore, quam mentis quietae fert status.
THE. ,, Natura quod non rapitur humana ad scelus?
,, Quae meta tandem temeritatis, quis modus
,, Audaciae figetur? hei, vitae gradus
,, Quod si per omneis turpia accrescent mala,
,, Avisque peiores nepotes, et ab iis
,, Quoque nequiores qui trahent originem:
,, Tandem Deis necessitas incumbet, his
,, Adiicere terras illico alias, et novum
,, Componere orbem, quem mali et iniqui colant.
Respicite in hunc qui ex me satus, meum ausus est
Polluere lectum, a mortua evidenter hac
Redarguetur omnium esse pessimus
Mortalium. Quando nefandum tu hoc scelus
Aggressus es, faciem patri ostendas tuo.
Tu cum Diis versare, ut excellens homo,
Ut castus, et vitae integer? nullam amplius
Iactationi et insolentiae fidem
Dabo tuae: imprudentiae damnas Deos.
Nunc gloriare, aliis per inanimas dapes
Impone, sub magistro agens tuo Orpheo.
Sacrata Libero patri cole orgia,
Ex litterarum fumo honores aucupans.
Sed captus es: ,, vitare tales quemlibet
,, Nunc iubeo. Venantur iidem illi splendidis
,, Orationis involucris, multa sed

,, Ab-

Vs. 953. *F.* Σύ τοι καπήλευ', Ὀρφέα —

O

Τέθνηκεν ἥδε· τοῦτό σ' ἐκσώσειν δοκεῖς;
Ἐν τῷδ' ἁλίσκῃ πλεῖστον, ὦ κάκιστε σύ.
Ποῖοι γὰρ ὅρκοι κρείσσονες, τίνες λόγοι
Τῆσδ' ἂν γένοιντ' ἂν, ὥστε σ' αἰτίαν φυγεῖν;
Μισεῖν σε φήσεις τήνδε, καὶ τὸ δὴ νόθον
Τοῖς γνησίοισι πολέμιον πεφυκέναι;
Κακὴν ἄρ' αὐτὴν ἔμπορον βίου λέγεις,
Εἰ δυσμενείᾳ σῇ τὰ φίλτατ' ὤλεσεν.
Ἀλλ', ὡς τὸ μῶρον ἀνδράσιν μὲν οὐκ ἔνι,
Γυναιξὶ δ' ἐμπέφυκεν; „ οἶδ' ἐγὼ νέους
„ Οὐδὲν γυναικῶν ὄντας ἀσφαλεστέρους,
„ Ὅταν ταράξῃ Κύπρις ἡβῶσαν φρένα.
„ Τὸ δ' ἄρσεν αὐτοὺς ὠφελεῖ προσκείμενον.
Νῦν οὖν, τί ταῦτα σοῖς ἁμιλλῶμαι λόγοις,
Νεκροῦ παρόντος μάρτυρος σαφεστάτου;
Ἔξερρε γαίας τῆσδ' ὅσον τάχος φυγάς·
Καὶ μήτ' Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μόλῃς,
Μήτ' εἰς ὅρους γῆς, ἧς ἐμὸν κρατεῖ δόρυ·
Εἰ γὰρ παθών γε σοῦ τάδ' ἡσσηθήσομαι,
Οὐ μαρτυρήσει μ' Ἴσθμιος Σίνις ποτὲ
Κτανεῖν ἑαυτὸν, ἀλλὰ κομπάζειν μάτην·
Οὐδ' αἱ θαλάσσης σύννομοι Σκειρωνίδες

Φή-

Vs. 958. *Al.* ἐκσώζειν. V. 962. *Ol.* Μισεῖν γε. Vs. 963. *Ol.* Τ. γνησίοις σοῦ π.

„ Abominanda moliuntur": mortua haec
Vitam reliquit, hoc saluti fore tibi
Existimas sceleste? firmioribus
Hoc vinculis te astringit. Ecqua gravior hic
Iurisve iurandi religio, verba vel
Tua esse tanti ponderis alicui queant,
Culpae huius ut foedissimae effugias notam?
Me exosum ea habuit, inquies, quia sum nothus,
Inimicum habent iustis creati nuptiis.
Vitae esse commutationem hanc dixeris
Non approbandam. si tui odio perdidit
Quae habenda sunt carissima. at tu dicere
Soles, viros non sic amoris vulnera
Sentire, ut abeant in furorem, feminis
Dumtaxat hoc esse insitum. „ Iuvenes ego
„ Novisse memini neutiquam mulieribus
„ Stabiles magis, iis postquam igneo Venus
„ Calore turbasset cruorem, masculum
„ Quantumlibet confirmet illos robur. At
Sermone quid contendo tecum futili?
Adest cadaver testis horum maximus.
Excede terris exul his quamocyssime,
Nec Divûm Athenas dextera structas adi,
Finesque qui reguntur imperio meo.
Iniuria affectus nisi te ulciscerer,
Frustra mihi olim Sinnis occisus foret
Latro Isthmius, nec facto adesset gloria,
Salsique consortes maris Sceironides

Fru-

Vs. 965. "Η δυσμ. Vs. 971. *Olim*, Tί σῦν; Vs. 977. *Vulg.* Σίννις.

Φήσουσι πέτραι τοῖς κακοῖς μ' εἶναι βαρύν.

ΧΟ. Οὐκ οἶδ' ὅπως εἴποιμ' ἂν εὐτυχεῖν τινα
Θνητῶν· τὰ γὰρ δὴ πρῶτ' ἀνέστραπται πάλιν.

ΙΠΠ. Πάτερ, μένος μὲν, ξύστασίς τε σῶν φρενῶν
Δεινή· τὸ μέντοι πρᾶγμ', ἔχον καλοὺς λόγους,
Εἴ τις διαπτύξειεν, οὐ καλὸν τόδε.
Ἐγὼ δ' ἄκομψος εἰς ὄχλον δοῦναι λόγον,
Εἰς ἥλικας δὲ κὠλίγους σοφώτερος.
„ Ἔχει δὲ μοῖραν καὶ τόδ'· οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς
„ Φαῦλοι, παρ' ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγειν.
Ὅμως δ' ἀνάγκη, ξυμφορᾶς ἀφιγμένης,
Γλῶσσάν μ' ἀφεῖναι· πρῶτα δ' ἄρξομαι λέγειν,
Ὅθεν μ' ὑπῆλθες πρῶτον, ὡς διαφθερῶν,
Κοὐκ ἀντιλέξοντ'· εἰσορᾷς φάος τόδε,
Καὶ γαῖαν; ἐν τοῖσδ' οὐκ ἔνεστ' ἀνὴρ ἐμοῦ,
Οὐδ' ἢν σὺ μὴ φῇς, σωφρονέστερος γεγώς.
„ Ἐπίσταμαι γὰρ πρῶτα μὲν θεοὺς σέβειν,
„ Φίλοις τε χρῆσθαι μὴ 'δικεῖν πειρωμένοις,
„ Ἀλλ' οἷσιν αἰδὼς, μήτ' ἀπαγγέλλειν κακὰ,
„ Μήτ' ἀνθυπουργεῖν αἰσχρὰ τοῖσι χρωμένοις.

„ Οὐκ

Vs. 984. *Olim*, πολλοὺς λόγους. Vs. 987. *Olim*, κὠλίγου.
Vs. 991. *Al.* πρῶτά γ' ἄρξ. Vs. 992. *Vulg.* πρότερον.

Frustra malorum dicerent me vindicem.
CHO. Mortalium qui aliquem beatum praedicem,
Haud video, sic subversa sunt rursum omnia.
HIP. Pater, tua ira gravi incitatur impetu,
Ratione, quae dicis, videntur optima
Niti. Sed explicare singula si velim,
Res longiorem orationem posceret:
Sed huius id nec est loci, nec temporis.
Orare causam populum apud sum ineptus, at
Forte inter aequales forem peritior,
,, Neque ponderis parvi hoc putandum. qui minus
,, Idonei ad dicendum habentur, hos apud
,, Qui literis sapientiaque valent, ii
,, Disertius longe in foro caussas agunt.
Sed dura me huc cum provehat necessitas,
Ut potero, dicam. Prima sumam exordia
Hinc, unde primum adortus es me, atque facilem
Casum putabas, ac deesse, me quibus
Defenderem. Lumenne coeli hoc conspicis,
Terramque? nemo lumine, aut terra utitur
Mortalium, qui castior, qui integrior
Me vivat, etsi tu negare hoc niteris.
,, Primum quidem Deos ego colere didici,
,, Utique amico, iniuriis qui temperat,
,, Cui corde regnat integro decens pudor.
,, Qui nec mala probat, nec rogatus turpia
,, Con-

Vs. 992. *Forte leg.* ὡς διαφθερῶν Οὐκ ἀντιλ. *Markl.* Vs. 998. *Al.* ἐπαγγέλλειν.

„ Οὐκ ἐγγελαστὴς τῶν ὁμιλούντων, πάτερ,
„ Ἀλλ' ὡὑτὸς οὐ παροῦσι, κἀγγὺς ὢν φίλος.
Ἑνὸς δ' ἄθικτος, ᾧ με νῦν ἑλεῖν δοκεῖς·
Λέχους γὰρ εἰς τόδ' ἡμέρας ἁγνὸν δέμας·
Οὐκ οἶδα πρᾶξιν τήνδε, πλὴν λόγῳ κλύων,
Γραφῇ τε λεύσσων· οὐδὲ ταῦτα γὰρ σκοπεῖν
Πρόθυμός εἰμι, παρθένον ψυχὴν ἔχων.
Κεὶ μὴ τὸ σῶφρον τοὐμὸν οὐ πείθει σ' ἴσως,
Δεῖ δή σε δεῖξαι, τῷ τρόπῳ διεφθάρην.
Πότερα τὸ τῆσδε σῶμ' ἐκαλλιστεύετο
Πασῶν γυναικῶν; ἢ σὸν οἰκήσειν δόμον,
Ἔγκληρον εὐνὴν προσλαβὼν, ἐπήλπισα;
Μάταιος ἆρ' ἦν, οὐδαμοῦ μὲν οὖν φρονῶν.
„ Ἀλλ', ὡς τυραννεῖν ἡδύ; τοῖσι σώφροσιν
„ Ἥκιστά γ', εἰ μὴ τὰς φρένας διέφθορεν
„ Θνητῶν, ὅσοισιν ἀνδάνει, μοναρχία.
Ἐγὼ δ' ἀγῶνας μὲν κρατεῖν Ἑλληνικοὺς
Πρῶτος θέλοιμ' ἂν, ἐν πόλει δὲ δεύτερος
Σὺν τοῖς ἀρίστοις εὐτυχεῖν ἀεὶ φίλοις.
„ Πράσσειν γὰρ εὖ πάρεστι· κίνδυνος δ' ἀπὼν
„ Κρείσσω δίδωσι τῆς τυραννίδος χάριν.
Ἓν οὐ λέλεκται τῶν ἐμῶν, τὰ δ' ἄλλ' ἔχεις.

Εἰ

Vs. 1001. *Vulg.* αὐτὸς — κἀγγὺς ὢν, φίλοις.
Vs. 1004. *Al.* Κοὐκ οἶδα.
Vs. 1005. *F.* οὐδὲ τ. καὶ σκοπεῖν.
Vs. 1007. *Vulg.* Εἰ δή. *Al.* Καὶ δή.
Vs. 1008. *Vulg.* διεφθάρη.

„ Concedit. haud sum is ego qui amicos rideam,
„ Idem sum iis absentibus, praesentibus.
Sed cuius insimulor, pater, sum criminis
Plane innocens. Ad hanc diem vixi integre,
Corpusque labe purum ab omni continens,
Nec quid sit hac de re scio, verbis nisi
Quod ex tuis percipere potui, ac litteras
Istas videns, reputare nec adhuc ex iis
Queo, quid rei sit, castitate septus hac,
Mentisque purae certa conscientia.
Si puritas non invenit apud te fidem,
Tuum erit probare quo modo corrupta sit.
Pulcherrimáne mulierum forma fuit?
Aut possidere domos tuas speraveram
Cum divite simul dote thalami haeres tui?
Stultus equidem sim, pectorisque sani inops.
„ An dulce castis occupare tyrannidem?
„ Minime, nisi his quos caeca dominandi rapit
„ Libido. primus equidem ego desiderem
Certaminum in ludis Achivûm evadere:
In civitate sat secundas si feram,
Tranquillo amicorum fruens commercio;
„ Vitae beatos ut dies agam, et procul
„ Semotus a periculo, in manu est mea:
„ Multis tyrannide partibus quod melius est.
Nunc restat unicum haud mihi dictum prius.

Te-

Vs. 1010. *Olim*, οἰκῆσαι. Vs. 1012. *F.* κοὐδαμοῦ μ. ο. φρενῶν. *Markl.*
Vs. 1019. *Al.* Πράσσειν τε γὰρ πάρεστι, κίνδυνός τ' ἀπών.
Vs. 1021. Ἓν γ' οὐ λέλεκται.

Εἰ μὲν γὰρ ἦν μοι μάρτυς οἷός εἰμ' ἐγὼ,
Καὶ τῆσδ' ὁρώσης φέγγος ἠγωνιζόμην,
Ἔργοις ἂν εἶδες τοὺς κακοὺς διεξιών.
Νῦν δ' ὅρκιόν σοι Ζῆνα, καὶ πέδον χθονὸς
Ὄμνυμι, τῶν σῶν μήποθ' ἅψασθαι γάμων,
Μηδ' ἂν θελῆσαι, μηδ' ἂν ἔννοιαν λαβεῖν·
Ἦτ' ἄνγ' ὀλοίμην, ἀκλεὴς, ἀνώνυμος,
[Ἄπολις, ἄοικος, φυγὰς ἀλητεύων χθόνα,]
Καὶ μήτε πόντος, μήτε γῆ δέξαιτό μου
Σάρκας θανόντος, εἰ κακὸς πέφυκ' ἀνήρ·
Εἰ δ' ἥδε δειμαίνουσ' ἀπώλεσεν βίον,
Οὐκ οἶδ'· ἐμοὶ γὰρ οὐ πέρα θέμις λέγειν.
Ἐσωφρόνησεν, οὐκ ἔχουσα σωφρονεῖν·
Ἡμεῖς δ' ἔχοντες, οὐ καλῶς ἐχρώμεθα.

ΧΟ. Ἀρκοῦσαν εἶπας αἰτίας ἀποστροφὴν,
Ὅρκους παρασχὼν, πίστιν οὐ σμικρὰν, θεῶν.

ΘΗ. Ἆρ' οὐκ ἐπῳδὸς, οὐ γόης πέφυχ' ὅδε,
Ὃς τὴν ἐμὴν πέποιθεν εὐοργησίᾳ
Ψυχὴν κρατήσειν, τὸν τεκόντ' ἀτιμάσας;

ΙΠΠ.

Vs. 1024. *F.* εἶλες, *Reiske.* Vs. 1027. *Vulg.* μηδ' εἰς ἔνν.
Vs. 1028. *Al.* Ἦτ' ἄρ' ὀλοίμην. Vs. 1029. *Spurius videtur: Vulg.* ἀλιτεύων.

Testis mihi si esset aliquis, qualis ego sum,
Ac vitam adhuc ea agente certandum foret,
Culpa ista facile in quo haeret agnosci queat,
Inquirere ac rem examinare si velis.
Iuris ego iurandi invoco Iovem praesidem,
Telluris huius testor agros fertiles,
Nunquam tuam tetigisse me uxorem, neque
Voluisse, nec habuisse in animo ut tangerem.
Si cogitavi, infamis, atque inglorius,
Sine urbe, sine domo, exul incertos miser
Errem per agros, et mala interearn nece:
Nec corporis carnes mei, supremum ubi
Exegero diem, vel immensum mare,
Vel terra molli laeta recipiat sinu,
Si mentior, si vir deprendar improbus.
Hoc illa si metuens manus sibi attulit,
Haud scio equidem. nec plura dicere integrum est.
Habita est pudica, sed pudica non fuit.
Ego impudicus, castitatis usque amans.

CHO. Culpae ista maxime evidens purgatio est,
Et iure confirmata iurando, cui
Magna ad fidem emerendam inest autoritas.

THE. Nonne iste praestigiator, ac versutiis
Plenus videtur, facilitate qui Deos
Testes vocandi sceleribus nubem suis
Praetendit, ut animum sibi subdat meum,
Tanta parentem polluens infamia?

HIP.

Vs. 1033. *Vulg.* σὺ θέμις λέγειν πέρα. Vs. 1038. *Vulg.* ἐπῳδὸς καὶ γόης.
Vs. 1039. *Olim*, εὐορκησία.

ΙΠΠ. Καὶ σοῦ γε κάρτα ταῦτα θαυμάζω, πάτερ·
Εἰ γὰρ σὺ μὲν παῖς ἦσθ', ἐγὼ δὲ σὸς πατὴρ,
Ἔκτεινά τοι σ' ἂν, κοὐ φυγαῖς ἐζημίουν,
Εἴπερ γυναικὸς ἠξίους ἐμῆς θιγεῖν.
ΘΗ. Ὡς ἄξιον τόδ' εἶπας, οὐχ οὕτω θανῇ·
Ὥσπερ σὺ σαυτῷ τόνδε προὔθηκας νόμον.
„ Ταχὺς γὰρ ᾅδης ῥᾷστος ἀνδρὶ δυστυχεῖ.
Ἀλλ' ἐκ πατρῴας φυγὰς ἀλητεύων χθονὸς,
Ξένην ἐπ' αἶαν λυπρὸν ἀντλήσεις βίον·
Μισθὸς γάρ ἐστιν οὗτος ἀνδρὶ δυσσεβεῖ·
ΙΠΠ. Οἴμοι· τί δράσεις; οὐδὲ μηνυτὴν χρόνον
Δέξῃ καθ' ἡμῶν, ἀλλά μ' ἐξελᾷς χθονός;
ΘΗ. Πέραν γε πόντου, τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν,
Εἴ πως δυναίμην· ὡς σὸν ἐχθαίρω κάρα.
ΙΠΠ. Οὐδ' ὅρκον, οὐδὲ πίστιν, οὐδὲ μάντεων
Φήμας ἐλέγξας, ἄκριτον ἐκβαλεῖς με γῆς;
ΘΗ. Ἡ δέλτος ἥδε, κλῆρον οὐ δεδεγμένη,
Κατηγορεῖ σου πιστά· τοὺς δ' ὑπὲρ κάρα
Φοιτῶντας ὄρνις πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω.
ΙΠΠ. Ὦ θεοὶ, τί δῆτα τοὐμὸν οὐ λύσω στόμα,
Ὅστις γ' ὑφ' ὑμῶν, οὓς σέβω, διόλλυμαι;
Οὐ δῆτα· πάντως οὐ πίθοιμ' ἂν οὕς με δεῖ,
Μάτην δ' ἂν ὅρκους συγχέαιμ', οὓς ὤμοσα.

ΘΗ.

Vs. 1043. *Al.* φυγῇ σ' ἐζημίουν. Vs. 1048. *Vulg.* ἀλιτεύων.

HIP. Mira quoque tua, pater, videntur: si pater
Essem tuus, lectumque stuprasses meum,
Non exulem esse te iuberem, occiderem.
THE. Quam digna te locutus! haud moriere sic,
Ut legis exemplum ipse proponis, „ nimis
„ Mors mite supplicium scelestis. sed solo
Pulsus paterno, per aliorum errans plagas,
Vitae trahes miserabiles tuae dies,
Hanc luere poenam par viros est improbos.
HIP. Hei quidnam ages? non temporis aliquam dabis
Partem exigui, ut haec rite possint detegi?
Miserum ita praecipitanter eiici iubes?
THE. Procul mare ultra, ultraque Atlanticos sinus,
Si sic queam, caput adeo exodi tuum.
HIP. Nec te sacramentum movebit, nec fides?
Factique veritas ut erui queat
Vates peritos consules? indicta ita,
Caussaque non discussa, ut aequum erat,
Patrio immerentem exterminare stat solo?
THE. Tabella caecae respuens sortis vices
Peragit reum te. quae supra volant caput
Per aëra liquidum, alites nil me movent.
HIP. Cur oris hîc non laxo habenas, ô Dii?
Quod vos colam, nunc certa me mors excipit.
Oratio mea haud movet eos, flectere
Quos par erat, nec ulla iurati fides.
Confusa quae iuravi, in irritum cadunt.

THE.

Vs. 1053. *Var. Lect.* καὶ τόπων 'Ατλ. Vs. 1062. *Vulg.* οἷς με δεῖ *F.* οὓς μ' ἔδει.

ΘΗ. Οἴμοι· τὸ σεμνὸν ὥς μ' ἀποκτείνει τὸ σόν·
Οὐκ εἶ πατρῴας ἐκτὸς ὡς τάχιστα γῆς;
ΙΠΠ. Ποῖ δῆθ' ὁ τλήμων τρέψομαι; τίνος ξένων
Δόμους ἔσειμι, τῇδ' ἐπ' αἰτίᾳ φυγών;
ΘΗ. Ὅστις γυναικῶν λυμεῶνας ἥδεται
Ξένους κομίζων, καὶ ξυνοικούρους κακῶν.
ΙΠΠ. Αἶ· αἶ· πρὸς ἧπαρ, δακρύων τ' ἐγγὺς τόδε,
Εἰ δὴ κακός γε φαίνομαι, δοκῶ τέ σοι.
ΘΗ. Τότε στενάζειν καὶ προγιγνώσκειν σ' ἐχρῆν,
Ὅτ' εἰς πατρῴαν ἄλοχον ὑβρίζειν ἔτλης.
ΙΠΠ. Ὦ δώματ', εἴθε φθέγμα γηρύσαισθέ μοι,
Καὶ μαρτυρήσαιτ', εἰ κακὸς πέφυκ' ἀνήρ.
ΘΗ. Εἰς τοὺς ἀφώνους μάρτυρας φεύγεις; σαφῶς
Τόδ' ἔργον, οὐ λέγον, σε μηνύει κακόν.
ΙΠΠ. Φεῦ·
Εἴθ' ἦν ἐμαυτὸν προσβλέπειν ἐναντίον
Στάνθ', ὡς ἐδάκρυσ' οἷα πάσχομεν κακά.
ΘΗ. Πολλῷ γε μᾶλλον σαυτὸν ἤσκησας σέβειν,
Ἢ τοὺς τεκόντας ὅσια δρᾶν, δίκαιος ὤν.
ΙΠΠ. Ὦ δυστάλαινα μῆτερ, ὦ πικραὶ γοναί,
Μηδείς ποτ' εἴη τῶν ἐμῶν φίλων νόθος.
ΘΗ. Οὐχ ἕλξετ' αὐτὸν δμῶες; οὐκ ἀκούετε

Πά-

Vs. 1064. *Vulg.* ἀποκτενεῖ. Vs. 1066. *Vulg.* Π. δῆτα τλ.
Vs. 1070. *F.* (Αἶ, αἶ) Δύνει πρὸς ἧπαρ. Vs. 1071. *Olim*, κακός τε.

THE. Occidet obstinatio animi me tui;
Non patrio citissimè exibis solo?
HIP. Quo me miser vertam? hospitum quorum iam ego
Subibo tecta? cur in exilium abigor?
THE. Sexus muliebris, vade, corruptorem adi,
Te excipiet ille, quique pravorum solent
Gaudere contuberniis, ipsi improbi.
HIP. Hei, hei
Hoc tangit hepar, lacrymas hoc excutit:
Si videor aliis, ac tibi in primis malus.
THE. Tum gemere, tum praescisse tempus haec erat;
Violare cum parentis audebas toros.
HIP. Utinam ô domus tibi vocis usus suppetat!
Et castitatis testis adfores meae!
THE. Ad non loquentes confugis testes? ii
Qui non loquuntur, improbum te esse indicant.
HIP. Utinam ipse me, factus alius, flentem queam
Videre nunc acerba quae patior mala.
THE. Te colere potius assuëvisti ipse, quam
Erga parentes esse, ut aequum erat, pius.
HIP. O mater infelix, acerbae sortis ô
Soboles! nothus nemo ex amicis sit meis.
THE. Non hinc eum servi extrahetis, iussa vos

Non

Vs. 1072. *Vulg.* ἐχρῆν *absque* σ'. Vs. 1074. *Olim*, γηρύσοισθε.
Vs. 1076. *Al.* σοφῶς. Vs. 1077. *F.* Τὸ δ' ἔργον *Markl.*

Πάλαι ξενοῦσθαι τόνδε προὐννέποντά με;
ΙΠΠ. Κλαίων τις αὐτῶν ἆρ' ἐμοῦ γε θίξεται;
Σὺ δ' αὐτὸς, εἴ σοι θυμὸς, ἐξώθει χθονός.
ΘΗ. Δράσω τάδ', εἰ μὴ τοῖς ἐμοῖς πείσῃ λόγοις·
Οὐ γάρ τις οἶκτος σῆς μ' ὑπέρχεται φυγῆς.
ΙΠΠ. Ἄρηρεν, ὡς ἔοικεν· ὦ τάλας ἐγώ.
Ὡς οἶδα μὲν ταῦτ', οἶδα δ' οὐχ ὅπως φράσω.
Ὦ φιλτάτη μοι δαιμόνων, Λητοῦς κόρη,
Σύνθακε, συγκύναγε, φευξούμεσθα δὴ
Κλεινὰς Ἀθήνας· ἀλλὰ χαιρέτω πόλις,
Καὶ γαῖ' Ἐρεχθέως· ὦ πέδον Τροιζήνιον,
Ὡς ἐγκαθηβᾷν πόλλ' ἔχεις εὐδαίμονα,
Χαῖρ'· ὕστατον γάρ σ' εἰσορῶν προσφθέγγομαι.
Ἴτ' ὦ νέοι μοι τῆσδε γῆς ὁμήλικες,
Προσείπαθ' ἡμᾶς, καὶ προπέμψατε χθονὸς,
Ὡς οὔ ποτ' ἄλλον ἄνδρα σωφρονέστερον
Ὄψεσθε, κεἰ μὴ ταῦτ' ἐμῷ δοκεῖ πατρί.

ΕΠΩ'ΔΙΚΑ.

Στροφὴ ά.

ΧΟ. ,, Ἦ μέγα μοι τὰ θεῶν
,, Μελεδήμαθ', ὅταν φρένας ἔλθῃ,

3 ,, Λύ-

Vs. 1090. *Al.* Ἄραρεν. Vs. 1092. *Vulg.* κόρα.

Non audiistis, hoc ut exeat solo?
HIP. Haud absque lacrymis aliquis horum tetigerit:
Tu me ipse, si sic fert voluntas, pelle me.
THE. Faciam hoc ego, nisi sponte tu hoc facies tua;
Nec ulla mihi miseratio exilii est tui.
HIP. Iam hoc est statutum, ut video: vae misero mihi.
Haec vera nunc scio esse: quid loquar, haud scio;
Carissima ô inter, Diana, omnes Deas,
Socias colens mecum domos, consors Dea
Venationis, deserendae iam mihi
Celebres Athenae: cara civitas vale,
Terra vale Erechthei: ô solum Trœzenium,
Iuvenilibus quam multa habes accommoda
Exercitationibus! vale, ultimum
Te video, te alloquor ultimum: aequales mei
Tellure mecum hac educati, ite, iam agite
Omnes salutem dicite, omnes finibus
Deducite istis, neminem unquam, neminem
Me castiorem alium hominem videbitis;
Etsi patri hoc non persuadetur meo.

CHO. „ Curas Deorum memori
„ Cum mente voluo,
„ Tristeis statim omneis

„ Mihi

Vs. 1093. *Vulg.* φευξόμεσθα. Vs. 1097. *Olim*, προσφθέγξομαι.

3 ,, Λύπας παραιρεῖ·
4 ,, Ξύνεσιν δέ τιν' ἐλπίδι κεύθων
5 ,, Λείπομαι, ἔν τε τύχαις
6 ,, Θνατῶν, καὶ ἐν ἔργμασι λεύσσων.
7 ,, Ἄλλα γὰρ ἄλλοθεν ἀμείβεται,
8 ,, Μετὰ δ' ἵςαται ἀνδράσιν αἰὼν
9 ,, Πολυπλάνητος αἰεί.

Ἀντιςροφὴ ά.

1 ,, Εἴθε μοι εὐξαμένα
2 ,, Θεόθεν τάδε μοῖρα παράσχοι,
3 ,, Τύχαν μετ' ὄλβου,
4 ,, Καὶ ἀκήρατον ἄλγεσι θυμόν.
5 ,, Δόξα δὲ μήτ' ἀτρεκὴς,
6 ,, Μήτ' αὖ παράσημος ἐνείη·
7 ,, Ῥάδια δ' ἤθεα τὸν αὔριον
8 ,, Μεταβαλλομένα χρόνον αἰεὶ
9 ,, Βίον συνευτυχοίην.

Στροφή.

Vs. 1108. *Vulg.* ἄλλοτ' ἀμείβ. Vs. 1114. *Olim*, ἀγήρατον.

„ Mihi amputant illae dolores,
„ Maestaque animum liberant
„ Sollicitudine.
„ Sed cum tecta alia subit
„ Sub corde cogitatio,
„ Fortunae cum ludibria ista;
„ Cum facta contemplor
„ Mortalium, erecta cadit
„ Spes, effluitque prorsus.
„ Variat vices fortuna,
„ Vitaque subiecta agitur
„ Ærumnosis passim erroribus.

„ Utinam ô Diis faventibus
„ Nostro benigna voto
„ Fata annuant:
„ Fortuna divitias mihi
„ Impertiat luculentas,
„ Nullisque senescentem curis
„ Animum; meaeque crescat
„ Gloria famae, nec nimis
„ Excellens, nec lateat nigris
„ Obsita tenebris:
„ Me facilitas morum
„ Perpetua vitae
„ Comes sequatur prosperae.

Mens

Vs. 1117. *Forte ὤριον, Musgrave.*

Στροφὴ β'.

Οὐκ ἔτι γὰρ καθαρὰν
Φρέν' ἔχω· παρὰ δ' ἐλπίδα λεύσσω·
Ἐπεὶ τὸν Ἑλλανίας
Φανερώτατον ἀςέρ' Ἀθάνας
Εἴδομεν, εἴδομεν ἐκ πατρὸς ὀργᾶς
Ἄλλαν ἐπ' αἶαν ἱέμενον.
Ὦ ψάμαθοι πολιήτιδος ἀκτᾶς,
Δρυμός τ' ὄρειος, ὅθι κυνῶν
Ὠκυπόδων ἐπέβας,
Θεᾶς μέτα θῆρας ἐναίρων,
Δίκτυνναν ἀμφὶ σεμνάν.

Ἀντιςροφὴ β'.

Οὐκ ἔτι συζυγίαν
Πώλων Ἐνετᾶν ἐπιβάσῃ,
Τὸν ἀμφὶ Λίμνας τρόχον
Κατέχων ποδὶ γυμνάδας ἵππους.
Μοῦσα δ' ἄϋπνος ὑπ' ἄντυγι χορδᾶν
Λήξει πατρῷον ἀνὰ δόμον.
Ἀςέφανοι δὲ κόρας ἀνάπαυλαι

8 Αχ-

Vs. 1123. *Vulg.* Ἀθήνας. Vs. 1128. *Al.* ἐπίβα.

Mens mea motibus agitur turbidis;
Cum praeter expectationem
Tam clarum Athenarum, atque splendens
Videmus urbis sidus
Patris furore in alias
Terrae plagas depelli.
Urbani arenae littoris,
O saltuosi montes,
Quos canibus comitatus fidis
Saepe superavit, socia
Diva, feras incessens
Imperio Dianae subditas:

Neque Paphlagonicos
Iungens equos cursu teret
Exercitationibus
Equestribus agros destinatos;
Lernaea quos saepe riguis palus
Aquis inundat.
Haud amplius posthac vigil,
Per patrios penates,
Camoena tanget dulcibus
Sociata nervis carmina.
Haud ulla nectetur Dianae

Coroe

Vs. 1134. *Al.* γυμνάδος ἵππου.

Λατοῦς βαθεῖαν ἀνὰ χλόαν·
Νυμφίδια δ' ἀπόλω-
λε λέχη φυγᾷ σᾷ,
Λέκτρων ἅμιλλα κούραις.

Ἐπῳδός.

Ἐγὼ δὲ σᾷ δυστυχίᾳ
Δάκρυσι διοίσω
Πότμον ἄποτμον· ὦ τάλαινα
Μᾶτερ, ἔτεκες ἀνόνητα. φεῦ·
Μανίω θεοῖσιν·
Ἰὼ ἰὼ συζυγίαι Χάριτες,
Τί τὸν τάλαν' ἐκ πατρῴας γᾶς
Οὐδὲν ἄτας αἴτιον,
Πέμπετε τῶνδ' ἀπ' οἴκων.

Ι Α Μ Β Ο Ι.

ΗΜΙ. Καὶ μὴν ὀπαδῶν Ἱππολύτου τόνδ' εἰσορῶ
Σπουδῇ σκυθρωπὸν πρὸς δόμους ὁρμώμενον.
ΑΓ. Ποῖ γῆς ἄνακτα τῆσδε Θησέα μολὼν

Εὐ-

Vs. 1141. *Olim*, κόραις. Vs. 1145. *F.* ἀνόνατα.

Corona, dum quietem
Quaerit laborum per virentes
Gramine campos.
Periere nuptiae exilii
Fuga tui, periere
Inter puellas nuptialium
Certaminum iucundae
Rixae.

Tua hac tam tristi
Commota calamitate,
Deflebo perpetuis
Felicitatem lacrymis
Miserabilem. infelix ô
O mater, ut difficileis
Frustra tulisti
Partus labores!
Ira in Deos cor aestuat.
Nexu suavi copulatae Gratiae,
Quid patriis miserum istum,
Nullius admissi reum,
Mitti exulem sivistis oris?

SEM. Ecce comitem Hippolyti. videsne nubila
Ut fronte celeriter has petit recta domos?
NUN. Ubi Thesea inveniam, ô mulieres principem

Tel-

Vs. 1151. *Vulg.* ὀπαδὸν.

Εὕροιμ' ἂν, ὦ γυναῖκες; εἴπερ ἴστε, μοι
Σημήνατ'· ἆρα τῶνδε δωμάτων ἔσω;
ΧΟ. Ὅδ' αὐτὸς ἔξω δωμάτων πορεύεται.
ΑΓ. Θησεῦ, μερίμνης ἄξιον φέρω λόγον
Σοὶ, καὶ πολίταις, οἵ τ' Ἀθηναίων πόλιν
Ναίουσι, καὶ γῆς τέρμονας Τροιζηνίας.
ΘΗ. Τί δ' ἐστί; μῶν τις συμφορὰ νεωτέρα
Δισσὰς κατείληφ' ἀστυγείτονας πόλεις;
ΑΓ. Ἱππόλυτος οὐκ ἔτ' ἐστὶν, ὡς εἰπεῖν ἔπος·
Δέδορκε μέντοι φῶς ἐπὶ σμικρᾶς ῥοπῆς.
ΘΗ. Πρὸς τοῦ; δι' ἔχθρας μῶν τις ἦν ἀφιγμένος,
Ὅτου κατῄσχυν' ἄλοχον, ὡς πατρὸς, βίᾳ;
ΑΓ. Οἰκεῖος αὐτὸν ὤλεσ' ἁρμάτων ὄχος,
Ἀραί τε τοῦ σοῦ στόματος, ἃς σὺ σῷ πατρὶ
Πόντου κρέοντι παιδὸς ἠράσω πέρι.
ΘΗ. Ὦ θεοὶ, Πόσειδόν θ', ὡς ἄρ' ἦσθ' ἐμὸς πατὴρ
Ὀρθῶς, ἀκούσας τῶν ἐμῶν κατευγμάτων.
Πῶς καὶ διώλετ' εἰπέ· τῷ τρόπῳ Δίκης
Ἔπαισεν αὐτὸν ῥόπτρον αἰσχύναντά με;
ΑΓ. Ἡμεῖς μὲν, ἀκτῆς κυμοδέγμονος πέλας,
Ψήκτραισιν ἵππων ἐκτενίζομεν τρίχας,

Κλαί-

Vs. 1169. *Olim*, Πόσειδον, ὡς.

Telluris huius, quaeso, si scitis, mihi
Nunc indicate, regiisne in aedibus?

CHO. Extra domos nunc prodit ille in publicum.

NUN. Consideratione, Theseu, seria,
Dignumque curis nuncium adfero tuis;
Tibique, et his qui Atheniensium colunt
Urbem; hisque qui Troezeniae extremos agros.

THE. Quid? casus has aliquis novus complectitur
Urbes propinquas?

NUN. Hippolytus, ut brevibus hoc
Enunciem, haud est amplius, breve admodum
Tempus fuit, quo vidit auras luminis.

THE. A quo peremptus? Sensit hostiles manus,
Cuius paternos vi inquinaverat toros?

NUN. Proprii implicatus ille currus funibus,
Dirisque devotus tuo ore (illum pater
Tuus aequoris Neptunus arbiter quibus
Afflixit) infando miser periit modo.

THE. O Dii! ut meus vere es pater, maris
O domitor; execrationes audiens
Aure facili meas! Sed explica mihi
Quo perierit modo; machaera qua Deûm
Ille ultionis verberatus? qui toros
Non horruit contaminare patrios.

NUN. Pulsata raucis fluctibus prope littora,
Dum strigili equorum ferrea leves pilos

La-

Κλαίοντες· ἦλθε γάρ τις ἄγγελος λέγων,
Ὡς οὐκ ἔτ' ἐν γῇ τῇδ' ἀναςρέψοι πόδα
Ἱππόλυτος, ἐκ σοῦ τλήμονας φυγὰς ἔχων.
Ὁ δ' ἦλθε ταὐτὸ δακρύων φέρων μέλος
Ἡμῖν· ἐπ' ἀκταῖς μυρία δ' ὀπισθόπους
Φίλων ἅμ' ἔςειχ' ἡλίκων ὁμήγυρις.
Χρόνῳ δὲ δή ποτ' εἶπ', ἀπαλλαχθεὶς γόων,
Τί ταῦτ' ἀλύω; πειςέον πατρὸς λόγοις,
Ἐντύνεθ' ἵππους ἅρμασι ζυγηφόρους,
Δμῶες· πόλις γὰρ οὐκ ἔτ' ἔςιν ἥδε μοι.
Τοὐνθένδε μέντοι πᾶς ἀνὴρ ἠπείγετο·
Καὶ, θᾶσσον ἢ λέγοι τις, ἐξηρτυμένας
Πώλους παρ' αὐτὸν δεσπότην ἐςήσαμεν·
Μάρπτει δὲ χερσὶν ἡνίας ἀπ' ἄντυγος,
Αὐταῖσιν ἀρβύλῃσιν ἁρμόσας πόδας·
Καὶ πρῶτα μὲν θεοῖς εἶπ' ἀναπτύξας χέρας,
Ζεῦ, μηκέτ' εἴην, εἰ κακὸς πέφυκ' ἀνήρ·
Αἴσθοιτο δ' ἡμᾶς ὡς ἀτιμάζει πατὴρ,
Ἤτοι θανόντας, ἢ φάος δεδορκότας·
Κἀν τῷδ' ἐπῆγε κέντρον εἰς χεῖρας λαβὼν
Πώλοις· ὁμαρτῇ πρόσπολοι δ' ὑφ' ἅρματος
Πέλας χαλινῶν εἱπόμεσθα δεσπότῃ,
Τὴν εὐθὺς Ἄργους κἀπιδαυρίαν ὁδόν.
Ἐπεὶ δ' ἔρημον χῶρον εἰσεβάλλομεν,

'Ακτὴ

Vs. 1176. *Olim*, ἀναςρέφοι. Vs. 1177. *Al.* τλήμονος.
Vs. 1178. *Vulg.* ταυτὸν. Vs. 1179. *Vulg.* Ἡμῖν ἐπ' ἀκταῖς.

Lacrymis obortis, expolimus, (nuncius
Quippe aderat, Hippolyto negans his amplius
Terris manere esse integrum, indicta abs te ei
Miserabili exilii fuga) improvisus huc
Accedit, irrigansque fletibus genas
Profert eandem cantilenam, maxima
Stipante amicorum caterva aequalium.
Ac eiulatu temperans, tandem, inquit, ah
Quid ista defleo? obsequendum erit patri.
Subiungite famuli iugales curru equos,
Non amplius teretur haec meo urbs pede.
Idem ardor omneis, atque studium occupat.
Dictoque citius, domino equos adducimus.
Aptans at ille calceos pedi, e loco
Auriga ubi solet sedere, curruum
Manibus habenas expeditis corripit:
Primumque sidera ad ardua expandens manus,
O summe Iuppiter, ait, interearn malus
Si deprehendar: Genitor oro intelligat,
Quibus immerentem me afficiat opprobriis,
Sive moriar, seu lucis auras hauriam.
Stimulisque mox pungens equos, velocibus
Fertur quadrigis, nosque famuli herum, rotas
Pone, comitamur hîc ubi patet via,
Quae recto ad Argos et Epidaurum tramite
Deducit. Ut deserta ventum est in loca, e

Re-

Vs. 1183. *Al.* Ἐντύναθ' ἵππ. Vs. 1186. *Olim*, λέγει. Vs. 1189. *F.* Αὐταῖς ἐν ἀρβ. — *Olim*, πόδα. Vs. 1195 sic dist. *Markl.* Vs. 1197. *Vulg.* κἀπιδαυρίας.

'Ακτή τις ἐςὶ τοὐπέκεινα τῆσδε γῆς,
Πρὸς πόντον ἤδη κειμένη Σαρωνικόν.
Ἔνθέν τις ἠχὼ, χθόνιος ὡς βροντὴ Διὸς,
Βαρὺν βρόμον μεθῆκε, φρικώδη κλύειν·
'Ορθὸν δὲ κρᾶτ' ἔςησαν, οὖς τ' εἰς οὐρανὸν
Ἵπποι· παρ' ἡμῖν δ' ἦν φόβος νεανικὸς,
Πόθεν ποτ' εἴη φθόγγος· εἰς δ' ἁλιῤῥόθους
'Ακτὰς ἀποβλέψαντες, ἱερὸν εἴδομεν
Κῦμ' οὐρανῷ ςηρίζον· ὥςτ' ἀφῃρέθη
Σκείρωνος ἀκτὰς ὄμμα τοὐμὸν εἰσορᾷν·
Ἔκρυπτε δ' Ἰσθμὸν, καὶ πέτραν 'Ασκληπιοῦ·
Κἄπειτ' ἀνοιδῆσάν τε, καὶ πέριξ ἀφρὸν
Πολὺν καχλάζον ποντίῳ φυσήματι,
Χωρεῖ πρὸς ἀκτὰς, οὗ τέθριππος ἦν ὄχος.
Αὐτῷ δὲ σὺν κλύδωνι, καὶ τρικυμίᾳ,
Κῦμ' ἐξέθηκε ταῦρον, ἄγριον τέρας.
Οὗ πᾶσα μὲν χθὼν, φθέγματος πληρουμένη,
Φρικῶδες ἀντεφθέγγετ'· εἰσορῶσι δὲ,
Κρεῖσσον θέαμα δεργμάτων ἐφαίνετο.
Εὐθὺς δὲ πώλοις δεινὸς ἐμπίπτει φόβος·
Καὶ δεσπότης μὲν, ἱππικοῖς ἐν ἤθεσι

Πο-

Vs. 1201. *Olim*, φωνὴ Διὸς. Vs. 1203. *Vulg.* 'Ορθὸν τε.
Vs. 1214. *Al.* Αἰγαῖον *vel* Αἰγαίου τέρας. Vs. 1216. *Al.* ἀντεφθέγξατ'.

Regione terrae huiusce se littus aperit,
Pelagi quod undae verberant Saronici.
Inde sonus ex telluris abdito sinu,
Ceu vox Iovis, profectus, ingenti edidit
Fragore mugitum horridum, auditu horridum.
Tollunt caput, et ad aethera arrectis equi
Stant auribus. Iuvenilis etiam nos quatit
Metus, unde vox prodiret. Ast undosa dum
Metimur oculis littora, ecce maximus
In astra fluctus surgit ex imis vadis,
Iam saxaque eripit oculis Scironia,
Bimaremque condit Isthmum, et Aesculapii
Praerupta montis transilit cacumina:
Fervetque, spumasque intumescens albidas
Circum excitat; fremituque cum maris gravi
Fruticosa plangit littora, hic attonitae ubi
Stabant quadrigae. nec mora, e fundo intimo,
Decima eruta impetu procella turbido
Extrudit immanem, tetrum monstrum ac fremens,
Patulo ore Phocam, cuius impleta omnis est
Tellus boatu, rupibus passim horridum
Resonantibus. Vincebat hoc spectaculum,
Quod ullius fuisset unquam hominum oculis
Obiectum. Equorum deinde pulsans intima
Praecordia pavor haurit. interimque herus
Magnopere equestris gnarus artis, dextera

Arri-

Vs. 1217. *Forte leg.* K. θ. δειμάτων. Vs. 1219. *F.* ἱππικοῖσιν ἤθεσιν.

Πολὺς ξυνοικῶν, ἥρπασ' ἡνίας χεροῖν,
Ἕλκει δὲ, κώπην ὥστε ναυβάτης ἀνὴρ,
Ἱμᾶσιν εἰς τοὔπισθεν ἀρτήσας δέμας·
Αἱ δ', ἐνδακοῦσαι στόμια πυριγενῆ γναθμοῖς,
Βίᾳ φέρουσιν· οὔτε ναυκλήρου χερὸς,
Οὔθ' ἱπποδέσμων, οὔτε κολλητῶν ὄχων
Μεταστρέφουσαι· κεἰ μὲν ἐς τὰ μαλθακὰ
Γαίας ἔχων οἴακας ἰθύνοι δρόμον,
Προὐφαίνετ' εἰς τοὔμπροσθεν, ὥστ' ἀναστρέφειν
Ταῦρος φόβῳ τέτρωρον ἐκμαίνων ὄχον.
Εἰ δ' εἰς πέτρας φέροιντο μαργῶσαι φρένας,
Σιγῇ πελάζων, ἄντυγι ξυνείπετο
Εἰς τοῦθ', ἕως ἔσφηλε, κἀνεχαίτισεν,
Ἀψῖδα πέτρῳ προσβαλὼν ὀχήματος.
Σύμφυρτα δ' ἦν ἅπαντα· σύριγγές τ' ἄνω
Τροχῶν ἐπήδων, ἀξόνων τ' ἐνήλατα.
Αὐτὸς δ' ὁ τλήμων, ἡνίαισιν ἐμπλακεὶς,
Δεσμὸν δυσεξήνυτον ἕλκεται δεθείς.
Σποδούμενος μὲν πρὸς πέτρας φίλον κάρα,
Θραύων δὲ σάρκας, δεινὰ δ' ἐξαυδῶν κλύειν.
Στῆτ', ὦ φάτναισι ταῖς ἐμαῖς τεθραμμέναι,
Μή μ' ἐξαλείψητ'· ὦ πατρὸς τάλαιν' ἀρά.
Τίς ἄνδρ' ἄριστον βούλεται σῶσαι παρών;

Πολ.

Vs. 1223. *Vulg.* γνάθοις.
Vs. 1226. *Vulg.* εἰς.
Vs. 1227. *Al.* οἴηκας εὐθύνοι.
Vs. 1235. *Olim*, ἐπεπήδων.

Arripit habenas. utque remos navitae,
Loris trahit, agile corpus inflectens retro.
Rigidosque mordentes equi indomiti lupos
Violenter effunduntur, immemores manus
Tandem magistri, et funium retinentium;
Et, quos trahebant, curruum. atque forte si
Per plana stimulus incitabat aequora,
Sese obvium ferebat, ut retrogredi
Compelleret turpi ore Phoca equos
Trepidante perculsos pavore. Si petras
Versus ruebant illi, acutisque scopulis
Loca horrida furore inciti, accedens statim
Tacite assiduus axes sequebatur comes;
Donec, rotam allidens rigentibus petris,
Currus ferox resupinat. omnia perdita
Tum cerneres. iacebat excussis rotis
Fracta minutim fistula, ac clavi axium.
Atque ille nexis involutus funibus,
Et inexplicabili ligatus vinculo
Raptatur; illisusque duris antea
Saxis caput, cruenta membra aegre movens,
Exclamat horribili sono: State ô meis
Praesepibus nutriti equi, ne perditum
Vestrum magistrum eatis. ô ter et quater
Misera execratio patris! quis? quisnam adest
Servare qui volet virum plane optimum?

Multi

Vs. 1237. *F.* δυσεξήνυστον *Heath.* Vs. 1238. *Al.* πέτραις.
Vs. 1241. *F.* Μή μ' ἐξαλείψῃς ὦ π. τ. ἁ.

Πολλοὶ δὲ βουληθέντες ὑστέρῳ ποδὶ
Ἐλειπόμεσθα· χ' ᾧ μὲν, ἐκ δεσμῶν λυθεὶς
Τμητῶν ἱμάντων, οὐ κάτοιδ' ὅτῳ τρόπῳ
Πίπτει, βραχὺν δὴ βίοτον ἐμπνέων ἔτι.
Ἵπποι δ' ἔκρυφθεν, καὶ τὸ δύστηνον τέρας
Ταύρου, λεπαίας οὐ κάτοιδ' ὅπου χθονός.
Δοῦλος μὲν οὖν ἔγωγε σῶν δόμων, ἄναξ,
Ἀτὰρ τοσοῦτόν γ' οὐ δυνήσομαί ποτε
Τὸν σὸν πιθέσθαι παῖδ' ὅπως ἐστὶν κακὸς,
Οὐδ' εἰ γυναικῶν πᾶν κρεμασθείη γένος,
Καὶ τὴν ἐν Ἴδῃ γραμμάτων πλήσειέ τις
Πεύκην, ἐπεί νιν ἐσθλὸν ὄντ' ἐπίσταμαι.

ΧΟ. Αἶ· αἶ· κέκρανται συμφοραὶ νέων κακῶν·
Οὐδ' ἔστι μοίρας τοῦ χρεών τ' ἀπαλλαγή.

ΘΗ. Μίσει μὲν ἀνδρὸς τοῦ πεπονθότος τάδε,
Λόγοισιν ἥσθην τοῖσδε· νῦν δ' αἰδούμενος
Θέους τ', ἐκεῖνόν θ', οὕνεκ' ἐστὶν ἐξ ἐμοῦ,
Οὔθ' ἥδομαι τοῖσδ', οὔτ' ἐπάχθομαι κακοῖς.

ΑΓ. Πῶς οὖν; κομίζειν ἢ τί χρὴ τὸν ἄθλιον
Δράσαντας ἡμᾶς σῇ χαρίζεσθαι φρενί;
Φρόντιζ'· ἐμοῖς δὲ χρώμενος βουλεύμασιν,
Οὐκ ὠμὸς εἰς σὸν παῖδα δυστυχοῦντ' ἔσῃ.

ΘΗ.

Vs. 1246. *Olim*, βραχὺν βίοτον. Vs. 1247. *Vulg.* δύστηνον κάρα.
Vs. 1250. *Vulg.* τοσοῦτον οὐ. Vs. 1254. *Vulg.* ἐπεὶ μιν.

Multi volunt, tardoque deserimur pede.
At ille, sectis exsolutus vinculis,
Haud sat quidem scio quo modo, tandem cadit.
Mora exigua adhuc temporis producere
Vitam videtur posse. veloces equi,
Phocaeque deformis tetrum pariter caput
Prope scopulos evanuere rupium.
Servus tuarum, Rex, ego quidem sum aedium,
Nunquam tamen mihi imperare potero uti
Gnatum esse perversae indolis credam tuum:
Ne si omne prorsus feminarum nunc genus
Suspendio aboleatur, atque litteris
Idae impleatur omnibus pinus locis;
Probum esse eum plane mihi persuadeo.

CHO. Recentium eheu nunc malorum calamitas
Impleta pondere haud levi premit, neque
Fati tam acerbi ullum uspiam effugium patet.

THE. Odio eius, haec qui passus est, flagrans viri
Verbis voluptate recreatus sum tuis:
At nunc Deos, et eum, quod ex me natus est,
Reveritus, his neque gaudeo, neque angor malis.

NUN. Quo ferri eum cupis modo, fieri ne quid
A me misero huic postulas, quod sit animo
Gratum tuo, hoc expende. verum auctore me
Crudelis in miserum hunc tuum esse desines.

THE.

Vs. 1258. *F.* τοῖςδ' · ὅμως δ'. Vs. 1259. *Al.* Θεοὺς, ἐκεῖν.
Vs. 1260. *Olim*, ἀπέχθομαι. Vs. 1261. *sic dist. Markl.*

ΘΗ. Κομίζετ' αὐτὸν, ὡς, ἰδὼν ἐν ὄμμασι
Τὸν τἄμ' ἀπαρνηθέντα μὴ χρᾶναι λέχη,
Λόγοις ἐλέγξω, δαιμόνων τε συμφοραῖς.

ΜΟΝΟΣΤΡΟΦΙΚΑ.

ΧΟ. Σὺ τὰν θεῶν ἄκαμπτον φρένα
Καὶ βροτῶν ἄγεις, Κύπρι, σὺν δ'
Ὁ ποικιλόπτερος ἀμφιβαλὼν
Ὠκυτάτῳ πτερῷ·
Ποτᾶται δ' ἐπὶ γαῖαν, εὐάχητόν θ'
Ἁλμυρὸν ἐπὶ πόντον.
Θέλγει δ' Ἔρως, ᾧ μαινομένᾳ κραδίᾳ
Πτανὸς ἐφορμάσει
Χρυσοφαὴς, φύσιν
Ὀρεσκόων σκυλάκων,
Πελαγίων θ', ὅσα τε γᾶ τρέφει,
Τὰν ἅλιος αἰθομέναν δέρκεται,
Ἄνδρας τε· συμπάντων δὲ
Βασιληΐδα τιμὰν, Κύπρι,
Τῶνδε μόνα κρατύνεις.

ΑΝΑ-

Vs. 1274. *Al.* μαινομέναν κραδίαν. Vs. 1275. *Al.* ἐφορμάσῃ.

THE. Huc baiulate; coram ut intuear eum,
Foedasse lectos qui negavit se meos:
Sermone convincetur, et re ipsa illico.

CHO. At tu Deorum rigidas,
Hominumque mentes
Sub imperium agens
Venus tuum, volucri
Comitata puero,
Qui variis circundatus alis,
Qui, praepetibus ventis ocyor,
Terras supra volitat,
Salsique maris sollicitus aquas
Mulcet amor: furiosa hunc
Quem pennigeras quatiens alas
Mente invadit:
Rutilo clarior auro,
Altorum dominatur catulis
Per iuga montium,
Et quos vitreis occulunt
Undosi fluctus vadis;
Omneis denique quos terra educat,
Et quos summi e vertice Phoebus
Cernit Olympi:
His omnibus dominaris
Honore culta regio Venus.

DIA.

Vs. 1278. *Vulg.* αἰθόμενος.

ΑΝΑΠΑΙΣΤΟΙ.

ΑΡ. Σὲ τὸν εὐπατρίδαν Αἰγέως κέλομαι
Παῖδ' ἐπακοῦσαι·
Λητοῦς δὲ κόρη σ' Ἄρτεμις αὐδῶ,
Θησεῦ, τί τάλας τοῖσδε συνήδῃ,
Παῖδ' οὐχ ὁσίως σὸν ἀποκτείνας,
Ψευδέσι μύθοις ἀλόχου πεισθεὶς
Ἀφανῆ; Φανερὰν δ' ἔσχες ἄταν.
Πῶς δ' οὐχ ὑπὸ γῆς τάρταρα κρύπτεις
Δέμας αἰσχυνθείς;
Ἢ πτηνὸς ἄνω μεταβὰς βίοτον,
Πήματος ἔξω πόδα τόνδ' ἀνέχεις;
Ὡς ἔν τ' ἀγαθαῖς ἀνδράσιν οὔ σοι
Κτητὸν βιότου μέρος ἐστίν.

ΙΑΜΒΟΙ.

Ἄκουε, Θησεῦ, σῶν κακῶν κατάστασιν·
Καίτοι προκόψω γ' οὐδὲν, ἀλγυνῶ δέ σε.

Ἀλλ'

Vs. 1285. *Vulg.* αὐδᾷ.
Vs. 1286. *F.* σύγ' ἤδῃ.
Vs. 1289. *F.* Φανερὰν δ' ἔχες ἄταν.
Vs. 1290. *Vulg.* Πῶς οὐχ.

DIA. Generosum te iubeo
Audire semen Aegei
Prognata Latona Diana,
Te voce compello mea.
Theseu quae mentem tangit tuam
Miser voluptas?
Persuasus verbis mendacibus,
Et nixus incerta fide uxoris
Haud iure filium necasti:
Cuius nunc facti manifestum
Damnum tibi imminet.
Cur atri sub Tartara Ditis
Corpus pudore non recondis?
Aut coeli sub nubila transferens
Odiosam vitam extra omne pedem
Retrahis damnum?
Nulla tibi posthac integros
Apud bonosque vitae
Aperta pars erit tuae.

Audi ista, Theseu: quis tuae vitae status
Nunc sit, quibus verseris in malis miser,
Tibi explicabo, etsi nihil profecero,

Di-

Vs. 1292. *F.* *πτηνὸν.* Vs. 1294. *F.* *ἐν γ' Musgrave.*

Ἀλλ' εἰς τόδ' ἦλθον, παιδὸς ἐκδεῖξαι φρένα
Τοῦ σοῦ δικαίαν, ὡς ὑπ' εὐκλείας θάνῃ,
Καὶ σῆς γυναικὸς οἶστρον, ἢ τρόπον τινὰ
Γενναιότητα· τῆς γὰρ ἐχθίστης θεῶν
Ἡμῖν, ὅσαισι παρθένειος ἡδονὴ,
Δηχθεῖσα κέντροις, παιδὸς ἠράσθη σέθεν.
Γνώμῃ δὲ νικᾷν τὴν Κύπριν πειρωμένη,
Τροφοῦ διώλετ' οὐχ ἑκοῦσα μηχαναῖς·
Ἣ σῷ δι' ὅρκων παιδὶ σημαίνει νόσον.
Ὁ δ', ὥσπερ ἦν δίκαιον, οὐκ ἐφέσπετο
Λόγοισιν· οὐδ' αὖ, πρὸς σέθεν κακούμενος,
Ὅρκων ἀφεῖλε πίστιν, εὐσεβὴς γεγώς·
Ἡ δ', εἰς ἔλεγχον μὴ πέσῃ φοβουμένη,
Ψευδεῖς γραφὰς ἔγραψε, καὶ διώλεσε
Δόλοισι σὸν παῖδ'· ἀλλ' ὅμως ἔπεισέ σε.

ΘΗ. Οἴμοι.

ΑΡ. Δάκνει σε, Θησεῦ, μῦθος, ἀλλ' ἔχ' ἥσυχος,
Τοὐνθένδ' ἀκούσας, ὡς ἂν οἰμώξῃς πλέον.
Ἆρ' οἶσθα πατρὸς τρεῖς ἀρὰς σαφεῖς ἔχων,
Ὧν τὴν μίαν παρεῖλες, ὦ κάκιστε σὺ,

Εἰς

Vs. 1299. *Vulg.* θάνοι. Vs. 1300. *Al.* τινὰ τρόπον·
Vs. 1303. *F.* Πληγεῖσα κέντροις. Vs. 1307. *Al.* ἐφείπετο.

Dicam tamen: te quod male uret, atque ea
Huc gratia me contuli, animum filii hinc
Ostenderem ut castum tui, utque gloria
Septus bona occubuerit, illinc coniugis
Tuae furorem, sive magnitudinem
Animi aliquo vocare mavelis modo.
Namque illius, odiosa quae mihi maxime, et
Aliis pudicitiae quibus cordi est decus,
Morsa stimulis Deae, satum ex te filium
Amavit, ac ratione amorem vincere
Dum nititur, nutricis arte non volens
Succubuit: aegritudinis caussam suae
Iurata postquam filio detexerat.
Sed ille, iusti ut cultor, impias preces
Non est secutus, neque, tam iniquis a patre
Habitus modis, violare iurati fidem
Induxit in animum, indole iuvenis bona.
Verum ista, ne huius proderetur veritas
Metuens scelesti criminis, falsas statim
Commenta tabulas scripsit, ac miserum dolis
Peremit, effecitque veram ut crederes.

THE. Hei hei mihi!

DIA. Hic sermo, Theseu, te urit; expecta, magis
Te punget ille, quem audies, et fletibus
Caussam dabit gravioribus. Ternas tibi
Pater optiones tribuit, harum in filium

Ia-

Vs. 1311. *Al.* ἔστευξε. Vs. 1314. *Vulg.* οἰμώξῃ.

Εἰς παῖδα τὸν σὸν, ἐξὸν εἰς ἐχθρόν τινα.
Πατὴρ μὲν οὖν σοι πόντιος Φρονῶν καλῶς
Ἔδωχ' ὅσονπερ χρῆν, ἐπείπερ ᾔνεσεν.
Σὺ δ' ἔν τ' ἐκείνῳ κἀν ἐμοὶ Φαίνῃ κακὸς,
Ὃς οὔτε πίστιν, οὔτε μάντεων ὄπα
Ἔμεινας, οὐδ' ἤλεγξας, οὐ χρόνῳ μακρῷ
Σκέψιν γ' ἔνειμας, ἀλλὰ θᾶσσον ἢ σ' ἐχρῆν
Ἀρὰς ἀφῆκας παιδὶ, καὶ κατέκτανες.
ΘΗ. Δέσποιν', ὀλοίμην. Α. Δεῖν' ἔπραξας· ἀλλ' ὅμως
Ἔτ' ἐστὶ καὶ σοὶ τῶνδε συγγνώμης τυχεῖν.
Κύπρις γὰρ ἤθελ' ὥστε γίγνεσθαι τάδε,
Πληροῦσα θυμόν· θεοῖσι δ' ὧδ' ἔχει νόμος,
Οὐδεὶς ἀπαντᾷν βούλεται προθυμίᾳ
Τῇ τοῦ θέλοντος, ἀλλ' ἀφιστάμεσθ' ἀεί.
Ἐπεὶ, σάφ' ἴσθι, Ζῆνα μὴ Φοβουμένη
Οὐκ ἄν ποτ' ἦλθον εἰς τόδ' αἰσχύνης ἐγὼ,
Ὥστ' ἄνδρα πάντων Φίλτατον βροτῶν ἐμοὶ
Θανεῖν ἐᾶσαι· τὴν δὲ σὴν ἁμαρτίαν
Τὸ μὴ εἰδέναι μὲν πρῶτον ἐκλύει κάκης·
Ἔπειτα δ' ἡ θανοῦσ' ἀνάλωσεν γυνὴ

Λό-

Vs. 1322. *Al.* οὐκ ἤλεγξας, οὐ μακρῷ χρόνῳ. Vs. 1323. *Var. L.* Σκέψιν παρέσχες. Vs. 1325. *Olim*, ὀλοίμαν. Vs. 1326. *Al.* Ἔνεστι — συγγνώμην ἔχειν.

Iaculatus unam, ô hostis in caput foret
Translata, quod tui arbitrii erat. Quam pater
Dederat, ut aequum postulabat, praestitit
Neptunus integram fidem, tibi favens.
In me, atque in illum non es officio viri
Functus probi, qui nec fidem, responsa nec
Vatum moratus, nec bene expensa rei
Perplexitate, nec, vel exiguum morae
Spatium ampliori destinans indagini,
Haec execrationum in illum spicula
Torquere non es veritus, atque id citius ac
Patrem decebat, luce eum orbasti aetheris.

THE. Perii ô Domina.

DIA. Patrasti atrox quidem scelus,
Necdum tamen praeclusa ianua veniae est.
Ista Veneris fuere gesta numine,
Irae feroces dum suae explet impetus.
Nam coelites Lex inter haec Deos viget,
Nullius occurramus ut cupidini,
Suoque quemque sinamus arbitrio frui.
Nisi Iovis hîc coërcuisset me timor,
Prolapsa in hoc nunquam fuissem dedecus,
Virum ut animo omnium meo carissimum
Tam flebili sinerem perire funere.
Errata sed primum tua ignorantia
A malitia excusat: dein coniux tua

Quod

Vs. 1327. *Al.* τόδε. Vs. 1333. *Olim*, φίλτατόν (γ') ἐμοὶ βροτῶν.
Vs. 1336. *Olim*, Ἔπειτά γ' ἡ.

Λόγων ἐλέγχους, ὥςτε σὴν πεῖσαι φρένα.
Μάλιςα μὲν νῦν σοι τάδ' ἔῤῥωγεν κακὰ,
Λύπη δὲ κἀμοί· τοὺς γὰρ εὐσεβεῖς θεοὶ
Θνήσκοντας οὐ χαίρουσι· τούς γε μὴν κακοὺς
Αὐτοῖς τέκνοισι καὶ δόμοις ἐξόλλυμεν.

ΑΝΑΠΑΙΣΤΟΙ.

ΦΟ. Καὶ μὴν ὁ τάλας ὅδε δὴ ςείχει
Σάρκας νεαρὰς
Ξανθόν τε κάρα διαλυμανθείς.
Ὦ πόνος οἴκων· οἷον ἐκράνθη
Δίδυμον μελάθροις
Πένθος θεόθεν καταληπτόν.
ΙΠΠ. Αἶ· αἶ· αἶ· αἶ·
Δύςηνος ἐγὼ πατρὸς ἐξ ἀδίκου
Χρησμοῖς ἀδίκοις διελυμάνθην.
Ἀπόλωλα τάλας· οἴμοι· οἴμοι·
Διά μου κεφαλᾶς ᾄσσουσ' ὀδύναι,
Κατὰ δ' ἐγκέφαλον πηδᾷ σφάκελος.
Σχὲς, ἀπειρηκὸς σῶμ' ἀναπαύσω· (Ἒ ἕ.)

Ὦ

Vs. 1338. *Vulg.* Μ. νῦν σοὶ που. Vs. 1345. *Olim*, οἷος.

Quod fraudulenter haec tibi persuaserit,
Propria expiavit morte commissum nefas.
Mala universa in te sed unum confluunt:
Et me ferit dolor. neque pios diis mori
Gratum. mali cum prole subruimus domum.

CHO. Infelix huc en procedit,
Corpusque iuvenile
Flavumque capillitio verticem
Foedis laceratus modis.
O familiam hanc qualis
Nunc calamitas premit!
Geminus domos infestat
Miserabiles luctus! ita
Divis visum superis.

HIP. Heu, heu, heu;
Heu me miserum, ut patris ex
Impii iniquis perii votis!
Interii miser, hei mihi ter, quater.
O caput, ô quam saevis
Exagitare doloribus!
Cerebri loculos peredit sphacelus:
Cohibe te lassata ut reddam
Membra quieti.

Sce-

Vs. 1352. *Vulg.* ἄϊσσουσ' ὀδ. Vs. 1353. *Olim*, Κατά γ' ἐγκ.

Ὦ ϛυγνὸν ὄχημ᾽ ἵππειον, ἐμῆς
Βόσκημα χερὸς,
Διά μ᾽ ἔφθειρας, κατὰ δ᾽ ἔκτεινας.
Φεῦ· φεῦ· πρὸς θεῶν, ἀτρέμας, δμῶες,
Χροὸς ἑλκώδους ἅπτεσθε χεροῖν.
Τίς ἐφέϛηκ᾽ ἐνδέξια πλευροῖς;
Πρόσφορά μ᾽ αἴρετε· σύντονα δ᾽ ἕλκετε
Τὸν κακοδαίμονα, καὶ κατάρατον
Πατρὸς ἀμπλακίαις. Ζεῦ, Ζεῦ, τάδ᾽ ὁρᾷς;
Ὅδ᾽ ὁ σεμνὸς ἐγὼ, καὶ θεοσέπτωρ,
Ὅδ᾽ ὁ σωφροσύνῃ πάντας ὑπερέχων,
Προῦπτον ἐς ἅδαν ϛείχω, κατάκρας
Ὀλέσας βίοτον· Μόχθους δ᾽ ἄλλως
Τῆς εὐσεβίας
Εἰς ἀνθρώπους ἐπόνησα.
Αἶ· αἶ· αἶ· αἶ·
Καὶ νῦν ὀδύνα μ᾽, ὀδύνα βαίνει.
Μέθετέ με τάλανα,
Καί μοι θάνατος παιὰν ἔλθοι.
Προσαπόλλυτέ μ᾽, ὄλλυτε τὸν δυσδαί-
μον᾽.

Vs. 1357. *Vulg.* κατά τ᾽ ἔκτ.
Vs. 1360. *Vulg.* Τίς ἐφέϛηκεν δεξιά.
Vs. 1363. *Vulg.* ἀμπλακίᾳ.
Vs. 1365. *F.* ὑπερσχών.

Sceleratum equorum eheu iugum,
Quos dextera mea educavi,
Cur perdidistis miserum?
Cur enecastis?
Hei famuli placidis rogo manibus
Contingite ulcerati corporis
Infirma membra.
Quis dexteram lateri applicat?
Tollite placide, aequali trahite
Nixu infelicem, devotum
Diris erroris patris.
Iuppiter haec, ô Iuppiter, aspicis?
Siccine casti Hippolytus pectoris,
Fidusque cultor coelitum,
Aliosque mortaleis amabili
Modestia antecellens,
Imas praeceps tendo sub umbras?
Siccine prorsus ab ipsa, vita,
Stirpe reciditur?
Frustrane omnis coeptus
Pro pietate mihi labor
Homines inter?
Hei, hei, hei, hei.
Rursus me repetit dolor.
Linquite miserum.
Hymni mors mihi nunc adsit loco.
Perdite, perdite
Infaustae sortis virum.
Ut laesum confodiam corpus
Huiusque auras lucis deseram,

An-

Vs. 1366. *Vulg.* ᾅδην· — *Al.* ϛείχω κατὰ γᾶς. Vs. 1368. *Vulg.* εὐσεβείας.

μον'· ἀμφιτόμου λόγχας ἔραμαι]
Διαμοιρᾶσαι,
Διά τ' εὐνᾶσαι τὸν ἐμὸν βίοτον.
Ὦ πατρὸς ἐμοῦ δύστανος ἀρὰ,
Μιαιφόνων τε συγγόνων,
Παλαιῶν προγεννητόρων
Ἐξορίζεται κακὸν, οὐδὲ μέλλει·
Ἔμολέ τ' ἐπ' ἐμὲ, τί ποτε τὸν οὐδὲν
Ὄντ' ἐπαίτιον κακῶν;
Ἰώ μοι μοι· τί φῶ;
Πῶς ἀπαλλάξω βιοτὰν
Ἐμὰν τοῦδ' ἀναλγήτου πάθους;
Εἴθε με κοιμάσειε τὸν δυσδαίμονα
Ἅιδου μέλαινα, νύκτερός τ' ἀνάγκα.

ΙΑΜΒΟΙ.

ΑΡ. Ὦ τλῆμον, οἵᾳ συμφορᾷ συνεζύγης;
Τόδ' εὐγενές σε τῶν φρενῶν διώλεσεν.
ΙΠΠ. (Ἔα) Ὦ θεῖον ὀσμῆς πνεῦμα· καὶ γὰρ ἐν κακοῖς
Ὢν ᾐσθόμην σου, κἀνεκουφίσθην δέμας.
Ἔστ' ἐν τόποισι τοῖσδέ γ' Ἄρτεμις θεά.
ΑΡ. Ὦ τλῆμον, ἔστι· σοί γε φιλτάτη θεῶν.
ΙΠΠ. Ὁρᾷς με, δέσποιν', ὡς ἔχω, τὸν ἄθλιον;
ΑΡ. Ὁρῶ· κατ' ὄσσων δ' οὐ θέμις βαλεῖν δάκρυ.

ΙΠΠ.

Vs. 1375. *F.* μονά μ'· ἀμφ. *Markl.* Vs. 1378. *Vulg.* δύστηνος.
Vs. 1379, 80, transpon. *Heath*, *et Reiske.* Vs. 1385. *Vulg.* Πῶς δ' ἀπ.

Ancipitem mihi porrigite hastam.
Parentis ô misera execratio.
Quaecumque cognatum genus,
Quaecumque progenitores
Contaminarunt scelera,
Hîc terminari video;
Illorum in me poena redundat:
Iam celeri approperat pede,
Me spectat, qui sum illorum tamen
Scelerum purus et integer.
Hei mihi quid nunc eloquar?
Heu urgeor doloribus,
Qui magnitudine omnem
Sensum obruunt.
Vitam ex iis quonam modo
Miseram eximam?
Utinam dura lege necessitas
Me noctis obscura
Nunc obruat caligine!

DIA. O sortis infelicis, eheu quam grave
Te calamitatis opprimit miserae iugum!
Animi tui te perdidit generositas.
HIP. Divini odoris ô suavis halitus!
Malis licet iaceam implicatus asperis,
Sensi tamen te, aegrumque saliit cor mihi.
Diana in his, Diana in his est aedibus.
DIA. Adest, miser, amantissima hîc tui Dea.
HIP. Videsne Domina quo in statu res sint meae?
DIA. Video, genis manare lacrymas fas negat.

HIP.

Vs. 1389. *Vulg.* προσεζύγης. Vs. 1393. *V. L.* δόμοισι.

ΙΠΠ. Οὐκ ἔϛι σοι κυναγὸς, οὐδ' ὑπηρέτης.
ΑΡ. Οὐ δῆτ'· ἀτὰρ μοι προσφιλής γ' ἀπόλλυσαι.
ΙΠΠ. Οὐδ' ἱππονώμας, οὐδ' ἀγαλμάτων φύλαξ.
ΑΡ. Κύπρις γὰρ ἡ πανοῦργος ὧδ' ἐμήσατο.
ΙΠΠ. Οἴμοι· φρονῶ δὴ δαίμον', ἥ μ' ἀπώλεσε.
ΑΡ. Τιμῆς ἐμέμφθη, σωφρονοῦντι δ' ἤχθετο.
ΙΠΠ. Τρεῖς ὄντας ἡμᾶς, ὤλεσ', ᾔσθημαι, Κύπρις.
ΑΡ. Πατέρα τε, καὶ σὲ, καὶ τρίτην ξυνάορον.
ΙΠΠ. Ὤμωξα τοίνυν καὶ πατρὸς δυσπραξίας.
ΑΡ. Ἐξηπατήθη δαίμονος βουλεύμασιν.
ΙΠΠ. Ὦ δυϛάλας σὺ τῆσδε συμφορᾶς πάτερ.
ΘΗ. Ὄλωλα, τέκνον· οὐδέ μοι χάρις βίου.
ΙΠΠ. Στένω σὲ μᾶλλον, ἢ 'μὲ, τῆς ἁμαρτίας.
ΘΗ. Εἰ γὰρ γενοίμην, τέκνον, ἀντὶ σοῦ νεκρός.
ΙΠΠ. Ὦ δῶρα πατρὸς σοῦ Ποσειδῶνος πικρά.
ΘΗ. Ὡς μή ποτ' ἐλθεῖν ὤφελ' εἰς τοὐμὸν ϛόμα.
ΙΠΠ. Τί δ'; ἔκτανές τ' ἄν μ', ὡς τότ' ἦσθ' ὠργισμένος.
ΘΗ. Δόξης γὰρ ἦμεν πρὸς θεῶν ἐσφαλμένοι.
ΙΠΠ. (Φεῦ.) Εἴθ' ἦν ἀραῖον δαίμοσι βροτῶν γένος.
ΑΡ. Ἔασον· οὐ γὰρ οὐδὲ γῆς ὑπὸ ζόφον
Θεᾶς ἄτιμοι Κύπριδος ἐκ προθυμίας
Ὀργαὶ κατασκήπτουσιν εἰς τὸ σὸν δέμας,
Σῆς εὐσεβείας κἀγαθῆς φρενὸς χάριν.
Ἐγὼ γὰρ αὐτῆς ἄλλον ἐξ ἐμῆς χερὸς,
Ὃς ἂν μάλιϛα φίλτατος κυρῇ βροτῶν,
Τόξοις ἀφύκτοις τοῖσδε τιμωρήσομαι.
Σοὶ δ', ὦ ταλαίπωρ', ἀντὶ τῶνδε τῶν κακῶν,

Τι-

Vs. 1398. *Var. Lect.* ἀτάρ τοι δύσποτμός γ' ἀπ. Vs. 1403. *Var. Lect.* ὤλεσεν Κύπρις μία. *F.* ὤλεσ', ᾔσθημαι, μία. Vs. 1410. *Vulg.* γενοίμαν.

HIP. Venator haud, nec servus amplius est tuus.
DIA. Non amplius; sed mors tibi nunc imminet.
HIP. Neque domitor equorum, aut statuae custos tuae.
DIA. Haec machinata Venus dolosis artibus.
HIP. Hei hei Deam hîc agnosco quae me perdidit.
DIA. Irata nullis se abs te honoribus coli,
Vitamque castimonia claram oderat.
HIP. Ut video tres infesta perdidit Venus.
DIA. Teque, et parentem, tertiamque coniugem.
HIP. Deploro miserum patris infortunium.
DIA. Deae voluntate ille deceptus fuit.
HIP. Miserabilis fortuna te afflixit, pater.
THE. Gnate perii. mihi morte vita acerbior.
HIP. Erratum ob hoc tuum, haud meam doleo vicem.
THE. Mors ô mihi subeunda pro te utinam foret!
HIP. O dona Neptuni parentis noxia!
THE. Nunquam illa nostro si excidisset ore vox!
HIP. Aeque necasses impetu irae concitus.
THE. Mentem Dei rectam eripuerant coelites.
HIP. Hei quae in homines Divum exsecratio irruit!
DIA. Cessa, sat est; haud Veneris in te iniuriae
Caliginosa nocte condentur, odio
Pietatis, et recti excitata pectoris,
Crudelitatem in te ita feram quae exercuit.
Ulciscar haec, quemdamque qui carissimus
Inter homines ei est, manu occidam mea,
Arcus inevitabili ictum spiculo.
At te vicissim pro his, miser, tantis malis
Troezeniae rependam honores inclytos

Per

Vs. 1413. *F.* ἔκτανές γ' ἄν. Vs. 1414. *F.* Εἴτ' ἦν — γένος;
Vs. 1418. *Al.* κατασκήψουσιν. Vs. 1421. *Olim*, κυρεῖ.

Τιμὰς μεγίστας ἐν πόλει Τροιζηνίᾳ
Δώσω· κόραι γὰρ ἄζυγες γάμων πάρος
Κόμας κεροῦνταί σοι δι' αἰῶνος μακροῦ,
Πένθη μέγιστα δακρύων καρπουμέναι.
Ἀεὶ δὲ μουσοποιὸς εἰς σὲ παρθένων
Ἔσται μέριμνα, κοὐκ ἀνώνυμος πεσὼν
Ἔρως ὁ Φαίδρας εἰς σὲ σιγηθήσεται.
Σὺ δ', ὦ γεραιοῦ τέκνον Αἰγέως, λάβε
Σὸν παῖδ' ἐν ἀγκάλῃσι, καὶ προσέλκυσαι.
Ἄκων γὰρ ὤλεσάς νιν· „ ἀνθρώποισι δὲ,
„ Θεῶν διδόντων, εἰκὸς ἐξαμαρτάνειν.
Καὶ σοὶ παραινῶ πατέρα μὴ στυγεῖν σέθεν,
Ἱππόλυτ'· ἔχεις γὰρ μοῖραν, ᾗ διεφθάρης.
Καὶ χαῖρ'· ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις φθιτοὺς ὁρᾷν,
Οὐδ' ὄμμα χραίνειν θανασίμοισιν ἐκπνοαῖς.
Ὁρῶ δὲ σ' ἤδη τοῦδε πλησίον κακοῦ.

ΙΠΠ. Χαίρουσα καὶ σὺ στεῖχε, παρθέν' ὀλβία.
Μακρὰν δὲ λείποις ῥᾳδίως ὁμιλίαν.
Λύω δὲ νεῖκος πατρὶ, χρηζούσης σέθεν·
Καὶ γὰρ πάροιθε σοῖς ἐπειθόμην λόγοις.
Αἶ· αἶ· κατ' ὄσσων κιχάνει μ' ἤδη σκότος.
Λαβοῦ πάτερ μου, καὶ κατόρθωσον δέμας.

ΘΗ. Ὤμοι τέκνον· τί δρᾷς με τὸν δυσδαίμονα;

ΙΠΠ. Ὄλωλα· καὶ δὴ νερτέρων ὁρῶ πύλας.

ΘΗ. Ἦ τὴν ἐμὴν ἄναγνον ἐκλιπὼν φρένα;

ΙΠΠ.

Vs. 1427. *F.* καρπουμένῳ. Vs. 1439. *F: vers. est spurius.*

Per civitatis omnia loca. Virgines
Castae aureos, per spatia longa temporum,
Tonso tibi ponent capillos vertice:
Fluidisque testabuntur ingentem genis
Moestae dolorem. cantilenis Musicis
Te semper innuptae lubentes ac tuos
Luctus puellae personabunt. gloria
Post fata te comitabitur non infima.
Phaedrae in te amor silentio tegetur. At
Senis Aegei proles tuum tu filium
Complectere ulnis, ad te eumque iam attrahe.
Invitus illum perdidisti. Sic tulit
Divum voluntas, et ,, Diis statuentibus
,, Mirum nihil homines in errorem trahi.
At te hortor, ut ne patrem odio vexes tuum.
Ad mortem agunt Hippolyte nunc tua fata te:
Vale, neque enim mihi intueri mortuos
Fas est, neque morientis extremo halitu
Pollui oculos. te video vicinum huic malo.

HIP. Vale tu vicissim, ac vade felicissima
Inter Deas ô virgo, consuetudinis
Diuturnae amicum quae facile ita deseris.
Te postulante noxia absoluo patrem.
Iussis, ut ante, parui semper tuis.
Eheu, subit oculos meos caligo. nunc
Pater apprehende, corpus erigens meum.

THE. Fili, heu, quid aggrediar hominum miserrimus?

HIP. Perii, inferorum iam nigras cerno fores.

THE. Abibis, et mortis relinques me tuae
Culpa gravatum?

HIP.

Vs. 1441. *F.* Μικρὰν *Al.* λείπεις. Vs. 1442. *Al.* Λύσω.

ΙΠΠ. Οὐ δῆτ᾽, ἐπεί σε τοῦδ᾽ ἐλευθερῶ φόνου.
ΘΗ. Τί φής; ἀφίης αἵματός μ᾽ ἐλεύθερον;
ΙΠΠ. Τὴν τοξόδαμνον Ἄρτεμιν μαρτύρομαι.
ΘΗ. Ὦ φίλταθ᾽, ὡς γενναῖος ἐκφαίνῃ πατρί;
ΙΠΠ. Ὦ χαῖρε καὶ σὺ, χαῖρε πολλά μοι, πάτερ.
ΘΗ. Ὤμοι φρενὸς σῆς εὐσεβοῦς τε, κἀγαθῆς.
ΙΠΠ. Τοιῶνδε παίδων γνησίων εὔχου τυχεῖν.
ΘΗ. Μή νῦν προδῷς με, τέκνον, ἀλλὰ καρτέρει.
ΙΠΠ. Κεκαρτέρηται τἄμ᾽· ὄλωλα γὰρ, πάτερ.
Κρύψον δέ μου πρόσωπον ὡς τάχος πέπλοις.
ΘΗ. Ὦ κλείν᾽ Ἀθηνῶν, Παλλάδος θ᾽ ὁρίσματα,
Οἵου στερήσεσθ᾽ ἀνδρός; ὦ τλήμων ἐγώ,
Ὡς πολλὰ, Κύπρι, σῶν κακῶν μεμνήσομαι.

ΑΝΑΠΑΙΣΤΟΙ.

ΧΟ. Κοινὸν τόδ᾽ ἄχος πᾶσι πολίταις
Ἦλθεν ἀέλπτως.
Πολλῶν δακρύων ἔσται πίτυλος·
„ Τῶν γὰρ μεγάλων ἀξιοπενθεῖς
„ Φῆμαι μᾶλλον κατέχουσιν.

Vs. 1450. *Al.* ἀφήσεις. Vs. 1454. *Al.* εὐγενοῦς.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ
ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ.

HIP. Neutiquam. at piaculo
Te caedis hujus liberum pronuncio.
THE. Quid? liberum hac a caede me pronuncias?
HIP. Arcu potens mihi testis horum sit Dea.
THE. Carissime, ut generosa es in patrem indole.
HIP. Vale tu quoque mihi, mi pater, longum vale.
THE Heu mentis egregiam bonae indolem, et piae!
HIP. Precare, genuinae Deos ejusmodi
Ut prolis efficiare, genitor, particeps.
THE. Ne nate nunc me desere, at forti es animo.
HIP. Fortis fui, sed saeva nunc me mors rapit.
Ocyssime mihi veste vultum contege.
THE. O clari Atheniensium, et simul innubae
Fines Minervae, quo viro privamini?
Miserrimum ô me! quam tuorum saepe ego
Tristis malorum Dea recordabor Venus?

CHO. Communis hic percellit
Civium animos dolor omnium,
Nos impetu inopino obruens.
Lacrymarum uberes
Oculis fontes profluent.
,, Praestantium luctus virorum
,, Non leviter animos
,, Mortalium perstringunt.

EURIPIDIS HIPPOLYTI FINIS.

L. C. V.

ADNOTATIONES

IN

EURIPIDIS

HIPPOLYTUM.

L. C. VALCKENARI

ADNOTATIONES

IN

EURIPIDIS

HIPPOLYTUM.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ] Argumentum Dramatis repraesentavi, quale dederat ex Codicibus suis *Arsenius* in prima Scholiorum Editione, hic illic tamen emendatius scriptum ex Cod. Paris. In Florentino Cod. prostat argumentum, quale fertur in *Euripidis* Tragoediarum Edd. hinc abest argumento subiecta vetus adnotatio minime contemnenda. — De diversis lectionibus B satis erit nonnullas attigisse. Vs. 2, quia praeter Paris. Codex quoque dabat Flor. *μίαν τῶν Ἀμαζονίδων Ἱππολύτην*· Ἱππολύτην dare malui, quam cum *Arsenio* Ἀντιόπην· quod is velut usitatius matris Hippolyti nomen alteri substituisse videtur. — Hippolytum v. 3, Cod. Flor. dixit, *κάλλει τε καὶ σωφροσύνῃ διαπρέποντα*, ubi vulgatur διαφέροντα. — Vs. 5, Cod. *Paris.* habet, *τὴν Μίνω τοῦ* C *Κρητῶν βασιλέως θυγατέρα*· omisso nomine materno *καὶ Πασιφάης*· quod in vulgatis legitur Edd. adiectum. — Vs. 7, recte dat etiam Paris. Cod. *μετὰ τῆς γυναικός*· alterum, vitiosum, *μετὰ τῶν συγ-*

A *γενῶν*, fluxit ex vicinis. — Vs. 10. in aliis Edd. erant ista, *τὴν Φαίδραν εἰς ἔρωτα παρώρμησε, τέλος δὲ τοῖς προτεθεῖσιν ἐπέθηκε*· de quibus ultimum *ἐπέθηκε* recepi, firmatum a Cod. Flor. pro *ἔθηκε*. — Quae sequuntur ut hic edita sunt, in Cod. leguntur Paris. qui pro *θέλων* aeque ac Flor. versu 16 dabat *σπεύδων*, et v. 17 *δέλτον*. ubi *βίβλον* scripsit *Arsenius*. — Vs. 21 positum ex Paris. *τὴν μὲν Φαίδραν οὐ κατεμέμψατο*· neque dubito quin ita dederit *Arsenius*, ubi vitiose vulgatur, *τὴν μὲν Φαίδραν οὐκ ἀπεπέμψατο*. in aliis Edd. simplex legitur *ἐμέμψατο*. — Vs. 23, ex aliis Edd. recepi *τιμὰς ἔφη ἐπιχωρίους ἐγκαταστήσασθαι*· quod est in Ed. *Arsenii*, *τιμὰς ἔφη γῆς ἐγκαταστήσασθαι*: praebent Codd. quoque Paris. et Flor. hinc scribi quoque poterit, *γῇ ἐγκαταστήσασθαι*. — Argumento dramatis ista recte subiunguntur in Edd. aliis, *ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ἐν Τροιζῆνι κεῖται*. absurda, quae prostant in Ed. *Arsenii*, praebet etiam Cod. Paris., Ἡ *σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις*.

 quae

quae totidem verba leguntur in argumento A Ocypodis *Luciani* T. III, p. 664, cujus auctor, τὸ δὲ δρᾶμα, inquit, τῶν πάνυ ἀστείων. ut in fine veteris notae in Hippolytum legitur, τὸ δὲ δρᾶμα τῶν πρώτων, quae tamen aliter cepit *Jo. Alb. Fabricius* B. G. I, p. 642. — In nota subiecta male omissum verbum 'Εδιδάχθη ex Cod. Paris. restitui. Quod dederat *Arsenius*, ex Codd. procul dubio B, nomen Archontis Attici reliqui, ἐπὶ 'Αμείνονος ἄρχοντος. inter diversas haec forma nominis legitima videtur 'Αμείνων· ut *Salmasio* visa fuit, *Menagio*, et *R. Bentlejo*. In Cod. Paris. scriptum legitur: ἐδιδάχθη ἐπὶ ἀμεινῶνος ἄρχοντος ὀλυμπιάδι ἐπὶ (sic) πζ΄, ἔτει τετάρτῳ. De istius Archontis agentes nomine hic vulgatis usi sunt *Jo. Meursius* de Arch. III, c. 3, *Is. Casaubon.* An. C in *Athen.* V, c. XVIII. *Aeg. Menagius* in *Diog. Laert.* III, 4. et *P. Wesseling.* in *Diodor. Sic.* I, p. 509. alium in finem eadem adhibet *R. Bentlejus* in Epist. ad *Jo. Millium* p. 52. — In his, quae subiiciuntur ex *Stobaei* Floril. scripto, memorata *Zopyri Theséis* hic in limine me non detinebit. — Inter dramatis interlocutores Θεράποντες sunt repositi, a choro distincti v. 61; etiam 'Εξάγγελος, D pro ἕτερος ἄγγελος, ex Cod. Paris. v. 776. proponi potuisset.

Vs. 1. Πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσι] *Philostrati* Timasion, Hippolyto cetera non dissimilis, sed et istius culpae, qua sola peccavit Thesides, insons, sacra Veneri quotidie faciepat: de V. A. VI, p. 232, 8, πολλὴν γὰρ, aiebat, ἡγοῦμαι τὴν θεὸν [ἐν] ἀνθρωπείοις τε καὶ θείοις πράγ- E μασιν· omissam illic praepositionem a descriptore, quod jure suspicabatur *Ti. Hemsterhus.* in Miscell. Obs. III, p. 419. firmant *Euripidis* verba, obversata *Philostrato*. In rebus ille tam humanis quam divinis magnam vim Deam habere statuebat; quam, omnia pervadentem, praeter ceteros Poëtas, Tragici cecinerunt: nemo luculentius explicuit *Sophocle* septem et decem senariis continuis apud *Stobaeum* Florileg. p. 386, 40. *Grot.* p. 239, 241. De his duo tantum primos versus adponam, partim ex *Plutarchi* T. II. p. 757. A, scriptos emendatius:

Ὦ παῖδες, ἥ τοι Κύπρις οὐ Κύπρις μόνον,
'Αλλ' ἔστι πολλῶν ὀνομάτων ἐπώνυμος.

Multiplex, et hic iuxta *Euripidem multum* Veneris erat *nomen* in coelo terraque; sive clarum et venerabile. Longe diversum quid significatur, Κύπρις — ἢν πολλὴ ῥυῇ· Hippol. v. 443; cumque animantibus quibusdam πολλὴ dicitur inesse 'Αφροδίτη. — Hic πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσιν, — est σεμνὴ, μεγάλη, τιμία· quod liquebit similia dicta quaedam *Euripidis* comparanti, Iphig. in Taur. v. 1492, Troas. v. 49, Herc. v. 849. De Baccho eadem leguntur et de Sileno verba in *Orphicorum* H. 44, et 53, τετιμένε πᾶσι θεοῖσι, Καὶ θνητοῖσι βροτοῖσιν. Est in *Athenaei* XV, p. 695, F, *Scolion* egregium:

Ὅστις ἄνδρα φίλον μὴ προδίδωσιν, μεγάλην ἔχει
Τιμὴν ἔν τε βροτοῖς, ἔν τε θεοῖσιν, κατ' ἐμὸν νόον.

eumdem in sensum scribi potuerat, Πολὺς μὲν ἐν βροτοῖσιν, οὐρανοῦ τ' ἔσω.

Vs. 1 — 5] Quatuor etiam de his ἰαμβείοις potuisset suum *Aristophanes* ληκύθιον adaptare; versus enim efficiunt ληκυθείους

Κύπρις οὐρανοῦ τ' ἔσω
Τερμόνων τ' 'Ατλαντικῶν
Φῶς ὁρῶντες ἡλίου
Τἀμὰ πρεσβεύω κράτη.

Qualium Trochaicorum *Euripidis* ingratum in senariis fuisse sonum castigatis Atticorum auribus non sane miror, neque adeo censuram, quam in *Euripidis* Prologos exercuit severissimam *Aristophanes* Ran. v. 1231 — 1278. — Ore Gallico *R. P. Brumoy dans son Théatre des Grecs* T. II, Venus Euripidea loquitur propemodum, ut *Virgilii* Iuno; sed errores viri optimi hic non persequar. Illud non alienum vide-

debitur, si loca veterum indicavero, huius etiam dramatis versus adhibentium, quae quidem mihi fuerint observata. Versum 1 et 2, ad vocem ἔσω pro ἔνδον positam, excitat *Grammaticus* de Soloecismo p. 200; eosdem παρωδεῖ *Luciani* Podagra T. III, p. 665. Vss. 2 — 6, ad Veneris potentiam declarandam adhibet *Athenaeus* XIII, p. 600. C. In Tragoedia quae dicitur Χριστὸς πάσχων matri nunciaturus filio moriendum, sic virginem alloquitur v. 102, postquam suum αἶ ter repetitum ingeminasset:

Πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσι, κοὐκ ἀνώνυμος
Ἁγνὴ κέκλησαι, τῆσδε γῆς ὅσοι πέδον
Ναίουσι, λαμπρὸν φῶς ὁρῶντες ἡλίου,
Τὰ νῦν δὲ τάλαιν' ἡ πάλαι μακαρία.

ad ista frigide satis respondet ἡ Θεοτόκος,

Τί δ' ἐστίν; ἤ που τίς μ' ἀποκτεῖναι θέλει;

Non dicam quam apte Veneri de se dicta transferantur in virginum sanctissimam: sed nunquam *Gregorius Nazianzenus* Mariam dixisset οὐκ ἀνώνυμον Ἁγνήν. De hoc dramate quid sentiam, in Praefatione iam fuit indicatum.

Vs. 8. Τιμώμενοι χαίρουσιν] Huc spectabat *Plutarchus* ista scribens in Ἐρωτικῷ p. 766. C. τῷ δὲ Ἔρωτι καὶ τοῦτο καθάπερ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἔνεστιν, ὡς Εὐριπίδης φησὶ, τιμωμένῳ χαίρειν ἀνθρώπων ὕπο. quod ait idem reliquis inesse Diis, ut ab hominibus coli cupiant; ad Penthea de Baccho Tiresias, Ὁρᾷς; σὺ χαίρεις —, Κἀκεῖνος, οἶμαι, τέρπεται τιμώμενος, in *Eurip.* Bacch. v. 321; in huius Alc. v. 54, Orcus, τιμαῖς κἀμὲ τέρπεσθαι δόκει. de vero Deo non absurde *Clemens Alex.* Strom. VII, p. 848, 13, εἰ τιμώμενον χαίρει, (τὸ θεῖον,) φύσει ἀνενδεὲς ὑπάρχον, οὐκ ἀπεικότως ἡμεῖς δι' εὐχῆς τιμῶμεν τὸν Θεόν.

V. 11. Ἱππ. ἁγνοῦ Πιτθέως παιδεύματα] In Theseo *Plutarch.* p. 2. B. ὁ δ' Εὐριπίδης, ait, τὸν Ἱππόλυτον ἁγνοῦ Πιτθέως παίδευμα προσειπὼν, ἐμφαίνει τὴν περὶ τὸν Πιτθέα δόξαν. In sanctam avi materni domum, in qua puer a Connida praeceptore,
A iuvenis ab avo Pittheo fuerat ipsemet ad virtutem formatus Theseus, cur et quando miserit Hippolytum educandum, tradit *Pausan.* I, p. 51. *Diodoro Wesselingii* IV, p. 305, 21, filium Troezena misisse narratur, τεθρέφθαι παρὰ τοῖς Αἴθρας ἀδελφοῖς. Pittheïdos Aethrae fratres, quos ex MSS. ibi restituit, vellem nobis memorasset *Wesselingius*, mihi quidem aliunde ignotos:
B si fratres habuit Aethra, quomodo tandem locum habere potuit, quod scribit *Pausanias*, quodque ex *Asclepiadae* Τραγῳδουμένοις *Schol.* in *Hom.* Od. Λ, 320, ἦν γὰρ, inquit [Ἱππολύτῳ] διὰ τὴν Πιτθέως Αἴθραν μητρῴα τις ἀρχὴ δεῦρο. — De Pittheo nihil adeo novimus nisi laudabile; nec sane causam habuit cur Regem optimum tanquam *superbum* inter populares suos traduceret *Brumoeus*, red-
C dens Euripidea, *cet élève du superbe Pitthée:* Quae quidem velut Pitthei monumenta memorat *Pausanias*, iudicem iustum demonstrant populum in pace regentem: de Muséo, in quo dicebatur λόγων τέχνην, artem isthoc aevo non necessariam, tradidisse, et de libello, quem sub eius nomine vulgatum legerit, quid *Pausanias* censuerit, vocula δὴ demonstrat in his p. 184, Πιτθέως δὴ (*sci-*
D *licet!*) σύγγραμμα. — Commodum *Schol.* ad ἁγνοῦ Πιτθέως adscripsit ex *Eurip.* Med. versum 684, [Πιτθεύς τις ἐστὶ γῆς ἄναξ Τροιζηνίας,] Παῖς, ὡς λέγουσι Πέλοπος εὐσεβέστατος. Suspicor, ultimum hoc ferme capiendum quo sensu Homeréus Chiron δικαιότατος Κενταύρων accipitur a Grammaticis, tamquam inter omnes *unus iuris observantissimus:* certe de Pelopis filiorum Atrei, Thyestae, Chrysippi pietate
E vel ceteris virtutibus nihil adeo inaudivimus. Rerum autem Pitthea divinarum humanarumque peritum pro isthac aetate fuisse colligas ex *Eurip.* Med. v. 686, et *Plutarchi* Thes. p. 2, A. — *Superbus* potius ex mente Veneris Euripideae dici potuit Hippolytus, v. 10, Ἀμαζόνος τόκος· Veneris sacrorum osor, ut Amazone natus: *Est prorsus iste gentis armiferae furor; Odisse Ve-*

neris foedera, *Seneca* Hipp. v. 909. *Amazonio connubia pellere ritu*, *Statius* Achill. II, 156. de nostro *Seneca* v. 231, *Immitis annos coelibi vitae dicat; Connubia vitat, genus Amazonium scias.* Latinae Tragoediae Scriptori mater Hippolyti, de nomine nusquam *Euripidi* memorata, nec *Diodoro Sic.* IV, p. 306, 21, semper *Antiope*, sicut plerisque, dicitur; semper etiam *Plutarcho*, unum tantum *Clidémum* memoranti p. 13, A. B. qui *Hippolyten* dixerit, οὐκ Ἀντιόπην. *Clidemo* iungi poterit alius rerum Atticarum scriptor *Ister* apud *Athen.* XIII, p. 557. A.

Vs. 17. *Χλωρὰν δ' ἀν' ὕλην* etc.] Male praetermissam in aliis ex Ed. *Ald.* recte restituit voculam *Barnes.* ἀν' ὕλην praebent Codd. Florent. et Paris. et probabiliter etiam quos adhibuit *Musgravius.* — V. 18 in ἐξαίρει accentum mutavi, scripsique, Κυσὶν ταχείαις θῆρας ἐξαιρεῖ χθονός· *latebris excitatas feras capit: Schol.* ἐκ μέσου αἱρεῖ, ἀφανίζει. αἱρεῖν et ἐξαιρεῖν in talibus adhibentur, non autem, quantum recordor, ἐξαίρειν. *Themist.* Or. XXIII, p. 288, A. οἷον κυνηγέτης, κύκλῳ θηρίον περιδραμὼν, αἱρεῖ τὸν ἄνδρα καὶ σαγηνεύει. qui laqueis irretitos iuvenes capiunt, πάγαις Sophistae iuxta *Lysin* τὼς νέως ἐμπλέκοντι, secundum *Archytam* τὼς ἀμώσως αἱρέοντι· sic enim, non ἀεὶ ῥέοντι, scripsisse *Stobaeum* autumo Florileg. p. 16, 4. Aptissima dabit *Pausanias* II, p. 184. m. λύκους ἐφαίνετό μοι τὴν Τροιζηνίαν λυμαινομένους ἐξελεῖν ὁ Ἱππόλυτος. scripserat itaque VIII, p. 699, in. γῆν ἣν ἐκέκτητο ἐργαζόμενος, οὐδὲ τὰ θηρία ἠμέλει τὰ ἄγρια ἐξαιρεῖν. ubi vulgatur ἐξαίρειν. Hinc quantum distet ἐξελᾷν ista docebunt *Xenoph.* K. Π. I, p. 10, f. ἐκ τῶν λασίων τὰ θηρία ἐξελᾷν εἰς τὰ ἐργάσιμά τε καὶ εὐήλατα.

Vs. 19. Μείζω βροτείας προσπεσὼν ὁμιλίας] Ὁμιλίᾳ legitur in Ed. prima *Flor.* Quatuor minimum diversae prostant huius versus interpretationes; cuius verba si vel sic collocentur, πεσὼν πρὸς μείζω
A βροτείας ὁμιλίας, facilitatem tamen Euripideam hic desideres. Dianae dilectus ante alios iuvenis pudicus Deam virginem venator per sylvas prae omnibus unam sectabatur: πάντων φίλτατον βροτῶν sodalem suum ipsa vocat infra v. 1333. quem non adspectabilis mortalem alloquio saepe Dea dignabatur: Hippol v. 86, Κλύων μὲν αὐδῆς, ὄμμα δ' οὐχ ὁρῶν τὸ σόν. In hoc familiare cum Dea com-
B mercium, humana conditione maius, impudenter irruisse, Veneri dicebatur Hippolytus.

Vs. 20. Τούτοισι μέν νυν οὐ φθονῶ] Ex Codd. posui, pro T. μέν γ' οὖν· ad optimos *Musgravii* accedebant Flor. et Paris. Μὲν οὖν, iambus, frequenter secundam occupat in senariis sedem, *Eurip.* Hec. 51, 728, 798, 1268. etc. illud ubi
C locum non invenit, ut hic, eodem sensu scribitur Tragicis μέν νυν· ut ubique apud *Herodotum*: Soph. Trach. v. 443, Ἔρωτι μέν νυν — Oed. T. v. 31. Θεοῖσι μέν νυν οὐκ. usitatiores saepe voculae huius in locum irrepserunt: *Eurip.* Androm. v. 955, Συγγνωστὰ μέν νυν pro μὲν οὖν versus poscebat: in Oreste, v. 1221, Καλῶς σὺ μέν νυν, pro δὴ praebent duo Codd. Leidenses.
D

Vs. 23. Πάλαι προκόψασ' οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ.] Pro πόνου vitiosam dat lectionem Flor. πολέμου. Quartum casum cum versus non admitteret, nominativum ut alibi posuit pro genitivo absoluto. Usitatior hic postulasset structura τὰ πολλὰ δὴ Πάλαι προκοψάσῃ οὔ μοι δεῖ πολλοῦ πόνου. *quae pleraque sane iam ante praeparavi non opus mihi est multo labore.* *He-*
E *rodianus Piersoni* p. 450, Τὸ Δεῖν οὐ μόνον δοτικῇ, ἀλλὰ καὶ αἰτιατικῇ συντάσσεται πτώσει· εὐρυχωρείας σε δεῖ. Comici versus pars fuisse videtur,

— — εὐρυχωρίας σε δεῖ.

amplo tibi opus est spatio. *Aristophanem* aut alios Poëtas Atticos nostris in libris ita loqui nunc non recordor, neque etiam puto, praeterquam *Euripidem*; cuius

ius in eam rem loca diligenter enotabo: A Phoen. v. 928, *οὐ γὰρ σῶν με δεῖ μαντευμάτων.* Hippol. v. 490, *οὐ λόγων — Δεῖ σ', ἀλλὰ τἀνδρός.* v. 688, *δεῖ με δὴ καινῶν λόγων.* Supplic. v. 789, *Τί γάρ με δεῖ παίδων;* (Med. v. 565, *σοί τε γὰρ παίδων τί δεῖ;*) legitur in Hecubae v. 975, *ἀλλά τις χρεία σ' ἐμοῦ;* ubi *Schol.* *ἀντὶ τοῦ σοὶ, ὁ δὲ εἴρηκεν.* idem esset, *τί δεῖ σ' ἐμοῦ;* *Auctor* Rhesi v. 837, *μακροῦ γε δεῖ σε καὶ σοφοῦ λόγου, Ὅτῳ με πείσεις* — illic frustra B quis emendare tentabat: *μακροῦ γε καὶ σοφοῦ δεῖ σοι λόγου.* quamvis, usus istius veteris ignarus, *Auctor* dramatis Χριστὸς Π. sic ista scripserit v. 2331, *Ἀλλ' οὖν μακροῦ σοι καὶ σφοδροῦ δέῃ λόγου, Ὅτῳ με πείσεις.* admovit locum ex Rheso *Bergletus* his *Aristoph.* Nub. v. 1030, *Δεινῶν δέ σοι βουλευμάτων ἔοικε δεῖν πρὸς αὐτόν.*

Vs. 25 *Σεμνῶν ἐς ὄψιν καὶ τέλη μυστηρίων*] *Ut* Eleusinia *viseret veneranda mysteria*, C hisque adeo visis perficeretur. *visere* hac in re probavit *Jos. Scaliger* Animadv. in *Euseb.* p. 214. b. Schol. *ἐλθόντα* scribit *ἐπὶ μύησιν τῶν Ἐλευσινίων.* Sed iam ante castus iuvenis praeparatus et *initiatus*, *μεμυημένος*, nunc venisse dicitur *ἐς ὄψιν καὶ τέλη σεμνῶν μυστηρίων·* id est, ut opinor, *ἐπὶ τὴν ἐποπτείαν τελεσθησόμενος*, sive *ἐπὶ τὰ τέλεα καὶ ἐποπτικὰ*, D quae vocat *Plato* Symp. p. 209. E. haec distinguens ab initiandi ritibus, verbo *μυηθῆναι* ibidem significatis: *mystae* namque non nisi post quinquennium in sacrarium interius admittebantur ad arcana spectanda; tum demum fiebant *ἐπόπται* et *τέλειοι.* Respicit eodem, ut alibi saepissime, in Phaedro *Plato* p. 250. B. *εἶδόν τε καὶ ἐτελοῦντο τελετῶν μακαριωτάτην.* Suum de vita *Thucydidis* li- E bellum sic orditur *Marcellinus*: Τῶν Δημοσθένους μύστας γεγενημένους θείων λόγων — ὥρα λοιπὸν καὶ τῶν Θουκυδίδου τελετῶν ἐντὸς καταστῆσαι, sic leg. pro *καταστῆναι.* confer *Heraclit.* Allegor. *Homer.* p. 479, 9. De mysteriis loquens Eleusiniis *Andocides* p. 5, 18, *μεμύησθε καὶ ἑωράκατε τοῖν θεοῖν* (hae Deae *τὼ θεὼ* dicebantur Athenis:) *τὰ ἱερά.* Articulum si praefigas, ex *Hesych.* lucrabimur senarium *Sophoclis*:

[Τὰ] *Σεμνὰ τῆς σῆς παρθένου μυστήρια,*
Σοφοκλῆς· τὰ ἄῤῥητα καὶ ἀνεξήγητα μυστήρια.

Liberae Matrisque Cereris arcana haec Eleusinia sacra *τέλη* vocantis *Sophoclis* locus *Plutarcho* servatus T. II, p. 21. E, ad alia saepius adhibitus, in rem nostram aptissimus est:

— — ὡς τρισόλβιοι
Κεῖνοι βροτῶν, οἳ, ταῦτα δερχθέντες τέλη,
Μόλουσ' ἐς ᾅδου· τοῖσδε γὰρ μόνοις ἐκεῖ
Ζῆν ἔστι, τοῖς δ' ἄλλοισι πάντ' ἐκεῖ κακά.

Pindarum in his *Sophocles* imitabatur, cuius verba dedit *Clemens Alex.* Strom. III, p. 518, 15. Sic loqui poterant Hierophantae, Daduchi, quique superstitiosae plebis Atticae callide gratiam aucupabantur: vid. *Ez. Spanhem.* in *Aristoph.* Ran. v. 155, 457, 460. et epigramma *Crinagorae* quod *Scaliger* explicat ad *Tibull.* p. 168, 169. Sed nollem sic Philosophos loquutos, *Platonem* in Phaedon. p. 69. C. de Rep. II, p. 363. D. *Aeschinem Socr. Auctorem* saltem Axiochi p. 164. *Ciceron.* de LL. II, c. XIV. *Themist. Stobaei* p. 604, 48. Plerisque potius placebunt *Antisthenis* et *Diogenis* dicta, memorata *Diog. Laert.* VI, 4, et 39. quorum hoc melius exhibet *Plutarch.* T. II, p. 21. F. Sed *Sophoclis*, ni fallor, *οἱ ταῦτα δερχθέντες τέλη*, dici possunt Euripidea locutione *ἐλθόντες*

Σεμνῶν ἐς ὄψιν καὶ τέλη μυστηρίων.

Haec *Euripidis* in suo Codice aliquis adscripserat ad Medeae v. 1382,

— — γῇ δὲ τῇδε Σισύφου
Σεμνὴν ἑορτὴν καὶ τέλη προσάψομαι.

nam illic exhibet Codex Florent. *καὶ τέλη μυστηρίων·* omisso verbo *προσάψομαι*, ad sensum necessario. Illinc sumsit *Auctor* Χριστοῦ Π. v. 967, *Σεμνὴν ἑορτὴν τῇδε γῇ προσάψεται.* Grammaticos mireris in isto Medeae versu *τέλος* per *ἑορτὴν* interpretantes: *Etymolog.* p. 750, 43. *Τέλος σημαίνει — τὴν ἑορτὴν παρὰ Εὐριπίδῃ, ὡς τὸ, Σεμνὴν ἑορτὴν καὶ τέλος προσά-*

ξομεν. ubi scribendum προσάψομαι. Recte scripta leguntur eadem in *Scholio* ad Il. Κ, 56, *Homeri Leidensis. Schol. Eurip.* in istum Medeae v. 1382, τέλη, inquit, λέγει τὰ μυστήρια καὶ τὰς τελετάς. In iisdem *Scholiis* de festo, Medeae occasione instituto Corinthiis, rarissima traduntur ad v. 9 et v. 273, quibus locum dare *Meursius* potuerat in Gr. Fer. ut supra notatis in suis Eleusiniis: sed nihil inde de mysteriis colligas, quibus illic locum fuisse non opinor: τέλη pro τελεταῖς illic etiam cepit Ill. *Ez. Spanhem.* in *Callim.* h. Cerer. v. 130. Per τέλη certum potius *vectigal* intelligi posset, in sumtum festi destinatum. Antequam Scholia *Barnes.* interpolasset in *Homerum*, ad Il. Κ, 56, ista legebantur in fine *Scholii*: καὶ τὸ τέλος * τὸ μυστικὸν, τὸ μυστήριον *. Suspicor illic olim lectum *Aeschyli* senarium, quem, aliunde ignotum, praebet *Schol.* ad ista *Sophoclis* Oed. in Col. 1043. Οὗ πότνιαι σεμνὰ τιθηνοῦνται τέλη θνατοῖσιν. *Schol.* Τέλη] τὰς τελετὰς, καὶ Αἰσχύλος, "Εφριξ' ἔρως δὲ τοῦδε μυστικοῦ τέλους. In Sophocleis certe bis minimum Eleusinia mysteria dicuntur τέλη, sicut hic *Euripidi*.

Vs. 26 Πατρὸς εὐγενὴς δάμαρ Ἰδοῦσα] Ipsa se Phaedra tum primum incensam amore fatetur Hippolyto in Epist. *Ovidii* Her. IV, 67, *Tempore, quo vobis inita est Cerealis Eleusin; — Tunc mihi praecipue, nec non tamen ante, placebas: acer in extremis ossibus haesit amor. Candida vestis erat, praecincti flore capilli:* convenienti sacris habitu describi recte videbatur Clar. *Burmanno.* — Sed capacissimum oportet in Eleusinio sacrario fuerit vestiarium, si lex fuit Attica, quam cum multis aliis confinxit satis absurdam, non sane Κριτικώτατος, Theologus perdoctus, *S. Petitus* LL. Att. I, Tit. I, XVI, Ἐν οἷς τις ἱματίοις μυηθείη, εἰς ταῖν θεαῖν ταῦτα ἀνατιθέναι.

Vs. 31. — ναῷ Κύπριδος ἐγκαθείσατο Ἐρῶσ' Ἔρωτ' ἔκδημον] *In templo Veneris dedicavit Amans* Phaedro *Cupidinem* nomine Ἔρωτος ἐκδήμου, *Amoris absentis.* Vulgatarum ante editionum haec est scriptura: ναὸν Κύπρ. ἐγκαθίσατο Ἐρῶσ' ἔρωτ' ἔκδημον· *inaedificavit templum Veneris Ardens amore absentis:* ἐγκαθείσατο accepit a Codicibus oblatum *Musgravius*, inventum et in Parisino ab *Hemsterhusio*: ἐγκαθίσατο praebet Flor. MS. — ναοῖ scriptio vetus in ναὸν mihi degenerasse videbatur: unam hinc lineolam abstuli; vocem etiam ἔρωτ' in nomen proprium Cupidinis litera producta mutavi; haec mihi duo tantilla licere credidi; nihil in vicinis novandum; ubi tamen prorsus intelligi nequeunt, ut nemini fuerunt intellecta. Τὸ λοιπὸν ὠνόμαζεν ἱδρύσθαι θεάν. In sequentibus, quantum pote, brevis esse laborabo: hunc unum mihi locum liceat accuratius pertractasse. Sic itaque versus istos *Euripidi* scriptos suspicor:

> Καὶ πρὶν μὲν ἐλθεῖν τήνδε γῆν Τροιζηνίαν,
> Πέτραν παρ' αὐτὴν Παλλάδος, κατόψιον
> Γῆς τῆσδε, ναῷ Κύπριδος ἐγκαθείσατο,
> Ἐρῶσ', Ἔρωτ' ἔκδημον· Ἱππολύτῳ δ' ἔπι
> Τὸ λοιπὸν ὑμνήσουσιν ἱδρύσθαι θεόν.

Et ante quidem, quam in hancce regionem veniret Troezeniam, ad ipsam rupem Palladis, quae hanc terram despectat, in templo Veneris dedicavit amans Amorem absentem: in posterum autem perhibebunt, Deum illic (sive Cupidinis signum) *in honorem Hippolyti fuisse collocatum.* Nihil omittam, quod videri possit explicandum. Non sane nego, templum quoque Veneri statuisse Phaedram; sed *Euripidis* phrasin postulare tantum arbitror *Cupidinem* in templo dedicatum. Iam primum, si res ipsa per se spectetur, nemo diffitebitur amante Phaedra Cupidinis simulacrum dignum fuisse donarium:

> — — καὶ γὰρ ἐοῦντας
> Δῶρον Ἔρωτι φέρειν αὐτὸν Ἔρωτα θέμις·

ut est in Antholog. IV, c. XII, ep. 52. Amans ipse Pisistratus ferebatur τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἔρωτος ἐν Ἀκαδημίᾳ καθιερῶσαι, nar-

narrante *Plutarcho* in Solone p. 79. B. Euripidei forte loci memor, scribebat in Verrem *Cicero*, II, c. 47, *in Eryco monte*, Veneri dicato, *vidi argenteum Cupidinem cum lampad.* — *Ardebat amore illius hospitae, propter quam hospitii iura violerat. Hoc non solum scri tum, verum etiam commemorari semper volebat.* Suum etiam Phaedra commemorari semper *Amorem* volebat, sed absentis mariti legitimum, Ἔρωτ' ἔκδημον. Instar aliarum, sub hoc pietatis velo potuisset amorem absentis Hippolyti tegere, si per Venerem licuisset. — In Euripideis, ad rupem Palladis ista pertinere κατόψιον γῆς τῆσδε, iam vidit *Jo Meursius* in Theseo c. 21, quo essent modo capienda monuerunt *Reiskius*, et *Heathius.* Cum e Graecis possent aut Latinis Poëtis illustrari, horum nunc pauca tantum adscribam; ubi primum verba posuero *Diodori Siculi*, haec velut interpretantis L. IV, p. 306, 24, Ἱππολύτου δ' ἐπανελθόντος εἰς τὰς Ἀθήνας πρὸς τὰ μυστήρια, Φαίδρα διὰ τὸ κάλλος ἐρασθεῖσα αὐτοῦ, τότε μὲν ἀπελθόντος, ἱδρύσατο ἱερὸν Ἀφροδίτης παρὰ τὴν ἀκρόπολιν, ὅθεν ἦν καθορᾶν τὴν Τροιζῆνα. *Scholiasta* scripserat *Eurip.* ἐπὶ πέτρας, ἀφ' ἧς [ἦν] ἀποβλέπεσθαι τὴν Τροιζῆνα. Elegantius et more Poëtarum rupem Palladis ipsam consideravit *Euripides* ut Troezenis Pittheïae *speculatricem*, sive *desuper ad spectantem Troezena*: sensum sic dant rebus inanimis; quod *Servius* animadvertit in *Virgil.* Aen. I, 420, *collem, qui plurimus urbi Imminet, adversasque adspectat desuper arces:* conf. Aen. VII, 740. *Tibull.* I, El. VIII, 19. *Virgilium* suum expresserunt *Statius* et *Claudianus*: illi *Celsa Dicarchei speculatrix villa profundi*, dicitur Sylv. II, 2, v. 3. *Claudiano* de Nupt. Honor. et Mar. v. 50, Mons Cypri Veneri sacer, *Invius humano gressu, Phariumque cubile Proteos, et septem despectat cornua Nili.* — Πέτρα Παλλάδος est utique, quam Ἀθάνας σκόπελον vocat *Eurip.* Ion. v. 1434, 1480. πέτραν κουφὴν *Arrian.* in *Epist.* II, c. 16, p. 261. ru-

A pes Athenis Atticis praerupta, in qua arx erat sita, περιφανὴς ἄνω διὰ μέσης τῆς πόλεως, *Aristidae* Soph. T. I, p. 171. Ex arce summa late patebat in mare subiectum atque in Troezeniam regionem prospectus. Thesei *pater*, *Catulli* Carm. LXIII, 241, *ut summa prospectum ex arce petebat,* — *Quum primum inflati conspexit lintea veli, Praecipitem sese scopulorum e vertice iecit.* B In summo vertice Palladis templum longe navigantibus erat, et via sacra euntibus spectabile: *Lucretius* VI, 749, *Est et Athenaeis in moenibus, arcis in ipso Vertice, Palladis ad templum*, etc. hinc intelligendum *Lycurgi* ἀφορῶν c. Leocr. p. 150, 5. *Pausanias* I, p. 67 f. statuae Minervae ἡ τοῦ δόρατος, ait, αἰχμὴ καὶ ὁ λόφος τοῦ κράνους ἀπὸ Σουνίου προσπλέουσίν ἐστιν ἤδη σύνοπτα. *Dicaearchus* C apud Athen. XIII, p. 594, F. de via sacra loquutus, ἐνταῦθα, inquit, κατασπτὰς, οὗ ἂν ᾖ τὸ πρῶτον εἰς Ἀθήνας ἀφορώμενος νεὼς καὶ τὸ πόλισμα. recte, ni fallor, corrigo, literis aliquot repetitis, οὗ ἂν φανῇ τὸ πρῶτον εἰς Ἀθήνας ἀφορωμένῳ ὁ νεὼς καὶ τὸ πόλισμα, *ubi Athenas versus spectanti primum adparere coeperit templum et arx.* hic commodum in mentem veniunt *Virgiliana* ex Ecl. IX, 59, *Hinc adeo* D *media est nobis via: namque sepulcrum Incipit adparere Bianoris:* facta de *Theocriteis* ex Eid. VII, 10, Κοὔπω τὰν μεσάταν ὁδὸν ἄνυμες, οὐδὲ τὸ σᾶμα Ἀμῖν τὸ Βρασίλα (sive potius Βρασίδα) κατεφαίνετο. — Iam vero si suo more scripsit hoc loco Poëta, ναὸν Κύπριδος ἐγκαθείσατο, potuit hic idem evenire quod alibi: vid. *Schol.* in Phoen. p. 688. illinc facile natum ναὸν interpretes etiam inducere E aliosque lectores, ut in Athenarum arce Phaedrae iussu conditum in honorem Hippolyti templum Veneri statuerent. Sed sane fuerit Athenis tale templum a Phaedra Veneri dicatum, quod praeter *Diodor. Siculum*, *Euripidis Scholiastas*, ex *Asclepiade*, sua illud aetate dictum Ἱππολύτειον tradente, narrat *Schol.* in *Hom.* Od. Λ, 320, hinc *Jo. Meursius* in Theseo c. XXI, et *P. Burmannus*

nus

nus in Iove Fulgerat. c. VIII, qui Ioannem Tzetzen putat *duo templa Veneri a Phaedra excitata confundere*, scribentem in *Lycophr.* Alex. v. 610, ἐν Τροιζῆνι Φαίδρα ἱερὸν Ἀφροδίτης ἱδρύσατο ἐπὶ τῷ Ἱππολύτου ἔρωτι. Non debuerat eam in rem aliena haec *Euripidis* advocare verba *Tzetzes*; sed nusquam etiam in Atticis suis aut alibi *Pausanias* templum Veneris memorat a Phaedra conditum Athenis; in Corinthiacis vero, Troezenis enarrans monumenta vetera, II, p. 187, partem stadii Ἱππολύτου καλουμένου· καὶ ναὸς, inquit, ὑπὲρ αὐτοῦ Ἀφροδίτης Κατασκοπίας· αὐτόθεν γὰρ, ὁπότε γυμνάζοιτο ὁ Ἱππόλυτος, ἀπέβλεπεν ἐς αὐτὸν ὁρῶσα (leg. ἐρῶσα, *amans*) ἡ Φαίδρα. — Sive templum Veneri statuerit, praeter illud Speculatricis, etiam Athenis aliud; seu minus; illud nihil adeo facit ad haec *Euripidis*. Scribere potuerat in istum quidem sensum,

> Τεύξασα ναὸν Κύπριδος ἐγκαθείσατο
> Ἐρῶσ' Ἔρωτ' ἔκδημον.

ut *Lycophron* Alex. v. 1261,

> Δείμας δὲ σηκὸν Μυνδίᾳ Παλληνίδι
> Πατρῷ' ἀγάλματ' ἐγκατοικιεῖ θεῶν.

Eurip. Iphig. in Taur. 1453, Ἐνταῦθα, τεύξας ναὸν, ἵδρυσαι βρέτας. Sed *templum Veneris aedificavit* dici potuisse ab *Euripide*, ναὸν Κύπριδος ἐγκαθείσατο, hoc equidem non opinor, contendens scribi debuisse, ναῷ — ἐγκαθείσατο Ἔρωτ' ἔκδημον. quia istiusmodi composita hac ubique structura frequentantur. In *Lycophronis*, quem citabam, Alex. vitiosus vs. 1204, Νήσοις Μακάρων δ' ἐγκ. sic scribendus est,

> Νήσοις δὲ Μακάρων ἐγκατοικήσεις μέγας
> Ἥρως.

ut *Euripides* in Antiopa, κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις. Propius accedunt *Euripidis* ex Iphig. Taur. v. 977, *misit me Phoebus* λαβεῖν Ἄγαλμ', Ἀθηνῶν τ' ἐγκαθιδρύσαι χθονί. de donariis in templis dedicatis *Callim.* h. Dian. v. 229, σοὶ δ' Ἀγαμέμνων Πηδάλιον νηὸς σφετέρης ἐγκάτθετο νηῷ. In *Oraculo* ap. *Pausan.* X, p. 832,

A Μή μοι — σκύλων — κόσμον Νηῷ ἐγκαταθῇς. *Pindarus* Pyth. V, 54. Κρῆτες ὃν (ἀνδριάντα) τοξοφόροι τέγει Παρνασσίῳ καθέσσαντο. scribi quoque poterat, τέγει Παρνασσίῳ 'γκαθέσσαντο, *quam* statuam *in templo Delphico collocarunt*. Sed καθέσσατο legitur etiam in epigrammate *Anthol. MS.*

> Εὔχεο Τιμώνακτι θεῶν κήρυκα γενέσθαι
> Ἤπιον, ὅς μ' ἐρατοῖς ἀγλαΐην προθύροις
> B Ἑρμῇ τε κρείοντι καθέσσατο.

Illud καθέσσατο, sive καθείσατο, vix alibi reperitur: ut στῆσαι, στήσασθαι, ἱδρύσασθαι· sic saepenumero recurrunt apud quosvis scriptores, Poëtas praesertim, εἵσατο βωμὸν, ναὸν, τέμενος, ξόανον· postremum praebet epigramma, nemini quod sciam editum,

> C Τὸ ξόανον τὸ περισσὸν Ἀεξιμένης Ἀφροδίτᾳ
> Εἵσατο, τῆς πάσης ναυτιλίης φύλακα.

Quia cum ceteris εἵσατο frequentat *Callimachus*, forte cui videri posset scripsisse h. Dian. v. 233,

> δύω, θεὰ, εἵσατο νηούς.

sed Ἐκαθίσατο *Hesych.* explicat ἱδρύσατο. et *Apollon. Rhod.* memorat Βωμοὺς, τοὺς
D Μήδεια καθίσσατο, IV, 1219. conf. v. 278. Atticis familiare fuit εἵσατο· neque dubito quin dederit *Euripides*, instar aliorum, ναῷ Κύπριδος ἐγκαθείσατο Ἐρῶσ' Ἔρωτ' ἔκδημον. Neminem hic futurum arbitror, qui me docere vel alios velit, exemplis in medium prolatis, ἐρᾷν ἔρωτα δριμύτατον, ἐπουράνιον ἐρᾷν ἔρωτα, et similia Graecis in usu esse: si genuinum est, ut puto, ναῷ K. ἐγκαθείσατο, dubium non remanebit, quin *Cu-*
E *pidinem* Poëta dixerit ab amante Phaedra dedicatum; in sequenti autem versu θεὸν sit scribendum. Sed, nisi per literas ante hoc decennium communicata *Musgravio* placuisset, elegantiarum veterum spectatori cultissimo, vererer equidem, ut Docto possem Lectori conjecturam adprobare paulo audaciorem, qua pro, Τὸ λοιπὸν ὠνόμαζεν —, scribendum suspicabar:

— Ἱπ-

— — Ἱππολύτῳ δ' ἔπι
Τὸ λοιπὸν ὑμνήσουσιν ἱδρῦσθαι θεόν.

Nititur illa tum vulgatae lectionis absurditate (quam tamen exhibet *Jo. Tzetzes* in *Lycophr.* Alex. v. 610), tum *Euripidis* more loquendi, editae lectioni nihil usquam simile scribentis, haec autem Iphig. in Taur. v. 1457,

Ἄρτεμιν δέ νιν βροτοὶ
Τὸ λοιπὸν ὑμνήσουσι Ταυροπόλον θεάν.

minus autem bene, Τὸ λοιπὸν ὀνομάσουσι, cum ἱδρῦσθαι conveniret: verbum certe requiritur futuri temporis: *Eurip.* Orest. v. 1684, Κεκλήσεται δὲ σῆς φυγῆς ἐπώνυμον etc. Herc. v. 1329, ταῦτ' ἐπωνομασμένα Σέθεν τὸ λοιπὸν ἐκ βροτῶν κεκλήσεται. Ion. v. 1590, Δῶρος μὲν, ἔνθεν Δωρὶς ὑμνηθήσεται Πόλις. hac mea meliorem ubi quis lectionem excogitaverit, primus illam recipiam. Nisi in his modum excessissem, quae mendosa leguntur in Scholiis, et de monte *Glaucopio* minime vulgata, hic quoque tractari potuissent: nunc aliis illa relinquam pertractanda.

Vs. 34. Ἐπεὶ δὲ Θ. Κ. λείπει] Recte recepit *Musgravius*, pro λίπε, ex Codd. quibus accedunt Paris. et Flor.: aeque vitiosum λίπε χθόνα, relictum in Phoeniss. v. 1676. illic λεῖπε scribendum; hic, absque Codd. detectum *Piersono*, Verisim. p. 60, λείπει recipi potuerat ex *Euripidis* more scribendi; Phoen. v. 63, Ἐπεὶ — σκιάζεται· Androm. v. 29, Ἐπεὶ — γαμεῖ· Heraclid. v. 9, ἐπεὶ κατ' οὐρανὸν Ναίει. In Hecuba vulgatur v. 21.

Ἐπεὶ δὲ Τροία θ', Ἕκτορός τ' ἀπώλετο
Ψυχὴ,

quantumvis sequatur, πατρῴα θ' ἑστία κατεσκάφη, genuinum arbitror praesens tempus ἀπόλλυται, quod legit ex suis Codd. *Eustath.* in Il. Ε p. 413, 50. Κ p. 790, 38. Ν p. 939, 43. inventum et in Codd. *Thomae M.* in v. Ψυχή. His in libris versatus tempora sic diversa iungi non mirabitur: In Alcesti ver-

A sum dat MS. Flor. 174 sic scriptum:

Ἐνταῦθα δὴ δάκρυσε, καὶ λέγει τάδε.

pro κἄλεγε. in Ione pro κἄπλεκε v. 826 scriberem, ἐψεύσατο — καὶ πλέκει πλοκάς. Iphig. Taur. v. 16,

Εἰς ἔμπυρ' ἦλθε, καὶ λέγει Κάλχας τάδε.

Vs. 35 Μίασμα φεύγων αἵματος] *Statio*, Theb. I, 401, dicitur *Calydona re-*
B *linquens Olenius Tydeus; fraterni sanguinis illum Conscius horror agit:* in *Euripidis* Oeneo Diomedi, πέδον Καλυδῶνος, ἔνθεν αἷμα συγγενὲς φυγὼν Τυδεὺς — Ὤικησεν Ἄργος. et in Supplic. v. 148. Multum distant formae loquendi *Tragici*, αἷμα φεύγειν, et forensis illa *Demosthenis*, c. Mid. p. 548 §. 192, ἐφ' αἵματι φεύγειν, *in iudicio caedis accusa-*
C *ri.* — Pallantidarum historia ex *Scholiis*, *Meursio* partim iam emendatis, et aliunde satis nota est.

Vs. 38. — στένουσα, κἀκπεπληγμένη Κέντροις ἔρωτος] Est et in Flor. Cod. κἀμπεπληγμένη· quam lectionem in uno suorum repertam iure reiicit *Musgravius*, Medeae citans v. 8. Illic Ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος est *Ennii Medea*, *a-*
D *nimo aegra, amore saevo saucia:* sed huic simul obversabatur, *animo aegram* scribenti, στένουσα Phaedra. Initio *dramatis* Χριστοῦ Πάσχ. Adami coniux satis inepte dicitur

Ἔρνους ἔρωτι θυμὸν ἐκπεπληγμένη.

sed nostro versu haud absurdam invenisse Conditor istius dramatis videtur lectionem: versus illic est 354, Καὶ νῦν, στένου-
E σα πολλὰ, καὶ πεπληγμένη Κέντροις ἀνίας, ἢ παντλήμων δακρύω. v. 748, Ὅθεν κἀγὼ, στένουσα καὶ πεπληγμένη Κέντροις ἀνίας ἡ τλάμων ὀδύρομαι. turpissima peccata, quae versus ubique confodiunt, etiam sola diversum monstrant auctorem a *Gregorio Nazianz.* Iam vero, fateor, καὶ πεπληγμένη Κέντροις ἔρωτος aptius mihi videtur, quam ἐκπεπληγμένη: quantumvis alibi rectissime legatur, et noster dixerit in

in Helena v. 1413, Τοῦ πρόσθεν ἀνδρὸς χάρισιν ἐκπεπληγμένην. Recte quidem Medea Ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ', at in eodem dramate novae nuptae Iason v. 556, ἱμέρῳ πεπληγμένος· quod est idem et in *Aeschyli* Agam. v. 553, et v. 1213. Et est simplex illud in talibus multo usitatius. Ubi hoc in dramate, v. 1303, Phaedra Dianae dicitur, *Veneris* Δηχθεῖσα κέντροις, mihi vero scripsisse videtur Πληγεῖσα κέντροις, exempla quaedam adscribi poterunt.

Vs. 41. Ἀλλ' οὔτι ταύτῃ] *Sed non sic* τόνδ' ἔρωτα χρὴ πεσεῖν, *huncce amorem abire oportet*: ἀνενέργητον γενέσθαι, ut recte legitur in Scholiis. Hic est plena forma loquendi, qualis in *Aesch.* Prom. V. v. 510, *Aristoph.* Equit. v. 850, atque hinc impleri facile poterit contracta, congrua personae in *Eurip.* Med. v. 365,

Ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα· μὴ δοκεῖτέ πω.

quae sic vitiose scripta sunt in Christo Pat. v. 250, Ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα· μή σοί που (l. σύ πω) δόκει. Ἔτ' εἰς ἀγῶνας σύ τε καὶ μιαιφόνοι. ex *Euripide* dederat *Auctor*: Ἔτ' εἰσ' ἀγῶνες σοί τε καὶ μιαιφόνοις. Tragicus apud Ciceron. de N. D. III, c. 26, *Nequaquam istud istac ibit: abibit* usitatius in talibus: *Catull.* Carm. XIV, 16, *Non, non hoc tibi, salse, sic abibit. Seneca* Herc. Fur. v. 27, *Non sic abibunt odia. Terent.* Andr. I. 2, 1, *Mirabar, hoc si sic abiret.* Aeneam decebat, *Non ita*: in *Virg.* Aen. II, 583.

Vs. 43. — πολέμιον πεφυκότα] In Cod. legitur Paris. in aliis etiam ap. *Musgrav.* πολέμιον νεανίαν. haec mihi lectio secundae, prioris Editionis altera fuisse videtur. Dantur inter varias Codicum plures, de quibus idem videtur iudicandum.

Vs. 47. Ἡ δ' εὐκλεὴς μὲν] Non est digna memoratu *Sam. Petiti* coniectura Miscellan. III, c. XIX. Insignis genere, pietate, virtutibus Phaedra, tamen periret οὐκ ἔτ' εὐκλεής, v. 687, ut

A in Hippolyto puniendo Venus animum expleret suum; quae Phaedram ob genus etiam oderat a Sole ductum, *iam pridem sponte requirens Colchida, et invisi genus omne exscindere Phoebi*, *Valer. Flacc.* VI, 468. — In Christo Pat. versus est 750, Εἴμ' εὐκλεὴς μέν, ἀλλ' ὅμως ἀπόλλυμαι.

Vs. 48. — τὸ γὰρ τῆσδ' οὐ προτιμήσω κακὸν,
B Τὸ μὴ οὐ] Sic ante legebantur ista — οὐ προτιμήσω κακὸν, Τοῦ μὴ οὐ παρασχεῖν. In Edit. dramatis prima haec exhibentur literis maiusculis: Τὸ γὰρ τῆσδ' οὐ προτιμήσω ΚΑΛΟΝ. ΚΑΚΟΝ. ΤΟ ΜΗ ΟΥ Π. Hinc recepi Τὸ μὴ οὐ, firmatum a Cod. Paris. Mutata quoque fuit distinctio; quia iungenda videbantur κακὸν, Τὸ μὴ οὐ παρασχεῖν etc. In Scholiis ad *Aristoph.* Ran v. 317, sic versus legitur *Euripidis*: Φαίδρα·
C τὸ γὰρ τῆσδ' οὐ προτιμήσω καλόν. hoc dant etiam duo Codd apud *Musgrav.* placuitque *Marklando*, *Heathio*, et viro *D.* in Miscell. Obs. III, p. 107. Et fateor lectionem istam esse speciosam; sed hac admissa versu tamen sequente Τὸ μὴ οὐ παρασχεῖν necessario requiritur; qui modus loquendi Veneris esset indignabundae, ante infinitivum, in talibus usitatum, omittentis voces οὐ κακὸν, vel οὐ
D δεινόν ἐστι, vel harum similes. Quia tamen in optimis legitur Codd. κακὸν servandum existimavi, iungendumque cum sequentibus. — Τὸ γὰρ τῆσδ' οὐ προτιμήσω Attico more scribendi significat, *huiusce enim commodum non curabo*, sic nempe, ut illud anteponam meae vindictae: saepius absque tali respectu προτιμῆσαι notat φροντίσαι, vel λόγον ἔχειν· vid. *L. Bos* Animadv. ad *Joseph.* p. 89. Quo
E hic sensu, legitur in *Eurip.* Heracl. 883, Τὸ σὸν προτιμῶν· parum distat in Elec. v. 1114, Τοὐμὸν δ', οὐχὶ τοὐκείνου σκοπῶ. *Soph.* Aj. 124, Οὐδὲν τὸ τούτου μᾶλλον ἢ τοὐμὸν σκοπῶν. v. 1330, ὅρα μὴ τοὐμὸν ἀλλὰ καὶ τὸ σόν. et in *Eurip.* Androm. v. 256, qui verbum etiam προτιμᾶν sic adhibuit in Alc. v. 761, et alibi; ut *Aeschylus* Eumen. 644, 744, Agam. 1424, *Sophocles*, *Aristophanes*, ceterique. His iisdem,

dem, *Sophocli* praesertim frequentatur A etiam intio senariorum Τὸ μὴ οὐ, per συνεκφώνησιν iambus; nusquam, si bene memini, reperietur apud Atticos Poëtas Τοῦ μὴ οὐ. Qua hic structura, legitur etiam saepius: *Eurip.* Phoen. v. 1183, *nihil impediet* Τὸ μὴ οὐ κατ' ἄκρων περγάμων ἑλεῖν πόλιν· apud *Stob.* p. 45?, 20, Τὸ μὴ οὐ σε, μῆτερ, προσφιλῆ νέμειν ἀεί. — Κακὸν, ut in Or. v. 478, τὸ μέλλον ὡς κακὸν τὸ μὴ εἰδέναι. hoc vero loco, hac pro- B bata lectione, significaret ista Venus: *indignum esset persona mea: si poenas non luerent inimici, quae pectus meum exsaturarent:* ἢ θεοὶ μὲν οὐδαμοῦ, Τὰ θνητὰ δ' ἔσται μεγάλα, μὴ δόντος δίκην, Iris ait in *Eurip.* Herc. v. 841, *Ovidii* Pallas Met. VI, 4, *Numina nec sperni sine poena nostra sinamus.*

Vs. 53. — ἔξω τῶνδε βήσομαι τόπων] C Ex aliis etiam Codd. quibus accedunt Flor. et Paris. sic edidit *Musgravius* pro δόμων· hanc et illam memorans *Schol.* monstrat in suis Codd. lectionem utramque repertam: minus cogitate si scripserat *Euripides* primum δόμων, non miror in Editione correcta dedisse τόπων, nam scena dramatis ante aedes regias Pitthei statuitur Troezene: infra quoque v. 1393, Ἔστ' ἐν δόμοισι τοῖς- D δέ γ' Ἄρτεμις θεά; vulgabatur ante, quam ex optimo Codice τόποισι recepisset *Musgravius.* — Nihil ille varietatis enotavit in v. 55, quo Ἄρτεμιν τιμῶν θεὰν praebent saltem duo Codd. Flor. et Paris. pro θεόν. Hic alteram tamen lectionem praefero; sed in Androm. v. 1258, Florentinam, θεὸς συνοικήσεις θεᾷ· vulgatae θεῷ. in Bacch. legitur v. 296, θεᾷ θεὸς Ἥρα ποτ' ὡμήρευσε. In Hec. v. E 355 Ἴση θεαῖσι est in Codd. Leid. et in Troas. v. 23. Ἀργείας θεᾶς dat Cod. Flor. in Iphig. Taur. aliquoties *Dea* θεὸς sed multo frequentius et plus vicies dicitur θεά. Ceres et Proserpina Athenis dicebantur τὼ θεὼ, sed *Dea* ἡ θεὸς illic etiam erat dicenda, quod *Luciano* T. III. p. 205, *Macrobio* p. 247, aliisque pro ὁ θεὸς restituendum est: *Deum Venerem* quoque dixisse Romanos docet *Macrob.* Saturn. III, c. VIII.

Vs. 58. Ἕπεσθ' ᾄδοντες ἕπεσθε Τὰν Διὸς etc.] In versum 57 τε pro δὲ, hic pro ἀείδοντες recepit ᾄδοντες *Musgr.* ex Codd. quibus concinunt Flor. et Paris. in quo mox semel tantum scriptum nomen Ἄρτεμιν· et, loco quatuor versuum, ista tantum, Ζανὸς γένεθλον χαῖρε Λατοῦς καὶ Διὸς Ἄρτεμι. — Ista v. 60, Πότνια πότνια σεμνοτάτα, saepius in Mariam transtulit virginem *Conditor* insulsi dramatis Χ. Π. v. 100, 130, 560, 646. *Euripidis* hic venatoribus, opinor, obversabatur *Homeri*, ex Il. Φ, 470, πότνια θηρῶν Ἄρτεμις ἀγροτέρη. est illic in *Cod. Leid. MS. Scholion* vetus: Πότνια, ἡ δεσπότις. (sic leg.) μεταβαλὼν δὲ Ἀνακρέων φησὶ, Δέσποιν' Ἄρτεμι θηρῶν. — In Cod. Paris. ut ad v. 70 omittitur Hippolyti nomen, sic ad v. 60 non Χοροῦ sed recte meo iudicio legebatur adscriptus index Θεραπόντων. Quos in venando comites habebat, Hippolytus alloquitur *Senecae* dramatis initio. Hic qui domum a venatione cum Hippolyto redibant ista cantasse, non chorum, veteres etiam videre *Scholiastae*, quorum alter, ἄλλοι τινές εἰσι παρὰ τὸν Χορόν· ὁ γὰρ Χορὸς ἐκ Τροιζηνίων γυναικῶν· alter, ἕτεροι, inquit, εἰσὶ τοῦ Χοροῦ, καθάπερ ἐν τῇ Ἀλεξάνδρᾳ ποιμένες. illic itaque fuerunt etiam a choro diversi *Pastores*, quod non animadvertit *Heathius:* horum in reliquiis etiam *Euripidis* Alexandri *Ennianis* fit mentio p. 232, *Quapropter Parim pastores nunc Alexandrum vocant.* Quid ex *Euripidis* more scribendi praecesserit aestimare licet ex *Ovidii* Her. Ep. XVI, 357, 358. — Cum hoc cantico suavissimum melos *Agathonis* et huic accinentis chori comparari poterit in *Aristoph.* Thesmoph. v. 120, Τὰν ἐν ὄρεσι δρυογόνοισι — Σι κόραν ἀείσατ' Ἄρτεμιν Ἀγροτέραν. Χορ. Ἕπομαι κλῄζουσα σεμνὸν Γόνον ὀλβίζουσα Λατοῦς, Ἄρτεμιν ἀπειρολεχῆ. v. 135, Χαῖρ' ὄλβιε παῖ Λατοῦς. hoc quoque Chori in *Eurip.* Iphig. Aul. v. 1520, Ἀλλὰ τὰν Διὸς κόραν Κλῄσωμεν Ἄρτεμιν, θεῶν ἄνασσαν.

Vs. 68. Aἳ μέγαν κατ' οὐρανὸν Ναίετ'] A Paris. Cod. Ἃ μέγα κ. ο. Ναίεις· hoc ultimum praebet et Flor. et *Musgrav.* ex aliis. Haec quoque fortasse fuerit duplicis Editionis diversa lectio. Hic certe scribi potuit: Ἃ μέγαν κατ' οὐρανὸν Ναίεις εὐπατέρειά γ' αὐλὰν Ζανὸς, πολύχρυσον οἶκον· quae mihi lectio vulgatâ melior videretur. Ultima, prout vulgantur, juncta quoque legit *Eustathius;* nam ad initium Il. Δ, ὁ παρ' Εὐριπίδῃ, inquit, Ζηνὸς πολύχρυσος οἶκος ἐκ τοῦ Ὁμηρικοῦ χρυσέου δαπέδου εἴληπται. B Sed simul tamen ad αὐλὰν, Ζανὸς pertinere nomen fatendum est: *Diis* se dicit *omnibus invisum Aeschyli* Prometheus v. 120, ὁπόσοι Τὴν Διὸς αὐλὴν εἰσοιχνεῦσιν· illic intelligens *magni tecta Tonantis Regalemque domum*, in quam de rebus humanis Dii conveniebant cum Iove consulturi: Iupiter in *Platonis* Critia T. III, p. 121. C. ξυνήγειρε C θεοὺς πάντας εἰς τὴν τιμιωτάτην αὐτῶν (f. αὐτοῦ) οἴκησιν, etc. *Auctor* Axiochi p. 162, memorat τὴν ὑπόγειον οἴκησιν, ἐν ᾗ βασίλεια Πλούτωνος οὐχ ἧττω τῆς τοῦ Διὸς αὐλῆς· sed in isto loco *Stobaei* praebebat Codex MS. qui fuit *Anton. Augustini*, (ut οἴκησιν) οὐχ ἧττον τῶν τοῦ Διός· Iovis aula, εὔπαις illa quidem sive καλλίπαις, minus commode mihi dici videtur, εὐπατέρεια, aptissime autem Diana: D εὐπατέρειαν Ἄρτεμιν canebat Orpheus *Apollon. Rhod.* I, 570. quibuscum Euripidea comparat Ill. *Ez. Spanhem. in Callim.* h. in Dian. v. 4. Minerva *virgo* dicitur εὐπατέρεια *Comico* in *Schol.* ined. in *Aristid.* Codice *MS.* Clar. *Burmanni* p. 132. sic enim scribi debuerat, non εὐπάτειρα.

Vs. 73. Σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ E ἀκηράτου Λειμῶνος] Dubitarunt Grammatici veteres, utrum haec essent de florum corona capienda proprio sensu, an figurato, de hymno, quem Deae dixerit Hippolytus; an utroque simul; ut coronam, quam gestabat imponendam statuae Dianae, primum quidem significaverit, sed simul laudum coronam, quam Deae suae virgini pudicus necteret. In *Scholiis Philochorus* φησὶ, τῷ μὲν ξοάνῳ πλεκτὸν στέφανον (infra τὸν χειροποίητον) προσφέρειν, τῇ δὲ θεῷ τὸν ὕμνον, ἐξ — ἀδόλου καὶ ἀφθάρτου διανοίας. Absurde legitur in iisdem: ὁ Φιλόχορος τὴν ἐν Ἄγραις Ἄρτεμιν τῷ μὲν λόγῳ στέφεσθαι φησίν. ubi scribendum esse τῷ μὲν λωτῷ στέφεσθαι, *loto coronari*, vel ista monstrant ad v. 58 lecta, Τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀρτέμιδος οἱ μὲν δικτάμῳ, οἱ δὲ ἐχίνῳ, (corrigendum σελίνῳ, *apio*,) οἱ δὲ λωτῷ στέφεσθαι φασί. De hymno, *quo Dianam celebraverat*, Euripidea *M. A. Muretus* accepit V. L. VIII, c. 1, versus hos undecim numeris Latinis suavissimis interpretatus, quos huc libenter transscriberem, nisi *Mureti* libelli omnium essent in manibus. Nec sane mirandum est de sensu hic allegorico cogitasse *Scholiastas;* quum nihil in his inveniatur, quod non antiquissimi iam Poëta transtulerint in sensus figuratos, quibus πλέκειν ὕμνον aeque dicebatur ac πλέκειν στέφανον. *Pindarus*, ἀνδράσιν αἰχμηταῖσι πλέκων Ποικίλον ὕμνον, de se ipso sic loquitur Ol. VI, 147. *Horatius* Carm. I, Od. XXVI,

ô quae fontibus integris
Gaudes, apricos necte flores,
Necte meo Lamiae coronam,
Pimplei dulcis.

In Epigramm. *Antipatri Sidonii*, *cum Sapphone* πειθὼ

Ἔπλεκ' ἀείζωον Πιερίδων στέφανον.

Nota *Meleagri* corona, μύσταις Κοινὸς ὁ τῶν Μουσέων ἡδυεπὴς στέφανος, in quam ἐνέπλεκε flores de quorumvis Poëtarum veterum pratis decerptos. *Lucretius*, I, 725, *Avia Pieridum peragro loca; — iuvatque novos decerpere flores; Insignemque meo capiti petere inde coronam; Unde prius nulli velarint tempora Musae.* *Aristoph.* Ran. v. 1334, ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν Φρυνίχῳ Λειμῶνα Μουσῶν ἱερὸν ὀφθείην δρέπων — In sensus certe figuratos Euripidea saepe veteres transtulere; ne dicam conditorem Trag. Christ. P. v. 2588, 89. ubi eadem paene verba leguntur, et v. 2602, Καὶ σοὶ χαριστήριον ὕμνον

νῦν πλέκνω· *Clemens Alex.* in suum Παιδαγωγὸν p. 313.

> Σοὶ τόνδε κἀγὼ, Παιδαγωγὲ, προσφέρω
> Λόγοισι πλέξας στέφανον ἐξ ἀκηράτου
> Λειμῶνος.

huc quoque respiciens Strom. I, p. 322, 16. De multis, quibus, ista figurato sensu adhibentibus, Euripidea videntur obversata, nunc unius tantum verba profero *Themistii* ex Or. XV, p. 185. A. *cur non liceret*, καθάπερ μοι ἔθος, ἐκ τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους λειμώνων δρεψαμένῳ ἄνθη ἀκήρατα, καὶ ὧν σίδηρος οὐ θιγγάνει, στεφάνους πλέξαι τῷ βασιλεῖ ἀνθρωπίνης εὐδαιμονίας; hinc similia Sophistarum dicta poterunt aestimari. *Philostratus* accepit Euripidea sensu naturali prooem. Heroic. p. 665. m. et Icon. II, in Hippolyti turpiter ab equis dilacerati pictura p. 815. m. σκοπιαὶ γὰρ αὗται, δι' ὧν ἐθήρας ξὺν Ἀρτέμιδι, δρύπτονται τὰς παρειὰς ἐν εἴδει γυναικῶν· λειμῶνες δ' ἐν ὥρᾳ μειρακίων, οὓς ἀκηράτους ὠνόμαζες Purum ille pratum spectabat *Euripidis*, Dianae, ni fallor, sacrum, in quo flores *opifex coronae* legerat Hippolytus, quam Deae iucundam eius statuae imponeret. In *Homeri* H. in Mercur. v. 72. θεῶν μακάρων βόες dicuntur Βοσκόμεναι λειμῶνας ἀκηρασίους. alio longe sensu παρθένων κῆπος ἀκήρατος *Ibyco* dicitur *Athen.* XIII, p. 601. B. quam κῆπος Ἡρακλῆϊος mirificus ille sacer Herculi hortus Trachine, memoratus in *Oraculo* ap. *Euseb.* Praep. V, p. 214. A. Prata quoque sua Dea habuit venatrix, in quibus studio venandi forte lassata procumberet. Iphigenia in Aulide *Euripidis*, v. 1464, deduci tandem cupit Ἀρτέμιδος εἰς λειμῶν', ubi esset mactanda. ibidem v. 1543, Ἐπεὶ γὰρ ἱκόμεσθα τῆς Διὸς κόρης Ἀρτέμιδος ἄλσος, λείμακάς τ' ἀνθηφόρους. recte mihi clar. *Io. Piersonus* correxisse videtur Iphig. in Taur. v. 1462, Σὲ δ' ἀμφὶ σεμνὰς, Ἰφιγένεια, λείμακας (pro vulg. κλίμακας) Βραυρωνίας δεῖ τῆσδε κλῃδουχεῖν θεᾶς. Quando Noster in Phoen. v. 1564 Λωτοτρόφον memorat λείμακα, lotos autem plectendis etiam inserviebat Dianae coronis, illam etiam herbam invenire potuit in hoc prato Hippolytus, de quo saltem dubitari nequit, quin prodierit in scenam *gestans coronam*, capiti Dianae, quae stabat ante aedes avitas, imponendam. Illud dignum memoratu quod de Agesilao scribit *Xenophon*, Ephesi milites suos ad bellum certaminibus variis exercente, Ἑλλην. III, p. 292, 36. et, quas praemia reportaverant, coronas pie Dianae dedicantibus: ἐπεῤῥώσθη δ' ἄν τις καὶ ἐκεῖνο ἰδὼν, Ἀγησίλαον μὲν πρῶτον, ἔπειτα δὲ καὶ τοὺς ἄλλους στρατιώτας ἐστεφανωμένους ἀπὸ τῶν γυμνασίων ἀπιόντας, καὶ ἀνατιθέντας τοὺς στεφάνους τῇ Ἀρτέμιδι.

Vs. 75. Ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ φέρβειν βοτὰ,] His usus *Plutarch.* c. Epicur. T. II, p. 1094. A. indignum esse scribit, illius voluptates comparando cum honestis, καταισχύνειν τὸν Ἑλικῶνα καὶ τὰς Μούσας, Ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ φέρβειν βοτὰ, Οὐδ' ἦλθέ πω σίδηρος· ἀλλ' αὗται μὲν εἰσιν ὡς ἀληθῶς ἀκήρατοι νομαὶ τῶν μελιττῶν· ἐκεῖνα δὲ συῶν καὶ τράγων κνησμοῖς ἔοικε. Spectasse mihi videtur *Euripidis* versus *Ovidius* in his Heroid. Ep. XVI, 55, *Est locus in mediae nemorosis vallibus Idae, — Qui nec ovis placidae, nec amantis saxa capellae, Nec patulo tardae carpitur ore bovis.* et, dum Narcisso fatalem fontem pingebat, Metam. III, 408, *Quem neque pastores, neque pastae monte capellae contingerant, aliudve pecus: quem nulla volucris Nec fera turbarat.* Cypri mons *Invius humano gressu*, Veneri sacer, venuste describitur *Claudiano* de Nupt. Honor. et Mar. v. 50. et seqq.

Vs. 76. Οὐδ' ἦλθέ πω σίδηρος] Formam praebet Paris. Cod. quae Choro congrueret σίδαρος. nam literam α hic alterius esse lectionis vestigium non ausim suspicari; *Scleriam* tamen arbitror Tarentinum a vulgata diversam in suo Codice legisse, hanc nempe:

> Οὐδ' ἦλθέ πω σύαγρος.

quam absurdam nemo facile dixerit: *in sacrum illud pratum nec pastor immitte-*

tere oves, *capras*, *boves; neque intrare solebat fera* sive *aper: securi*, *ferro*, σιδήρῳ, arbores in sacris poterant nemoribus violari; sed in hoc sacro Dianae prato τί δέ κεν δέξειε σίδηρος; ut alibi σύες ἔργα, sic et illic poterant flores apri conculcare, σύες φυτὰ λυμαίνεσθαι, *Callim.* h. Dian. v. 156. Sed *falcem* fateor messorum σιδήρῳ posse designari; vocem istam praeterea lectam *Plutarcho* videri, et *Themistio;* repertam certe *Scholiastis;* nam prostant et haec in Scholiis: ἀλλὰ μὴν οὐδὲ σίδηρος εἰς τμῆσιν ἦλθε τοῦ λειμῶνος, καὶ αὐτοῦ τὰ ἄνθη περιέκειρε. Nec offendit illa *Muretum*, qui dedit: *Quo — Neque falcis unquam venit acies improbae.* Si quis insolentius hac in re positum ἦλθε censuerit, cum de cibis in mensam illatis adhibeatur, et pecunia dicatur ad aliquem ἐλθεῖν, hoc quoque modo σίδηρος aliis forte videbitur in sacrum illud pratum *venire* potuisse. Sed sit maneatque vetus et ista lectio, si quis ita velit, inviolata; dummodo liceat dixisse, ab hac diversam in aliis forsan etiam obtinuisse Codicibus: Οὐδ', aut potius Οὔτ' ἦλθέ πω σύαγρος· Ex Meleagro *Scleriae* Tarentini servavit ista nobis *Athen.* IX, p. 402. C.

Ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ νέμειν βοτά,
Οὔτ' ἀσχέδωρος νεμόμενος καπράζεται.

ultimum attigit *Ez. Spanhem.* in *Aristoph.* Π. 1025, duo versus istos transscripsit *Eustath.* in Od. Τ. p. 705, 48. Profert *Athenaeus* ut ostendat Sicilienses Graecos, τὸν σύαγρον, Ἀσχέδωρον dixisse, *Aeschyli* quoque verba aprum sic vocantis, qui moratus in Sicilia vocibus Σικελικαῖς multis fertur usus. *Hesychii*, Ἀσχέδωρος, ὁ σύαγρος παρὰ Ἰταλοῖς· spectant ista *Scleriae*. Vocem autem σύαγρος *Sophoclem*, *Dionysium*, *Antiphanem* adhibuisse docet ibidem *Athenaeus*.

Vs. 77. Μέλισσα λειμῶν' ἠρινὸν διέρχεται] Quia scribitur in Euripideis et Sophocleis plus semel ἦρος et ἠρινὸν, vulgatae postposui formam aeque legitimam ἐα- A ρινὸν, quam, praeter alios Codd. *Musgravii*, praebent Florent. et Paris. in hoc praeterea Codice legitur Μέλισσα χῶρον ἐαρινὸν διέρχεται. Ab *Euripide* scribi potuit: ἀλλ' ἀκήρατον

Μέλισσα λειμῶν' ἐαρινὴ διέρχεται·

cum enim λειμῶνα iam dixerat ἀκήρατον, dicenda μέλισσα videbatur ἐαρινή. et sic legisse *Scholiasten* opinor, ἐαρινὴν δὲ αὐ- B τὴν λέγει ἤτοι ὅτι μέλισσα ἥδεται τῷ ἔαρι, διὰ τὰ ἄνθη· ἢ ὅτι αἱ καθαραὶ ψυχαὶ ἀεὶ ἐν ἄνθεσιν εἰσί· τὸ γὰρ (L. τὸ γὰρ ἔαρ) ἀνθέων γεννητικόν. Sic εἰαρινοὶ κόσσυφοι sunt in *Anthol.* I, c. XX, ep. 16. εἰαρινῇσι χελιδόσιν *Oppian.* Ἁ. 1, 729. ἠρινῆς ἀηδόνος *Heliodor.* V, p. 205. *Antholog.* I, C. LX, ep. 12, Ἀτθὶ κόρα μελίθρεπτε, λάλος λάλον ἁρπάξασα Τέττιγα —

Τὸν ξένον ἁ ξείνα· ἀρινὸν ἠερινά.

C Utraque forma mendosa est, neque enim ἀρινὸν, ut nec ἀνάρ., Dorice scribebatur; corrige:

Τὸν ξένον ἁ ξείνα· ἠρινὸν εἰαρίνα.

formam utramque praebent et epigrammata L. III, c. XXIV, 29. c. XXVI, ep. 69. L. VII, ep. 13. *Crinagorae*, inter *Reiskiana* N. 542, ἠρινὸν ἠέλιον. In D *Longi* Pastor. II, p. 70, pro τὴν εἰρήνης ὥραν ἀνέμενον, praestat utique scribere, τὴν ἠρινὴν ὥραν, quam τὴν τοῦ ἦρος cum *D'Orvillio* in *Charit.* p. 93. Apud eumdem *Longum I*, p. 8, ἦρος ἦν ἀρχὴ, — ἐβόμβουν ἐν τοῖς λειμῶσιν αἱ μέλιτται. *Homero* πέτονται ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν, Il. B, 86. κατὰ νέον ἔαρ nempe, *vere novo*, vel *vere suo*, vel *aestate nova; Virgil.* Georg. IV. 22, *cum prima novi ducent* E *examina Reges Vere suo.* Aen. I, 434, *Qualis apes aestate nova per florea rura:* ἔαρ φαίνουσα μέλισσα *Niciae* Anthol. I, c. XXXIII, ep. 31. — Non omittendum quod me monuit Amiciss. *Ruhnkenius*, in Anthologiae versu, quem vere, ni fallor, emendavi, Codicem praebere Palatinum θέρινον θερίνα· hinc scribi quoque posse, τὸν θερινὸν θερινά.

Vs.

Vs. 78. Ἕως δὲ ποταμίαισι κηπεύει δρόσοις] Sublata fuit Codicibus, quos novimus, antiquior menda: pro Αἰδὼς suum Ἕως recuperavit *Euripides.* Quid enim ista significabant, aut Latina *Mureti*, *Puris honestus quos rigat lymphis Pudor?* *Aurorae* hic mentionem non *Pudoris* requiri viderunt Critici, *Is. Vossius*, *Jer. Marklandus*, et *Jo. Toupius* Em. in *Suid.* II p. 19, sed huic uni *Toupio* laus debetur Atticae vocis formae restitutae Ἕως· quam adhibent et *Eurip.* in Elec. v. 102. Phaëth. v. 34. *Sophocles* Oed. in Col. v. 469. Thyeste, ceterique: conf. n. in *Herodot.* P. 657, 19. *Photius* in Lex. *MS.* Ἕως, οὐχὶ Ἠὼς τὸ Ἀττικόν ἐστι. Ξενοφῶν δὲ Ἠὼς λέγει ποιητικῶς κατακόρως ἐν Κύρου παιδείᾳ. ἦν πρὸς ἠῶ ἦντε πρὸς ἑσπέραν. nostris in Edd. *Xenoph.* vulgatur ἦντε πρὸς ἕω, p. 2, 13. Latinis Poëtis *Eos*, ut Ἑῷος, in *Eurip.* Elec. v. 786, *Eous:* in choris ἀὼς et ἀῶος. Carminis *Ionis* Chii hoc habet initium *Schol.* in *Aristoph.* Εἰρ. v. 835, Ἀοῖον ἀεροφοίταν ἀστέρα μείνομεν (forte leg. ἀστερ' ἀείδομεν) Ἀελίου λευκῇ πτέρυγι πρόδρομον. *Virgil.* Georg. I. 288, *Sole novo terras irrorat Eous.* *Claudiani* Venus de Raptu Pros. II, 120, *ite sorores*, (ad flores legendos) *Dum matutinis praesudat solibus aër*, *Dum meus humectat flaventes Lucifer* (Ἑωσφόρος) *agros*, *Roranti praevectus equo.* L. III, v. 232, *Et prima sub luce legunt, quum rore serenus Albet ager, sparsosque bibunt violaria succos.* Quas illic *Lucifer*, alibi partes gerit easdem *Zephyrus:* in monte Veneris *Intus rura micant*, *manibus quae subdita nullis Perpetuum florent*, *Zephyro contenta colono;* istum λειμῶνα, fecundo rore humentem, velut κηπουρὸς Zephyrus suis flatibus mulcebat; *Mulcet* (ut) *Elysias aura beata rosas*, *Propertio* IV Eleg. VII, 60. *Senecae* Hippolytus v. 11, *Hac hac alii — qua prata iacent; Qua rorifera mulcens aura Zephyrus vernas evocat herbas.* Ista scribentis animo obversabatur, ni fallor, Euripidei Hippolyti purum illud pratum, cuius gra-

A men et flores Lucifer, aut Aurora, ποταμίαισι κηπεύει δρόσοις· *humore contigui fluminis irrorans alebat: Ovid.* Met. III, 411, *Gramen erat circa, quod proximus humor alebat:* φέρβει, *Pindaro* Ol. II, 134. *Messis contiguum sorbens de flumine rorem*, est in *Gratii* Cyneg. v. 37. *Irriguis nutrire canalibus hortos* *Calpurnii* Ecl. II, 35, est et κηπεύειν. sensu paulo diverso *Eubulus* *Athenaei*

B XIII, p. 568. F. οἵας

Ἠριδανὸς ἁγνοῖς ὕδασι κηπεύει κόρας.

Puellas intelligit populeas, *Et*, ad Padi ripas, *flentes semper germani funere sylvas*, *Nemesian.* Cyneg. v. 38.

Vs. 79. Ὅσοις διδακτὸν μηδὲν ἀλλ' ἐν τῇ φύσει] Cum his non bene cohaerent proxima, Τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν εἰς τὰ πάντ'

C ἀεί. Cuiuscunque coniecturam, εἴληχον, formam non Graecam recepit in contextum *Barnes:* Graeca, Macedonica saltem, esset εἴληχαν, pro εἰλήχασι, sed nec illa tamen in *Euripidis* versu ferenda. Hic quoque marginis lectio corrupisse videtur alteram. Primum pro ἀεὶ scripta Codicum est optimorum Flor. Paris. et aliorum *Musgravii*, εἴληχεν εἰς τὰ πάνθ' ὁμῶς. Nunc ponam primum ex *Eu-*

D *rip.* Bacch. v. 315,

— — ἀλλ' ἐν τῇ φύσει
Τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ' ἀεί.

Eadem in prima Edit. *Hippolyti* hoc loco dedisse videtur *Euripides;* sed haec in Editione secunda:

Ὅσοις διδακτὸν μηδὲν, ἀλλά γ' ἡ φύσις
Τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν εἰς τὰ πάνθ' ὁμῶς.

E *Quibus nihil est ex institutione doctorum, sed quorum natura temperantiam ad omnia pariter velut sortem fuit adepta.* In his literae γ' ἡ ubi in τῇ fuerant mutatae, ex marginis lectione diversa facile vitiari potuit emendatior scriptio: marginis lectionem monstrat diversitas vocum ἀεὶ et ὁμῶς. Mihi quidem ἐν τῇ φύσει iungendum videtur cum ἔνεστι, sicut iungitur in loco Baccharum, ex quo

hanc expressit *Auctor* Trag. Χρ. Π. sententiam egregiam v. 261,

> Οὐ γὰρ θεός σε σωφρονεῖν ἀναγκάσει·
> Ἐν τῇ προαιρέσει δὲ καὶ γνώμῃ βροτῶν
> Τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ' ἀεί.

Sic in *Eurip.* Hel. v. 1008, Ἔνεστι δ' ἱερὸν τῆς Δίκης ἐμοὶ μέγα Ἐν τῇ Φύσει. *Demosthen.* c. Aristog. I p. 487, §. 50, καὶ Δίκης γε — καὶ αἰδοῦς εἰσὶν ἅπασιν ἀνθρώποις βωμοὶ, οἱ μὲν κάλλιστοι καὶ ἁγιώτατοι ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ ἑκάστου καὶ τῇ Φύσει. *Eurip.* Elec. v. 390, Ἐν τῇ Φύσει δὲ τοῦτο κἂν εὐψυχίᾳ. *Aristoph.* Nub. v. 486, Ἔνεστι δῆτά σοι λέγειν ἐν τῇ Φύσει. — In altera lectione, — ἡ Φύσις Τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν, qua semper adhibetur εἴληχε structura; forma tantum distans ab ἔλαχε vel λέλογχε· quorum duo tamen priora magis Atticis sunt Poëtis usitata: εἴληχε, frequens *Aeschylo*, *Sophoclis* est in Aj. v. 1077, ἣν ὅδ' εἴληχεν τύχην. in eius Oed. in Col. v. 1333, σύ τε

> Κἀγὼ τὸν αὐτὸν δαίμον' ἐξειληχότες.

frequens et illic vitium haeret ἐξειληφότες, ut εἰλήφασιν pro εἰλήχασιν in Homil. *Clement.* XVII §. 4. *Moschion* in *Stobaeo Grot.* p. 515, morte

> Τὸ σῶμα κωφοῦ τάξιν εἴληχεν πέτρου.

vulgatur εἴληφεν. In *Soph.* est Elec. v. 1141, Τύμβου πατρῴου κοινὸν εἰληχὼς μέρος. Ex *Eurip.* Polyido dictum variis commemoratum, Πενία δὲ σοφίαν ἔλαχε διὰ τὸ δυστυχές. *artes sortito velut accepit:* Nam *illa omnes artes perdocet, ubi quem attigit*, *Plautus* Sticho I, sc. 3, 24. Hippolytus sic Τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν, ad omnes res honestas τὸν νοῦν ἔχων διδάσκαλον οἴκοθεν· de se testatur in *Eurip.* Troasin Andromache v. 647,

> τὸν δὲ νοῦν διδάσκαλον
> Οἴκοθεν ἔχουσα χρηστὸν ἐξήρκουν ἐμοί.

et in Χρ. Π. v. 545 de se Maria: τὸν δὲ νῦν (L. νοῦν) διδάσκαλον Αὐτῆς ἔχουσα Χριστὸν (L. χρηστὸν) ἐξήρκουν ἐμοί. — Ceterum respicit in his nostris *Euripides* quaestionem, isthac aetate iam agitatam in scholis Sophistarum, περὶ ἀρετῆς, εἰ

A διδακτόν· quam tractarunt in Menone *Plato*, *Aeschines Socr.* Dial. I, *Auctor* διαλέξεων Doricarum de Virtut. et Vitiis Diss. V. *Plutarchus* scripto libello docuit ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή. Egregie *Quinctilian.* Instit. Orat. XII, c. 2, init. *virtus, etiamsi quosdam impetus ex natura sumit, tamen perficienda doctrina est.* paucis dixerat idem, *Pindarum* sequutus, *Horatius* Carm. IV, Od. IV, 33,

> *Doctrina sed vim promovet insitam.*

B Scripsisse videtur *Auctor* ad Herenn. III, c, XVI, *Nec hoc — minus in hac re, quam in ceteris artibus fit, ut ingenium doctrinâ, praeceptione natura nitescat:* non, sicut vulgatur, *ingenio*, *doctrina*, *praeceptione.* Quin secundum *Euripidem* etiam Iphig. in Aul. 561, *animi indoles*, Τροφαί θ' αἱ παιδευόμεναι Μέγα
C φέρουσιν εἰς ἀρετάν.

Vs. 82. — χρυσέας κόμης Ἀνάδημα δέξαι] *Muretus:*

> *At ut aureae regina vinculum comae,*
> *Amica, suscipe, pia quod porgit manus.*

Perparum refert hoc modo legatur, an, quod ego legi malim, χρυσέᾳ κόμῃ Ἀνάδημα δέξαι· *in comam auream accipe re-*
D *dimiculum*, sive coronam ex floribus contexta de puro prato lectis: *Rure puer verno primam de flore coronam Fecit, et antiquis imposuit Laribus*, *Tibullus* II Eleg. I, 59. Ista δέχεσθαι structura poni solet; *Soph.* Aj. 670, Ἐγὼ γὰρ ἐξ σοῦ χειρὶ τοῦτ' ἐδεξάμην. *Lucian.* T. II, p. 252, οὐκ ἔτι τὸν τοιοῦτον οὔτε στέγῃ τις ἐδέχετο, οὔτε πυρὸς ἢ ὕδατος ἐκοινώνει. scribendum οὔτε στέγῃ τις, *neque tecto quis*
E *recipiebat: Eurip.* Orest. v. 46, μήθ' ἡμᾶς στέγαις Μὴ πυρὶ δέχεσθαι· sic saepissime loquuntur in talibus.

Vs. 85. Σοὶ καὶ ξύνειμι καὶ λόγοις ἀμείβομαι] Versu praecedente vulgata non deterior Codicis est lectio Flor. Μόνῳ γάρ ἐστι τοῦτ' ἐμοὶ βροτῶν γέρας. Hoc autem litera repetita scribi more poterit usitato, καὶ λόγοις σ' (id est σε) ἀμείβομαι. Utramque

que videtur in suo Codice *Scriptor* invenisse Trag. Χρ. Π. in qua sunt vss. 2585, 87, Μόνον (f. Μόνη) γάρ ἐστι τοῦτό σοι βροτῶν γέρας· — Ὅθεν πεποιθώς σ' ἐν λόγοις ἀμείβομαι. — Huc spectans *Xenophon*, aut quicunque scripsit Cynegeticon, p. 568, 30, Ἱππόλυτος, ait, ὑπὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἐτιμᾶτο, καὶ ἐν λόγοις συνῆν· monuit hoc *Ez. Spanhem*, in *Callim*. h. in P. L. v. 101. conf. *J. Markland*. in *Eurip*. Suppl. v. 958.

Vs. 86. Κλύων μὲν αὐδὴν, ὄμμα δ' οὐχ ὁρῶν] Sequutus *Musgravium*, αὐδὴν ex eius Codd. recepi pro αὐδῆς· Incertus utrum poneret adnotavit utramque lectionem scriptor Cod. Paris. Nobis probata hic melior est, ubi sonus tantum aures accidit: *Homero* sensu diverso adhibentur ἔκλυον vel ἔκλυεν αὐδὴν, et ἔκλυες αὐδῆς. Hic possent loca quoque de libris nostris Sacris tractari, quibus ἀκούειν diversa ponitur structura: sed Euripidea tractanti satis erit excitasse *Sophoclis* Phil. v. 1407, Φάσκειν δ' αὐδὴν τὴν Ἡρακλέους Ἀκοῇ τε κλύειν, λεύσσειν τ' ὄψιν. *Eurip*. Iph. Taur. v. 1447, Κλύεις γὰρ αὐδὴν, καίπερ οὐ παρὼν, θεᾶς. Ulyssi saepius auxiliatrix Minerva vocem quidem audiendam, nec se tamen homini mortali praebebat conspiciendam: in *Soph*. Aj. v. 15,

Ὡς εὐμαθές σου, κἂν ἄποπτος ᾖς, ὅμως
Φώνημ' ἀκούω.

In Rheso v. 608,

Δέσποιν' Ἀθάνα, Φθέγματος γὰρ ᾐσθόμην
Τοῦ σοῦ συνήθη γῆρυν.

Et rari praesentes hominibus se ostendebant: Epithalamii Pelei et Thet. *Catulliani* versus est ultimus: *Nec se contingi patiuntur lumine claro*. Ad Moysen verus Hebraeorum Deus in *Ezechielis* Iudaei Tragoediae reliquiis v. 102,

Ἰδεῖν γὰρ ὄψιν τὴν ἐμὴν ἀμήχανον,
Θνητὸν γεγῶτα· τῶν λόγων δ' ἔξεστί σοι
Ἐμῶν ἀκούειν.

In A. A. notum Saulo quid evenisse dicatur comitibusque.

Vs. 87. Τέλος δὲ κάμψαιμ', ὥσπερ ἠρξάμην, βίου] Idem versus est in Χρ. Πασχ. 2593, sed legitur illic, ὥσπερ ηὐξάμην· quam dat lectionem Codex etiam Flor. minime absurdam. Carmen suum quoddam orsus ab Hippolyti corona *Clemens Alex*. sic claudit p. 314,

Τάξιν δὲ τοῦ δέοντος αὐταρκεστάτην,
Πάτερ, παράσχου, καὶ καλὸν βίου τέλος.

Tale saepe votum legitur in Hymnis qui dicuntur *Orphei*: ἀγαθὴν δ' ὄπασον βιότοιο τελευτὴν· Πέμποις εὔολβον βιότου τέλος· Κλῦθί μου εὐχομένου, βιότου τέλος ἐσθλὸν ὀπάζων.

Vs. 88. Θε. Ἄναξ· θεοὺς γὰρ δεσπότας καλεῖν χρεών.] Est inter interlocutores dramatis Θεράπαινα· hic vero cum Hippolyto loquitur θεράπων, minister quidam ex aula Pitthei, quem *senem* fuisse monstrant vss. 107, et 114. Versus *Eustathio* non intellecti in Il. Α, p. 16, 34. Il. Γ, p. 321, 15, (nam censet sic loquutum *Euripidem*, ὡς ταυτὸν ὂν ἄνακτα εἰπεῖν καὶ θεόν,) sensum perspexisse mihi videtur Clar. *Musgravius*: Recte etiam *Schol*. accipi posse scribit τὸ μὲν Ἄναξ ἐπὶ τοῦ Ἱππολύτου, τὸ δὲ Δεσπότας ἐπὶ τῶν θεῶν. *Rex; nam Deos decet* δεσπότας, *dominos, nuncupare*, non homines mortales. Reges istius temporis in Graecia, ἄνακτες, civium tantum erant inspectores et commodorum civitati *curatores*. Ad suos Graecos *Xenophon* Κ. Ἀ. III, p. 178, 37, οὐδένα ἄνθρωπον δεσπότην, ἀλλὰ τοὺς θεοὺς προσκυνεῖτε. In Perside atque alibi in Oriente Reges, ut erant, habebantur veluti δεσπόται. Graeci, quamvis *dominos esse omnium rerum ac moderatores Deos* agnoscerent cum *Cicerone* de LL. II, c. 7, ne Deos quidem suos libenter δεσπότας appellabant: Θεὸς ὁ πάντων δεσπότης legitur in quadam ῥήσει, quam velut *Diphili* nobis exhibent, vel *Philemonis*, *Justinus M*. *Clemens Alex*. *Eusebius*, *Theodoretus*: sed cum aliis multis hanc quoque

que ῥῆσιν ab illis confictam arbitror, qui Deum O. M. sub hoc nomine venerabantur.

Vs. 93. Μισεῖν τὸ σεμνὸν,] In versu praecedenti, quo του forte rectius scriberetur, licuit opinor mutare distinctionem receptam verborum, quorum hic situs esset nativus: οὐκ οἶδα δὲ καὶ περὶ τίνος (νόμου) μ' ἀνιστορεῖς. — Quod sequitur τίς δ' οὐ σεμνὸς ἀχθεινὸς βροτῶν. in Cod. Paris. explicatur ποῖος κενόδοξος οὐ μισητός; Quae Philosophis laudatur, Σεμνότης est *blanda vultus gravitas*; τὸ σεμνὸν ἀπλάστως *M. Antonino* I, 9, οὐ ταῖς τοῦ προσώπου συναγωγαῖς, ἀλλὰ ταῖς τοῦ βίου κατασκευαῖς *Isocrati* in Euag. p. 197. D. qualem gravitatem mite supercilium comitatur. Hic vero τὸ σεμνὸν *odiosa* est *arrogantia*, et *superbi* αὐθάδεια. Ubi *Suidas* in Σεμνὸν dixerat, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ὑπερηφάνου τιθέασιν, adfert eam in rem haec *Euripidis* et ex Medea v. 216 verba; *Photio* etiam adhibita in Lex MS. recte tractata *M. A. Mureto* V. L. VIII, c. 17. — Infra Hippol. v. 1064, τὸ σεμνὸν est *ficta gravitas oris: Aristoph.* Nub. 48. Plut. v. 275, Ὡς σεμνὸς οὐ' πίτριπτος. *Terentius* Heaut. V, sc. III, v. ult. *quam severus! rem, cum videas, censeas. Plautus* Cas. III, sc. II, v. ult. *quum aspicias tristem, frugi censeas.* Veteres in hac quoque voce sequuntur Sophistae. *Euripidis* in Alc. v. 773, σεμνὸν καὶ πεφροντικὸς βλέπεις, v. 777 exponit, Στυγνῷ προσώπῳ καὶ συνωφρυωμένῳ. conf. v. 800. — Senex hic Tragicus verebatur ne sub gravitate Hippolyti lateret quaedam αὐθάδεια· eximit hunc seni metum responso suo iuvenis: ἦ γὰρ οὐ σοφοὶ φαινοίμεθ' ἄν. *alioquin enim non viderer sapere*, si bene consulenti morem nollem gerere: verbis aptissimis αὐθάδη *Sophocles* expingit in Antig. v. 717 — 720.

Vs. 96. Πλείστη τε] Nempe χάρις ἐν εὐπροσηγόροισιν ἐστι. Literam in vocula γε mutavi Cod. Flor. auctoritate. *Cicero* de Off. II, c. 14, *difficile dictu est, quantopere conciliet animos hominum comitas affabilitasque sermonis*, ἡ εὐπροσηγορία· affabilis enim est εὐπροσήγορος. Inter consilia data Demonico p. 8. D. Γίνου πρὸς τοὺς πλησιάζοντας ὁμιλητικὸς, ἀλλὰ μὴ σεμνός. iunguntur *Dionys. Halic.* II, p. 71, 44, φιλανθρώπως καὶ εὐπροσηγόρως ἅπασι προσενεχθῆναι καὶ ὁμιλῆσαι. *Eurip.* Alc. v. 776, Οὐ χρὴ σκυθρωπὸν (sive σεμνὸν) τοῖς ξένοις τὸν πρόσπολον Εἶναι, δέχεσθαι δ' εὐπροσηγόρῳ φρενί. Patris irati Τὸ δυσπρόσοιστον κἀπροσήγορον στόμα vocat Polynices in *Soph.* Oed. in Col. v. 1273. Cyclops in *Virg.* Aen. III, 621, *Nec visu facilis nec dictu affabilis ulli*, dici poterat ἄπλατον θρέμμα κἀπροσήγορον. Contra *Tragicus* incertus ap. *Stobaeum* p. 594, 26, Ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς γῆρας εὐπροσήγορον, *Boni senectus comis accessu viri*, *Grotio* p. 484. Apud eumdem *Stobaeum*, p. 581, ῥῆσις est insignis *Moschionis*, ed. *Grot.* p. 435, sic nonnullis emendatis restituenda:

Συνέσει γε δόξας πρόσθε καὶ γένει μέγας,
Ἄργους δυνάστης, λιτὸς ἐκ τυραννικῶν
Δόμων, προΐκτην θαλλὸν ἠναγκασμένος·
— Ὃν πᾶς μὲν ἀστῶν ἠλέησεν εἰσιδὼν,
Ἅπας δὲ χεῖρα κεὐπροσήγορον φάτιν]
Ὤρεξε.

Dataque dextra, benevolisque affatibus Solatur. G. illic, praeter cetera, legitur καὶ προσήγορον φάτιν. minus bene: nihil enim huc faciunt quae rebus aliis saepe dicuntur apud Philosophos φίλα καὶ προσήγορα. *Polo*, et *Philolao*, Pythagoreis, ὁμόφρονα καὶ ποτάγορα.

Vs. 99. Πῶς οὖν σὺ σεμνὴν δαίμον' οὐ προσεννέπεις;] *Ingratam Veneri pone superbiam*, *Horatius* Carm. III, Od, X, 9. Πῶς οὖν σεμνὴν σὺ praebet Ed. prima Flor. Paene recepissem ex Flor. Cod. σεμνὸν δαίμον' ut est etiam apud *Suidam* in Σεμνόν. *Venerandam Deam* more suae gentis σεμνὸν δαίμον' aeque ac σεμνὴν dicere potuit *Euripides*; cuius οὐ προσεννέπεις in Cod. Reg. Paris. explicatur οὐ σεβάζῃ, *n n veneraris. Salutantis* alloquium hoc verbo significatur, Hippol. v. 792, Helen. v. 1181. Ion. v. 1613. El. 553.

Vs.

Vs. 100. — *μή τι σὸν σφαλῇ στόμα*] Lectio Cod. Flor. *σφάλλῃ*, si aliorum auctoritas accederet, probari posset: *μὴ σφαλῇς ποτέ· ne labaris, nequid titubes; μή τι σφάλλῃ σὸν στόμα* significaret, *nequid linguam tuam titubare faciat:* utrumque commendat usus Tragicorum; formam activam frequentat *Euripides.* — In sequente versu perparum etiam refert, utrum vulgata lectio probetur, an haec, Τήνδ', ἣ πύλαισι (*πύλῃσιν* est in Ed. prima Flor.) *σαῖς ἐφέστηκεν*, Κύπριν.

Vs. 104. Ἄλλοισιν ἄλλος θεῶν τε κἀνθρώπων μέλει.] Ad *Homerica*, Ἄλλος δ' ἄλλῳ ἔρεζε θεῶν, in Il. B, v. 400, *Eustathius* proverbium, Ἄλλα παρ' ἄλλοις καλά, illinc ortum scribit, et *Euripidem* ex Homereis ἀφελημένον dixisse: Ἄλλοισιν ἄλλος θεῶν τε κἀνθρώπων μέλοι, (L. *μέλει.*) versum ex perdito dramate petitum censuit *Heathius.* Huius simillimas veterum sententias *Th. Gatakerus* collegit ad illud *M. Antonini*, VIII, 43, Εὐφραίνει ἄλλον ἄλλο, *suum cuique placet.* Nostrum versum miror cur ibi sic scriptum dederit, Ἄλλοισιν ἄλλα θεῶν τε κἀνθρώπων μέλει. *Cordi alia hominibus aliis sunt studia, et Deis:* contra mentem *Euripidis* Hippolyti. Sententiam variavit *Pindarus* Ol. I, 180. VIII, 16. Isth. I, 65. nostram proxime haec accedunt Πυθ. X, 93, ἑτέροισιν ἑτέρων ἔρως Ἔκνιξε φρένας.

Vs. 106. Οὐδείς μ' ἀρέσκει νυκτὶ θαυμαστὸς θεῶν] In versu praecedenti Flor. Cod. dat *νοῦν ἔχων ὅσον γ' ἔδει.* Hunc partim transsumsit *Menander*, cuius est ἐξ Ἡνιόχου,

> Οὐδείς μ' ἀρέσκει περιπατῶν ἔξω θεὸς
> Μετὰ γραός.

Cum his *D. Heins.* Lect. *Theocr.* p. 309, alium contulit *Menandri* versum, nuper emendatum eleganti Critico, *Jo. Toupio* Em. in *Suid.* II, p. 47. Deos sibi placere negat Hippolytus, qui noctu *colerentur*, Venerem, et Bacchum, cuius etiam agebantur sacra Νύκτωρ τὰ

A πολλά, ut ait *Eurip.* in Bacch. v. 486. — *Ovidius* Fast. V, 309, *Hippolyte infelix, velles coluisse Dionen; Cum consternatis diripereris equis.* — In talibus dictis *θαυμάζειν*, quod et animadvertit *Marklandus*, est *colere* vel *honorare.* Ex *Euripidis* Aeolo variis citatum superest et hoc dictum:

> Μὴ Πλοῦτον εἴπῃς, οὐχὶ θαυμάζω θεὸν,
> B Ὃν χὼ κάκιστος ῥᾳδίως ἐκτήσατο.

Ulyssis *Euripidei* in Philoctetae Prologo verba, Τοὺς γὰρ περισσοὺς καί τι πράσσοντας πλέον Τιμῶμεν, *Dion. Chrys.* in sua Paraphrasi sic expressit: τοὺς γὰρ φανεροὺς καὶ πλειόνων ἅπτεσθαι τολμῶντας σχεδὸν τούτους ἅπαντας θαυμάζομεν. Iunguntur *Aristophani* Nub. v. 427, Ἡμᾶς (Nubes) Τιμῶν καὶ θαυμάζων. Orestes de Pylade in *Eurip.* Elec. v. 84, Μόνος δ' Ὀρέστην
C τόνδ' ἐθαύμαζες φίλων. Ibid. v. 519, Μολὼν δ' ἐθαύμασ' ἄθλιον τύμβον πατρὸς, *Euripidis* verbo *Canteri* coniecturam, ἐτίμησ', illic substituit *Barnesius:* pater de filii praeceptore in *Xenoph.* Κ. Π. III. p. 41, 35 (conf. v. 25) μοὶ ἐδόκει τὸν ἐμὸν υἱὸν ποιεῖν αὐτὸν μᾶλλον θαυμάζειν ἢ ἐμέ. *Isocrates* in Areopag. p. 149. C. olim iuvenes non ut hodie etc. — sed ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἔμενον ἐν οἷς ἐτάχθησαν, θαυ-
D μάζοντες καὶ ὁμιλοῦντες τοὺς ἐν τούτοις πρωτεύοντας. illic pro ὁμιλοῦντες, quod in καθομιλοῦντες mutari nolim, scribendum arbitror ζηλοῦντες. ut scribit p. 175. D. τὸν πλοῦτον θαυμάζοντες καὶ ζηλοῦντες· et p. 344. A. τοὺς — σοφιστὰς ἐθαύμαζον, καὶ τοὺς συνόντας αὐτοῖς ἐζήλουν. similiter θαυμάζειν καὶ ζηλοῦν *Democrito* iunguntur aliisque: literarum ductus propius accedit in Isocrateis ὑμνοῦντες· quod placet
E Clar. *D. Ruhnkenio.*

Vs. 107. Τιμαῖσιν, ὦ παῖ, δαιμόνων χρῆσθαι χρεών.] *Dii* quidem *sunt colendi*, sed hoc non significant Euripidea: virum etiam perdoctum in Τιμαῖσιν haesisse recordor. Artes, variasque humano generi commoditates aut invenerant Dii, vel tutela sua dignabantur: his commodis qui Deorum memores

noverant uti, dici poterant Τιμαῖς δαιμόνων χρῆσθαι. Oppianus Ἁλ. II, 17, A

Ἄλλος δ' ἀλλοίοισιν ἐπώνυμος ἔπλετο δαίμων
Ἔργοις, οἷσιν ἕκαστος ἐπίσκοπον ἥρατο τιμήν.

Rex Deorum Iupiter sibi Reges tuendos reservasse dicebatur, alios aliorum curae demandasse: *Callim.* h. Iov. v. 72, μακάρεσσιν ὀλίζοσιν αὐθιπαρῆκας (vel ἀντιπαρῆκας) Ἄλλα μέλειν ἑτέροισι· σὺ δ' ἐξέλεο πτολιάρχους, etc. Singulis sic Iupiter partes suas in hoc universo dedit administrandas: hae partes, singulorum erant τιμαὶ, et quaenam tandem Veneris? has nos docebit *Hesiodus* Theog. v. 203, B

Ταύτην δ' ἐξ ἀρχῆς τιμὴν ἔχει, ἠδὲ λέλογχε
Μοῖραν ἐν ἀνθρώποισι καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Παρθενίους τ' ὀάρους, μειδήματά τ' ἐξαπάτας τε,
Τέρψιν τε γλυκερὴν, φιλότητά τε μειλιχίην τε.

Nihil horum expertus noverat Hippolytus, de semet ipse testis luculentus infra v. 1004, Οὐκ οἶδα πρᾶξιν τήνδε, πλὴν λόγῳ κλύων. et, genus omne femineum detestatus, Veneris oderat foedera et honores; quibus sapienter *Euripidis* senex utendum statuit; nam *coelibem vitam probet Sterilis iuventus, hoc erit, quidquid vides, Unius aevi turba: Seneca* Hipp. v. 478. Ne quis dubitet de hoc usu rariore vocis τιμὴ, conferat Eumenidas *Aeschyli* v. 422, ubi suas Dirae Τιμὰς vocant, homicidas exagitare: v. 577 monent Apollinem, ut sibi demandatis sit partibus contentus, neque alienas curet: Ἄναξ Ἄπολλον, ὧν ἔχεις αὐτὸς κράτει. v. 720, Ἀλλ' αἱματηρὰ πράγματ' οὐ λαχὼν σέβεις. v. 898, Τίς δέ μοι τιμὴ μένει; Mors, vel Orcus, in *Eurip.* Alc. v. 54, Τιμαῖς κἀμὲ τέρπεσθαι δόκει, — Νέων φθινόντων μεῖζον ἄρνυμαι κλέος· ubi γέρας est in Cod. Flor. C D

Vs. 109. Σίτων μέλεσθε] Genuinum puto; vitiosum quod est in Flor. σίτων ἕλεσθε· quamvis σῖτον αἱρεῖσθαι vel ἑλέσθαι phrasis sit legitima: vid. *P. Leopard.* Em. VII, c. XIV. — Proxima, τερπνὸν ἐκ κυναγίας Τράπεζα πλήρης· comparat cum simili quodam Tragici dicto *P. Victorius* V. L. XI, c. VI. — Quod E

sequitur Καταψήχειν ἵππους, viro Ill. non intellectum, explicuit *Jo. Piersonus* Verisim. I, c. XI, p. 133, memorans et ex Cod. Paris. interpretationem adscriptam ψηκτρίζειν, et Hippol. v. 1174, Ψήκτραισιν ἵππων ἐκτενίζομεν τρίχας. In *Callim.* h. Dianae, v. 162, Nymphae ὑπὸ ζεύγληφι λυθείσας Ψήχουσιν κέμαδας. recte Faber, *stringunt; etrillent, frotent. Clemens Alex.* Paedag. III, p. 268, 25, καταψήχουσι τὰ ὑποζύγια.

Vs. 113. Τὴν σὴν δὲ Κύπριν πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω] In simillimis dictis ἐῶ multo frequentius occurrit quam λέγω, vel κελεύω, *valere iubeo:* hoc tamen est in *Xenoph.* K. Π. VII, p. 115, 7, ἐγὼ μὲν χαίρειν ταύτην τὴν εὐδαιμονίαν κελεύω. illud etiam in *Hippol.* v. 1059. — Ad haec nostra Senem, vel quicum colloquebatur Hippolytus, alia quaedam dedisse suspicor in Edit. prima Dramatis, haec etiam:

Οἱ γὰρ Κύπριν φεύγοντες ἀνθρώπων ἄγαν
Νοσοῦσ' ὁμοίως τοῖς ἄγαν θηρωμένοις·

prout ex Hippolyto citata *Stobaeo* p. 386, 29, ante *Grotium* p. 239, emendaverat ex *Plutarcho Muretus* V. L. IX, c. XVIII. Impium in Venerem dictum dedit etiam *Euripides* in Dictye, *debere mortales*,

Τῶν εὐσεβούντων, οἵτινές γε σώφρονες,
Ἐρᾶν· Κύπριν δὲ τὴν Διὸς χαίρειν ἐᾶν.

Vs. 115. Φρονοῦντες οὕτως,] Quam eximiam *Amici* sui vocat *Musgravius*, mihi quoque correctio placet legentis, (τοὺς νέους γὰρ οὐ μιμητέον φρονοῦντας οὕτως,). Eumdem illum esse suspicor, cui multos debemus *Euripidis* versus feliciter emendatos. — In sequentem versum ex Codd. Flor. et Paris. recepi Προσευξόμεσθα, pro vulgato Προσευχόμεσθα. Saepe futurum tempus adhibet *Euripides*, ubi praesens nobis potius locum invenire videretur.

Vs. 117. Δέσποινα Κύπρι· χρὴ δὲ συγγνώ-

γνώμην ἔχειν] Interiecta litera scribi malim συγγνώμην σ᾽ ἔχειν. Hos quatuor versus suo more leviter immutatos *Conditor* Trag. Χρ. Πασχ. in suum drama transtulit, fecitque Chorum absurde satis ad Mariam ista dicentem, dum illa super coelestis nuncii promissis addubitabat, v, 1041,

Δέσποινα κούρη, δεῖ σε συγγνώμην ἔχειν,
Εἴ τις ὑφ᾽ ἥβης σπλάγχνον εὐτόνως φέρων
Μάταια βάζει, μὴ δόκει τούτων κλύειν·
Σοφωτέραν γὰρ ἴσμεν οὖσάν σε βροτῶν.

— In vs. 118 rediit litera mutata, quam exhibent optimi Codd. Εἴτις γ᾽, ὑφ᾽ ἥβης. In Florent. tamen etiam erat Εἴτις σ᾽, ὑφ᾽ ἥ. ut in uno *Musgravii:* satis erat dixisse εἴ τις μάταια βάζει. — Scripsi mox Codicum auctoritate, etiam Paris. ὑφ᾽ ἥβης σπλάγχνον εὔτονον.

— In vs. 119 malui τούτων, nempe τῶν ματαίων, quam τούτου· prius in duobus tribusve Codd. est *Musgravii*, in Paris. quoque: atque ita legisse videtur in suo Cod. nostris antiquiore *Scriptor* Dramatis Christ. et in v. 118 εὔτονον. quod exhibet, Euripidea quoque spectantis, epigramma *Palladae* Anthol. II, c. 48, 1, Ἀλλ᾽ ὁ μὲν (Βελλεροφόντης) ἵππον ἔχων καὶ θαρσαλέον σθένος ἥβης, Γέσσιος οὐδὲ χέσειν εὔτονον ἦτορ ἔχων. *Euripidis* e Bellerophonte verba, servata *Stobaeo* p. 585, 15. ex *Cornuto* de N. D. p. 222, sic videntur scripta fuisse primitus:

Ὦ παῖ, νέων δρᾶν εὐτονώτεραι χέρες·
Γνῶμαι δ᾽ ἀμείνους τῶν γεραιτέρων πολύ.

In Euang. *Lucae* XXIII, 10, multa collegit ad εὐτόνως *J. J. Wetstenius:* opponuntur εὔτονος et ἄτονος. *Diodor. Sic.* I p. 51, 6, τὰς βορείους πνοὰς *in Europa* εὐτόνους, *vehementes*, alibi βληχρὰς esse scribit, καὶ ἀτόνους. — Paene praetermisissem explicationem Euripideae phraseos, quae aderat in Cod. Parisino: τῆς ἀκμαζούσης ἡλικίας ἔχων θρασύτητα; *iuveniliter inconsultus et temerarius.* Proprie significatur qui *Platoni* dicitur de LL. VIII, p. 839. B. ἀνὴρ σφοδρὸς καὶ νέος, πολλοῦ σπέρματος μεστὸς, atque adeo σφριγῶν. A Ἥβῃ σφριγῶντες sunt in *Achaei* loco apud *Athen.* X. p. 414. D.

— Vix dignum memoratu, vs. 120 sic in Paris. Codice legi, Σοφωτέρους γὰρ χρὴ βροτῶν εἶναι θεοὺς, quum saepissime χρὴ et δεῖ permutentur in Codd. Ad sententiam congruit ex *Eurip.* Bacchabus v. 1346,

Ὀργὰς πρέπει θεοὺς οὐχ ὁμοιοῦσθαι βροτοῖς.

B Non equidem memini, cuius illud sit Tragici, quod legitur in *Scholio inedito* Codicis MS. Basil. in *Hom.* Il. Γ, 415,

Ὁ θεὸς ἐπὶ σμικροῖσιν οὐ θερμαίνεται,
Ἀλλ᾽ ὡς λέβης [τοῦ] μείζονος δεῖται πυρός.

Aeschyleum esse suspicor ex perdito dramate: legebantur in MS. Θεὸς ἐ. σμικρίσιν — Ἀλλ᾽ ὃς λέβης μείζονος.

C Vs. 121 Ὠκεανοῦ τις ὕδωρ Στάζουσα πέτρα λέγεται] Notat ad hunc locum nonnulla Cl. *Musgravius* Exercit. in *Eurip.* II, c. IV. Mari vicina rupes, aquam stillans, de cuius summo vertice aqua dulcis copiosa praecipitabatur, mihi quidem dicta videtur ab *Euripide* Ὠκεανοῦ τις, ὕδωρ Στάζουσα, πέτρα — ῥυτὰν παγὰν Προιεῖσα κρημνῶν. ut ipsa rupes, ὕδωρ στάζουσα, dicta fuerit Ὠκεανοῦ πέτρα, D prout *Reiskius* existimavit. Aliter cepit *Eustathius* in *Hom.* Il. Β, p. 267, 28, ἐλέγετο πᾶν ὕδωρ — καὶ Ὠκεανὸς, κατά τε Ὅμηρον καὶ τοὺς Ὁμηρίζοντας, ἐν οἷς καὶ Εὐριπίδης εἰπὼν ὡς, Πέτρα τὶς Ὠκεανοῦ ὕδωρ στάζει, τουτέστι πηγήν. Neque tamen aquam salsam vel marinam mirarer de saxo destillantem: in *Hesiodi* Theogon. aqua Stygis v. 786, ἐκ πέτρης καταλείβεται ἠλιβάτοιο, *pars Oceani decima*; 792, E Ἡ δὲ μί᾽ ἐκ πέτρης προρέει. Stygis ὕδωρ in Arcadia ἐκ πέτρης στάζει ἐς ἄγκος, *Herodot.* VI, c. 74. *Pausaniae* dicitur κατὰ τοῦ κρημνοῦ et ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ παρὰ τὴν Νώνακριν στάζον, VIII p. 634 et 635. — Sed hic prope Troezena (illic enim talem fuisse *Schol.* docet ex *Dionysodori* lib. de fluminibus:) de rupe fons praecipitatus aquam praebebat *dulcem et potabilem*, ὕδωρ γλυκὺ καὶ πότιμον *Schol.* et paulo post

Euripidi mulieres dicuntur Troezeniae A Πορφύρεα Φάρεα Ποταμία δρόσῳ Τέγγουσαι. *Purpureas vestes lavantes undis fluvialibus:* ut de quovis humore *rorem* Latini, prae ceteris *aquam* δρόσον dixit *Euripides*: ἐπὶ κρηναίαισι δρόσοις, *ad aquam fontanam*, est Iph. in Aul. v. 182. in Ione v. 97, καθαραῖς δὲ δρόσοις Ἀφυδρανάμενοι· *lymphis abluti petitis de puro fonte:* νίπτρα ποταμίας δρόσου, *lavacra fluvialis aquae* Helenae v. 1400. (Hippol. B v. 78.) πηγὰς ποταμίας dixit Electra v. 56, 309. *Aristoph.* Ran. v. 1377, Κάλπισιν ἐκ ποταμῶν δρόσον ἄρατε. quae postrema propterea adscripsi, quia *Rupes* etiam *Euripidis* emittebat — Βαπτὰν κάλπισι ῥυτὰν παγὰν, *laticem tam copiosum, ut urnis aquam haurire potuerint* ὑδροφόροι Troezeniae. *Polluci* VIII, 66, λουτροφόρος κόρη memoratur ἀγγεῖον ἔχουσα ὑδροφόρον, ἢ ὑδρίαν, ἢ πρόχουν, ἢ κρωσσὸν, ἢ C κάλπιν. his vocibus vas etiam aquarium, *nasiternam Varroni* et *Plauto*, designabant. Tale vas, atque adeo κάλπιδα Βάψαι significabat *urnam immersam aqua replere;* sive *aquam haurire: Antiphanes Athenaei* III, p. 123, C.

Κατασκεδῶ, νὴ τὴν Φίλην Δήμητρα, τὴν μεγίστην
Ἀρύταιναν ὑμῶν, ἐκ μέσου βάψασα τοῦ λέβητος
Ζέοντος ὕδατος.

Immersam in lebeta ferventis aquae ubi replevero, arytaenam capacissimam, ita me Ceres amet, in vos defundam. Callimacheum h. in L. P. v. 45, Σάμερον ὑδροφόροι μὴ βάπτετε, nempe τὰς κάλπιδας, memoratas v. 47, egregie *Spanhem.* illustravit, vim locutionis edoctus a *Casaubono* in *Theophr.* Char. p. 87. f. qui suum ipse commentarium hunc citat ad locum *Antiphanis:* eamdem explicuerat *Jos. Scaliger* E in Emend. ad *Theocr.* V, 127, τᾷ κάλπιδι κηρία βάψαι· quam lectionem, in Scholiis memoratam, in MS. Cod. *A. Schottus* invenit; tractans Theocritea *Scaliger* adfert ex *Euripidis* Hippol. βαπτὰν κάλπισι ῥυτὰν παγάν. *Is. Vossius* adscripserat: „ *Arrianus* periplo Ponti, (p. 120) ἡ δὲ „ χρόα τῷ Φάσιδι, οἵα ἀπὸ μολύβδου, ἢ „ καττιτέρου, βεβαμμένου τοῦ ὕδατος, κα„ ταστὰν δὲ καθαρώτατον γίνεται. *dum hau„ ritur*, aut *hausta aqua*."

Vs. 125. Ὅθι μοι τις ἦν Φίλα] In plerisque Codicibus inventa vocula etiam in Florent. et Paris. hic mihi melior videbatur Ὅθι, *ubi*, quam Τόθι, *illic;* hanc licet rariorem duo tresve praebeant non optimi: si ratio fuisset reddenda praecedentium, *illic enim mihi quaedam erat amica*, τόθι γάρ μοι τὶς ἦν Φίλα diceretur: hic oratione dicitur continuata, *vocatur Oceani rupes, ubi quaedam mihi erat amica:* pro οὗ dicebatur in veteri Lingua, hinc apud Poëtas etiam, ὅθι· ut, pro ὑψοῦ, ὑψόθι· τηλοῦ, τηλόθι· αὐτοῦ, αὐτόθι· etc. In *Oraculo* Dodonaeo apud *Pausan.* VII, p. 588, ὅθι, *ubi*, et saepius alibi, scribendum est, pro ὅτι. — Haec matronarum nobilium amica venerat ad fontem vestes lotura, pro more veteris aevi, quem apud suae gentis homines excusare velle videtur *R. P. Brumoeus:* his magis etiam regia Princeps displicere debuit *Homeri*,

Ναυσικάα θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἀλκινόοιο,

quae, duabus ancillis comitata, *vestes*, εἵματα, venerat

Ἐς ποταμὸν πλυνέουσα, τά οἱ ῥερυπωμένα κεῖτο.

D *Claudianus* Laud. Serenae v. 142, memorat

Alcinoo genitam, quae, dum per littora vestes
Explicat, et famulas exercet laeta choreas,
Aurataam iaculata pilam etc.

Homeri Πλύντριαι lotas vestes Ἑξείης πέτασαν παρὰ θῖν' ἁλὸς, — Εἵματα δ' ἠελίοιο μένον τερσήμεναι αὐγῇ, Od. Ζ, 94, 98. *Euripidis* Troezenia mulier siccandas vestes in Sole θερμᾶς (Flor. lectio θερμοῦ hic deterior videtur) ἐπὶ νῶτα πέτρας Εὐαλίου κατέβαλεν. *Lucretius* I, 306,

fluctifrago suspensae in littore vestes
Uvescunt, eaedem dispansae in Sole serescunt.

Dum vestes ad Solem explicitae siccaban-

bantur, cum amicis illa suis fabulatur: A interea temporis Homereae puellae *pila ludebant* v. 100. Cum suas Πλυντρίας doceret, pila ludentis Nausicaae personam ipse *Sophocles* more suae gentis repraesentavit: *Eustathius* in Od. Z, p. 250, 28, cum *Sophoclem* σφαιριστικῆς dixerat peritum fuisse, ὃς καὶ, addit, ὅτε, φασὶ, τὰς Πλυντρίας ἐδίδασκε, τὸ τῆς Ναυσικάας πρόσωπον σφαίρᾳ παιζούσης ὑποκρινόμενος ἰσχυρῶς εὐδοκίμησεν. hausit ista, ni B fallor, ex *Athenaei* L. I, cuius nos in Epitome p. 20, F. legimus de *Sophocle* scripta: ἄκρως ἐσφαίρισεν ὅτε τὴν Ναυσικάαν καθῆκε. sic enim legendum cum *Casaubono*; qui neque *Eustathii* recordatus cum perdoctum conderet dramatum *Sophoclis* Catalogum Anim. in *Athen.* VII, c. IV, velut duo diversa Ναυσικάαν recensuit et Πλυντρίας. Quod pace viri Magni dictum velim, unum fuit dun- C taxat, inscriptum Ναυσικάα ἢ Πλύντριαι. *Sophoclis* Νίπτροις et *Pacuvii Niptris* materiem praebuit Homerica Euryclea, *Ulyssi pedes abluens*, *Ciceroni* Tusc. V, c. 16.

Vs. 131. Τειρομέναν νοσερᾷ Κοίτᾳ] Sequentia leguntur in Paris. Cod. δέμας ἔντοσθεν ἔχειν Οἴκων, λεπτὰ δὲ φάρη· quorum hoc, si legeretur in aliis, admitti posset: δέμας ἔντοσθεν ἔχειν κοίτᾳ dabat D Flor. — Verba versus 136 et sequentium si sic construas cum *Scholiaste*, τριτάταν δέ νιν κλύω τάνδε ἡμέραν κατέχειν ἁγνὸν τὸ στόμα τᾶς Δάματρος ἀκτᾶς· sensum dederis, quem poscunt Euripidea, cuius nutrici Phaedra dicitur v. 275, τριταίαν οὖσ' ἄσιτος ἡμέραν. et *pulcrum os* dixisse videbitur ἀμβροσίου στόματος δέμας. inservit et haec vox periphrasi; ista tamen est insolentior. Haec forsan olim levi muta- E tione fient clariora: corrigere *Reiskius* tentabat, Τάνδ' ἑκὰς ἀμβροσίου. — Pulcra quaevis ἀμβρόσια Poëtis dicuntur et νεκτάρεα, λόγος οὖν ἀμβρόσιος, καὶ νὺξ ἀμβροσίη, καὶ ἀμβρόσιαι χαῖται, καὶ ἀμβρόσιον στόμα παρ' Εὐριπίδῃ, *Eustath.* in Il. Δ, p. 333, 13. ad *os ambrosium* accedit prope Νεκτάρεον μείδησ' in *Apollon. Rhod.* III, 1008. — *Farinam*, ἀλφίτου ἀκτήν, sive *frumentum mola fractum* vocat Δάματρος ἀκτάν. *Homeri* Il. N, 322, Ὃς θνητός τ' εἴη καὶ ἔδοι Δημήτερος ἀκτήν, sunt *Horatio*

Quicunque terrae munere vescimur.

Carm. II, Od. XIV, 10, cui tamen obversabantur *Simonidis*, Εὐρυεδοῦς ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονὸς, excitata *Platoni* Protag. p. 345, et ter quaterve *Plutarcho: Terrae fruges*, Δήμητρός τε καὶ Κόρης δῶρα *Platoni*, Δήμητρος καρπὸν saepe vocant alii, etiam *Herodot.* I, c. 193. IV, c. 198. — Euripideum δέμας ἁγνὸν ἴσχειν adhibet in alium sensum *Naumachius Stobaei Grot.* p. 278, Καλὸν μὲν δέμας ἁγνὸν ἔχειν, ἀδμῆτά τε μίμνειν Παρθενικήν. — Ad vs. 139, Κρυπτῷ πένθει adscriptum erat ἀδήλῳ συμφορᾷ in Cod. Paris. qui v. 140 praebet ποτὶ τέρμα.

Vs. 141. Σὺ γὰρ ἔνθεος ὦ κούρα] De se testatur *Ovidii* Phaedra Her. IV, 47,

Nunc feror, ut Bacchi furiis Eleleïdes actae,
Quaeque sub Idaeo tympana colle movent:
Aut quas semideae Dryades, Faunique bicornes
Numine contactas attonuere suo.

Amori requiem cum nullam nisi mortem reperiret Myrrha, causam, cur mori vellet, ut hic chorus, nutrix exquirit Metam. X, 397 etc. *Seu furor est; — Sive aliquis nocuit; — Sive est ira Deûm.* Deûm autem ira credebatur et maniacos efficere, quales fuere Proetides, Athamas, Alcmaeon, aliique: huius μανίας ubi meminit *Plato* in Phaedro p. 244. D. νόσων γε καὶ πονῶν scribendum arbitror pro πόνων. — Nihil in hac Strophe variant Codices, nisi in ultimo versu, quo scribitur in Ed. prima Flor. Δίναισι νοτίαις. Cod. Paris. Δίναις ἐν νοτίας· in Flor. Δίναις δ' ἐν' ἐννοτίαι. in aliis Parisinis *Musgr.* δίναις ἐν νοτίαις. *Heathio* probata mihi placuit scriptio, Δίναισιν νοτίας ἅλμας. ut *maria terrasque* pervadens dicatur Φοι-

τᾶν — καὶ διὰ λίμνας, Χέρσουθ', et modus, quo mare pertranseat, tradatur sequentibus, ὑπὲρ πελάγους Δίναισι νοτίας ἅλμας. *Terram* Χέρσον, *mare*, *Homerum* imitati, suis in Choricis carminibus Λίμναν quoque vocant Tragici, *Eurip.* Hec. 444, *Soph.* Trach. v. 646. in Oenomao ap. *Schol.* in *Aristoph.* Aves v, 1317. Χέρσου memorat *Barnes.* ut diversam lectionem; hanc recepi, quia διὰ λίμνας, vel λίμνης, illud requirebat.

Vs. 151. Ἢ πόσιν — Πημαίνει τις ἐν οἴκοις] Qui sequitur versus est in Cod. Flor. in Ed. quoque prima Flor. paroemiacus,

Κρυπτᾷ κοίτᾳ λεχέων σῶν.

sed qui huic respondet vulgata requirit. Πημαίνει redditur in Cod. Paris. βλάπτει. Rectius vero mihi cum *Cantero* legisse videtur *Scholiasta* Ποιμαίνει· cuius vim sequentia satis clare limitant. βουκολεῖν καὶ ἐξαπατᾶν verbo tantum Ποιμαίνει convenire possunt, non alteri: mentem mihi Poëtae videntur explanare haec in Scholiis: ἥτις γυνὴ ἀπατᾷ σου τὸν ἄνδρα τῇ ἑαυτῆς λαθραίᾳ συνουσίᾳ· σὺ δὲ ἐκ τῆς ζηλοτυπίας εἰς νόσον καὶ μανίαν κατέστης. In hunc quidem sensum multo magis frequentatur Βουκολεῖν· sed saepius etiam figuratis usibus inservit Ποιμαίνειν, pro περιέπειν καὶ ἀνυμνεῖν adhibitum *Pindaro* Ol. XI, 9, in cuius Isthm. V, 15, *duo vitae florem* ποιμαίνοντι, *fovent*. Propius ad Euripideum usum accedit hoc *Luciani* in Amor. T. II, p. 457, *philosophos mentiti* σεμνῶν ὀνομάτων κομψεύμασι τοὺς ἀμαθεῖς ποιμαινέτωσαν, *imperitos phaleratis dictis ducant*, ut loquitur *Terent.* Phorm. III, 2, 15. Quo paene sensu βουκολεῖν posuit *Aeschylus* in Agam. v. 678, Ἐβουκολοῦμεν φροντίσιν νέον πάθος· *Cantillando fallebat amorem suum. Theocriti* Eid. XI, 80,

Πολύφαμος ἐποίμαινεν τὸν ἔρωτα
Μουσίσδων.

Vs. 155. Ἢ ναυβάτας τις ἔπλευσεν] Huius versus et sequentium sententiam paucioribus Poëta verbis expressit in Helenae v. 1207,

ἢ, Φάτιν τιν' οἴκοθεν
Κλύουσα, λύπῃ σὰς διέφθαρσαι φρένας.

— In v. 160 probatam *Heathio* et *Reiskio* scriptionem recepi Λύπᾳ δ' ὑπὲρ παθέων Εὐναίᾳ δέδεται ψυχά· pro Εὐναία· hanc et illam invenit in suis etiam libris *Schol.* illam recte explicans, λύπῃ τῇ εἰς εὐνὴν κατακλινούσῃ διὰ τῆς νόσου. Neque tamen diffiteor scribi quoque potuisse, Λύπᾳ δ' ὑπὲρ παθέων Εὐναία δέδεται ψυχάν· huc spectant ex Scholiis ista: ὑπὸ τῆς λύπης εὐναία ἡ Φαίδρα δέδεται τὴν ψυχήν. Ψυχὰν invenit in duobus etiam Codd. *Musgrav.* in uno δέδεσαι scriptum legebatur. — In v. 157 Λιμένα τόνδ', ut altero τὸν multo melius, (*huncce portum*,) oblatum ab *Heathio* recepi.

Vs. 161. Φιλεῖ δὲ τᾷ δυστρόπων γυναικῶν etc.] Vulgatae voci δυστρόπῳ lineolam adieci; versu sequente κακᾷ praebuit Codex Paris. ἀφροσύνας commode Medicus Eruditiss. *Musgravius* explicuit Exercit. in *Eurip.* II, c. IV. Reliqua pleraque *Ratallerus* bene mihi videtur interpretatus; apta quoque dedisse nonnulla *P. Victorius* V. L. IX, c. X. Poëtae autem verba sic situ suo naturali disponenda: ἀμηχανία δὲ δύστανος (ἕνεκα) ὠδίνων τε καὶ ἀφροσύνας φιλεῖ συνοικεῖν τᾷ ἁρμονίᾳ κακᾷ δυστρόπων γυναικῶν. ut δύστροποι dicantur γυναῖκες δυστράπελοι, *intractabiles et morosae:* mulier mulieres πολλὰ ῥέζειν fatebatur Ἀτροπίῃσιν in *Apollon. Rhod.* IV, 1082. — Proxima Δι' ἐμᾶς ἦξε ποτὲ Νηδύος ἅδ' αὔρα constitui ad mentem *Heathii :* Hinc apud *Hesych.* Ἅδ' αὔρα, αὕτη ἡ πνοή, quod vidit *N. Bondtius*, ictus Batavus Gracce perdoctus. *Heathio* hic Codex favebat Paris. qui paulo post dabat uno ductu Τόξων μεδέουσαν ἀΰτευν Ἄρτεμιν. mihi Dianae nomen ut interpretamentum videtur adiectum, *Euripides* autem dedisse tantum:

Τὰν δ' εὔλοχον οὐρανίαν
Τόξων μεδέουσαν ἀΰτευν.

Deam

Deam vero virginem *luciferas* sibi semper *manus* admovisse benignam significat, quae τάςγε κύουσας ἐμαιοῦτο, ut suspicor dedisse *Lucianum* T. I. p. 245, 58, pro τὰς τεκούσας; nam *laborantes utero puellas* audiebat rite vocata: Μαῖα δ' Ἄρτεμις *Tatiano* restituta fuit ab *Hemsterhusio* p. 287.

Vs. 171. Ἀλλ' ἥδε τροφὸς γεραιὰ] Stare posse si videbitur in anapaestico versu, sicut in Hec. v. 63, Γεραιᾶς χειρὸς προσλαζυμέναι· in senariis quia ne illud quidem locum invenit, in eiusdem dramatis v. 273, non γεραιᾶς, sed scripserat, opinor: Καὶ τῆσδε γραίας, προσπιτνῶν, παρηΐδος, nempe ἥψω.

Vs. 173. Στυγνὸν δ' ὀφρύων νέφος αὐξάνεται] In hac forma verbi conspirant Flor. et Paris. cum ceteris *Musgravii*. Non quidem Phaedrae disconvenit Στυγνὸν ὀφρύων νέφος, cui dat infra nutrix v. 290 Στυγνὴν ὀφρῦν· sed nec vetulae disconvenire, neque adeo hunc versum versui 176 esse postponendum, quod putabat vir Doctissimus, vel ista monstrant Hippolyti *Senecae* v. 432, *Quid huc seniles fessa moliris gradus, O fida nutrix, turbidam frontem gerens Et moesta vultus.* Deïanirae nutrix vetula prodit in scenam συνωφρυωμένη, *Soph.* Trach. v. 882. id est συννεφής, *nubila vultu Statio* Sylv. III, Ecl. V, 11. Ut hic Chorus in *Soph.* Antig. v. 532, Καὶ μὴν πρὸ πυλῶν ἥδ' Ἰσμήνη, Φιλάδελφα κάτω δάκρυ' εἰβομένη· Νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ αἱματόεν Ῥέθος αἰσχύνει Τέγγουσ' εὐῶπα παρειάν. quae sunt, ut *Sophoclis*, pervenusta. Nostra spectabat forsan *Eustath.* in *Hom.* Il. A p. 109, 26, ubi ὀφρύων νέφωσιν interpretatur per τὴν σκυθρωπότητα. attigit haec et alia Cl. *Alb. Schultens.* in *Iobi* XV, 12. συναγαγόντα τὰς ὀφρῦς Τοῦτον σκυθρωπάζοντά θ' ἡμῖν προσλαλεῖν. *Antiphanes Athen.* VI, p. 225. F. *adducunt* enim *supercilia*, quibus, ut aiebat *Pacuvius*, *vultum caligat tristitas.*

Vs. 179. Τόδε σοι φέγγος λαμπρὸν, ὅδ' A αἰθὴρ] *Ecce tibi*, quod desiderasti, *clarum lumen aetheris.* In Flor. Cod. leguntur ista, Τί δέ σοι φέγγος λ. ὅδ' αἰθὴρ, in Paris. λαμπρὸς ὅδ' αἰθήρ. Vulgata melior mihi lectio videretur, Τί δέ σοι φέγγος, λαμπρὸς ὅδ' αἰθὴρ; *Quid tibi commodi clarum aetheris iubar adfert*, cum ne oculos quidem ad lucem attollas? Saepius obvia, Τί σοὶ, et τί μοι τοῦτ' ἐστιν; plerumque significant, *quid tua*, quid B mea *refert?* — Vs. 182 scribi malim, Τάχα δ' εἰς θαλάμους σπεύσεις γε πάλιν· quam τὸ πάλιν. — In seq. v. ad σφάλλῃ legitur in Paris. μεταβάλλῃ· ut in v. 175 ad Δεδήληται] βέβλαπται. — Amore perturbatam Phaedram quidque velit incertam Poëta nobis expingit in his, Ταχὺ γὰρ σφάλλῃ, κ' οὐδενὶ χαίρεις· Οὐδέ σ' ἀρέσκει τὸ παρὸν, τὸ δ' ἀπὸν (sic enim scribendum, non τόδ' ἀπὸν) Φίλτερον C ἡγῇ· hinc *Senecae* Nutrix Hippol. v. 365, *nil idem dubiae placet; Artusque varie iactat incertus dolor: Nunc ut soluto labitur moriens gradu, — Nunc se quieti reddit: — attolli iubet Iterumque poni corpus; et solvi comas; Rursusque fingi: semper impatiens sui Mutatur habitus.* Vere *Lucretius* ita vitam agere plerumque homines scribit III, 1071, *Quid sibi quisque velit, ne-* D *scire, et quaerere semper commutare locum, quasi onus deponere possit:* alia dedit *Th. Gatakerus* in *M. Antonini* VII, 27.

Vs. 191. Ἀλλ' ὅ, τι τοῦ ζῆν φίλτερον ἄλλο Σκότος ἀμπίσχων κρύπτει νεφέλαις] Νεφέλας *Reiskio* placet, ut νεφέλη σκοτεινὴ dicatur σκότος νεφέλας, *atra nubes;* quam lectionem si Codices firmarent an- E teponerem vulgatae. Tametsi non multum referat ἀμπίσχων scribatur an ἀμπίσχον, quum σκότος utroque genere Tragicis adhibeatur, illud tamen recepi cum *Musgravio*, quod Codd. etiam Flor. et Paris. praebent. Vulgatas ante lectiones, sed et a vulgata diversam exhibet *Schol.* in *Aristophanis* Ran. v. 1114, excitans τὰ ὑπὸ τῆς τροφοῦ ἐν Ἱππολύτῳ λεγόμενον, Ἀλλ' ὅτε τούτου φίλτερον ἄλλα Σκότος ἀμπ-

ἀμπίσχον κρύπτει νεφέλαις. videri poterit A in suo Codice legisse τούτου, pro τοῦ ζῆν· ut certe paulo post homines, quos vitae dira tenet cupido, dicimur Δυσέρωτες — ὄντες Τοῦδ', ὅτι τοῦτο στίλβει κατὰ γᾶν. ultimum ex Paris. Cod. sumsi pro γῆν. in illis enim designatur per τοῦτο, τὸ ζῆν· et in Τοῦδε, relinquitur supplendum τοῦ ζῆν sed vel idcirco videtur Poëta scripsisse in v. 191 τοῦ ζῆν· mortis mentionem evitabat more suae gentis vetula, B non vitae. *Berglerus* in istum locum Comici p. 314, *Euripidis* verba primum scripta fuisse censet prout exstant in *Aldina* Ed. Ἄλλό τι τοῦ ζῆν φίλτερον, ἄλλο Σκότος ἀμπίσχον κρύπτει νεφέλαις· quae sic Latina fecit: *sed aliud quiddam, aliud dulcius hac vita tenebrae involventes occultant nebulis.* Verum Ἄλλό τι si probetur, quod sequitur ἄλλο videbitur scribendum ἀλλ' ὃ, *sed quod atra nu-* C *bes tegit.* — Quae sequuntur vss. 193—195 latent apud *Plutarch.* in Erot. p. 764. E. partim etiam in lib. c. Epicur. p. 1105. B. ubi, ἡ τοῦ ζῆν, ait, στέρησις ἐνοχλεῖ καὶ νέους καὶ γέροντας; Δυσέρωτες γὰρ φαινόμεθ' ὄντες Τοῦδ', ὅτι τόδε (τοῦτο) στίλβει κατὰ γῆν, ὡς Εὐριπίδης φησί. verborum sedem ignorantes nec dicti sensum viderunt Interpretes. Et aliorum saepe Poëtarum fuit, estque *Lucretii* que- D rela; *Quae mala nos subigit vitaï tanta cupido?* — sed *Socratis* decebat amicum *Euripidem* dixisse, nimiam istam vivendi nos tenere voluptatem vs. 195, Δι' ἀπειροσύναν ἄλλου βιότου, *Vitae alterius bona inexpertos*, ut reddidit *Grotius* in Exc. p. 206. nam quae spectant manes et infernum non cadere sub certam demonstrationem; homines autem, *vanis*, inquit, Poëtarum *fabulis ferimur incer-* E *ti.* — In his οὐκ ἀπόδειξιν dixit *Euripides*, ut *Thucydides*, praeter alia, p. 29, 1, οὐκ ἀρετὴν et p. 339, 35, τὴν τῶν χωρίων οὐκ ἀπόδοσιν. *Luciano* hinc dicitur T. II, p. 10ᶜ, τοῦ φόρου ἡ οὐκ ἀπόδοσις. *Epicuro* apud *Laërt.* X, 46, ἀντικοπὴ καὶ οὐκ ἀντικοπή, *Democrito Stobaei* p. 2ᶜ8, 52, ζώων φόνου καὶ μὴ φόνου. — Nec *Democritum* neque *Epicurum* Poëtarum movebant fabulae: *Democrito* homines conscientiae stimulis agitati dicuntur apud *Stobaeum* p. 533, 49. Ψεύδεα περὶ τοῦ μετὰ τὴν τελευτὴν μυθέοντες φόβου· sed μυθέοντες Graecis est inusitatum, et scripsisse *Democritum*, Ψεύδεα περὶ τοῦ μετὰ τὴν τελευτὴν μυθοπλαστέοντες χρόνου, liquet ex p. 603, 4, ubi v. 1. ἔνιοι convertendum est in οἱ μέν. de Poëtarum fabulis quid senserit, monstrat *Euripides*, alibi saepius, et in Herc. Fur. v. 1346, ubi ἀοιδῶν, inquit, οἵδε δύστηνοι λόγοι. haec ubi posuerat *Plutarch.* T. II, p. 1052. E. vox ἀοιδῶν in αὐτῶν male mutata obscuravit vicina.

Vs. 199. Λέλυμαι μελέων σύνδεσμα, φίλαι] Ad sequentem versum διαβαστάσατέ με legitur adscriptum in Cod. Paris. qui vs. 198, praebet etiam Αἴρετε quod pro Ἄρατε recepi cum *Musgravio.* Hoc v. 199. dat Flor. Cod. Λέλυμαι μελέων σύνδεσμα φίλων· in aliis si legeretur, poterat genuinum videri: famulas alloquitur versu seq. hic pro ἐμῶν more Poëtarum scribere potuit *Eurip.* φίλων — μελέων· Xerxes in *Aeschyli* Persis v. 916, Λέλυται γὰρ ἐμῶν γυίων ῥώμη. Amor autem, quo saucia Phaedra aegrotabat, praeter alia, ἔρος *Hesiodo* dicitur Λυσιμελής in Theogon. v. 911. *Anime mi* saepe Poëtis est φίλε θυμέ. φίλον κέαρ in *Aesch.* Choëph. v. 408. φίλον κάρα dixit *Euripides*, et in Phaëthonte φίλαισιν ὠλέναισιν apud *Athen.* XI. p. 503. D. ubi sic Euripidea scribenda videntur,

Ψυκτήρια
Δένδρη φίλαισιν ὠλέναισι δέξεται.

versus autem *Aeschyli* corrigendus,

Αὔρας ὑποσκίοισιν ἐν ψυκτηρίοις.

voci vulgatae Σαύρας litera praecedens male adhaesit.

Vs. 201. Βαρύ μοι κεφαλῆς ἐπίκρατον ἔχειν.] Excitat ista *Dionys. Halicarn.* in exemplum pedis anapaesti valde commodi, ἔνθα δεῖ μέγεθος περιθεῖναι τοῖς πράγμασιν,

ξιασιν, ἢ πάθος, de Compos. Verb. p. 29, 41. conf. ad h. l. *Eurip.* in *Androm.* v. 830. — Sequentem versum, quo legebatur εἶμαι, egregie *Musgravius* ex Codd. emendavit et ex Edit. prima,

"Αφελ'· ἀμπέτασον βόστρυχον ὤμοις,

humeris infunde comam solutam. hinc Phaedra in *Senecae* Hippolyto v. 394,

Sic temere iactae colla perfundant comae,
Humerosque summos; cursibus motae citis
Ventos sequantur.

hoc etiam modo matrem illic imitabatur Hippolyti: Diana *Claudiani*,

levibus proiecerat auris
Indociles errare comas.

de Raptu II, 30. prodit *Ovidii* Medea VII. Met. V, 183, *nudos humeris infusa capillos;* et Niobe, *movens*, VI, 168, *immissos humerum per utrumque capillos.* Venus *Apollonii Rhod.* III, 45, Λευκοῖσιν δ' ἑκάτερθε κόμας ἐπιειμένη ὤμοις Κόσμει χρυσείῃ διὰ κερκίδι. hinc, monente Cl. *Burmanno*, *Candida dividua colla tegente coma*, *Ovidii* Amor. I, El. V, 10. apud *Heliodor.* III, p. 134, coma Charicleae partim ὤμοις τε καὶ νώτοις ὑπεκύμαινε. *Achilli* quoque *Tatio* memorantur κόμαι κατὰ τῶν ὤμων λελυμέναι.

Vs. 203. Θάρσει τέκνον] Hic et sequentes versus in *Stobaei* sunt Floril. p. 568, 30. numeris *Grotii* Latinis expressi p. 450, qui μετά θ' ἡσυχίας ex MS. iam restituit, in aliis etiam repertum *Musgravio.* — Vs. 207, δὲ male aberat a Cod. Paris. — Vs. 204, Μετάβαλλε σῶμα dabat Flor. interpretamentum pro voce genuina. In utroque hoc Codice interiectio "Ε, ἒ, scribebatur αἶ αἶ.

Vs. 208. Πῶς ἂν δροσερᾶς ἀπὸ κρηνῖδος
Καθαρῶν ὑδάτων πόμ' ἀρυσαίμαν;]

Dicebat ista Phaedra, dum furtivus ignis venas populabatur: vid. Hipp. *Senecae* v. 101, 280, 640. *Ovidii* Phaedra IV,

A 20, *urimur intus*, *Urimur.* Ardente febri iactatum Agesipolin ἔρως ἔσχε τῶν τε σκιερῶν σκηνημάτων καὶ τῶν λαμπρῶν καὶ ψυχρῶν ὑδάτων, ut scribit *Xenophon* Ἑλλ. V, p. 330, 1. voto potius multo vehementius affiictari coepit. — Ut usitatius cum *Marklando* praetulerim etiam πῶμ' ἀρυσαίμαν. Idem *Marklandus* in *Eurip.* Suppl. v. 796. πῶς ἂν ὀλοίμην optime reddidit *Utinam peream: utinam*, εἴθε,

B εἰ γὰρ, ὡς, praesertim in Euripideis dicitur πῶς ἄν. Alc. v. 864, Πῶς ἂν ὀλοίμαν. Med. v. 97. Iphig. in Taur. v. 627. Hippol. v. 345, Πῶς ἂν σύ μοι λέξειας· *utinam tu mihi diceres:* Or. v. 1057, Πῶς ἂν ξίφος νῷ ταὐτὸν, εἰ θέμις, κτάνοι, Καὶ μνῆμα δέξαιθ' ἕν. Saepius ὡς, fortasse non nisi semel in *Sophocleis* πῶς ἂν hoc sensu reperitur Philoct. v. 791. Nusquam ista ceperunt

C Interpretes, in minutis saepe voculis lapsi.

Vs. 210. ἔν τε κομήτῃ λειμῶνι] Huc spectat *Eustath.* in Il. B. p. 233, 29, Κόμας δὲ λέγειν δένδρων τὰ φύλλα, ὅθεν καὶ Κομήτης λειμὼν παρὰ τῇ τραγῳδίᾳ, καὶ Κομᾶν, τὸ ἐν τούτοις θάλλειν. Recte legitur in Scholiis, λειμῶσι κομῶσι τοῖς ἄνθεσιν· est enim hic Κομήτης Iphig. in Aul.

D v. 1296, Λειμὼν ἄνθεσι θάλλων. *Thom. M.* cuius verba nobis ex MSS. in notis dederunt p. 528, 541, Κομᾷ — καὶ τόπος, ἤγουν φυτὰ ἔχει. In *Soph.* Antig. v. 425, Φορβὴν "Υλης πεδιάδος recte βοτάνας interpretantur καὶ δένδρα. "Ορος κεκομημένον ὕλῃ dixit *Callim.* h. Dian v. 41, et h. in Del. v. 262, ex emendatione viri Summi, Χρύσειον δ' ἐκόμησε γενέθλιον ἔρνος ἐλαίης· quae optime nuper explicuit Clar.

E *Jac. Frider. Heusinger* in Emend. *Callimach.* Periculo p. IX. Hinc corrigi poterit insignis locus *Dionis Chrys.* Or. LXIV, p. 596. C. habet ibi Comici cuiusdam senarios, rebus illic florentibus in laudem Athenarum scriptos, quibus singulis sua quaedam interserit *Dion*, demonstrans Atticam ab illa priori multum fuisse mutatam: est inter istos et hic versus:

Ἄλση δὲ τίς πω τοιάδ' ἔσχ' ἄλλη γυνή;

scribendum, non cum *H. Valesio* γέη, sed γύη; εὐσπόρους ἀγρῶν γύας dixit et *Comicus* in Avib. v. 231. *Nemora vero talia quaenam alia habet terra?* ad haec scripsisse censetur *Dion*, εἶχε μὲν δή, σωθεῖσα δὲ ὡς ἐπὶ συμφοραῖς ἀπεκείρατο· scripserat autem, nisi fallor: εἶχε μὲν, δηωθεῖσα δὲ ὡς ἐπὶ συμφοραῖς ἀπεκείρατο. *habuit quidem* (olim locus;) *sed vastata velut in luctu comam detotondit.* una duntaxat litera perverse scripta viros illic doctissimos fefellit.

Vs. 213. Οὐ μὴ παρ' ὄχλῳ τάδε γηρύσῃ] Haec quidem apta comparat *Markland.* in Supp. v. 1066, οὐ μὴ μῦθον ἐπὶ πολλοὺς ἐρεῖς· in quibus οὐ μὴ ἐρεῖς, et οὐ μὴ γηρύσῃ ponuntur secundum *R. Dawes.* observationem in Miscell. Crit. p. 222. Sed illic *Reiskii* vellem et meam probasset *Marklandus* coniecturam, ἐπὶ πολλῶν, *coram multis:* ut hic in Scholiis παρ' ὄχλῳ recte redditur ἐπὶ τοῦ χοροῦ. et ad Hipp. v. 523 legitur, μὴ ἐπὶ πάντων καὶ ἐπὶ τοῦ θεάτρου ταῦτα ἐκφέρειν. Optimi sic quoque loquuntur Scriptores Attici. — Proxima Μανίας ἔποχον λόγον attigit *Eustath.* in Il. Β, p. 159, 42, citatus quoque *Musgravio.*

Vs. 215. Πέμπετέ μ' εἰς ὄρος etc.] Hinc *Senecae* Phaedra Hipp. v. 110, *Iuvat excitatas consequi cursu feras*, etc. — v. 233, *Hunc, in nivosi collis haerentem iugis, Et aspera agili saxa calcantem pede, Sequi per alta nemora, per montes placet.* Eadem in *Ovidii* Her. Ep. IV, 41, *In nemus ire libet, pressisque in retia cervis, Hortari celeres per iuga summa canes;* etc. cum Ovidianis Euripidea contulit *Ian. Vlitius* in *Nemesiani* Cyneg. v. 196. Venatoris Adonidis amore Venus ipsa *Per iuga, per sylvas, dumosaque saxa vagabatur Nuda genu:* ut minime miremur ista *Sulpiciae* (*Tibull.* IV, El. III, 11,) *Sed tamen ut tecum liceat, Cerinthe, vagari, Ipsa ego per montes retia torta*

A *feram. Ipsa ego velocis quaeram vestigia cervae; Et demam celeri ferrea vincla cani. Tunc mihi tunc placeant sylvae.*

Vs. 218. Βαλίαις ἐλάφοις ἐγχριμπτομένα] Hoc recepi, pro ἐγχριπτόμεναι· ut ante κύνες dici videbantur, quas satis erat θηροφόνους dixisse: debetur illud *Marklando*, nisi quod ex Codd. Flor.

B et Paris. literam μ verbo interiecerim, non illam tamen necessariam. Sed pace viri Eximii mihi non necesse videbatur ut anapaesti transponerentur; quantumvis non in isto tantum loco T. II. p. 52. B. sed et p. 959. B. hoc ordine verba legantur collocata: δοκῶ μοι — ποθεῖν, inquit *Plut.*, ὥσπερ ἡ Εὐριπίδου Φαίδρα, κυσὶ θωῦξαι, Βαλίαις ἐλάφοις ἐγχριπτόμενος· quod et p. 52 legitur ἐγχριπτόμενος monstrat saltem hic de Phaedra positum non

C de canibus. Ratio mihi quaedam adparet, cur isthoc ordine verba posuerit *Plutarchus*, alio Tragicus, ne ῥίψαι nimis esset ab ἔραμαι, unde pendet, remotum.

Vs. 220. Καὶ παρὰ χαίταν ξανθὰν ῥίψαι] Mihi quae *Musgravio* verborum esse videtur structura, Καὶ ἔχουσα ἐν χειρὶ βέλος Θεσσαλὸν ὅρπακι ἐπίλογχον ῥίψαι (nem-

D pe τὸ βέλος) παρὰ χαίταν ξανθάν. Senecae Phaedra Hipp. v. 397, *Hastile vibret dextra Thessalicum manus; Talis* (malim *Qualis*) *severi mater Hippolyti fuit, Qualis* etc. — *talis in sylvas ferar;* εἶμι πρὸς ὕλαν *Eur.* v. 215. ut *hastile Thessalicum* dixerit *Euripides* βέλος Θεσσαλὸν ὅρπακι ἐπίλογχον· In eius Bacch. v. 1204, Agaue, praedam, in-

E quit, cepimus, Οὐκ ἀγκυλωτοῖς Θεσσαλῶν στοχάσμασιν, *non amentatis Thessalorum iaculis.* Hoc Phaedra dixit apud *Ovid.* Her. Ep. IV, 43, [*Aut*] *tremulum excusso iaculum vibrare lacerto.* Telum tale vibrare Phaedra desiderabat, a capite vel ab aure dextra libratum, quod dixit *Euripides* παρὰ χαίταν ξανθὰν ῥίψαι. Haec etiam optime *Ratallerus* expressit. *Virgilii* Nisus Aen. IX,

402,

402, *adducto torquens hastile lacerto*, A — 410, *toto connixus corpore ferrum conicit:* v. 417, *idem Ecce aliud summa telum librabat ab aure:* sicut Ovidio, *Dextra libratum fulmen ab aure:* ex more Graecorum a capite iaculantium explicant haec Euripidea *Jos. Scaliger* in *Propert.* p. 287, et *Is. Casaubonus* ad *Persii* Sat. V p. 363. conf. ex MS. vulgatum *Scholion* in *Hom.* in Dissert. *Ursini* libello subiecta p. 140. Θέσσαλον B ὄρπακα hinc attigit *Ez. Spanhem.* in *Callim.* h. Apoll. v. 1.

Vs. 223. Τί ποτ', ὦ τέκνον, τάδε κηραίνεις;] *Alumna, quid ista tandem corde volutas?* Ubi Deianira *Sophocli* dicitur Κείνου προκηραίνουσα, *pro marito anxie sollicita*, Trachin. v. 29, *Euripidis* verba melius scripta prostant in Scholiis *Triclinii* Ed. *Turneb.* p. 121, quam in C antiquioribus: versus ibi sedem *vir D.* indicavit in Miscell. Obs. Nov. T. I, p. 79.

Vs. 224. Τί κυνηγεσίων καὶ σοὶ μελέτης] *Reiskio* legenti, Τί; κυνηγεσίων καὶ σοὶ μελέτη; *Quid? est ne tibi etiam venationis cura?* partim favent unus ex Codd. *Musgravii*, alter etiam *Paris.* in quibus μελέτη scriptum. Graece quidem D diceres, τί δή; τὰ κυνηγετικὰ σὺ μελέτην πεποίησαι; Sed mirata nutrix venari cupientis alumnae verba, *quid tibi*, inquiebat, *cum rebus est venatoriis?* hoc diceretur Τί κυνηγεσίοις καὶ σοί, nempe κοινόν ἐστι πρᾶγμα· scripsisse mihi videtur *Euripides*,

Τί κυνηγεσίων καὶ σοὶ μελέτη; —

id est Τί μελέτη κυνηγεσίων καὶ σοί, *quid* E *tibi cum meditatione rerum venaticarum est negotii?* Non sermonis tantum quotidiani formula erat loquendi τί ἐμοὶ καὶ σοί, quid mihi tecum est; sed et quibusvis usitata: *Ovidii* Sappho Her. Ep. XV, 52, *Quid mihi cum Lesbo? Sicelis esse volo.* *Anacreon* XVII, 4, Τί γὰρ μάχαισι κἀμοί; v. 10, Τί Πλειάδεσσι κἀμοί; *Tibull.* I El. VII, 3, *Quid tibi, saeve puer, mecum est?* frequens est et in libris nostris sacris formula, alicubi restituenda *Joëlis* interpreti. Plenius *Euripides* loquitur in Ione v. 1284, Τί δ' ἐστὶ Φοίβῳ σοί τε κοινὸν ἐν μέσῳ; atque ita forte dederat in Heraclid. v. 185, Ἡμῖν δὲ καὶ τῷδ' οὐδέν ἐστιν ἐν μέσῳ. *Achilles Tat.* VI. p. 387, τί ἐμοὶ καὶ Θερσάνδρῳ κοινόν; *Lycophron* Alex. v. 1283, Τί γὰρ ταλαίνῃ μητρὶ τοῦ (L. τῇ ut v. 1412,) Προμηθέως Ξυνὸν πέφυκε καὶ τροφῷ Σαρπηδόνος; *Themistius* Or. XXIX p. 345. B. ἀλλ' ἐμοὶ καὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ οὐδὲ πρᾶγμά ἐστι. more scripserat aliorum, οὐδὲν πρᾶγμά ἐστι. notata quaedam leguntur ad *Herod.* P. 387, 388. Rarius esset *Aristophaneum* in Thesmoph. v. 145, Τί βάρβιτος Μέλει κροκωτῷ; si recte corrigo vulgatum Λαλεῖ. — In vs. 227 *Heathio* sum obsequutus, ὅτι corrigenti pro ὅθεν, ut ὑς in Κλιτὺς usitato more possit produci.

Vs. 228. Δέσποιν' ἁλίας Ἄρτεμι Λίμνας] Sic dudum ante correxeram, quam vera lectio fuisset in Codd. inventa *Musgravio:* ἁλίας legit et in Paris. *T. H.* in Flor. *Is. Voss.* Verum vidit etiam absque Codd. *Reiskius.* Variis in regionibus quoque Graeciae *paludes* fuere *siccatae:* quid mirum si locis istis manserit *paludum* nomen? Λίμνη, certe Λίμνα, Λίμναι diversa loca dicebantur: Λίμναι πόλις περὶ Σηστὸν ex *Hecataeo* memoratur et *Strabone;* ad Attices Λίμνας vid. quos citat *T. H.* in *Callimachi* fragm. CCLXXX. Illic Bacchus, ὁ ἐν Λίμναις Διόνυσος, alibi locorum Diana colebatur Λιμνῆτις sive Λιμνᾶτις a loco sic utique dicta: Ἀρτέμιδος ἱερόν ἐστιν ἐν τῇ Ἐπιδαυρίων Λιμνάτιδος, *Pausan.* III, p. 271. init. In Messeniorum et Lacedaemoniorum finibus situm Dianae templum Λιμνάτιδος eidem IV, p 287, memoratur: p 356 init. Λίμναι χωρίον esse dicitur, in quo templum Dianae Λιμνάτιδος. In his errantem *Jo. Meurs.* Miscell. Lacon. I, c. 2, partim corrigit *Jo. Kühnius* ad istorum locorum ultimum. de *Limnatide* Diana notavit *N.*

 Heins.

Heins. in *Ovid.* Met. V, 48. Fit eius in epigrammate mentio, quod paulo melius ex *Antholog. MS.* describam, quam dedit *Reiskius* N. 498,

Τιμαρέτα πρὸ γάμοιο τὰ τύμπανα, τάντ' ἐρατεινὰν
Σφαῖραν, τόν τε κόμας ῥύτορα κεκρύφαλον,
Τάς τε κόρας, Λιμνᾶτι κόρα, κόρα, ὡς ἐπιεικὲς,
Ἄνθετο, καὶ τὰ κορᾶν ἐνδύματ' Ἀρτέμιδι.

Causae nihil est cur dubitemus prope Troezenem locum fuisse Λίμναν dictum; Dianam autem, quia locus iste littori proximus, et gymnasio dicatus, sacer esset Deae, dictam *Euripidi dominum* ἁλίας Λίμνας, καὶ γυμνασίων τῶν ἱπποκρότων. Huius loci gymnasium respexisse Poëta videtur v. 235, v. 1173, quod satis clare designat v. 1133, memorans τὸν ἀμφὶ Λίμνας τρόχον· ubi Scholia valde perturbata, Λίμνη τόπος Τροιζῆνος Ἀττικὸς, ἔνθα Λίμνη τις (Λιμνῆτις recte *Barnes.* ut ad v. 228) Ἄρτεμις καλεῖται. παρὰ τὸ πεδίον τῆς Λίμνης τὸ βρεχόμενον, τοὺς γυμναστικοὺς τόπους etc. ad suas singula voces emendate scripta si sic referantur, haud absurda videbuntur: Τὸν ἀμφὶ Λίμνας] Λίμνη, τόπος Τροιζῆνος, ἔνθεν Λιμνῆτις Ἄρτεμις καλεῖται. [Ἄλλως] Παρὰ τὸ πεδίον τῆς Λίμνης. Τρόχον] Τὸν τρεχόμενον τόπον, Ἀττικῶς. Κατέχων ποδὶ γυμνάδας ἵππους] Τοὺς γυμναστικοὺς ἵππους κατέχων τῷ ποδὶ καὶ γυμνάζων. Vocem Ἀττικὸς ex loco non suo retraxi leviter mutatam ad Τρόχον, τὸν τρεχόμενον τόπον. gymnasia, sive *stadia*, τοὺς δρόμους bis minimum alibi Τρόχους dixit *Euripides.* vid. *Ammonius* p. 137, et Animadv. p. 216. Gymnasium Troezeniorum mari fuerit vicinum, ut τὸ γυμνάσιον τὸ τῶν Ἰασέων ἐπίκειται τῇ θαλάσσῃ, *Aelian.* de N. A. VI, c. XV. — Ceterum his Dianam invocantis Phaedrae verbis abusus est *Schol. Theocriti* ad Eid. II, 10, quod *Dan. Heinsius* animadvertit Lect. *Theocr.* c. V, p. 311.

Vs. 230. Εἴθε γενοίμαν ἐν σοῖς δαπέδοις] Ad suae gentis mores haec et vicina *Racinius* accommodavit. — In *Aristoph.* Vesp. v. 748, Μή μοι τούτων μηδὲν A ὑπισχνοῦ, quae leguntur adscripta, Ἐξ Ἱππολύτου Εὐριπίδου· adscribi debuerant ad versum illic sequentem 749, Κείνων ἔραμαι, κεῖθι γενοίμαν. Haec nusquam inveniuntur in Hippolyti quam legimus editione correcta; similia quaedam in Alc. v. 866; sed Phaedrae congruunt, et hoc in loco primae forsan Editionis fuerant posita:

Κείνων ἔραμαι,
Κεῖθι γενοίμαν, ἐν σοῖς δαπέδοις
B Πώλους Ἐνέτας δαμαλιζομένα.

Equos Venetos domans, recte dedit qui primus Euripidea Latine vertit sub nomine *Dorothei Camilli:* miror equidem Ἐνέτας quibusdam visum adpellativum. *Scholiastae* veteris usus observatis *Eustathius* meminit hinc equarum *Venetarum* et Εὐριπίδου ἀναχρονίσαντος τὴν τοιαύτην ἱππείαν εἰς τὰ Ἡρωϊκὰ, in *Hom.* Il. C B, p. 273, 40. Vid. *H. Steph.* Index in Thes. L. G. in V. Ἐνετίδας et *S. Bochartus* Hieroz. T. I, p. 160. — Ex duobus Codicibus et prima Ed. recte *Musgravius*, pro δαμαζομένα, restituit δαμαλιζομένα. Formae sunt veteres et legitimae, tametsi non inveniantur in Lexicis, ab inusitatis δάμαλος, ἅρπαλος πύκταλος ductae, Δαμαλίζειν· Ἁρπαλίζειν· Πυκταλίζειν. Euripideam dabit *Pindarus* D Πυθ. V, 163. XI, 38, ἑτέρῳ λέχει δαμαλιζομέναν. Ἁρπαλίζειν *Aeschylus* Theb. v. 248. Eumen. v. 986. *Anacreontis* est, ὡς μὴ Πρὸς Ἔρωτα πυκταλίζω· ex Epitome *Athenaei* in *Casaub.* Anim. p. 782, l. 8, hinc apud *Eustath.* in Il. Ψ, p. 1444, 19.

Vs. 232. Τί τόδ' αὖ παράφρον ἔρριψας ἔπος;] Παράφρων vel παράφορον legi posse E monuit *Musgravius:* fulcrum hic quoque non ineptum videri poterit, scribendumque παράφρον γ' ἔρριψας ἔπος· Homerica sunt ἅλιον ἔπος ἔκβαλον· τηΰσιόν γ' ἔπος ἔσσεται. Mollius erat παράφρον γ' ἔπος dixisse, quam ipsam Phaedram παραφρονοῦσαν. Nutrix tamen ad Deïaniram *Senecae* Herc. in Oeta v. 275, *pectoris sani parum, Alumna,*

questus comprime: Verissimum illud *Theognidis* apud *Stobaeum* p. 97, 8,

Πολλὰ φέρειν εἴωθε λόγος θνητοῖσι βροτοῖσι
Πταίσματα, τῆς γνώμης, Κύρνε, ταρασσομένης,

Quinetiam morbis in corporis avius errat
Saepe animus; dementit enim, deliraque fatur,

Lucret. III, 464.

Vs. 233. Νῦν δὴ μὲν ὄρος βᾶσ' ἐπὶ θήρας Πόθον ἐστέλλου·] Excitantur ista *Suidae* in Νῦν δὴ, et *Photio* in Lex. praeter cetera, in quibus monent voculis Νῦν δὴ significari *modo* ἀρτίως, ἢ μικρὸν ἔμπροσθεν. Euripidea vulgantur apud *Suidam*, ut in *Euripidis* Edd. sed in *Suidae* Ed. *Aldina* legitur, ἐπὶ θήρας πόθι ἐστέλλου. in *Eurip.* Cod. Flor. ἐπὶ θήρας πόθεν. (quod praebet et *Photii* Lex. MS.) et in hac voce iam olim variatum liquet ex Scholiis: τινὲς δὲ γράφουσι καὶ Πόθον, δηλοῦντες ὅτι τὸν πόθον εἰς θήρας καὶ κυνηγέσια ἠφίεις. Altera lectio latet in iis quae praecedunt, ἀρτίως μὲν εἶχες ἔρωτα εἰς ὄρος ἀπελθεῖν, καὶ ἐπὶ θήρας πόθεν (L. ποθεῖν) ὥρμας καὶ κυνηγεσίων· ubi tum κυνηγέσια scribendum. Praeter vulgatam videtur in Codd. antiquis haec quoque reperta lectio:

Νῦν δὴ μὲν ὄρος βᾶσ' ἐπὶ θήρας
Ποθεῖν ἐστέλλου.

haud sanequam absurda valde iuveni *Jo.* nostro *Piersono* venit in mentem, ἐπὶ θήρας Μόχθον ἐστέλλου· recordabatur Hippolytum in v. 52, θήρας μόχθον ἐκλελοιπότα. — Ἀκύμαντοι ψάμαθοι, infra v. 1126, Ψάμαθοι πολιήτιδος ἀκτᾶς, ex versu certe 1173 fuisse videntur ἀκτῆς κυμοδέγμονος πέλας· hic equos agitare Phaedra desiderabat: et fatetur apud *Ovid.* Her. Ep. IV, 45,

Saepe iuvat versare leves in pulvere currus,
Torquentem frenis ora sequacis equi.

Vs. 236. Τάδε μαντείας ἄξια πολλῆς] Oblatum a Flor. Cod. πολλᾶς, et in v. 237, pro Ὥς τις, Ὅς τις recepi cum *Musgravio*: praeterquam in aliis, Ὅς

A τις τε θεῶν ἀνασειράζει, erat in Paris. Cod. Ἀνασειράζειν, multo frequentius apud recentiores quam in veterum scriptis obvium, proprie significabat *loro retrahere: ferocis equi luctantia colla recurvans* eximie dicebatur Ἀνασειράζων. *Hesychius:* Ἀ. ἄγχων, ὡς ἀπὸ τῆς σειρᾶς εἰς τὰ ὀπίσω ἕλκων. Ibidem in Ἀνασειράζει citatur *Euripides* Ἱππολύτῳ Στεφανηφόρῳ. —

B Quis Deorum Phaedram a sano mentis statu retraheret incerta Nutrix, Τάδε, inquit,

Τάδε μαντείας ἄξια πολλᾶς.

De rebus sic loquebantur obscuris: *Aeschines* ad Timarchum acerbissime, ἔτι ταῦτα, ait, μαντείας προσδεῖται; p. 11, 15. *ista quid sibi velint, an opus habent adhuc vate coniectore?* *Auctor* Rhesi

C v. 952, Ἤδη τάδ', οὐδὲν μάντεως ἔδει φράσαι. *Alexis Athen.* X, p. 421. B. *Plato* Sympos p. 206. B. μαντείας δεῖται ὅ, τι ποτὲ λέγεις, καὶ οὐ μανθάνω. — Vs. 239 et seqq. eleganter, ut solet, expressit Graece etiam perdoctus Gallorum Tragicus *Racinius*.

Vs. 247. Τὸ γὰρ ὀρθοῦσθαι γνώμαν, ὀδυνᾷ] Rediit scriptio prior, cuius loco viro placuit Elegantissimo nomen ὀδύνα.

D Versus ex *Euripidis* Cressis vulgatur,

Αὕτη μὲν ἄτῃ περιπεσεῖν αἰσχρᾷ τινί·

ubi scribi quoque malim Λυπεῖ μὲν — *Hesychius* ex hoc forte versu: Ὀδυνᾷ, λυπεῖ, καταπονεῖ. De Ajace, cum ad sanam mentem rediisset, *Sophocles* Aj. v. 259,

Καὶ νῦν φρόνιμος νέον ἄλγος ἔχει·
Τὸ γὰρ ἐσλεύσσειν οἰκεῖα πάθη,
E Μηδενὸς ἄλλου παραπράξαντος,
Μεγάλας ὀδύνας ὑποτείνει.

id est ἄγαν ὀδυνᾷ. Illic in *Scholiis* ad v. 265, praeter alia verissima, haec etiam, leguntur *Euripidis*, ut hic vulgantur, scripta: ad Aj. v. 269, Αἴας, inquit *Schol.* νῦν μὴ νοσῶν ὀδυνᾷ ἑαυτὸν διὰ τὰ πεπραγμένα. *Sophocles* ibid. v. 275,

Νῦν δ', ὡς ἔληξε, κἀνέπνευσε τῆς νόσου,
Κεῖνός τε λύπῃ πᾶς ἐλήλαται κακῇ.

Tametsi *Galeni* tantum auctoritate munitum ab *H. Stephano*, nemini tamen verbum Ὀδυνᾷν suspectum erat: *R. Bentlejus* Emend. p. 89 *Menandro* restituit: Μηδὲν ὀδύνα τὸν πατέρα. *Themist.* Or. XXXIII, p. 364. D. τιτρώσκει ἐνίοτε τοὺς ἀκροωμένους καὶ ὀδυνᾷ. *Achill. Tat.* I, p. 23, noctu τὰ τῆς ψυχῆς τραύματα — πολὺ μᾶλλον ὀδυνᾷ, *multo maiorem adferunt dolorem.*

Vs. 247. Τὸ δὲ μαινόμενον, κακόν· ἀλλὰ κρατεῖ] *Insanire vero malum quidem, sed* κακὸν ἀνώδυνον· et *praestat* (κρατεῖ sive κρεῖσσόν ἐστιν) *absque sensu* sic *malorum perire*; quam, furore sedato, propter dicta vel facta, acerbo se moerore conficere. haec, ni fallor, est dicti sententia. Μὴ γιγνώσκοντ' *Euripides* dixit τὸν μὴ νοοῦντα sive μὴ Φρονοῦντα, *non sentientem mala sua:* Φρονεῖν γὰρ ἔλεγον (verba sunt *Erotiani* Lex. *Hipp.* v. Κατεχρόνει,) οἱ παλαιοὶ τὸ νοεῖν, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ Φάσκει,

Φρονῶ δ' ὃ πάσχω· καὶ τόδ' οὐ σμικρὸν κακόν·

huic versui proximos praebet etiam *Euripidis* Antiopae versus *Stobaeus* p. 53[8], 29,

Τὸ μὴ εἰδέναι γὰρ ἡδονὴν ἔχει τινὰ
Νοσοῦντα· κέρδος δ' ἐν κακοῖς ἀγνωσία.

Valde sentire mala sua *Sophocles* dixit in Aj. v. 955, ἄγαν Φρονεῖν, ibid. v. 555, Τὸ μὴ Φρονεῖν γὰρ κάρτ' ἀνώδυνον κακόν· Versus iste, citatus et alibi, *Sophoclis* quidem esse videtur, sed in istam irrepsisse sedem non suam ex margine, adscriptus ad versum praecedentem, Ἐν τῷ Φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος. ubi hic versus cum vicinis aliquot prostat apud *Stobaeum* p. 453, 47, is, quem dicebam, non invenitur.

Vs. 252. Πολλὰ διδάσκει μ' ὁ πολὺς βίοτος] Ad alios Codd. *Musgravii* Flor. et Paris. accedunt, in quibus sic versus recte scriptus legitur, ut emendandum viderat *R. Bentlejus* in Vindic. Dissertat. de Epist. *Phalar.* p. 80. Saepe βίος,
A
quod et hic erat, scriptum pro βίοτος legitur in Codd. MSS. ut infra v. 1295. Alc. v. 90. *Soph.* Elec. v. 227. — Hoc versu ceteris praemisso, philosophantem quodammodo vetulam censuit *Euripides* minus auditoribus Atticis displicituram. Simili dicto suam Tragica praemunit orationem in Phoenissis Iocaste v. 533. Sed si talia quamdam in Iocasta, Hecuba, Andromache similibusque He-
B
roïnis admittunt excusationem, hic multis, opinor, visa sunt disconvenire Phaedrae nutrici; quae sic cum domina coluisse videtur amicitiam quamdam ἐμπαθῆ, ut ad suum tamen pleraque commodum retulerit; atque adeo sequens oratio videri potuerit non amicitiam veram colentis, sed *mercaturam quamdam* exercentis *utilitatum.*

C
Vs. 253. Χρῆν γὰρ μετρίας εἰς ἀλλήλους κ. τ. λ.] *Musgravio* citatus *Plutarchus* περὶ πολυΦιλίας hunc versum et sequentes quatuor exhibet, quaeque illis continetur sententiam corrigit, T. II, p. 95, E. F. sic ibi scribuntur Euripidea:

Χρὴ γὰρ μετρίαν εἰς ἀλλήλους
Φιλίαν θνατοὺς ἀνατείνασθαι,
Καὶ μὴ πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς·
Εὔλυτα δ' εἶναι θέλγητρα Φρενῶν,
D
Ἀπό τ' ὤσασθαι, καὶ ξυντεῖναι.

his proxima subdit *Plutarch.* καθάπερ πόδα νεὼς, ἐπιδιδόντα καὶ προσάγοντα ταῖς χρείαις τὴν Φιλίαν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ὦ Εὐριπίδη, μεταθῶμεν ἐπὶ τὰς ἔχθρας, καὶ κελεύωμεν μετρίως ποιεῖσθαι τὰς διαΦορὰς, καὶ μὴ πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς. εὔλυτα δ' εἶναι μίση, καὶ ὀργὰς, καὶ μεμψιμοιρίαν, καὶ ὑπονοίας. *Euripidis* studiosissimo, qui-
E
que huius, et *Homeri* praesertim, dictis libros suos implevit, *Chrysippo* suspicor haec etiam in libro περὶ Φιλίας, omisso tamen *Euripidis* nomine, laudata fuisse; hinc sua *Ciceronem*, ut a *Chrysippo* permulta, sumsisse de Amicit. c. XIII, ubi *quibusdam* ait, *quos audio sapientes habitos in Graecia, placuisse opinor mirabilia quaedam: sed nihil est quod illi non persequantur suis argutiis; partim fugiendas esse*

esse nimias amicitias etc. — *caput enim esse ad beate vivendum securitatem; qua frui non possit animus, si tanquam parturiat unus pro pluribus. Ciceronis* verba, quae paulo ponam inferius, cum Euripideis praeter *Victorium*, et *Graevium*, comparavit *Jo. Brodaeus* Miscell. VI, c. XIII. conf. *Hieron. Magii* Miscell. IV, c. XVIII. — Primum vulgatis apud *Euripidem* deteriores sunt lectiones in Plutarcheis obviae: scripsit procul dubio Poëta: Χρῆν γὰρ μετρίας εἰς ἀλλήλους Φιλίας θνητοὺς ἀνακίρνασθαι. Sed ubi κρᾶσις est animorum, contraxit amicitiam virtus, et vix potest esse φιλία ex mente loquentis μετρία. *Pythagoras ultimum in amicitia putavit, ut unus fiat ex pluribus*, *Cicero* de Off. I, c. 17. qui de Amicit. c. XXI, *homo*, inquit, *alterum anquirit, cuius animum ita cum suo misceat, ut efficiat paene unum ex duobus.* Hinc locutiones φιλίας εἰς ἀλλήλους ἀνακίρνασθαι, *animorum consensione amicitias inter se contrahere:* cum Xerxe φιλίην συγκεράσασθαι, est apud *Herodot.* VII, c. 151, cuius IV, c. 152, Cyrenaeis et Theraeis ἐς Σαμίους, *cum Samiis*, φιλίαι μεγάλαι συνεκρήθησαν· notat ibi nonnulla *Wesselingius:* sed in his vini potius mixtura spectari potest, quam animorum sese commiscentium conspiratio: veri nominis κρᾶσις obversabatur *Antipatro Stobaei* scribenti p. 417, 20, συγκραθῆναι εἰς γάμον ubi paulo post, 29, αἱ μὲν ἄλλαι, inquit, φιλίαι similes sunt ταῖς κατὰ τὰς παραθέσεις μίξεσιν· αἱ δ' ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ταῖς δι' ὅλων κράσεσιν, ὡς οἶνος ὕδατι. — In Scriptoribus Ecclesiasticis de intima mixtura frequenter adhibetur 'Ανακραθῆναι, restituendum *Clementi Alex.* in lib. *Quis dives* etc. p. 956, 4, αὐτὸς ὁ θεὸς ἀγάπη καὶ δι' ἀγάπην ἡμῖν ἐθηράθη. corrige, sodes, ἡμῖν ἀνεκράθη, *cum nobis se commiscuit*, dum humanam induit naturam: vid. Exc. ex *Theodoto* §. XXXVI. *Origen.* c. Cels. IV, p. 172. a. VIII. p. 428. Per preces ἀνακραθῆναι τῷ πνεύματι est in eius libello περὶ εὐχῆς p. 31. *Gregorius Nazianz.* Or. I, p. 11, C.

A Θεὸς σαρκὶ διὰ μέσης ψυχῆς ἀνεκράθη. Or. XXXV, p. 575. A. ἄνθρωπος — συνανεκράθη θεῷ. Junguntur *Polluci* velut finitimae potestatis verba VIII, 151, συνηνῶσθαι· συγκεκρᾶσθαι· ἀνακεκρᾶσθαι· μεμίχθαι. — In Excerptis istis ex *Theodoto* p. 982, 20, memoratur Ψυχὴ — μυελοῦ γέμουσα πνευματικοῦ· haec et similia non miramur in istiusmodi libellis; sed, quamvis Μυελὸς, *medulla*, sensu frequenter B occurrat figurato, neminem tamen facile dederis qui cum *Euripide* dixerit φιλίας ἀνακίρνασθαι — πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς, *amicitias miscere ad imam usque medullam animae penetraturas*, prout interpretatur felicissimus ille Graecorum quoque Poëtarum interpres *Alb. Schultens.* in *Jobi* c. XXI, p. 575. *Themistius* Or. XXXII, p. 357. B. forte scripsisse videbitur ὀδύνην — εἰςδεδυκυῖαν εἰς αὐτόν που C τὸν μυελὸν τῆς ψυχῆς· vulgatur ibi μυχόν. proprio sensu *Heliodor.* III, p. 141, de aëre corrupto ἄχρις ἐπ' ὀστέα καὶ μυελοὺς αὐτοὺς εἰσδύεται, *usque ad ossa penetrat ipsasque medullas* Similiter loquitur *Alciphron;* cuius Glycera sapienter p. 260, ἔστιν, inquit, ὡς βίαιος ἡ ἐμπαθὴς φιλία, οὕτω καὶ εὐδιάλυτος. — In huius generis amicitia, quam non ratio conciliavit, sed affectus regit, videri poterat *com*-D *modissimum esse, quam laxissimas habenas habere amicitiae; quas vel adducas cum velis, vel remittas;* quibus verbis *Cicero* de Amicit. c. XIII, haec reddidit *Euripidis:*

> Εὔλυτα δ' εἶναι στέργηθρα φρενῶν,
> 'Από τ' ὤσασθαι καὶ ξυντεῖναι.

vocem στέργηθρα, vel στέργηθρον, ter adhibitam in *Aeschyli* Tragoediis, hic ap-E tiorem altera iudico θέλγητρα, quam praebet *Plutarchus.*

Vs. 258. Τὸ δ' ὑπὲρ δισσῶν μίαν ὠδίνειν Ψυχὴν, χαλεπὸν βάρος,] *Cicero* l. c. *fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit unum sollicitum esse pro pluribus: satis superque esse sibi suarum cuique rerum; alienis nimis implicari molestum esse;* — *caput enim esse ad beate vi*-

vendum securitatem; qua frui non possit A *animus, si tanquam parturiat unus pro pluribus.* In Alcesti, v. 883, scripsisse videtur *Euripides*,

> Ψυχῆς δὲ μιᾶς τῆσδ' ὑπεραλγεῖν
> Μέτριον ἄχθος.

ubi vulgatur ψυχῇ δὲ μιᾷ τῆσδ' ὑπεραλγεῖν.

Vs. 264. Οὕτω τὸ λίαν ἧσσον ἐπαινῶ Τοῦ μηδὲν ἄγαν] Quum syllaba fulcro B non indigeret in λίαν γ', omisi literam quae Codicibus aberat: — omitti quoque potuerat, quam v. 261 ad φασὶ recepi ex Paris. — Τὸ λίαν saepe damnat *Euripides*: Ἄριστον μέτρον *esse dixit Lindius Cleobulus; Ausonius:* huius *Cleobuli* ubi dictum explicat velut in scena p. 281, comparat tanquam alterius dictum eiusdem propemodum sententiae Μηδὲν ἄγαν· *ne quid nimis;* de cuius auctore C primo dubitatur: vid. *H. Junii* Animad. VI, c. 24, *Aeg. Menag.* in *Diog. Laërt.* I, 41. uterque Scholiis utitur in hunc *Euripidis* locum, quem *Ausonio Jac. Tollius* adscripsit: Μηδὲν ἄγαν τῶν ἑπτὰ σοφῶν ὁ σοφώτατος εἶπεν, *Anthol.* II, c. XLVIII, ep. 1. Μηδὲν ἄγαν σπεύδειν, *Theognis* v. 335, 401. Μέτρον ἄριστον saepius est in Phocylidéis: in *Anthol.* IV, c. XII, ep. 73. Nemesi tribuitur, D arrogantiae vindici, τὸ, — μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον. Unius ponam itidem philosophantis ex *Eurip.* Medea Nutricis verba ex v. 125,

> Τῶν γὰρ μετρίων πρῶτα μὲν εἰπεῖν
> Τοὔνομα νικᾷ, χρῆσθαί τε μακρῷ
> Λῷστα βροτοῖσιν· τὰ δ' ὑπερβάλλοντ'
> Οὐδένα καιρὸν δύναται θνατοῖς.

et ex *Etymologico M.* p. 587, 13, Αἰτίαο E τὼ μέτεῤῥα· Forma verbi Laconica restituta corrigo probabiliter, Αἴτιδδε τὰ μέτεῤῥα, id est, αἴτιζε vel αἴτει τὰ μέτρια· *moderata pete:* sic dictum ingenio quoque Laconico dignum videbitur.

Vs. 270. Σοῦ δ' ἂν πυθέσθαι] Vidit et *Reiskius* scribendum, Σοῦ δ' αὖ πυθέσθαι· in talibus saepius αὖ ponitur pro δή.

— Sequentem v. 271, Οὐκ οἶδ' ἐλέγχουσ'· οὐ γὰρ ἐννέπειν θέλει, Nutrix Latine sic expressit in *Senecae* Hipp. v. 860, *Haud pandit ulli; moesta secretum occulit.*

Vs. 273. Εἰς ταυτὸν ἥκεις] *Recidis eodem*, *Rataller.* et *Doroth. Camillus.* Est in Cod. Flor. lectio, quam ex uno Paris. *Musgravius* enotavit, in Scholiis etiam memorata, Εἰς ταυτὸν ἥκει· nempe ἡ νόσος, eiusque ἀρχὴ, *morbus et causa morbi* hac parte *conveniunt*, ut aeque ac morbum causam etiam malorum ignorem. Scripsisse tamen arbitror Poëtam, Εἰς ταυτὸν ἥκεις· in causa quoque morbi *convenit inter nos*, ut aeque illam ignorem ac tu. Hoc sensu formulam loquendi Noster adhibuit in Hecuba v. 747,

> Εἴ τοι με βούλει τῶνδε μηδὲν εἰδέναι,
> Εἰς ταυτὸν ἥκεις, καὶ γὰρ οὐδ' ἐγὼ κλύειν.

Quomodocunque cum aliquo convenire dicitur εἰς ταυτὸν ἥκειν vel ἐλθεῖν· *Euripides* Danaë:

> Ἐς ταυτὸν ἥκειν φημὶ τὰς βροτῶν τύχας
> Τόν θ' ὃν καλοῦσιν Αἰθέρ', ὅστις ἐστὶ δή.

in Eclog. *Stobaei* Phys. *Grot.* p. 139. *Eurip.* in *Stobaeo Gesneri* p. 172, 25,

> Τὸ γὰρ βιαίῳ κἀγρίῳ τὸ μαλθακὸν
> Εἰς ταυτὸν ἐλθὸν τοῦ λίαν παρείλετο.

apud eumdem p. 357, 5, Ταῦτ' εἰς ἓν ἔλθοιντ', *in unum ista hominem si conveniant:* eximie unanimes amici, sive cives concordes, dicuntur εἰς ἓν ἐλθεῖν. *Harpocration*, Εἰς ἓν ἦλθεν, ἀντὶ τοῦ ὡμονόησεν· spectat locum *Demosthenis* p. 276, 19.

Vs. 274. — κατέξανται δέμας] *Corpus macie extabuit*, *Tragicus* incertus ap. *Ciceronem*, Attigit *Eustath. Euripidis* ista in *Hom.* Il. Β, p. 143, 23. — In vs. 275 Cod. Paris. τριταίαν οὖτ' ἄσιτος ἡμέραν· literam vero γ' omnino retinuerim: τριταίαν γ' οὖτ' ἄσιτος ἡμέραν· *quae quidem tertium iam diem abstinet cibo.*

cibo. τὴν τρίτην ἡμέραν dixit *Euripides* τριταίαν, ut τὴν προτέραν dicebant et προτεραίαν· Polydorus in Hecuba v. 32, Τριταῖον ἤδη φέγγος αἰωρούμενος· ubi Schol. multa tradens de his numeralibus ἐνταῦθα δὲ, τὸ Τριταῖον ἀντὶ τοῦ τρίτον λέγεται. Hic usitato more scripsisset, τριταῖος ἤδη αἰωρούμενος· ut nostro loco, τριταίαν' οὖσ' ἄσιτος· omissis vocibus φέγγος et ἡμέραν. Suam nunc coniecturam Cl. *Reiskius*, opinor, nollet doctis hominibus propositam.

Vs. 276. Πότερον ὑπ' ἄτης, ἢ θανεῖν πειρωμένη;] In hac lectione conspirant Codices (ἄτην dat Flor.) etiam quos se consuluisse scribit *P. Victorius* V. L. XIII, c. 17, dubitanter corrigens, Πότερον ὑπ' ἄσης· ut interroget Chorus, *abstineatne cibo propter fastidium, an quod e vita per inediam discedere velit. Victorio G. Canterus* adstipulatur; *rectam et veram* emendationem *Victorii* iudicat *M. A. Muretus* V. L. X, c. XII, sed, quia prima solet in ἄση corripi, duarum vocum ordinem tantum immutandum, legendumque, Πότερον ἄσης ὕπ', ἢ θ. π. Verborum *Euripidis*, — ἔπαυσε καρδίαν ἄσης· (quibus primam huius vocis corripi docet *Eustath.* in *Hom.* Il. I, p. 635, 14.) sedem *Muretus* ignoravit: apud *Olympiodorum* in *Platonis* Alcibiad. cum legeretur integer versus,

Ἔξω μολὼν ἔπαυσε καρδίας ἄτην·

hanc lectionem in *Eurip.* Medea v. 244, καρδίας χόλον exhibente, restituit *Jo. Piersonus* in *Moer.* Attic. p. 60, et simul in hoc *Hipp.* loco reiicit lectionem ἄσης ὕπ', ut nimis duram, arbitratus potius ex illorum sententia scribi potuisse Πότερον ἀσηθεῖσ', ἢ θανεῖν πειρωμένη. *Piersonus* vero nihil mutandum decernit, ἄτην esse δαίμονος ἄτην, ut v. 243. *Musgravius* tandem et *Reiskius Victorii* probasse videntur lectionem: sed huic mihi quoque syllabae modulus obluctari videtur, in ἄση et semper in ἀσᾶσθαι correptae tum in Theognideis tum alibi.

A Praeterea, quae macie contabescens per triduum abstinuerat cibo, de Phaedra dubitari non poterat, quin ἀσηθεῖσα mori desideraret,

Fastidiosa tristis aegrimonia,

ut loquitur *Horat.* Epod. XVII, 73. — Ista faciunt ut mihi quoque vox ἄτης servanda, sed scripsisse videatur *Euripides*,

B Πότερον ὑπ' ἄτης, ἢ θανεῖν πειρωμένη;

in hunc sensum, *Utrum abstinet cibo*, sive *ex ira Deûm*, seu *moerore* confecta, *tanquam mori desiderans?* Ad illud πότερον sequi debebat ἢ, more his etiam in senariis usitato: Hipp. v. 800, *Soph.* Oed. T, v. 970, Antig. v. 1190. sed aliam causam inediae priusquam Troezenia mulier memoraret, eius ora- C tionem Nutrix interrupisse videtur, dicendo,

Θανεῖν· ἀσιτεῖ δ' εἰς ἀπόστασιν βίου.

Litera sic mutata, ἢ pro ὡς frequenter occurrit: *Eurip.* Phoen. v. 419,

Κοίτας ματεύων, ἢ φυγὰς πλανώμενος;

an quaerens cubile, ut solet vagus exul? Soph. Elec. v. 340., οὐχ ἢ 'γὼ λέγω, D Ἀλλ' ἢ σὺ κρίνεις. hanc in rem frustra plura congererentur. — Coelo Iupiter *Homeri* deturbavit Ἄτην, ἣ πάντας ἀᾶται, in Il. T, 129; *Eustathius* illic, ubi Troja fuit, Ἄτης λόφον fuisse scribit memoratum *Lycophroni* v. 29, atque illud confictum διὰ τὰς μεγάλας ἄτας, ἃς ἐκ Διὸς οἱ Τρῶες ἔπαθον. neque absurde τὸν ἔγγειον τόπον, velut omnibus malis refertum, Ἄτης λειμῶνα vocabat *Empedocles* E teste *Themist.* Or. XIII, p. 178. B. conf. p. 240, C. hinc quaevis *noxa gravior*, vel *calamitas*, divinitus miseris mortalibus immissa, dicebatur Ἄτη. praesertim apud Tragicos, *Aeschylum* inprimis et *Sophoclem: ira Dei* vel *Deorum* δαίμονος etiam et δαιμόνων ἄτα dicebatur: *Eurip.* Phoen. v. 1072, Ἐπέσσυτο τάνδε γᾶν Ἁρπαγαῖσι δαιμόνων τις ἄτα. Med. v. 129, Μείζους δ' ἄτας, ὅταν ὀργισθῇ, Δαίμων οἴκοις ἀπέδω-

δωκεν. ipsa Phaedra v. 241, Ἐμάνην, ἔπεσον δαίμονος ἄτᾳ. Quibus erunt ad manum hac voce utentium Tragicorum loca, hi vocem ἄτης hoc in loco mutatam nolint.

Vs. 278. Θαυμαστὸν εἶπας, εἰ τάδ᾽ ἐξαρκεῖ πόσει] Adscriptum ad ἐξαρκεῖ sat commodum in Cod. Paris. interpretamentum ἀρέσκει. Verba ἀρκεῖσθαι et ἀρέσκεσθαι permutantur in nonnullis locutionibus. In Christi Pat. Tragoedia versus est 567, Θαυμαστὸν εἶπας, εἰ τόδ᾽ ἐξαρκεῖ πατήρ. scripserat auctor, πατρὶ, neque enim, opinor, ad vulgatam tuendam abutetur aliquis his *Xenophontis* Ἀπομν. II p. 435, 29, ταῦτα ὁ φίλος πρὸς τοὺς φίλους ἐξήρκεσεν, similibusve.

Vs. 280. Ὅδ᾽ εἰς πρόσωπον οὐ τεκμαίρεται βλέπων;] Loquentis mentem non verba his exprimas ex Hipp. *Senecae* v. 362,

inclusus quoque,
Quamvis tegatur, proditur vultu furor.

In eius Agam. legitur v. 128,

Licet ipse sileas, totus in vultu est dolor:

toto luctus in ore fuit, est in Consol. ad Liviam v. 88. — Hic versus quique sequitur supra leguntur in Scholiis in v. 151. — Ex v. 283, πλάνον φρενῶν, et ex Paris. Cod. πλάνην, attigit *Piersonus* in *Moer.* p. 315. φρενῶν πλάνον dat illic Flor. Cod.

Vs. 284. Εἰς πᾶν ἀφῖγμαι, κοὐδὲν εἴργασμαι πλέον] *Omnia feci, nec quidquam profeci:* πᾶν pro πάντ᾽ oblatum a Flor. Paris. duobus Codd. *Musgravii*, recepi. Frequenter leguntur locutiones, εἰς πᾶν ἀφικέσθαι, et εἰς πᾶν ἐλθεῖν, alium tamen in usum adhibitae: vid. Notata in *Herodot.* P. 557, 9. Hic ista phrasi significatur, quod vulgo dicitur πάντα ποιεῖν, vel πάντα δρᾷν, *omnia facere:* vid. *Jos. Scaliger* Comm. in Culicem p. 20. Conatum enim irritum monstrant etiam proxima, κοὐδὲν εἴργασμαι πλέον, *et nihil quidquam profeci;* quod

A vulgo quidem Atticis dicebatur οὐδέν μοι πλέον ἦν· sed et οὐδὲν πλέον ἔπραξα vel ἐποίησα· vid. *Eurip.* Iphig. Aul. v. 1373. *Andocides* c. Alcib. p. 31, 41. p. 29, 32. In hac re tantilla *R. Bentleium*, hominem tamen et humana saepe passum, alicubi memoria fefellit.

Vs. 288. Ἄγ᾽, ὦ φίλη παῖ,] Sic Flor. Paris. omnesque Codices *Musgravii;* ne-
B que dubitavi recipere Ἄγ᾽, ὦ φ. π. tanquam hic aptius vulgato Ἀλλ᾽ ὦ· quod infra recte legitur v. 473, Ἀλλ᾽, ὦ φίλη παῖ, λῆγε μὲν κακῶν φρενῶν. In *Sophoclis* El. v. 922, scribi quoque malim,

Ἄγ᾽, ὦ φίλη, θάρσυνε.

quia versum praecedentem Ἀλλ᾽ inchoat: illic v. 992, rectum est Ἀλλ᾽, ὦ φίλη, πείσθητι. Perparum tamen ista distant;
C nam, aeque ac ἀλλὰ, voculae sunt in talibus excitantis ἄγε, φέρε, sive ad plures quis verba faciat, seu unum alloquatur.

Vs. 294. Γυναῖκες αἵδε συγκαθισταῖντ᾽ ἂν νόσον.] *Hae mulieres mecum morbum sedaverint.* In Androm. v. 956, χρεὼν Κοσμεῖν γυναῖκας τὰς γυναικείους νόσους. praebet Cod. Flor. pro φύσεις. Nostrum in versum *Musgravii* recepi coniecturam
D docte sic corrigentis Codicum suorum scripturam συγκαθίστανται· quod praebent et Paris. et Flor. pro συγκαθιστάναι. In Hecubae v. 1200, pro δύνανται legerem vel ex uno Codice Leid. Ἀλλ᾽ οὐ δύναιντ᾽ ἂν διὰ τέλους εἶναι σοφοί. — In vs. seq. ἔκφορος συμφορὰ opponitur τοῖς ἀπορρήτοις κακοῖς· In *Aristoph.* Thesm. v. 479, vitiosissime scribitur,

Αὗται γὰρ ἐσμὲν, κοὐδεμί᾽ ἔκφορος λόγου.

E dicitur quidem οὐδεὶς γὰρ ἔκφορος λόγος, ex. gr. *Platoni* Lachete p. 201. A. sed illic omnino corrigendum est,

κοὐδεμί᾽ ἐκφορὰ λόγου.

Λόγων ἀπορρήτων ἐκφορὰν μὴ ποιοῦ, praeceptum est *Periandri Stob.* p. 47, 5. p. 237, 54. De Pythagoreis *Jamblichus* in libro nondum edito περὶ τῆς κοινῆς Μα-

θηματ-

θηματικῆς ἐπιστήμης, c. XXIV, τῶν θεωρημάτων τὴν μετάδοσιν ἐποιοῦντο ἐν ἀποῤῥήτοις, ὀλίγοις (L. ὀλίγοι) τε πάνυ τῆς γνώσεως αὐτῶν ἐκοινώνουν, καὶ, εἴπου τὶ ἔκφορον γένοιτο εἰς τοὺς πολλοὺς, ἀφωσιοῦντο τοῦτο ὡς ἀτέβημα.

Vs. 298. Ἀλλ' ἤ μ' ἐλέγχειν, εἴτι] Hic εἴ τι paulo melius videbatur, quam ἤν τι μὴ καλῶς λέγω· itaque posui auctoritate Codd. Flor. et Paris. In talibus saepe variatum a librariis: in Hecuba v. 869, MS. εἴ τι· praestat vulgatum illic, ἤν τι βουλεύσω κακόν. — Hunc versum et sequentem velut perditae Tragoediae fragmentum dedit *Barnes*. P. 513, vss. 372, 373.

Vs. 300. Φθέγξαι τι· δεῦρ' ἄθρησον] Hinc in suum ista drama recepit *Auctor* Χρ. Π. v. 845. Latina fecit *Seneca* Hipp. v. 587, ubi Nutrix ad Phaedram:

Attolle vultus; dimove vocis moras.

His congruit in *Soph.* Oed. Col. v. 1268,

Φώνησον ὦ πάτερ τι· μή μ' ἀποστραφῇς·

iratum ibi patrem alloquitur Polynices: sed δεῦρο βλέπε, vel δεῦρ' ἄθρησον, *me huc aspice*, *Plauto* Amph. II, II, 118, idem ac

Ἄκουε δὴ νῦν, καὶ σὺ δεῦρο νοῦν ἔχε,

in *Eurip.* Or. v. 1186; plerumque formula erat dominorum, sive patrum, servis, filiisve minus attentis ut diligenter attenderent imperantium: vid. *Antiphanes Athen.* XV, p. 667. B. *Aristoph.* Nub. v. 91, *Soph.* Oed. in Col. v. 1131, Trach. v. 406, et *Is. Casaub.* Anim. in *Athen.* IX, c. XV.

Vs. 302. Ἴσον δ' ἄπεσμεν τῶν πρὶν,] Speciosa correctio, *Scaligero* tributa, τῷ πρὶν, a *Barnesio* recepta fuit in contextum, non item a *Musgravio*; cui tamen placet ista lectio videturque a *Scholiaste* expressa, scribente, εἰς δὲ τὸ πείθειν ὁμοίως ἄπεσμεν τοῖς πρὶν ῥήμασιν. ob ista mihi Tragicus, et quia mox λόγων fit mentio, scripsisse potius videretur

A τοῖς πρὶν, sive, prout vulgatur, Ἴσον — τῶν πρὶν, nempe λόγων, ἄπεσμεν τοῦ πείθειν τοῖςδε τοῖς νῦν λόγοις. *Thomas Mag.* in Ὅμοιον τῷ δεῖνι καὶ ὅμοιον τοῦ δεῖνος· ὡσαύτως, ait, καὶ ἴσον τῷ δεῖνι καὶ ἴσον τοῦ δεῖνος.

Vs. 303. — οὔτε γὰρ τότε Λόγοις ἐτέγγεθ' ἥδε] *Neque enim tunc dictis Mitescebat*, νῦν τ' οὐ πείθεται, *neque his precibus inflectitur.* Est optima profecto
B Codicum Flor. Paris. lectio, ἐτέγγεθ', in omnibus, quos adhibuit, inventa *Musgravio*, hinc in contextum iure recepta. Illam quidem venustiorem quoque iudicat Eruditissimus elegantiarum veterum arbiter, *Dav. Ruhnkenius* ad *Tim.* Lex. p. 178, alteram tamen vulgatam ἐθέλγετ' etiam talem, in qua *forsan acutiores acquievissent:* optime meo quoque, si quid id est, arbitratu.
C Quum vero ἐθέλγετ', ut lectio diversa, memoretur in duobus libris *Musgravii*, hoc magis suspicor, hanc lectionem primae fuisse Editionis, cui substituerit in secunda *Tragicus* tanquam Phaedrae convenientius (οὔτ') ἐτέγγεθ'· neque enim adeo mitibus erat alloquiis *mulcenda* Phaedra, quam *inflectenda* precibus et *molliendà;* quae, ante velut alumna facile tractabilis, nunc dura Nutrici re-
D luctabatur, causamque moeroris fateri recusabat. Hoc verbo τέγγεσθαι significatur; illud, altero θέλγεσθαι. Nam dubium nullum est quin recte dicatur λόγοις aliquis θέλγεσθαι· et λόγος θελκτήριος· θέλγητρα *verborum* quoque sint *delinimenta*. *Mulcere* aliquem fistula, carmine, verbis et oratione, Κηλεῖν dicebatur et Θέλγειν· quorum prius, usitatius, non de Orpheo tantum, Ario-
E ne, aliisque Poëtis, sed et de Oratoribus adhibetur Pericle, Protagora, Callistrato, ceterisque, sic auditores permulcentibus, ut quo velint perducant. Hoc ubi ponitur, non convenit Τέγγειν, proprie significans *aqua adspersa macerare et mollire:* hinc facili flexu transfertur ad pectus ferum verbis sive precibus molliendum. Durus ante atque intractabilis qui velut manum admittit

 mol-

mollientis, ac tandem precibus inflexus mitescit, ut *μαλάσσεσθαι*, *μαλθάσσεσθαι*, *μαλθακίζεσθαι*, quae singula reperiuntur et apud Tragicos, sic eleganter etiam dicitur *Τέγγεσθαι*. Sed horum priora tamen illic etiam adhibentur, ubi alterum poni potuit *θέλγεσθαι*· exemplo sit *Aeschyleum* *μαλθαχθῆναι ὕπνῳ*· *Euripidis* est *φίλον ὕπνου θέλγητρον*· *Ovidii*, *Lenis adhuc somnus placidis Erysichthona pennis Mulcebat.* Haec singula locis veterum adscriptis firmari potuissent.

Vs. 304, 5, *Ἀλλ' ἴσθι μέντοι, (πρὸς τάδ' αὐθαδεστέρα Γίγνου θαλάσσης) εἰ θανῇ, προδοῦσα σοὺς Παῖδας*] Haec certe non fuerunt ab Interpretibus intellecta: *Sed scito tu tamen, (licet ob hoc dictum mari fias ferocior,) filios te tuos, si morieris, prodituram, regni paterni non futuros participes:* recte *Racine*, *dans sa Phedre*,

> *Vous trahissez enfin vos enfans malheureux.*

Partim cepit qui dedit in Scholiis ista, *γίνωσκε προδιδοῦσα τοὺς σοὺς παῖδας, εἰ θανῇ*· *scias prodere tuos te liberos, si morieris*, ante diem nempe. More veteribus usitato, quem ad *Herodotum* attigi p. 194, ponitur *Ἴσθι — προδοῦσα*, *scias te prodidisse* liberos quum morieris: Illud ipsum etiam *Ἴσθι*, pro *ἴσαθι* sive *γίγνωσκε*, *Homero* semper adhibitum, (recentioribus *Homero* etiam pro *ὕπαρχε*· vid. *Aristophanem* Gramm. *Eustathii* in Od. Λ p. 428, 48, et *Ammonium* p. 76.,) cum participiis saepe hunc in modum iungitur *Sophocli*, Aj. v. 1174, 1333, El. 300, 1206. Oed. T. 1032, *Δῶρόν ποτ' ἴσθι τῶν ἐμῶν χειρῶν λαβών.* v. 1191, *Ἴσθι δύσποτμος γεγώς.* in eius Oed. Col. v. 1206, *Σῶς ἴσθ'* eleganter in margine libri sui, qui hic Leidae servatur, correxit *Jos. Scaliger:* illic participium supprimitur, ut ab *Eurip.* Heracl. v. 598, *Πασῶν γυναικῶν ἴσθι τιμιωτάτη*, nempe *οὖσα*· additur in huius Oreste v. 626, *Τοσαῦτ' ἀκούσας ἴσθι.* Hic Rhodii gubernatoris dictum egregium, quod attigit

A Clar. *G. Koenius* ad *Gregor.* de Dialect. p. 93, restitui poterit, sic apud *Aristidem* vulgatum in Orat. I. Rhod. T. II, p. 346. C. *ἴσθι ὅτι ὀρθὰν τὰν ναῦν καταδύσω.* adscriptum fuisse videtur *ὅτι — καταδύσεις*, velut interpretamentum, sed dixisse Rhodius in media tempestate, *Ἀλλ', ὦ Πότειδαν, ἴσθι ὀρθὰν τὰν ναῦν καταδύσων.* *Sed tu Neptune scito non hanc navem te nisi rectam demersurum:* hoc
B non animadverterant *G. Canter.* N. L. VII, c. XXVI, aut *Jo. Meursius* in Rhodo I, c. XVII.

Ibid. — *πρὸς τάδ' αὐθαδεστέρα Γίγνου θαλάσσης*] Ad sensum parum differre iudico, dicaturne, *Sis licet immitis Matrisque ferocior undis*, *Ovidio* Her. III, 133, an *Horatio* Carm. III, Od. VII, 21, *scopulis surdior Icari Voces audit:*
C iunguntur illi Her. XV, 189, *o scopulis undaque ferocior;* huic in Epod. XVII, 54, dicuntur *Non saxa nudis surdiora navitis.* *Senecae* Nutrix in Hippol. v. 580,

> *Ut dura cautes undique intractabilis*
> *Resistit undis, et lacessentes aquas*
> *Longe remittit, verba sic spernit mea.*

Scribens ista Poëta Latinus non horum
D tantum, sed Medeae quoque Nutricis recordabatur, cui tribuuntur ista in *Eurip.* Med. v. 28,

> — — *ὡς δὲ πέτρος ἢ θαλάσσιος*
> *Κλύδων, ἀκούει, νουθετουμένη φίλων.*

Quae, nec diffiteor, sic possunt interpretatione commoda molliri, ut *amicorum audire monita* dicatur ferox Medea *scopulo surdior et fluctu marino;* quo
E modo cepit illa *R. Bentlejus* in *Horat.* Serm. I, Ecl. III, 25. Propter *Senecae* locum non absurda videbitur haec, unius additione literae, dudum a me excogitata lectio,

> — — *ὡς δὲ πέτρος ἐνθαλάσσιος*
> *Κλύδων', ἀκούει νουθετουμένη φίλων.*

id est, *ὡς δὲ πέτρος ἐνθαλάσσιος ἀκούει κλύδωνα, οὕτως ὑπὸ φίλων νουθετουμένη Μήδεια ἀκούει*

ἀκούει νουθετήσεις· *ut autem pelagi rupes* A immota *fluctus* lacessentes, sic *audit illa monitus amicorum*; sive *Senecae* verbis, *Ut dura cautes* etc. *Verba sic spernit mea.* — *Euripidis* Medea quum dicatur in proximis versibus, *Οὔτ' ὄμμ' ἐπαίρουσ', οὔτ' ἀπαλλάσσουσα γῆς Πρόσωπον*, hoc magis videbitur obversata *Virgilio*, de Didone scribenti Aen. VI, 469,

> *Illa solo fixos oculos aversa tenebat;* B
> *Nec magis incoepto vultum sermone movetur,*
> *Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes,*

Ab hac diversa Homerica expingitur imago (de qua *Gatakerus* egit ad *M. Antonin.* IV, 49,) in Aen. VII, 586, 588, 89, 90. Si versus 587 Poëtae debetur, noluisset tamen, opinor, in eodem loco cum praecedente lectum; sed C et *N. Heinsio* spurius videtur. Praeter priora *Virgilii*, vulgatae per Editiones in Medea lectioni favere forsan videbuntur ex *Aeschyli* Prom. v. 1000, et *Euripidis* ex Andromache vss. 537, 538,

> *Τί με προσπίπτεις, ἁλίαν πέτραν,*
> *Ἢ κῦμα, λιταῖς ὣς ἱκετεύων.*

Nisi modus esset tenendus etiam aliunde D posset altera lectio commendari.

Vs. 307. *Μὰ τὴν ἄνασσαν ἱππίαν κ. τ. λ.*] Hanc formam ex Cod. Paris. reposui pro *ἱππεῖαν*, aeque bona, sed in hac sede senarii vitiosa, quia non solet a Tragicis in ulla voce, quod meminerim, corripi diphthongus *ει*. hac de re dictum est aliquoties in *Eur.* Phoen. ubi mentio quoque fit *ἱππίου θεοῦ* v. 1701. E

Istorum, vs. 309, 10, *οἶσθά νιν καλῶς, Ἱππόλυτον. Φ. Οἴμοι*, recordabatur, opinor, *Ovidius*, Myrrhae nobis amorem narrans illegitimum in Metam. X; cum dixisset Nutrix v. 401,

> *vivunt genetrixque, paterque*;
> *Myrrha, patre audito, suspiria duxit ab imo*
> *Pectore; nec nutrix etiamnum concipit ullum*
> *Mente nefas:*

neque ad suspiria Phaedrae Nutrix, aliter illa ac debuerat accipiens. Huius — *θιγγάνει σέθεν τόδε* tantumdem significat ac *σῆς καρδίας*, vel *φρενῶν ἀνθάπτεται* in Med. v. 55, Hel. v. 966.

Vs. 312. legitur in Paris. Cod.

> *Τοῦδ' αὖθις ἀνδρὸς λίσσομαι σιγᾶν πέρι.*

mihi placent voces ut collocantur in Editis: mox in eodem Cod. in v. 314, ad *παῖδας* memorantur *Ἀκάμας καὶ Δημοφῶν*· Hippolyto *Senecae* v. 434,

> *Sospesque Phaedra, stirpis et geminae iugum.*

In *Homeri* Catalogo non nominati, quia dux erat Atheniensium Menestheus, Tragicis aliisque commemorantur tanquam in castris Graecorum ad Troiam iuvenes primarii; *Soph.* Philoct. v. 564,

> *Φοῖνιξ θ' ὁ πρέσβυς, οἵτε Θησέως κόροι.*

Eurip. Hec. v. 122, cuius ex Heraclidis vss. 35, 36, tractare *J. Meursius* debuerat de Reg. Athen. III, c. IV, qui de Thesîdis pauca dedit in Theseo c. XXX. plura, nec protrita, notavit *Nic. Heinsius* in Epist. II *Sabini* v. 23. — De his suis filiolis sic loquitur *Ovidii* Phaedra, ut modum mihi Poëta videatur exsuperare, atque abusus ingenio, dum ista facit Hippolyto scribentem Ep. IV, 123,

> *Addidit et fratres ex me tibi: quos tamen omnes*

(duo tantum novit Thesîdas ex Phaedra; legerim, *omnis*, *non omnis ego causa fui tollendi*,)

> *Non ego tollendi causa, sed ille fuit:*
> *O utinam nocitura tibi, pulcherrime rerum,*
> *In medio nisu viscera rupta forent.*

hoc votum improbo mihi videtur amore longe magis impium. — *Euripidis*

 Phae-

Phaedra, in amante tamen mater, v. 315, A

Φιλῶ τέκν᾽, ἄλλῃ δ᾽ ἐν τύχῃ χειμάζομαι·

Liberos deligo; sed alia tempestate iactor: Verbum χειμάζεσθαι de corporis etiam animique morbis adhibitum attigit *Ez. Spanhem.* in *Aristoph.* Ran. v. 364. νόσοις χειμάζεσθαι *Plato* dixit Theaet. p. 170. A. πάθεσι χειμαζομένους *Porphyrius Homer.* Quaest. V, p. 87, 6.

Vs. 316. Ἁγνὰς μὲν, ὦ παῖ, χεῖρας αἵματος φέρεις] In *Dramate* Χρ. Πάσχ. vers. est 720, Ἁγνὰς γὰρ, ἁγνὰς χεῖρας αἱμάτων φέρεις. Φορεῖς in *Eurip.* versu duo saltem dant Codd. Paris. in eorum altero *Sophoclis* ex Oed. T. vss. 1328, 9, sic scribuntur,

Καὶ θαῦμά γ᾽ οὐδὲν, ἐν τοσοῖσδε πήμασι
Διπλᾶ σε πενθεῖν, καὶ διπλᾶ φορεῖν κακά.

est illud φορεῖν aliquoties in Sophocleis.

Vs. 317. Χεῖρες μὲν ἁγναὶ, φρὴν δ᾽ ἔχει μίασμά τι.] Μιάσματα legitur apud *Athen.* XII, p. 530. D. Ex Animadv. *Casauboni* discere *Barnesius* potuisset versum esse ex Hippolyto, quem retulit inter reliquias incertae Trag. p. 515. v. 435. Recta est lectio μίασμά τι. Phaedra *Senecae* v. 668,

Respersa labe nulla, et intacta, innocens
Tibi mutor uni.

Vere dicebat eiusdem Deïanira, Hercule in Oeta v. 964, — *innocens animus mihi, Scelesta manus est;* nec enim illa scelus cogitaverat: *sacerdos* in *Gratii* Cyneg. v. 449, *procul hinc* etc. *Quis Scelus aut manibus sumptum, aut in pectore motum est.* In *Eurip.* Oreste v. est 1642,

Με. Ἁγνὸς γάρ εἰμι χεῖρας. Ορ. Ἀλλ᾽ οὐ τὰς φρένας.

— Duo seqq. versus sic adhibet ἡ Θεοτόκος in *Dram.* Χ. Π. v. 705,

Καὶ πῶς ὁρῶ λῃσταῖς σε συνηρτημένον,
Οὐδ᾽ ἐξ ἐπακτοῦ πημονῆς ἐχθρῶν τινὸς,
Φίλος δ᾽ ἀπόλλυσ᾽ οὐχ ἑκὸνθ᾽ ἑκουσίως.

Sic ista scripsisse videtur *Auctor.*

Vs. 322. Τί γὰρ τὸ δεινὸν τοῦθ᾽, ὅ σ᾽, ἐξαίρει θανεῖν] Apud hos non tantum Poëtas sed quosvis etiam Scriptores ἐπαίρειν invenitur, quo modo hic poni videtur ἐξαίρειν, et vix alibi positum reperietur: attigit illud hinc *Marklandus* in *Eur.* Suppl. v. 581, Οὔτοι μ᾽ ἐπαίρεις, ὥστε θυμῶσαι φρένας, Τοῖς σοῖσι κόμποις· facit is locus ut versus recorder, Euripidei procul dubio, quem, mihi nusquam ali-
B bi lectum, exhibet ex *Chrysippo* Stoïco *Galenus* de Dogm. *Hipp.* et *Platon.* L. III, T. I, p. 265, 38,

Ὁ θυμὸς αὐτὸν τῶν φρενῶν ἐξῆρ᾽ ἄνω.

vulgatur, ἐξῆρεν ἄνω. Optime *Theognis* v. 631, Ὥιπερ μὴ θυμοῦ κρέσσων νόος, αἰὲν ἐν ἄταις — κεῖται. Phaedram ὑπ᾽ ἄτης ὁ θυμὸς, τοῦ νοῦ sive τῆς γνώμης κρείσσων, ἐξῆρε θανεῖν. ex Philosophis multa dari
C possent, quae huius non sunt loci: ex Orat. Lycurgi c. Leocrat. p. 159, senarios tantum adscribam, qui mihi sane videntur etiam *Euripidei:*

Ὅταν γὰρ ὀργὴ δαιμόνων βλάπτῃ τινὰ,
Τοῦτ᾽ αὐτὸ πρῶτον ἐξαφαιρεῖται φρενῶν,
Τὸν νοῦν τὸν ἐσθλὸν, εἰς δὲ τὴν χείρω τρέπει
Γνώμην, ἵν᾽ εἰδῇ μηδὲν ὧν ἁμαρτάνει.

D Vs. 324. Οὐ δῆτ᾽ ἑκοῦσά γ᾽, ἐν δὲ σοὶ λελείψομαι.] *Non equidem volens*, nempe ἐάσω σ᾽ ἁμαρτεῖν· ἐν δὲ σοὶ (κριτῇ) λελείψομαι. *Phaedra tamen iudice vincar*, aut, *victam me dabo;* sive potius *sed acquiescam in tuo iudicio.* Minime mirandum est Interpretibus haud intellecta, quae viris eruditissimis in οὐδὲ σοῦ λελείψομαι videbantur mutanda. Multiplex usus est in talibus praepositionis. *In*
E *quo* uno *salus* alicuius *posita* videtur vel *infortunium*, ἐν τούτῳ quoque dicitur aliquis σώζεσθαι, vel δυστυχεῖν· *Soph.* Aj. v. 519. *Aristoph.* Ran. v. 1497, etc. *Meo quidem iudicio*, vel *arbitratu*, τῷ γ᾽ ἐμῷ δοκῷ *Callimacho*, plene dicebatur non tantum, ὥς γ᾽ ἐμοὶ χρῆσθαι κριτῇ, (*Eurip.* Alc. 801) ὥς γ᾽ ἐμοὶ κριτῇ, et contractius adhuc ὥς γ᾽ ἐμοὶ, *Epicharmo*, *Sophocli*, *Amphidi*; (hoc Clar. *Tou-*

Toupius attigit Em. in *Suid.* II, p 187.) sed et παρ' ἐμοίγε κριτῇ· παρ' ἐμοίγε· tandem etiam ἔν γ' ἐμοί. *Euripides* ap. *Stobaeum* p. 226, 28,

Ὡς ἔν γ' ἐμοὶ κρίνοιτ' ἂν σὺ καλῶς φρονεῖν,

meo quidem iudicio non recte sapere videretur; ἐν σοὶ legitur in Eumen. *Aeschyli* v. 472, ubi Orestes ad Minervam, κρῖνον δίκην· Πράξας γὰρ ἐν σοὶ πανταχῇ τάδ' αἰνέσω· *te enim iudice quodcunque mihi evenerit collaudabo;* sive *acquiescam in tuo iudicio*, prout recte cepit Clar. *Abresch.* *Eurip.* Hippol. v. 1320, Σὺ δ' ἔν τ' ἐκείνῳ κἂν ἐμοὶ φαίνῃ κακός. *Heliodor.* L. I, p. 44, εἰ δὲ καὶ πρότερον, ἐν σοὶ καταλείψω τὴν σκέψιν.

Vs. 326. Καὶ σῶν γε γονάτων οὐ μεθήσομαί ποτε.] Ex duobus enotata Codd. a *Musgravio* lectio mihi prisca videtur, Καὶ τῶνδε γονάτων· *haecce genua*, quae Nutrix in scena, dum ista dicebat, amplectebatur: ad τῶνδε γονάτων recte σῶν γονάτων adscriptum ut interpretatio, quam absque vocula γε praebet in hoc versu lectionem Codex Paris. — Sequentis versus 327, Κάκ', ὦ τάλαινα, σοὶ τάδ', εἰ πεύσῃ, κακά, sententiam Myrrhae quoque tribuit *Ovidius* Met. X, quae v. 412, ad Nutricem, *discede aut desine dixit Quaerere quid doleam; scelus est quod scire laboras.* Suam Phaedram *Racinius* dicentem facit:

Quel fruit esperes tu de tant de violence?
Tu fremiras d'horreur, si je romps le silence.

Vs. 329. ΦΑΙ. Ὀλῇ] Sibimet illud Phraedra dixisse videbatur *Brumoeo;* mihi vero, Nutrici contribuendum; ut ad illud Ὀλῇ mox interiecerit Phaedra, τὸ μέντοι πρᾶγμ' ἐμοὶ τιμὴν φέρει· *atqui vero res ista mihi est gloriosa;* ipsa quidem intelligens τὸ Ὀλέσθαι· quum enim ratione vincere non potuerat amorem; sive per inediam, seu alio genere mortis vitam finire decreverat, ut morte nefas praeverteret, et εὐκλεὴς moreretur: infra v. 401, *cum non poteram*, inquit, Κύπριν κρατῆσαι, κατθανεῖν ἔδοξέ μοι Κράτιστον· conf. vss. 419, et seqq. 687. Atque in hunc sensum verbum Ὀλῇ cepit et sequentia *Scholiasta* qui quidem ista scripsit: ἐὰν μή μοι εἴπῃς ἀποθανῇ — εἶτα (Φαίδρα) φησὶν, ἀπολοῦμαι· τὸ δὲ ἀπολέσθαι μὲ τιμήν μοι φέρει. — Sequentem idem ille versum etiam recte mihi videtur interpretatus: ἡ δὲ Γραῦς, μὴ νοήσασα τὸ πρᾶγμα, φησὶν, εἰ τιμήν σοι φέρει τὸ πρᾶγμα, διὰ τί, — κρύπτεις τὰ καλὰ, ἐμοῦ παρακαλούσης σε λέγειν αὐτά. Propterea mutata interpunctione scripsi — Κἄπειτα κρύπτεις χρῆσθ', ἱκνουμένης ἐμοῦ. memorat *Schol.* et alteram lectionem, Κἄπειτα κρύπτεις, χρῆσθ' ἱκνουμένης ἐμοῦ. ἐμοὶ, quod dat Cod. Paris. vitiosum esset in hac sede. Nec tamen potuerat non scribi,

Κἄπειτα κρύπτεις χρῆσθ' ἱκνουμένην ἐμέ.

Vs. 331. Ἐκ τῶν γὰρ ἐσθλῶν αἰσχρὰ μηχανώμεθα.] Quippeni celarem? *Post honesta namque turpia machinamur.* Ad haec quoque quadrat vetulae responsum, Οὔκουν λέγουσα τιμιωτέρα φανῇ. *Atqui mihi, si dixeris ista, magis videberis honoranda.* Huc pertinent in Scholiis, praeter cetera, σεβασμιωτέρα ἐμοὶ φανῇ τὰ οὕτως ἀπόρρητά μοι θαῤῥοῦσα· *Menandri* quoque verba suo modulo restituta a *R. Bentlejo* Em. in *Men.* p. 101. Sed fuit et alia lectio librorum veterum in uno Codicum *Musgravii*, praesertim *Scholiastae* memorata, Ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν ἐσθλὰ μ. — ὅ ἐστιν, inquit, πειρῶμαι γὰρ ἀπὸ πορνείας ἐκφυγεῖν, εἰς σωφροσύνην δὲ πηδῆσαι· διὸ ἐν σιωπῇ βούλομαι ἀποθανεῖν.

Vs. 333. Ἄπελθε, π. θ. δεξιάν τ' ἐμὴν μέθες] Ex uno Cod. Flor. recepi, pro δεξιᾶς τ' ἐμῆς μέθες· neque enim aliorum consensus erat exspectandus in lectione minime dubia, *Heathio* quoque probata, quam satis adfirmabant *Rich. Dawesio*, mihique, in Phoen. v. 522, notata. *Dawesio* praeluxit *Schol.* in *Aristoph.* Plut. v. 42.

Vs.

Vs. 337. Ὦ τλῆμον, οἷον, μῆτερ, ἠράσθης ἔρον] Hinc Phaedra *Senecae*, Hipp. v. 113, *Fatale miserae matris agnosco malum; — Genitrix tui me miseret: — Venus*, 126, — *probris omne Phoebeum genus Onerat nefandis; nulla Minois levi Defuncta amore est; iungitur semper nefas. Ovidii* Ep. IV, Her. v. 54, *Forsitan — Et Venus e tota gente tributa petat: — Pasiphaë mater, decepto subdita tauro*, etc. Suum etiam amorem Euripidea velut generi fatalem excusat quodammodo vs. 343, Ἐκεῖθεν ἡμεῖς οὐ νεωστὶ δυστυχεῖς. Hic forsan *Tota quoque aëriae Minoia fabula Cretae* quae dicitur *Ausonio*, Eid. VI, 28, alicui videri potuerat retractanda; non mihi.

Vs. 338. — ἢ τί φῄς τόδε] Qui hic et ubique φῄς scribendum edicit, Clar. *Heathius* causam nusquam, quantum recordor, tradit, cur hac in parte dissentiat a veteribus Grammaticis, quorum sententiam enarrat *Etymologus* in V. — Vs. 339, Σὺ δ' ὦ τ. praebet Cod. Flor. hic praestat vulgatum Σύ τ' ὦ τ. — Paulo post recte legitur vs. 341, Τρίτη δ' ἐγὼ δύστηνος ὡς ἀπόλλυμαι· Eadem apud *Ovidium: En ego nunc, ne forte parum Minoïa credar, In socias leges ultima gentis eo.* Sensu diverso Paris apud Eumdem, *Quartus in exemplis adnumerabor ego.*

Vs. 345. Πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἃ μ' ἐχρῆν λέγειν] *Utinam a me dicenda tu eloquereris;* nam *Libet loqui, pigetque;* haec dicit *Senecae* Phaedra Hipp. v. 637; *Virgilii* Dido

Incipit effari, mediaque in voce resistit;

Aen. IV, 76. Horum vim qui senserit, naturam hic etiam expressam *Euripidi* fatebitur. — Hoc in versu, ἃ ἂν μ' ἐχρῆν λέγειν, vulgavit *Barnes.* ex margine Editionis, cui viri Docti putant adscriptas emendationes *Scaligeri.* Sunt penes me Viri Maximi correctiones in *Pindarum*, *Aeschylum*, et *Sophoclem:* hinc atque aliunde novi, quae *Scaligero* tribuuntur a *Barnesio*, prorsus esse pleraque hoc ingenio indigna. Illud, ἃ ἂν, saepius ab Editoribus et librariis in ἂν mutatum, hic locum non invenit. — mihi personae convenientissimus versus et indignus videtur, quem sibi sumeret *Aristophanes* irridendum: vere tamen Schol. κεκωμῴδηται inquit, ὁ στίχος οὗτος ὑπὸ Ἀριστοφάνους· facit enim hic in Equit. v. 16, Imperatorem Demosthenem dicentem ad Niciam,

Πῶς ἂν σύ μοι λέξειας, ἃ μὲ χρὴ λέγειν·

ubi primae voculae vim ne *Berglerus* quidem cepit. *Scholiastes Aristoph.* versus sedem indicat, Nutricis etiam exhibet responsum.

Vs. 346. Οὐ μάντις εἰμὶ τἀφανῆ γνῶναι σαφῶς] Legitur versus in *Schol* ad *Aristoph.* Eq. v. 16. In *Scholiis* ad *Eurip.* Hipp. ad versum adscripta praecedentem, εἰς παροιμίαν μετῆκται, ad hunc potius pertinere videntur, nusquam, ut puto, memoratum Paroemiographis veteribus, *Erasmo* tamen in Adag. *Davus sum non Oedipus.* Theageni Cnemon *Heliodori* II, p. 97, πῶς ταῦτα ἂν εἰδείην, ἀπεκρίνατο· οὐ γὰρ δὴ μαντικόν με τόδε σπήλαιον ἀνέδειξε. Nostro simile dictum in Hecuba versu legitur 742.

Vs. 347. Τί τοῦθ' ὃ δὴ λέγουσιν ἀνθρώπους ἐρᾶν;] *Reiskius* corrigere tentabat, ὃ δὴ λέγουσ' (hoc enim scribi debuit, non λέγουσιν) ἐν ἀνθρώποις ἐρᾶν· Medea *Ovid.* Met. VII, 13, *mirum*, ait, *nisi hoc est*,

Aut aliquid certe simile huic, quod amare vocatur.

Ex coniectura nihil mutandum puto; a Codicibus oblatam lectionem meliorem minime spernerem. — Nutricis v. 348, dictum de Amore, Ἥδιστον, — ἀλγεινὸν θ' ἅμα, similibus, quae plurima dantur apud Poëtas, frustra confirmaretur, cum horum Lectoribus satis innotuerint et γλυκύπικρον Ἔρωτος κέντρον, et pueri potentissimi Dea mater, *Quae dulcem curis miscet amaritiem*, *Catullo* Carm.

Carm. LXIX, 18. Sed ne hic quidem displicebunt de duobus ineditis epigrammatis *Meleagri* duo disticha:

Ψυχαπάται δυσέρωτες, ὅσοι φλόγα τὰν φιλόπαιδα
Οἴδατε, τοῦ πικροῦ γευσάμενοι μέλιτος.

Καλὸς γὰρ, ναὶ Κύπριν, ὅλος καλὸς, εἰ δ' ἀνιηρὸς,
Οἶδε τὸ πικρὸν Ἔρως συγκεράσαι μέλιτι.

Vs. 349. Ἡμεῖς ἂν εἶμεν θατέρῳ κεχρημέναι] Litera posset interseri, Ἡμεῖς δ' ἂν εἶμεν θ. κ. *Nos vero tantum censeamur expertae de his duobus alterum;* solam amoris amaritiem. Gallicum interpretem notat *Heathius*, cuius, si id agerem, multa possent corrigi; plura tamen laudari. Propter Atticam formam εἶμεν attigit hunc versum *R. Dawes.* in Miscell. Crit. p. 246, ubi causae nihil habebat cur scriberet θωτέρῳ. ὁ ἕτερος scribitur more solemni Ἅτερος· τὸ ἕτερον, Θάτερον· hoc flectitur in θατέρου, θατέρῳ. Ut in Lingua quisque sumus patria, fuerunt et in talibus Graeci nonnunquam minus accurati, τὸν θάτερον vitiose scribentes nonnulli: in Lexico *Pausaniae* Χρύσιππος, λέγων τὸν θάτερον τῶν Διοσκούρων, propterea dicebatur ἐσχάτως βαρβαρίζειν, teste *Eustathio* in Od. H, p. 276, 37. Auctorem tamen habebat *Chrysippus*, quo delectabatur, *Menandrum*, cuius,

Ὁ θάτερος μὲν τοῖν δυοῖν Διοσκόροιν,

notatur de Barbarismo scribenti *Grammatico* p. 195. Sed satis erat citasse *Jo. Piersonum* in *Herodian.* p. 432. — Cum vs. 351, comparetur Myrrha *Ovidii* Met. X, 420, *conataque saepe fateri, Saepe tenet vocem; pudibundaque vestibus ora Texit; et, ô, dixit, felicem coniuge matrem.*

Vs. 352. Ἱππόλυτον αὐδᾷς; Φ. σοῦ τάδ', οὐκ ἐμοῦ κλύεις]

Hippolyte! Grands Dieux! Ph. *C'est toi qui l'as nommé.*

Racinius, scienter usus in Phaedra sua
A centenis Euripideis. Huc spectans in Alcibiade I *Platonis* Socrates T. II, p. 113. C: τὸ τοῦ Εὐριπίδου ἄρα συμβαίνει, ὦ Ἀλκιβιάδη· σοῦ τάδε κινδυνεύεις, ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ ἀκηκοέναι, οὐδ' ἐγώ εἰμι ὁ ταῦτα λέγων, ἀλλὰ σύ. illic quam urbanum sit dictum monstrat, eius sedem indicans, *M. A. Muretus* V. L. V, c. XX. Haec etiam *Platonis* cogitabat in prima Platonica scribens *Aristides* T. III, p. 27. C. ὥστ' εἰ
B μὲν βούλει τὸ τοῦ Εὐριπίδου, καὶ τῶν αὐτοῦ (leg. puto, καὶ τόγ' ἑαυτοῦ, *tui ipsius*,) νὴ Δία συμβαίνει, σοῦ τάδε, οὐκ ἐμοῦ κλύεις. In Or. II Platonica T. III, p. 497. A. ὥστε τὸ (τὸ τοῦ) Εὐριπίδου γίγνεται, —

σὺ λέγεις ταῦτ' οὐκ ἐγώ.

haec totidem verba si scripsit etiam *Euripides*, erit illud perditi dramatis habendum fragmentum. *Sophoclis* est Electrae
C v. 626, Σύ τοι λέγεις νιν, (id est αὐτὰ,) οὐκ ἐγώ. Ab his diversum *Euripidis* locum designavit *Aristides* T. III, p. 56. C. in his, καὶ μὴν οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἔφη ὁ Πλάτων, τὸ τοῦ Εὐριπίδου προσπαίζων. errat enim *Scholiastes* in hunc locum, *Ed. Jebbii* T. II, p. 33, ubi, ἔν τινι, inquit, δράματι Εὐριπίδης οὕτως ἔφη, — σοῦ τάδ' οὐκ ἐμοῦ κλύεις· προσπαίζων οὖν ὁ Πλάτων εἰς τὸ τοῦ Εὐριπίδου ἰαμβεῖον ἔφη,
D οὐκ ἐμοὶ (L. Οὐκ ἐμὸς) ὁ μῦθος. Nam *Platonis* Eryximachus in Sympos. T. III, p. 177. A. citat nominatim Τὴν Εὐριπίδου Μελανίππην· nec sane nostrum ex Hippolyte, sed versum alludebat illum nobilem,

Οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα·

quo philosopham Orationem suam *Euripidis* sapiens inchoabat Melanippe. *Nec*
E *meus hic sermo est; sed quem praecepit Ofellus*, *Horat.* Serm. II. Ecl. II, 2.

Vs. 353. Οἴ μοι, τί λέξεις; τέκνον, ὥς μ' ἀπώλεσας.] Est is scribendi modus, pro τί λέγεις, in talibus *Euripidi* peculiaris; in cuius Hecubae v. 509, 1131, Ionis v. 1113, reperientur Οἴμοι, τί λέξεις; Phoen. v. 1280. Οἲ 'γὼ, τί λέξεις; ubi,

velut interpretamentum, λέγεις adscribitur in Cod. Leid. nunc demum ad Edit. a me collato, et ad Hecubae v. 509, ἀντὶ τοῦ λέγεις. Helenae v. 785, Πῶς φῄς; τί λέξεις; ὥς μ' ἀπώλεσας, γύναι; Medeae v. 1310, Οἴ μοι τί λέξεις; ὥς μ' ἀπώλεσας, γύναι· qui versus totidem literis scriptus est in *dramate* Χρ. Π. 108. — Ex his primum liquet, in nostro versu distinctionem a me recte mutatam; deinde discant hoc etiam exemplo Correctores, quem usum habeat Auctorum formulas loquendi diligenter attendisse: his certe lectis fatebitur Cl. *Reiskius* hunc quoque versum sibi frustra sollicitatum, quo scribendum putabat, Τί λέγεις; ὦ τέκνον; aut Τί λέξω τέκνον. — Alios ita loquutos non recordor: distat enim *Sophoclis* in Philoct. v. 1227, Ὦ Ζεῦ, τί λέξεις; ubi mox plura dicturum interrumpit Ulysses: in Trachin. v. 754, Οἴ μοι, τίν' ἐξήνεγκας, ὦ τέκνον, λόγον. Philoct. v. 914, ad illud Pyrrhi, δεῖ γὰρ ἐς Τροίαν σε πλεῖν Πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς, καὶ τῶν (L. τὸν cum *Scaligero*, notis *MSS.*) Ἀτρειδῶν στόλον· Philoctetes, Οἴ μοι· τί εἴπας; scripserim potius, τί μ' εἶπας;

Vs. 355. Γυναῖκες, οὐκ ἀνάσχετ'· οὐκ ἀνέξομαι Ζῶσ'·] In Ζῶσ'· esse subsistendum recte monuit *G. Canterus.* Haec et sequentia sunt certe talia, ut orationis formam omnem dicentis perturbationi Poëta sapienter accommodasse videatur. Dicere voluit, οὐκ ἀνασχετ' ἔλεξε· vel οὐκ ἀνασχετὰ ταῦτ' ἐστιν· *Antiphanes*, et *Xenarchus* apud *Athen.* VIII, p. 342. F. XIII, p. 569. A. *Sophoclem* imitantur, sic aliquoties loquutum. — Decet mox vetulam,

ἐχθρὸν ἦμαρ, ἐχθρὸν εἰσορῶ φάος.

ubi non facile credam viro Magno in mentem venire potuisse vel εἰσορῶν vel εἰσορᾶν. — Perplacent hic etiam ista,

Ῥίψω, μεθήσω σῶμ', ἀπαλλαχθήσομαι
Βίου θανοῦσα·

velut vehementi motu concitatae congrua. — Hos quoque versus transtulit in suum drama *Conditor* Christi Pat. vs. 369; haec ibi dixisse fingitur ad Chorum Maria:

Γυναῖκες, οὐκ ἀνέξετ', οὐκ ἀνέξομαι.
Ῥίψω, μεθήσω σῶμ', ἀπαλλαγήσομαι
Βίου θανοῦσα· χαίρετ'· οὐκ ἔτ' εἴμ' ἐγώ.

Illic omissum, nostris saltem in Edd. versum Hippolyti 355, non aliter ac nos legisse monstrat dramatis v. 1009, Νῦν δ' ἐχθρὸν ἦμαρ, ἐχθρὸν εἰσορῶ φάος. Hinc suavius illud ἀπαλλαγήσομαι nemini probabitur prae forma Euripidea; quas qui cognoverit, in versu, quem dat *Stephanus Byz.* in v. Βοιωτία; non ῥιφέντα, sed ῥιφθέντα scriptum olim censebit, ut in Androm. v. 10.

Vs. 359. — Κύπρις οὐκ ἄρ' ἦν θεὸς, Ἀλλ' εἴ τι μεῖζον ἄλλο γίγνεται θεοῦ.] Vitiosa mihi lectio videtur Cod. Flor. K. οὐκ ἂν ἦν θεὸς, significaretur enim, *Venus non esset Dea:* Codices Leidd. recte praebent in *Eur.* Or. 1138, δυσκλεὴς ἂν ἦν φόνος· *caedes esset illaudata:* Med. v. 491, v. 541, οὐκ ἂν ἦν λόγος σέθεν. — Sincerum est quod vulgatur Κύπρις οὐκ ἄρ' ἦν θεὸς, Ἀλλ' etc. *Non igitur tantum Dea est Venus, sed et si quid Dea potentius est aliud; quippe quae hancce Phaedram, et me, et totam domum pessumdedit.* Sententiam Poëtae recte ceperunt *P. Victorius* V. L. XIII, c. IV, et *Grotius* in Exc. p. 206. — Inter multa, *Sophoclis* de Venere versus cum hac sententia quodammodo congruunt apud *Stobaeum* p. 386, 40.

Κύπρις οὐ Κύπρις μόνον,
Ἀλλ' ἐστὶ πάντων ὀνομάτων ἐπώνυμος·
Ἔστιν μὲν Ἅιδης, ἔστι δ' ἄφθιτος Βία,
Ἔστιν καὶ Λύσσα μανιὰς, ἔστιν δ' ἵμερος
Ἄκρατος, ἔστ' οἰμωγμὸς, ἐν ἐκείνῃ τὸ πᾶν
Σπουδαῖον, ἡσυχαῖον, εἰς βίαν ἄγον.

Nostro loco quod dicitur οὐκ ἄρ' ἦν θ. idem est ac οὐκ ἄρ' ἐστὶ θεός· vid. H. *Stephan.* de Dial. Att. p. 141, 143. — Obtinet hic etiam ellipsis vocis μόνον in talibus usitatissima. — Tandem per εὐφημισμὸν dixisse suspicor Poëtam, Ἀλλ' εἴτι

εἶτι μεῖζον· sed intellexisse Dearum pessimam, quae tot innocentes crudelissime tractaret: in *Eur.* Hec. legitur v. 1128, Ἑκάβη με — Ἀπώλεσ', οὐκ ἀπώλεσ', ἀλλὰ μειζόνως.

Vs. 362. Ἄϊες ὦ, ἔκλυες ὦ, / Ἀνήκουστα τᾶς τυράννου / Πάθεα μέλεα θρεομένας;] In his dividendis sequutus sum *Musgravium.* In Codice Paris. primus etiam versus erat ut hic Paeonicus dimeter acatal. Ἄϊες ὦ, ἔκλυες ὦ, sed secundus Dochmaicus, Ἀνήκουστα τᾶς· et in eodem Codice respondebant ad hos in Antistrophe (infra v. 669.) Τάλανες ὦ κακοτυχεῖς / Γυναικῶν πότμοι. — Hinc sumpta vide quam docte prosuerit *Conditor.* Χρ. Π. v. 135, Ἔκλυες ὦ, ἄϊες ὦ, ἤκουσας ὃς Ὃς παῖδα σὸν προὔδωκε τοῖς μιαιφόνοις. — Ad θρεομένας adscriptam dat MS. Paris. interpretationem λαλούσης. Quae Noster hic, eadem dederat *Aeschylus* Suppl. v. 117, Τοιαῦτα πάθεα μέλεα θρεομένα λέγω Αἰγία etc.

Vs. 364. Ὀλοίμαν ἔγωγε, πρὶν σὰν φίλαν / Καταλῦσαι φρένα.] Hinc sententiam satis commodam expresserunt interpretes: paulo tamen diversam hic latere suspicor ob Codicum dissensum: ut hic editum, erat in Flor. scriptum; in Parisino πρὶν σὰν φίλαν Κατανῦσαι φρενῶν· eadem apud *Musgrav.* praebent duo Codd. alii duo praeterea φιλίαν. ex sua dedit coniectura vir elegantiss. πρὶν σ' ἂν φίλαν, in hunc, opinor sensum, Ὀλοίμαν ἂν ἔγωγε, πρὶν σὲ φίλαν etc. — Sequentem versum, μοι tantum semel posito, dedi ex Cod. Paris. Ἰώ μοι, φεῦ, φεῦ. in Flor. legebatur ἰώ μοι, φεῦ. Scribi quoque poterit cum *Heathio*, Ἰώ μοι μοι· φεῦ· cuius coniecturam in versum antistrophes sextum recipiam. — Labores qui miseros mortales *tenent* vs. 367 sunt πόνοι τρέφοντες βροτούς· attigit *Musgrav.* Exercit. in *Eurip.* II, c. IV. De usu Sophocleo verbi τρέφειν plurima dedit *Is. Casaub.* Anim. in *Athen.* VII, c. 18 p. 549. quorum tum forte non recordatus de eodem egit

A Clar. *F. L. Abreschius* Anim. ad *Aesch.* L. III, p. 81. ne haec quidem ex *Euripidis* Hipp. *Casaubonus* praetermisit.

Vs. 370. Τελευτήσεται] Τελευτάσεται, genuina scriptio, facile poterit erui ex haec Flor. Cod. vitiosa, τελευτᾶσαι τε· quae prodesse poterit iuvenibus ad emendanda veterum loca: exemplo sint in *Stobaei* Ecl. *Canteri* p. 45, v. 54. ἢ τόνδε τὸν κόσμον κατάλιπέ τε· scripserat *Aristhaeus*, καταλείπεται ἀθάνατον καὶ ἀγήρατον εἶμεν. et ibid. p. 81, 21 non δυνάσει τε ἐν τὰ ἐστώ· sed dederat *Archytas*, ἃ καὶ συναρμόξαι καὶ ἐνῶσαι δυνασεῖται τὰν ἐστὼ τῶν πραγμάτων ποττὰν μορφώ. — Vs. 371, Ἄσημα δ' οὐκ ἔτ' ἐστιν — ut v. 269, Ἄσημα δ' ἡμῖν, ἥτις ἐστὶν ἡ νόσος. Rariora sunt ista talia his in Poëtis Atticis, adamata praesertim *Thucydidi: Suidas* in Ἀδύνατα εἶναι, ἀντὶ τοῦ ἀδύνατον· πολλάκις, inquit, κέχρηται Θουκυδίδης τοῖς πληθυντικοῖς ἀντὶ ἑνικῶν, μάλιστα ἐπὶ ταύτης τῆς λέξεως. Utrumque verum est, talia plura reperiri apud *Thucydidem*; praesertim istam vocem: ἀδύνατα ἦν recipi debebat ex Codd. I, c. 1, ut legitur ter minimum alibi III. c. 88, IV, c. 1, VIII, c. 60. atque ita scripsisse *Suidas* potius quam εἶναι videretur, nisi ἀδύνατα εἶναι ἐφαίνετο esset V, c. 14, ἀδύνατα ἐδόκει εἶναι, VII, c. 43. in his etiam praeiverat *Herodotus;* L. I, P. 45, 80, fatum ἀδύνατά ἐστι ἀποφυγέειν. VI, P. 444, 73, ἐφαίνετό σφι εἶναι ἀδύνατα, praeter alia non pauca, vel ex uno Cod. debuerat recipi.

Vs. 373, Τροιζήνιαι γυναῖκες, αἳ τόδ' ἔσχατον Οἰκεῖτε χώρας Πελοπίας προνώπιον.] Ultimam hinc vocem, nam nusquam sic scriptam alibi legerat, bis attigit *Eustath.* in *Hom.* Il. A, p. 62, 14. B, p. 236, 14. Προνώπιον contractum indicans ex προενώπιον nec male comparans cum πρόσχημα, si huius vocis vis prima spectetur; sed verba, quibus in exemplum utitur *Eustathius* de Calydone et Pleurone sunt *Strabonis* L. X, p. 691. B. ubi veteris Graeciae urbes istae fuisse dicuntur πρόσχημα, sicut Athenas πρόσχη-

μα παντὸς τοῦ Ἑλληνικοῦ vocat *Aristid.* T. A II, p. 309. Ioniae, Miletum *Herodotus* V, c. 28, ubi notat *Wesselingius*: iuxta *Eustathium* in talibus aeque προνώπιον poni potuit ac πρόσχημα. Non opinor; nec certe *Pitthéia Troezen* unquam dici potuit Peloponnesi primarium decus et ornamentum, quo sensu πρόσχημα adhibetur in istis, et *Euripidi* simplex σχῆμα in primo versu Andromaches, et in versu Licymnii ap. *Steph. Byz.* V. B Τευθρανία. — Sed quae Atticae obiecta prominebat in mare regio Troezenia, ab Oriente prima peninsulae particula, hic recte dicitur ἔσχατον — χώρας Πελοπίας προνώπιον. attigit *Jo. Potter.* in *Lycophr.* Cass. v. 610. Corinthus proprie, ut erat, dicebatur Peloponnesi προπύλαιον· *Pindaro* Ἰσθμίου πρόθυρον Ποσειδᾶνος init. Olymp. XIII. Hic in Scholiis, in Cod. Paris. et *Hesychio* Προνώπιον C redditur πρόθυρον. In primis aedibus beatiorum foribus apertis quae spectabantur ornamenta dicta fuerunt ἐνώπια. vid. *Casaub.* in *Theopr.* Char. c. 21, p. 152. et *Hesych.* in Ἐνώπια. Locus ante fores vestibuli προενώπιον et προνώπιον dicebatur. *Hesychius:* Προνώπια, τὰ ἔμπροσθεν τῶν πυλῶν, καθάπερ Ἐνώπια, τὰ ἔνδον, ὅπου αἱ εἰκόνες τίθενται. Pertinet ista *Hesychii* nota ad *Eurip.* Bacch. v. D 639, Ὡς δέ μοι δοκεῖ (ψοφεῖ γοῦν ἀρβύλη δόμων ἔσω) Εἰς προνώπι' αὐτίχ' ἥξει. miror illic paulo post ista v. 644, πῶς προνώπιος Φαίνῃ πρὸς οἴκοις τοῖς ἐμοῖς, ἔξω βεβώς; — Ceterum Atticas forte probabilius Tragicus aut Cressas Phaedrae dare comites potuerat, ut Aëropen e Creta comitatae Chorum in eius Cressis confecerunt. Sed Troezeniis Phaedra mulieribus confidit, et mentis enar- E rat arcana, ut exul Medea Corinthiis in *Euripidis* Medea, quas alloquitur. v. 214, Κορίνθιαι γυναῖκες· Euripideam Medeam Latine vertens *Ennius* isthoc in loco simul haec ex Hippolyto cogitabat: *Quae Corinthum, altam arcem, habetis, matronae opulentae, optimates:* sic ista *Bentleius* restituit in *Ciceron.* Tusc. I, c. 44.

Vs. 375. Ἤδη ποτ' ἄλλως νυκτὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ Θνητῶν ἐφρόντισ' ᾗ διέφθαρται βίος.] Haec et de seqq. multa *Grotius* in Excerpta retulit p. 207 et seqq. — In Ranis *Aristophanes* haec quoque ridenda sumsit; v. 961 Bacchus, Ἤδη ποτ' ἐν μακρῷ χρόνῳ νυκτὸς διηγρύπνησα Τὸν ξουθὸν ἱππαλεκτρυόνα ζητῶν, τίς ἐστιν ὄρνις. Schol. illic παρὰ τὰ ἐξ Ἱππολύτου, Ἤδη etc. quae *Bergler.* etiam adscripsit. *Eustathio* in *Hom.* Il. B, p. 127, 16 proverbium memoratur Ἐν νυκτὶ βουλή, (*Zenob.* Cent. III, Prov. 97) διὸ καὶ inquit, Εὐφρόνη λέγεται ἡ νύξ, ὥς φασιν οἱ παλαιοί, ὅθεν λαβὼν Εὐριπίδης ἔφη τὸ, Ἤδη ποτ' ἄλλως etc. ὡς τῶν καιριωτέρων σκέψεων νυκτὸς μάλιστα φροντιζομένων· in hanc sententiam alia dat et Epicharmea *Cornutus* de N. D. p. 161. vocem etiam Εὐφρόνην, praeter alios, memorans, velut Poëtis *de nocte* positam: ignorasse videntur, Ionice scribentibus quibusvis adhibitam hoc sensu, *Democrito*, *Heraclito*, *Hippocrati*, *Herodoto*, in huius quidem Musis frequenter repetitam. — Amanti Phaedrae nocte suis etiam curis erat invigilandum: *sub noctem cura recursat*, *Virg.* Aen. I, 666. — Vs. 379 τόδε pro τάδε *Musgravius* accepit ex Codd. oblatum, etiam a Flor. et Paris. in quo ad hunc versum in Πολλοῖσιν adscriptum erat τοῖς πᾶσιν.

Vs. 380. Τὰ χρήστ' ἐπιστάμεσθα καὶ γιγνώσκομεν, Οὐκ ἐκπονοῦμεν δ'.] Est et alia duorum Codicum et Fl. Edit. lectio, Κοὐκ ἐκπονοῦμεν, οἱ μὲν etc. Melior vulgata mihi quoque videtur. — Phaedra *Senecae* Hipp. v. 177, et 184,

Quae memoras, scio
Vera esse Nutrix: sed furor cogit sequi
Peiora; vadit animus in praeceps sciens.
Quid ratio possit? vicit ac regnat furor.

Sententia satis claret ex nobili Medeae *Euripidis* dicto v. 1078. Ut suo quisque modo δρῶμεν ἀνθρώπινα, saepius istam quoque sententiam eleganter pro personis diversis variavit *Euripides:* turpis amor, quem damnabat ipsemet, *Eu-*

Euripidis Laïum in Chrysippo dicere coëgit,

> Λέληθεν οὐδὲν τῶνδέ μ', ὧν σὺ νουθετεῖς,
> Γνώμην δ' ἔχοντά μ' ἡ Φύσις βιάζεται.

Senarii sunt ex Antiopa:

> Πολλοὶ δὲ θνητῶν τοῦτο πάσχουσιν κακὸν,
> Γνώμῃ Φρονοῦντες οὐ θέλουσ' ὑπηρετεῖν
> Ψυχῇ, τὰ πολλὰ πρὸς φίλων νικώμενοι.

Ubi dictum erat in Oenomao, Φέρειν τὰ συμπίπτοντα μὴ παλιγκότως, subiungitur verissimum sane dictum, ἀλλὰ ταῦτα γὰρ λέγειν Ἐπιστάμεσθα· δρᾶν δ' ἀμηχάνως ἔχει. Ad Phaedrae mentem, praeter aliorum alia, hoc respondet *Theognidis* v. 305, Οἱ κακοὶ οὐ πάντως κακοὶ ἐκ γαστρὸς. (οὐ κατὰ γνώμης Φύσιν *Euripidis* Phaedrae) γεγόνασιν, Ἀλλ' ἄνδρεσσι κακοῖς συνθέμενοι φιλίην. Hanc etiam corruptionis inter alias causas in seqq. memorat *Euripides*: cuius hos quinque versus, 380—384, ad Titulum περὶ ἀργίας retulit *Stobaeus*, Ed. Gesn. p. 209. f. *Grot.* p. 133, in Editione quoque *Trincavelli* totidem literis scriptos. — Istorum versuum ultimum, 384, adhibet *Olympiodorus* in *Platonis* Alcibiad. *MS.* Τὸ δὲ, (*Hom.* Od. Δ, 372,) τέρπεαι ἄλγεα πάσχων, ἐκφράζων ὁ Εὐριπίδης Φησὶ, Μικρή τε (L. Μακρή τε) λέσχη καὶ σχολὴ τερπνὸν κακόν. in Edd. et Codd. memorantur, Μακραί τε λέσχαι.

Vs. 385. [Αἰδώς τε] δισσαὶ δ' εἰσὶν, ἡ μὲν οὐ κακὴ, Ἡ δ' ἄχθος οἴκων·] In hunc locum aptissima dedit Clariss. *Musgravius*; cum *Homeri* versu *Clemens Alex.* Strom. VI, p. 741, 20. comparavit *Euripideos* ex Erechtheo, primum emendate scriptos *H. Stephano* V Schediasm. II,

> Αἰδοῦς δὲ καὐτὸς δυσκρίτως ἔχω πέρι·
> Καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆς, κἄστιν οὖ κακὸν μέγα.

Haec ex Hippolyto *Plutarchus* quum excitavit T. II, p. 448. F. hoc, ait, ὁ εἰπὼν — ἆρ' οὐ δῆλός ἐστι συνῃσθημένος ἐν ἑαυτῷ τοῦτο τὸ πάθος, πολλάκις παρὰ τὸν λόγον ὄκνοις καὶ μελλήσεσι καιροὺς καὶ πράγματα

A λυμαινόμενον. Haec certe prava est verecundia, qua timidi saepe nobis elabi patimur non redituras occasiones rerum bene agendarum. *Homeri* mendico αἰδὼς οὐκ ἀγαθὴ, pudor minus convenit, et ubi homines impudentes obtinent imperium: in *Stobaei* Floril. p. 213, 2, versus est forsan *Euripidis*,

> Κακὴ γὰρ αἰδὼς ἔνθα τἀναιδὲς κρατεῖ.

B sic ibi corrigi debet vulgatum ἔνθα γ' ἀναιδὲς κ. cuius loco dedit *Grot.* p. 137, ἔνθα γ' ἀναιδεία κρατεῖ. syllaba brevis producitur mea correctione, qua contracte τὸ ἀναιδὲς sic dicitur ut τἀγαθὸν, et similia; vid. in Phoen. v. 896. Saepe stulta timidorum est verecundia, pravam damnabat Phaedra; qua, vel aetatem vel dignitatem vel potentiam aliorum revereri, mala suadentibus obsecundamus,
C quemque nobis ipsis primum debemus pudorem violamus.

Vs. 386. εἰ δ' ὁ καιρὸς ἦν σαφὴς, Οὐκ ἂν δύ' ἤστην ταὔτ' ἔχοντε γράμματα] Non miror, πράγματα scriptum in Parisinis tribus Codicibus; in uno, ταὔτ' ἔχοντα πράγματα· sed vocem miror absque Codd. in mentem venisse viro Clarissimo, velut genuinam. Primum Γράμμα-
D τα suis etiam in libris invenit *Eustathius*, hinc excitans pauca in exemplum moris Attici; quo de feminis articulos praesertim, et participia generis adhibebant masculini, in Il. Θ, 455, p. 613, 23, καὶ Ἡσίοδος δὲ οὕτω Φησὶ, — προλιπόντ' ἀνθρώπους Αἰδὼς καὶ Νέμεσις ["E. κ. 'H. v. 197,] καὶ Εὐριπίδης, [h. l.] — ταὐτὰ ἔχοντε γράμματα, ἤγουν ἔχουσαι αἱ δύο αἰδοί. καὶ ὁ τοῦ Σοφοκλέους δὲ Ἠλέκτρα ἐφ' ἑαυ-
E τῇ καὶ ἀδελφῇ λέγει, Ἴδεσθε τώδε τὼ κασιγνήτω, ἤγουν ταύτας τὰς αὐταδέλφας. Τούτω χρὴ (τιμᾶν) Ὢ — Ψυχῆς ἀφειδήσαντε· τουτέστι ταύτας, αἳ — ψυχῆς ἀφειδήσασαι. — contraxit in pauca quinque *Sophoclis* ex Electra versus 983—987. ad cuius Oed. in Col. leguntur in *Scholiis* similia quaedam *Eustathianis*, partim eadem: sua permulta de his fontibus, quos lectori monstrare potuerat,

 de-

derivavit *H. Stephanus* de Dial. Att. A etiam de hoc genere notata p. 151, 152. quod, si opus esset, multis posset exemplis adfirmari: his praestiterit nota, quam ex inedito *Lex. Sangerm.* mecum Humaniss. *Ruhnkenius* communicavit: Ἀκολουθοῦντε, ἀντὶ τοῦ ἀκολουθοῦσαι, δυϊκῶς· οὕτως Ἕρμιππος· καὶ γὰρ κέχρηνται ταῖς ἀρσενικαῖς μετοχαῖς ἀντὶ θηλυκῶν πολλάκις. — Sed hoc in loco studiosissimum *Euripidis Menandrum* idem illud ταῦτ' ἔχοντε γράμ- B ματα legisse, mihi quidem ex imitatione liquet. Hos exhibet *Menandri* versus *Athenaeus Casauboni* XIII, p. 571. E.

Πεποίηκατ' ἔργον οὐχ ἑταίρων, νὴ Δία,
Μᾶλλον δ' ἑταιρῶν· ταὐτὰ δ' ὄντα γράμματα
Τὴν προσαγόρευσιν οὐ σφόδρ' εὔσημον ποιεῖ.

Sunt in Fragm. *Menandri* p. 146. Hic locus, ut equidem puto, expressus ex nostro, firmat lectionem receptam, et C simul prodest ad Hippolyti locum explanandum, in quo, pro ταῦτ' ἔχοντε γράμματα, scripsi ταὔτ' ἔχ. ex Ed. Flor. prima. Hunc in sensum mihi capienda videntur *Euripidea: si temporis esset opportunitas perspicua*, cui aut haec aut illa verecundia conveniret, *res duae non iisdem literis designarentur;* sed esset in vocibus etiam ipsis diversitas, quae rei differentiam declararet. D

Vs. 388. Ταῦτ' οὖν ἐπειδὴ τυγχάνω φρονοῦσ' ἐγὼ] In duobus Codd. Paris. legitur προγνοῦσ' ἐγώ· quod mihi vel vulgatae vocis interpretamentum videbatur, vel adnotatum ex Editione priori. Vir Doctiss. qui τυγχάνω mutandum in τύγχανον putabat, moris Euripidei non recordabatur, neque attendebat ad sequens Οὐκ ἔσθ' ὅπως — illud ubi praecesse- E rat, sequi debebat Οὐκ ἦν· Miror eidem in mentem venisse Οὐκ οἶδ' ὅπως — Paulo post Vs. 390. ὥστε τοὔμπαλιν πεσεῖν φρενῶν, significat, *ut a sana mente discederem*, sive *bene cogitatis contraria probarem:* ea enim vis est vocis Ἔμπαλιν, *Hesychio*, εἰς τὰ ὀπίσω, ἐξ ἐναντίας. adhibentur locutiones ἔμπαλιν στρέφειν, λέγειν, ἀΐσσειν etc. *Eurip.* Hec. v. 342, Med. 922. *Soph.* Trach. v. 362. *Apollon. Rhod.* IV, 106. In *Phrynichi* Sophist. Appar. MS. haec leguntur: Αὐτὸ τοὔμπαλιν λέγεις, οἷον αὐτὸ τοὐναντίον λέγεις. τὸ μέν τοι Αὐτὸ πρόσκειται νῦν σημαῖνον τὸ ἀκριβῶς καὶ φανερῶς. quae fortasse spectant versum *Sophoclis*, sive perditum, seu quem designabam ex Trach. 362. — *Xenoph.* K. Π. VIII. p. 133, 14, δοκοῦσι τοὔμπαλιν οὗ βούλονται ἐφέλκεσθαι· *Herodot.* I, p. 98, 55, γνώμην ἔχω — τὰ ἔμπαλιν ἢ οὗτοι· *aliter* ea de re *sentio atque isti*; cuius ἐκπλῆσαι τῶν φρενῶν, P. 276, 43, convenit his *Euripidis:* hoc etiam Medeae apud *Apollon.* Rhod. IV, 1018, Ὡς ἐμοὶ ἐκ πυκιναὶ ἔπεσον φρένες. hinc enim non distaret τοὔμπαλιν ἔπεσον φρενῶν. eadem structura *Pindarus* posuit Ἔμπαλιν γνώμας, Πυθ. Od. XII, fine; sed significatur ibi, quod alibi dixit, Πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν, *praeter exspectationem.*

Vs. 395. Γλώσσῃ γὰρ οὐδὲν πιστὸν, ἣ θυραῖα μὲν φρονήματ' ἀνδρῶν νουθετεῖν ἐπίσταται] Quae prostant in his tentamina suspicor ab ipsis iam Auctoribus reiecta: nam nec ἀφρόνημα Graecis in usu est, neque ἡ γλώσση usquam reperitur: in hac quoque voce peccatum fuit ad *Eurip.* Med. v. 466. Γλώσσῃ satis adfirmabit vel unicus v. ex Iph. in Taur. 1064,

Καλόν τι γλῶσσ', ὅτῳ πίστις παρῇ.

elidi non poterat nisi α raptim pronunciatum. — Hos tres versus retulit *Stobaeus* ad Tit. 36, p. 216, 17, *Grotius* p. 142 Latine vertit, *Nam nullam haberi convenit Linguae fidem, Consilia cordi quae scit alieno dare, Suis laboret ipsa cum semper malis.* conf. P. *Victorii* V. L. XX, c. XIII. f. Huc spectabat *Seneca*, dum in Hippol. v. 876 ad illud Thesei,

Effare, fido pectore arcana occulam,

Phaedram dicentem facit,

Alium silere quod voles, primus sile.

Euri-

Euripidis erat in Ione versus, Ἴττω δὲ A μηδεὶς ταῦτ᾽ ἃ σιγᾶσθαι χρεών. ex *Euripidis* incerto dramate haec habet *Stobaeus* p. 437, 2?, Οὐ γάρ ποτ᾽ ἄνδρα τὸν σοφὸν γυναικὶ χρὴ Δοῦναι χαλινούς, — Πιστὸν γὰρ οὐδέν ἐστι, nempe γυναικὶ, sicut hoc loco Γλώσσῃ γὰρ οὐδὲν πιστὸν, *Linguae nulla fides est habenda*, quae, *aliena* vitia corrigere cum possit, plerorumque sibi *suorum* est malorum causa: haec attigit *P. Victorius* V. L. XX, c. XIII. f. ob vocem θυραῖα, B cuius equidem nescio an vim satis ceperit, ut hic, adhibitam in isthoc egregio dicto, ni fallor, *Sophoclis* apud *Clem. Alex.* Strom. IV, p. 588, 3, —

ἀρετὴ τῶν ἐν ἀνθρώποις μόνη
Οὐκ ἐκ θυραίων τἀπίχειρα λαμβάνει,
Αὐτὴ δ᾽ ἑαυτὴν ἆθλα τῶν πόνων ἔχει.

Aesch. VII c. Theb. 200,

Τὰ τῶν θύραθεν δ᾽ ὡς ἄριστ᾽ ὀφέλλετε· C
Αὐτοὶ δ᾽ ὑφ᾽ αὑτῶν ἔνδοθεν πορθούμεθα.

Vs. 400. Τρίτον δ᾽, ἐπειδὴ τοῖσιν οὐκ ἐξήνυτον Κύπριν κρατῆσαι, κατθανεῖν ἔδοξέ μοι K.] Illud Τρίτον δ᾽ ostendit paulo ante recte scriptum, Τὸ δεύτερον δὲ, ubi legitur in Codd. Flor. et Paris. τὸ δεύτερόν τε. — Pro τοῖσιν οὐκ scribi malim τοῖσί δ᾽ οὐκ (ut in MS. Cod. Or. v. 1130.) sive, quod frequentius occurrit, τοῖσδέ γ᾽ οὐκ D ἐξήνυτον, *quum istis modis*, vel *isthac ratione amorem vincere non poteram.* *Ovidii* Phaedra Her. Ep. IV, 151, *Et pugnare diu nec me submittere culpae Certa fui.* Sic saepius apud Eumdem loquuntur amantes, Medea, Iphis, *Et luctata diu (Luctatusque diu) postquam ratione furorem Vincere non poterat.* Myrrha quoque diu *foedo* dicitur *amori repugnavisse*: soror amans fratrem Met. E IX, 540, *omnia feci*, — *ut tandem sanior essem; Pugnavique diu violenta Cupidinis arma Effugere infelix.* *Antiphanes* in Aeolo apud *Athen.* X, p. 444, C. Macareus, inquit, sororis, amore percussus, τέως μὲν ἐπεκράτει τῆς συμφορᾶς Κατεῖχέ θ᾽ αὑτόν. de se Calasiris *Heliodori* II, p. 104, ἐπὶ πολὺ τοῖς σώμασιν ὀφθαλμοῖς τοὺς τῆς ψυχῆς ἀντιστήσας ἀπῆλθον τὸ τελευταῖον ἡττηθείς. Et *Euripidis* Phaedrae tandem optimum videbatur mori; Phaedrae quoque *Senecae* Hipp. v. 253 hoc *unicum effugium mali*: 254, *morte*, ait, *praevertam nefas*.

Vs. 405. Τὸ δ᾽ ἔργον ᾔδη] Quod, pro ᾔδειν, duo Codices *Musgravio*, mihi duo quoque praebuerunt Flor. et Paris. in hoc etiam adscriptum erat ἀντὶ τοῦ ᾔδειν· legitimam hic scripturam docte *Jo.* noster *Piersonus* adfirmavit in *Moer.* Attic. p. 173. qui vidit ex Scholiis, id ipsum *Sophocli* adhibitum Antig. v. 18; probabiliter idem illud dederat v. 454, et v. 465, θανουμένη γὰρ ἐξῄδη· et alibi: hoc, ex ᾔδεα contractum, ᾔδη, *noveram*, in Sophocleis inventum a Grammaticis liquet ex *Eustath.* in Il. A, p. 38, 13, ubi quod legitur ᾔδη ἐγὼ, τουτέστιν ἐγίνωσκον, sive ᾔδη 'γὼ, illud ipsum est quod ex Vatic. Cod. restituit Comico *Kusterus* Av. v. 511, probante *R. Dawesio* Miscell. Crit. p. 232, qui non animadverterat praeter veteres Gammaticos de hoc Attico more scribendi *H. Stephanum* egisse Anim. in lib. de Dial. p. 44 et Clar. *Hemsterhusium* in *Aristoph.* Plut. p. 231. conf. Eruditiss. *G. Koen.* in *Gregor.* de Dial. p. 50. In *Euripidis* etiam Cyclope v. 645 vidit *Heathius* scribendum, Πάλαι μὲν ᾔδη (ᾔδει vulgabatur ante *Barnes.*) σ᾽ ὄντα τοιοῦτον φύσει. *Photius* Lex MS. Ἤιδη, ἀντὶ τοῦ ᾔδειν. Alibi *Photius*: Κεχήνη, κεχηνὼς ἤμην. ὡς τὸ ᾔδη, ᾔδειν. — quinimo ὡς τὸ ᾔδειν, ᾔδη.

Vs. 406. Γυνή τε πρὸς τοῖσδ᾽ οὖσ᾽ ἐγίγνωσκον καλῶς, Μίσημα πᾶσιν] Scholiasten sequitur *Marklandus*; mihi, pace venerandi Senis, potior *Grotii* videtur et *Musgravii* sententia; atque istis significari; *Praeterea quoque me probe noveram esse mulierem, rem omnibus odiosam*; sive *omnium odium*: nam eodem modo de hominibus odiosis hoc adhibent Latini, quo Graeci suas voces μίσημα, μῖσος, στύγημα, στύγος· gloriosum

sum militem *Populi odium* vocat *Plautus* III, Sc. III, 49. ad maritum uxor in Eius Asinar. V, Sc. II, 77.

Modo, quum dicta in me ingerebas,
odium, non uxor, eram.

Laudat *Valerius Max.* III, c. VII, ex. d. 5, P. Furii Phili consulis *fiduciam, quae duobus acerrimis odiis latera sua cingere ausa est.* Κύπριδος δὲ μίσημ' Ἀρκὰς Ἀταλάντη dicitur in iis versibus quos ex *Euripidis* Meleagro nobis servavit *Macrob.* in Saturn. V, c. 18, p. 508. Ὦ δύσθεον μίσημα dixisse videtur ad Electram Clytaemnestra *Soph.* Elec. v. 291. quod me iudice convenisset aptius in eius Ulyssem *Philoct.* v. 988, ubi tantum legitur Ὦ μῖσος· ut in *Eurip.* Heraclid. v. 941. Med. v. 1323,

Ὦ μῖσος, ὦ μέγιστον ἐχθίστη γύναι
Θεοῖς τε κἀμοὶ παντί τ' ἀνθρώπων γένει.

Στύγημ' ἐμὸν est in eius Or. v. 480; quod vehementius altero, οἶδά σοι στυγουμένη praefert MS. Flor. in Troasin v. 898, pro μισουμένη. — Ut illis μῖσος, *Aeschylo* dicitur θεῶν στύγος, Choëph. v. 1028 Eum. v. 647. Cui sunt ad manum *Euripidis* in mulieres dicta, non mirabitur hic dictas μίσημα πᾶσιν, ut ait *Aristoph.* Λυσ. v. 283, τὰς Εὐριπίδῃ θεοῖς τε πᾶσιν ἐχθράς. — Vitiorum adpellationes vitiosis tributae multae poterunt a quovis colligi: hic ego coniecturam periclitabor, amicis illam quibusdam meis facile adprobaturus, in *Sophoclis* Philoct. v. 924,

Ὦ πῦρ σὺ, καὶ πᾶν δεῖμα·

non nescio quibus illud elegans sit visum; mihi *Sophocles* dedisse videtur:

Ὦ πῦρ σὺ, παιπάλημα, καὶ πανουργίας
Δεινῆς τέχνημ' ἔχθιστον.

Hesych. Παιπάλημα, ποικίλος ἐν κακίᾳ. *Etymolog.* p. 657, 32, σημαίνει — καὶ τὸν παμπόνηρον σὺν ἀγχινοίᾳ. Hoc sensu vocem παιπάλημα adhibuerunt *Aristoph.* Av. v. 430. *Aeschrion Samius* apud *Athen.* VIII, p. 335. D. de *Demosthe-*

A *ne Aeschines* de falsa leg. p. 33, 20. *Luciano* T. III p. 189, 8, iunguntur παιπάλημα καὶ κίναδος.

Vs. 409 — ἐκ δὲ γενναίων δόμων Τόδ' ἦρξε θηλείαισι γίγνεσθαι κακόν.] In Cod. Paris. ad Γενναίων adscriptum εὐγενῶν, et, pro γίγνεσθαι, hic et alibi satis constanter γίνεσθαι, ut γινώσκειν, pro γιγνώσκειν. differentiam ad Phoen. attigi v. 1396. —
B Differunt quidem ἦρξεν et ἤρξατο. Hic, ubi paulo ante v. 408 legitur ἤρξατ' αἰσχύνειν λέχη, de muliere *quae prima violare coepit castitatem lecti legitimi*, ἦρξε γίγνεσθαι, positum puto pro ἐγένετο. quod dici quoque poterat ἤρξατο γίγνεσθαι. *Andocides* de Red. p. 20, 42, οὐδεὶς ἐμοῦ ἤρχετο γίνεσθαι δυσδαιμονέστερος. *Thucyd.* III, c. 18. ὁ χειμὼν ἤρχετο γίγνεσθαι. Pro ἐπολεμάρχησε, *Pausanias* scribit p. 34. f.
C πολεμαρχεῖν ἤρξατο. — Sententiam *Euripidis* explanavit pluribus *Seneca* Hippol. v. 204 — 214. illic, praeter cetera,

Cur in penates rarius tenues subit
Haec delicatas eligens pestis domos?
Cur sancta parvis habitat in tectis Venus,
Mediumque sanos vulgus affectus tenet?

Vs. 415, Αἳ πῶς ποτ', ὦ δέσποινα ποντία Κύπρι, Βλέπουσιν εἰς πρόσωπα τῶν ξυ-
D νευνετῶν.] Eleganter *Racinii* Phaedra:

Je ne suis point de ces femmes hardies,
Qui, goûtant dans le crime une tranquille paix,
Ont sçû se faire un front qui ne rougit jamais. —

Ut *Euripidis* et *Sophoclis* plurimos, hos etiam duo versus inseruit suae fabellae, qui dicitur *Eustathius* de Ism. Amor. X,
E p. 373, mutata prima vocula in Ὦ πῶς ποτ', ὦ — Ex veteribus Euripidea transtulit in adulteros *Xenarchus* in Pentathlo apud *Athen.* XIII, p. 569, C. D. Ἀεὶ δὲ τετρεμαίνοντα καὶ φοβούμενον, Δεδιότα (τ') ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχον — Τὰ πῶς ποτ' (Leg. ἔχονθ', Οἳ πῶς ποτ',) ὦ δέσποινα ποντία Κύπρις, Βινεῖν δύνανται, τῶν Δρακοντείων νόμων Ὁπόταν ἀναμνησθῶσι προσκυνούμενοι. ultimum illud προσκυνούμενοι dum

dum quis nobis explicet, suspicari liceat scripsisse *Xenarchum* eius loco παρατιλούμενοι, *depilandi;* παρατιλοῦμαι dat *Menander Athen.* IV, p. 166. A. Has literas tractibus notum est, qua poena vulgo saevierint Athenis in adulteros mariti: *Aristoph.* Plut. v. 168,

Ὁ δ' ἁλοὺς γε μοιχὸς διὰ σέ που παρατίλλεται,

scripseratne forsan?

διὰ σέ γ' οὐ παρατίλλεται.

nam turpem istam poenam grandi pecunia redimere poterant divites: *Schol.* ἔθος ἦν τὸν ἁλόντα μοιχείας παρατίλλεσθαι, ἵνα δοὺς (legendum arbitror, ἐὰν μὴ δοὺς) ἀργύριον ποινὴν λυθῇ. — Iunguntur ἡ ῥαφανίδωσις et ὁ παρατιλμὸς in *Aristoph.* Nub. v. 1079. explicuit *Is. Vossius* ad *Catull.* p. 41. utramque memorat et *Lucianus* T. III, p. 331, 15, ubi versus latet Comici; p. 384, 22, παρατιλλόμενος τὰ πρῶτα mutari non debet: hoc intelligitur p. 440, 10, per τὰ αἴσχιστα ἔπαθες· apud *Plautum* Poen. IV, II, 40, *Facio, quod manifesto moechi haud ferme solent, — Refero vasa salva.* Marito quidem etiam Athenis impune licebat *moechum*, quem ille vocat *manifestarium*, *obtruncare;* hujus etiam caedis impunitas legibus fuit *concessa*; (cum lege ap. *Demosth. c.* Aristocr. p. 410, 70, comparandus est *Plato* de LL. IX, p. 874. C.) non autem, quod vulgo statuitur, mors adulterio publice poena fuit constituta: non omnes hac in parte errores *Sam. Petiti* LL. Att. VI, T. IV, correxit *Jo. Taylor* Lect. Lys. c. XI. Uterque verba *Xenarchi* protulit ut vulgantur.

Vs. 417. Οὐδὲ σκότον φρίσσουσι τὸν ξυνεργάτην, Τέρεμνά τ' οἴκων μή ποτε φθογγὴν ἀφῇ.] *Racinii* Phaedra:

Il me semble déja que ces murs, que ces voutes
Vont prendre la parole, etc.

In his τέραμνα praebet Ed. prima Flor. utramque in hac voce scriptionem ob-
A tinere monuit *G. Arnaldus* in Miscell. Obs. VI, p. 595. — Hos duo versus *Lucianus* adhibuit Adversus Indoct. T. III. p. 123, ubi de Phaedra, tanquam dramatis nomine, ne cogitari quidem debebat. *Grotio* cum vicinis eleganter versos in Exc. p. 210, *Muretus* V. L. II, c. 17, cum *Ciceronis* loco comparavit hinc expresso. Praeivit in his *Aeschylus Euripidi;* qui in ejus Agam. praefatur
B speculator, Clytaemnestrae verbis obscuris designat adulterium v. 36,

Τὰ δ' ἄλλα σιγῶ· βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας
Βέβηκεν· οἶκος δ' αὐτός, εἰ φθογγὴν λάβοι,
Σαφέστατ' ἂν λέξειεν.

Vs. 419. Ἡμᾶς γὰρ αὐτὸ τοῦτ' ἀποκτείνει] Hoc cum *Musgravio* recepi, et paulo post, Vs. 421, ἐλεύθεροι, pro vulgatis
C ἀποκτενεῖ et ἐλευθέρως· in his accedebant ad alios Codices Flor. et Paris. in illo tamen scriptum erat ἀποκτεῖναι. Alterum nisi spectatissimi praeberent Codices, non primus mutassem lectionem vulgatam, ἀλλ' ἐλευθέρως, Παῤῥησίᾳ θάλλοντες, οἰκοῖεν πόλιν Κλεινῶν Ἀθηνῶν — μητρὸς οὕνεκ' εὐκλεεῖς, *sed quae decet ingenuos libertate loquendi florentes incolant urbem nobilem Athenarum, materna quo-*
D *que laude clari.* μητρὸς οὕνεκ' est eximie *matrem quod attinet.*

Vs. 424. Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ, Ὅταν ξυνειδῇ μητρὸς ἢ πατρὸς κακά.] Quando *Piget paternum nomen maternum pudet Profari*, quod Orestes dicebat *Pacuvii.* Racinii Phaedra:

Le crime d'une Mere est un pesant fardeau.

E

Praeter hos, sequentes etiam quatuor exhibet *Stobaeus* in Tit. περὶ δυσγενείας p. 501, 12. *Grotius* et in Excerptis et in Florileg. p. 365. — Duo, quos adscripsi, adhibet *Plutarch.* de Educ. p. 1. C. et de Poët. Aud. p. 28. C. eorumque sententiam collaudat. *Diogenis Laërtii Bion*, IV, 51, τὴν δυσγένειαν πονηρὸν ἔλεγεν εἶναι σύνοικον τῇ παῤῥησίᾳ· Δουλοῖ

γὰρ ἄνδρα κἂν θρασύστομός τις ᾖ. illic viri Docti versum quidem se legisse apud *Plutarchum*, in quo *θρασύσπλαγχνος* scriberetur; ex *Euripidis* sumtum Hippolyto non recordabantur. — Spectat verbum *Δουλοῖ* paulo ante memoratam *παῤῥησίαν.* Civibus omnibus aequalis Athenis *dicendi libertas* inquilinis erat negata: vid. *Zenob.* Cent V, Prov. 95. Servis natura quoque deerat: vellem noster scripsisset in Phoeniss. v. 395,

Δούλου τόδ' εἶπας, οὐκ ἔχειν παῤῥησίαν.

Servi plures evaserunt aliarum etiam rerum peritissimi, et fuere philosophi; servum oratorem fuisse negat *Longinus* in excellenti parte ultima libelli sui *π.* Ὕ. p. 230, propter *τὸ ἀπαῤῥησίαστον·* illic plura sequuntur; de his quaedam, alia multa dedit *Th. Gatakerus* ad *M. Antonini* XI, 30, ubi qui prostat senarius videtur *Euripidis*, *Δοῦλος πέφυκας, οὐ μέτεστί σοι λόγου.*

Vs. 426. *Μόνον δὲ τοῦτο φάσ' ἁμιλλᾶσθαι βίῳ, Γνώμην δικαίαν κἀγαθὴν, ὅτῳ παρῇ.*] Diversissimis haec interpretamentis vexantur in Scholiis, ab illo quidem imperite admodum, qui *Menandri* versus adscripsit, ab hac sententia prorsus alienos: illos praebet sincere scriptos *Gesneri Stobaeus* p. 595, 49. 9. — Interpretes recentiores mentem mihi videntur *Euripidis* expressisse, quos inter eminens *Grotius* in *Stob.* p. 364,

Unum sed ajunt esse par vitae bonum,
Cum rectus animus nil sibi conscit mali.

egregie quoque *R. P. Brumoy*, *On a raison de le dire, l'honneur solide et fondé sur la vertu est plus précieux que la vie.* — Vitiosas aliquot lectiones dat in his Codex Flor. infra ponendas; *Stobaeus Trincavelli*, et Codex *Stobaei* MS. *Μόνον δέ φασι τοῦθ' ἁμιλλᾶσθαι βίῳ* — et *ὅταν παρῇ·* hoc habet Ed. quoque *Gesn.* et *Grotii.* — Paulo insolentior hic verborum structura forte videbitur: sic collocata neminem offenderent: *Γνώμην δὲ δικαίαν κἀγαθὴν, μόνον* A *τοῦτο, φασὶν ἁμιλλᾶσθαι (τῷ τούτου) βίῳ, ὅτῳ παρῇ.* *Animum vero iustum et bonum, unum hoc vere dicunt cum eius, cui adfuerit, vita posse comparari*, vel *certare:* sive dicas in tali sententia *ἁμιλλᾶσθαι*, seu *ἐρίζειν*, nihil interest: sed hoc illo frequentius in talibus adhibetur: *Dionys.* Perieges. v. 757. *Κείνοις οὔτι κεν ἔργον ἀραχνάων ἐρίσειεν.* eam in rem scripta quaedam leguntur ad *Herodot.* B P. 395.

Vs. 428. *Κακοὺς δὲ θνητῶν ἐξέφην', ὅταν τύχῃ Προσθεὶς κάτοπτρον, ὥστε παρθένος νέᾳ Χρόνος*] *Grotius; Ingenia sed perversa rimatrix dies Detexit, instar virginis speculum admoyens.* In hunc ego versum vulgatas ante lectiones revocavi, quas dabat et Florent. Codex: *Προθεὶς* erat in Paris. aliisque *Musgravii;* in il- C lo quoque *παρθένῳ νέᾳ·* In Edit. *Trincavelli* Floril. *Stob.* versus sic scribitur, *προσθεὶς κάτοπτρον ὥστε παρθένῳ νέᾳ. Χρόνος* hic mihi cum puella virgine comparari videbatur: ut haec speculum inspiciens formam sibimet ipsa suam indicat, sic tempus, omnia patefaciens, etiam diu sub persona tectos malos tandem omnibus velut in speculo clare manifestat: *ὅταν τύχῃ Προσθεὶς*, sive *ὅταν προσθῇ κάτοπτρον.* *A-* D *thenaeo* teste X. p. 427. F, Periandro Pittacus *παρῄνει μὴ μεθύσκεσθαι, — ἵν' ἔφη μὴ γνωσθῇς οἷος ὢν τυγχάνεις, ἀλλ' οὐχ οἷος προσποιῇ· Κάτοπτρον (γὰρ) εἴδους χαλκός ἐστ', οἶνος δὲ νοῦ.* hic *Aeschyli* senarius est *Stobaei* Florileg. T. XVIII, p. 164, 1, *Aes formae speculum est, Vinum mentis;* ut recte *Gesner.* vid. Ill. *E. Spanhem.* in *Callim.* h. Lav. Pall. v. 21. In hunc sensum *tempus*, malorum veluti *κά-* E *τοπτρον*, horum certe flagitia dat intuenda velut in speculo:

Οὐκ ἔστιν μείζων βάσανος χρόνου οὐδενὸς ἔργου,
Ὃς καὶ ὑπὸ στέρνοις ἀνδρὸς ἔδειξε νόον.

incerti (videtur *Theognidis*) dictum dat *Stobaeus* in Eclog. Phys. I, c. XI *περὶ χρόνου·* ubi plurima sunt in hanc sententiam, quam praesertim Tragici frequentant, *Aeschyl.* Prom. v. 950, *Soph.*

Oed.

Oed. T. v. 622, Χρόνος δίκαιον ἄνδρα A δείκνυσιν μόνος. *Euripides* illic apud *Stobaeum*, Οὐκ ἔστι πράττοντάς τι μοχθηρὸν λαθεῖν· Ὀξὺ βλέπει γὰρ ὁ χρόνος, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ. Comparat *Clem. Alex.* Strom. VI, p. 742, 2, *Euripidis* ex Alexandro versus,

Χρόνος δὲ δείξει σ'· ᾧ τεκμηρίῳ μαθὼν
Ἢ χρηστὸν ὄντα γνώσομαι σέ γ' ἢ κακόν·

cum his ex *Sophoclis* Hipponoo,

Πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδέν· ὡς ὁ πάνθ' ὁρῶν,
Καὶ πάντ' ἀκούων, πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος·

neque omissos *Stobaeo*, *versus istos Sophoclis prudentissimi poëtarum in ore esse habendos dicebat* Peregrinus *A. Gellii* N. A. XII, c. XI. — Euripidea *J. N. Loënsis* Misc. Epiphyll. VII, c. 22, C spectasse putat *Terentium* ista scribentem, *Inspicere tanquam in speculum vitas omnium Jubeo. Plato* de LL. X, p. 905. ὡς ἐν κατόπτροις, αὐτῶν ταῖς πράξεσιν, ἡγήσω καθεωρακέναι τὴν πάντων ἀμέλειαν θεῶν. talia dantur *Ciceronis*, et aliorum plura.

Vs. 431. — τὸ σῶφρον ὡς ἁπανταχοῦ καλὸν, Καὶ δόξαν ἐσθλὴν ἐν βροτοῖς κομίζεται] In duobus Codd. et apud *Stobaeum* est ἁπανταχῇ, ut saepius in libris scriptis permutantur πανταχῇ et πανταχοῦ· ἀλλαχῇ et ἀλλαχοῦ· in quiete formae potius in οῦ adhibentur; illae in ῇ desinentes, ubi motus indicatur. — Sed pro κομίζεται speciosam sane lectionem ex Codicibus obtulit *Musgravius* καρπίζεται, quam praebent etiam Flor. et Paris. Duo me retinuerunt, quominus illud in con- E textum receperim; primum, quod alterum in suis Codicibus invenerunt *Stobaeus*, quique habetur *Gregor. Nazianz.* Duo hi versus sunt apud *Stobaeum* T. V, p. 63, 50. *Grot.* p. 37, atque illic est κομίζεται. In *dramate* Χρ. Π. ubi sibi Maria laudes contribuit Andromaches ex *Euripidis* Troasin v. 640 — 651, hinc petiti duo versus istis leguntur interjecti 547, 8,

Τὸ σωφρονεῖν ἐν πᾶσιν εἰδυῖ' ὡς καλὸν,
Καὶ δόξαν ἐσθλὴν πανταχοῦ κομίζεται.

Praeterea Καρποῦσθαι quibusvis Scriptoribus Atticis etiam sensu figurato frequentatur, sed, Καρπίζεσθαι qui adhibuerit, ex veteribus unum dederis et alterum. *Pollux.* IX, 149, τὸ καρποῦσθαι καὶ Καρπίσασθαι Θουκυδίδης λέγει. illud bis minimum, hoc in Thucydideis non inveni: B *Aeschylus* VII. C. Theb. v. 607, Ἄτης ἄρουρα θάνατον ἐκκαρπίζεται. Hoc aptissimum, sed usu minus tritum, si posuerat in Ed. prima Tragicus, potuit ob istam rationem in secunda mutari. Quod Poëtis veteribus erat κλέος et κῦδος ἀρέσθαι, id recentioribus erat δόξαν κομίζεσθαι, *laudem* vel *gloriam reportare*: viri iusti iuxta *Platonem* de Rep. X, p. 613. C. πρὸς τὸ τέλος — τοῦ βίου τὰ ἆθλα παρὰ τῶν ἀνθρώπων φέρονται. *Euripidi* τὸ σῶφρον, ἁπανταχοῦ καλὸν, Καὶ δόξαν ἐσθλὴν ἐν βροτοῖς κομίζεται. In L. IV. *Maccab.* IX, 8, ubi vulgatur τὰ τῆς ἀρετῆς ἆθλα οἴσομεν, legitur in Cod. Paris νομιζόμεθα. scribendum videtur κομισόμεθα.

Vs. 433. Δέσποιν', ἐμοί τοι] Vitiosum est in Cod. Flor. ἐμοί τε· quod ne cui videatur in ἐμοί γε mutandum, faciet hoc D *Soph.* Antig. v. 284, Ἄναξ ἐμοί τοι, *mihi quidem*. — Vs. 435. Νῦν δ' ἐννοοῦμαι φαῦλος οὖσα, *Nunc errorem meum agnosco:* sive enim dicatur, meam ego nunc, φαυλότητα, *simplicitatem* et *imperitiam*, μανθάνω· seu φαῦλος οὖσα μανθάνω, vel ὁρῶ, vel αἰσθάνομαι, γιγνώσκω, vel ἐννοοῦμαι, nihil interest: istis enim, aliisque similibus verbis, sic adiungi solent participia.

Vs. 435. — Κἀν βροτοῖς Αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι] Non in nobis tantum *fruges consumere natis;* sed et *Homeri* Θεοὶ ἄμβροτοι sic saepe loquuntur, ut *posteriores* eorum *cogitationes* prioribus *sapientiores* videri debeant: vid. *Eustath.* in Il. B. p. 124, 31, p. 148, 6, memor huius *Euripidis* versus proverbialis, quem non in Hippolyto

tantum sed et in Cressis suis posuisse Tragicum liquet ex *Athen.* XIV, p. 640. B. Versus a me possent plurimi proferri, quos, vel totidem literis scriptos, vel leviter immutatos, in diversis Tragoediis adhibuerit *Euripides* eosdem; ut mirari quis possit cur de unico versu *Scholiastes* id adnotaverit in Medea, v. 693, lectum etiam in Peliasin. — Non *Euripidis* hunc senarium, sed ejusdem sententiae proverbium Δευτέρων ἀμεινόνων, attingentes *Zenob.* Cent. III, 15, et *Diogenianus* IV, 15, a sacris ductum narrant; in quibus, si primis hostiis caesis Deos propitiare non poterant consulentes, in illarum locum succedebant *succidaneae*, Romanis dictae; quibus Dii, sacerdotes certe, placabantur: vid. *A. Gellius* N. A. IV, c. VI, et *Erasmus* in Adag. *Posterioribus melioribus*.

Vs. 438. — ὀργαὶ δ' εἰς σ' ἐπέσκηψαν θεᾶς] In Paris. Cod. repertum, εἴ σ' ἀπέσκηψαν· mihi εἰς σ' ἀπέσκηψαν genuinum videtur. Non quidem negem, alterum etiam adhibitum in similibus dictis, sed hoc arbitror accommodatius. *Fulmen* σκηπτὸς dicebatur: de Clearcho Heracleae tyranno non scripserat *Plutarch.* T. II, p. 338. B. σκῆπτρον, sed σκηπτὸν ἐφόρει· ut igneum Iovis telum gestare videretur; nam et filiorum quemdam dici voluit Κεραυνόν. De *Demosthene* dixit *Longinus* π. Ὕ. XII, 6, καίων τε ἅμα καὶ διαρπάζων σκηπτῷ τινι παρεικάζοιτ' ἄν, ἢ κεραυνῷ· ubi docte Clar. *Ruhnkenius* corrigit, ἢ χειμάῤῥῳ. videri quoque potuerat natum κεραυνῷ ex interpretamento vocis σκηπτῷ· cuius utramque vim respexit *Longinus*; alteram attigit Ill. Ez. *Spanhem.* in *Julian.* Or. I, p. 227. Hinc verba Ἀποσκῆψαι, Ἐνσκῆψαι, Κατασκῆψαι, Ἐγκατασκῆψαι, de fulmine emisso proprie adhibita, transferuntur ad mala quaevis graviora divinitus ex improviso fulminis instar immissa, vel in aliquem irruentia cum impetu; duplex enim horum quoque verborum est potestas. *Cornutus* de N. D. p. 180, οἱ κεραυνοὶ ἐκεῖ-

A θεν (οὐρανόθεν) κατασκήπτουσι· propriam vim communivit in transcursu *Ti. II.* in *Lucian.* Timon. p. 102. Non Iupiter tantum ἐγκατασκῆψαι βέλος κεραυνοῦ· sed et malum ingruens vi neutra dicitur κατασκῆψαι, et ἐγκατασκῆψαι· *Thucyd.* II, c. 47, *pestis iam ante ferebatur* πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι· — (c. 48,) ἐς δὲ τὴν Ἀθηναίων πόλιν ἐξαπιναίως ἐνέπεσε· *Lucretius* VI, 1141, *Incubuit tandem populo Pan-*
B *dionis.* ex *Euripide*, *Aristoph.* *Athenaei* IV, p. 154. E. Ἐς Οἰδίπου δὲ παῖδε — Ἄρης κατέσκηψ'· ad ista vid. *Casaubon.* p. 280, 50. activa vi ponitur in *Eurip.* Med. v. 94. Nostrum sic ἀποσκῆψαι adhibitum monstrant *Wesselingio* notata in *Diodor. Sic.* I, p. 81, 75. atque ita forsan *Aeschylus* posuerat ἀπέσκηψεν Pers. v. 741, ut scripsit v. 514, Κακῶν, ἃ Πέρσαις ἐγκατέσκηψεν θεός. *Eurip.* Hippol. v.
C 1418, *non inultae* Veneris Ὀργαὶ κατασκήπτουσιν εἰς τὸ σὸν δέμας ut nostro versu, ὀργαὶ δ' εἰς σ' ἀπέσκηψαν θεᾶς· *in te Veneris invasit ira.* apud *Herodot.* VII, p. 513, 78. ἐς — τὰ μέγιστα — τὰ τοιαῦτ' ἀποσκήπτει βέλη· in aliis erat Codd. ἐπισκήπτει· *Heliodor.* VII, p. 346, ἡ Ἀρσάκης ἀλλὰ καὶ μανία εἰς ἐμὲ ἀποσκήψει. II, p. 103, ὄμμα Κρόνιον εἰς τὸν οἶκον ἐνέσκηψε. *Alciphron.* I. Ep. XIII, πόθεν — εἰς ἀ-
D λιέα δύστηνον — ἔρως ἐνέσκηψε· miseram quoque Phaedram qui invaserat amor *graviter urgebat incumbens.*

Vs. 439, Ἐρᾷς· τί τοῦτο θαῦμα; σὺν πολλοῖς βροτῶν. Κἄπειτ' ἔρωτος οὕνεκα ψυχὴν ὀλεῖς;] In loco perelegante, quem cum centenis ex Hippolyto *Racinius* in Phaedra sua Gallica expressit imitando, cepit etiam vim vocis ἔπειτα inservien-
E tis, aeque ac εἶτα, interrogationi quam exprimit indignatio; *atque adeone propter amorem vitam tuam pessumdabis?* Huc spectabat *Eustathius* de Amor. Ism. III, p. 73, ὁ δ', οὐδὲν καινὸν, φησὶ, πέπονθας· ἐρᾷς· οὐ μόνος, ἀλλὰ σὺν πολλοῖς βροτῶν. et *Heliodori* Calasiris ad Charicleam IV, p. 180, σὺ μὲν ἴσθι μὴ μόνη τὸ πάθος ὑποστᾶσα, ἀλλὰ σὺν πολλαῖς — τῶν τὰ ἄλλα σωφρόνων· μέγιστος γὰρ θεῶν ὁ Ἔρως· Ele-

A Elegantia certat cum Euripideis hoc *Herodotei* Demarati ad matrem VI, c. 68, *οὐ — γὰρ, εἰ πεποίηκάς τι τῶν λεγομένων, μούνη δὴ πεποίηκας, μετὰ πολλέων δέ.* quae *usitata consolatio* saepe prodesse videbatur *Ciceroni* Tusc. III, c. 33. — In Hippol. *Senecae* Nutrix v. 256, — *dignam ob hoc vita reor, Quod esse temet autumas dignam nece.*

B Vs. 441. *Οὐκ ἄρά γ' οὐ δεῖ τοῖς ἐρῶσι τῶν πέλας Ὅσοι τε μέλλουσ', εἰ θανεῖν αὐτοὺς χρεών.*] Versum sine controversia vitiosum emendare conabatur vir Doctus legendo, *Οὐκ ἄρα νοῦ δεῖ·* quo sensu hoc accipi voluerit latet: suam *Reiskius* coniecturam, ni fallor, dudum reiecit: nihil dicam de *Heathii* lectione, *Οὐκ ἄρα γ' εὖ ᾽χει τοῖς·* nec de Latinis adiectis. *Οὐκ ἄρα δεινὸν* venit in mentem Clar. *Musgravio*, cui meam me spero coniecturam C adprobaturum. Primum illius praebent Codd. Flor. etiam et Paris. *Οὔτ' ἄρα·* Rectum est *Οὔ τε — Ὅσοι τε.* Deinde ad vitiosas literas in Scholiis adscriptae sunt interpretationes, *οὐ λυσιτελεῖ, οὐ συμφέρει, (τοῖς τῶν πλησίον ἐρῶσι καὶ ὅσοι μέλλουσιν ἐρᾶν.)* Nemo diffitebitur sententiam ista praebere valde commodam, si verbum detur Euripideum, ad quod respondeant. Illud mihi videor detexisse; D *Sophocli* adhibitum et *Euripidi*, *Λύει.* Sic itaque versum corrigo:

Οὔ τ' ἄρα λύει τοῖς ἐρῶσι τῶν πέλας
Ὅσοι τε μέλλουσ' εἰ θανεῖν αὐτοὺς χρεών.

Non profecto conducit amor *et nunc alios amantibus et olim amaturis, si vitae mercede sit ipsis redimendus.* Antequam declaretur aliunde sententia, verbum *Λύει* adfirmandum est: *Sophocles* Oed. T. v. E 324, *Φρονεῖν ὡς δεινὸν, ἔνθα μὴ τέλη Λύει Φρονοῦντι·* sic semel dixit *διαλελυμένως*, pro *λυσιτελεῖ*, (*Photius* Lex. MS. *Λύειν τέλη, ἀντὶ τοῦ λυσιτελεῖν.*) alibi simplex *Λύει*, *Hesychio* quoque per *λυσιτελεῖ* redditum, in Elec. v. 1011, ubi in Scholiis etiam est *οὐ λυσιτελεῖ ἡμῖν.* *Euripides* Medeae v. 565,

σοί τε γὰρ παίδων τί δεῖ,
Ἐμοί τε λύει τοῖσι μέλλουσιν τέκνοις
Τὰ ζῶντ' ὀνῆσαι.

ibid. v. 1362, *Σάφ' ἴσθι, λύει δ'* (L. *λύειν*) *ἄλγος, ἢν σὺ μὴ 'γγελᾷς.* In Scholiis legitur *λυσιτελεῖ μοι τὸ ἄλγος.* in Alcest. v. 627,

Φημὶ τοιούτους γάμους
Λύειν βροτοῖσιν.

Ex *Diphili* Mercatore haec habet *Athenaeus* VI, p. 227, F. — *κἂν μὲν οὐσίαν ἔχῃ Ἧς αἱ πρόσοδοι λύουσι τἀναλώματα.* *Grotius* in Exc. p. 786, *si reditus habes Qui possint tantis suppeditare sumtibus:* hinc et aliunde monstrari posset, qua via *Λύειν* venerit in eam alteram significandi vim, nisi iam egregia quaedam notasset *Andr. Dounaeus* Praelect. in *Demosth.* p. 43, 44. — Iam vero sententia subtilis Euripidea non uno mihi modo videtur explanari posse; sive sic illam efferas, *Nimia profecto mercede*, vel, *nimis magno constabit amantibus, si morte sit amor redimendus:* seu hac illam exprimas ratione; *Non est amor profecto tanti, ut pretiosae vitae dispendio cuiquam placere*, vel *emendus videri queat;* res eodem redibit. Haec *Euripidis* cogitabat, opinor, *Ovidius* ista scribens Amor. II, El. V, 1,

Nullus amor tanti est; (abeas pharetrate Cupido,)
Ut mihi sint toties maxima vota mori.

Οὐκ ἄρα λύει γ' εἰ θανεῖν ἐμὲ χρεὼν Ἐρῶντ'. Et apud illum et apud alios Poëtas Latinos reperitur illud *non tanti est*, *οὐ λύει*, sive *οὐ λυσιτελεῖ·* *Non tamen hoc tanti est.* — *non est, clamabat, tibia tanti.* — *Virgil.* Aen. III, 453, — *ne quae morae fuerint dispendia tanti,* — (456) *Quin adeas vatem.* *Calpurn.* Ecl. V, 36, — *nec sint compendia tanti, Destruat ut niveos* etc. *Claudian.* in Ruffin. II, 249, — *non est victoria tanti, Ut videar vicisse mihi.* — In ipso calore non mirum est aliter saepe lo-

loquutos amantes: *Propertius:* III, El. XIV, 21, *Quod si certa meos sequerentur funera casus*, *Talis* (scribi malim, *Tali*) *mors pretio vel sit emenda mihi:* *Pausanias* VII, p. 572. init. μόνῳ (imo μόνον) γὰρ δὴ ἀνθρώπῳ ψυχῆς ἐστιν ἀντάξιον κατορθῶσαί τινα ἐρασθέντα.

Vs. 443. Κύπρις γὰρ οὐ φορητὸν ἢν πολλὴ ῥυῇ.] Quod, oblatum a *Stobaeo*, *multo elegantius* vulgato φορητὸς *Marklando* videbatur, hoc omnibus elegantiarum spectatoribus quia sic visum iri iudicabam, in contextum recepi. In quem *tota ruit Venus*, huic illa videtur *intolerandum* quid, ἀφόρητον sive ἀνυπομόνητον. *Euripidei* versus memor *Horatius* Carm. I Od. XIX, 9,

In me tota ruens Venus
Cypron deseruit.

In illum tota Venus ruebat; qui dici quoque potuit in amorem, sive venerem Glycerae totus ruere: ut

puer Idas et puer Alcon,
In Donaces venerem furiata mente ruebant,

Nemesiano Ecl. II, 3. Μήδ' ἐς ἔρωτα γυναικὸς ἅπας ῥεύσῃς ἀκάθεκτον, *Phocylides* v. 181. Sed in quem tota ruit Venus, hunc Veneris etiam puer ex omni parte premit:

ex omni me premit ille Deus,

Propert. III, El. XX, 6. Amator ap. *Achill. Tat.* I, p. 33, οὐ φέρω τὴν ἀνίαν· ὅλος γάρ μοι προσέπεσεν ὁ Ἔρως. *Xenoph. Ephes.* p. 6, ὁ θεὸς σφοδρότερος αὐτῷ ἐνέκειτο. *Tibullus* II El. I, 79,

Ah miseri, quos hic graviter Deus urget; at ille
Felix, cui placidus leniter afflat Amor.

hic amorum Deam experitur *moderatam*, μετρίαν Ἀφροδίταν, illi πολλὴν, *multam*, *totam*, *nimiam*, atque ex omni parte prementem: sic opponuntur ista: *Eurip.* Helenae v. 1111, Κούρη Διώνης Κύπρι, — Εἰ δ' ἦσθα μετρία, τἄλλα γ'

A ἡδίστη θεῶν Πέφυκας ἀνθρώποισιν Iphig. in Aul. v. 542, Μάκαρες, οἳ μετρίας θεοῦ — μετέσχον. paulo post v. 556, Καὶ μετέχοιμι τᾶς Ἀφροδίτας, Πολλὰν τ' ἀποθείμαν. conf. Med. v. 627 – 632. In *Aristoph.* Ranis v. 1077 neganti *Euripidi* quicquam in *Aeschylo* fuisse Veneris, respondet ille:

Μηδέ γ' ἐπείη,
B Ἀλλ' ἐπὶ σοί τοι καὶ τοῖς σοῖσιν πολλὴ πολλοῦ 'πικαθοῖτο.

Animantibus, quibus vehemens inest procreandi libido, dicitur *Oppiano* inesse Τρηχὺς ἔρως, πολλή τ' Ἀφροδίτη, sive πολλὴ Κυθέρεια, Κ. II, 187. III, 146. Ἁ. I, 499, πολλὴ γὰρ ἐν ἰχθύσιν ἔστ' Ἀφροδίτη. Quae de hoc usu vocis πολὺς dici possent mitto, ne me nimis diu detineat ille *multus fluens* orator Philippi *Python* C Byzantius, cui solus Athenis obloqui poterat *Demothenes* θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι, ipso teste *Demosthene* p. 162, § 246. Πύθωνος nomen in τυφῶνος male mutatum est in *Schol.* in *Aristoph.* Eq. v. 523. *Bentlejo* in *Horat.* Serm. I, Ecl. VII, 28, praeivit *Lambinus*.

Vs. 444. Ἣ τὸν μὲν εἴκονθ' ἡσυχῇ μετέρχεται, Ὃν δ' ἂν περισσὸν καὶ φρονοῦνθ' εὕρῃ μέ- D γα, Τοῦτον — καθύβρισε] Haec et vicina *Stobaeus* praebet Tit. LXI, p. 368, 36. *Grot.* 239. quamque lectionem Ed. *Trincavelli*, ἥκονθ' ἡσυχῇ μετ. eamdem hic dant Codd. Paris. et Flor. hic vitiosam in sequente quoque v. lectionem, καὶ σωφρονοῦνθ' εὕρῃ μ. cui suam *Is. Vossius* adiecerat coniecturam legentis, Ὃν δ' ἂν περισσὸν σωφρονεῖνθ' εὕρῃ μέγα. frustra quoque *Gesner.* αὖ posuerat in margine *Sto-* E *baei:* bene iunguntur, Ὃν δ' ἂν εὕρῃ· qui verbi modus voculam istam monstrat legitimam: ceterae quoque vulgatae lectiones sunt sincerae, in isto quoque versu, Ὃν δ' ἂν περισσὸν καὶ φρονοῦνθ' εὕρῃ μέγα· *quem vero supra modum invenerit illa superbum sibique reluctantem:* hic περισσὰ legitur apud *Stobaeum*, et περισσὰ φρονεῖν et περισσὰ πράσσειν sunt usitatae phrases: sed hic illud minus convenit; ubi

ubi περισσὸς, ut infra positum v. 948, illum notat qui in amoris contemtu modum excedit: μέγα φρονεῖν, *superbire*, Tragicis etiam est in usu. Superbe sibi reluctantem trahit Venus nolentem; benigna prosequitur ἡσυχῇ, *leniter*, τὸν εἴκοντα, *cedentem sibi:* hominibus non indignum εἴκειν βελέεσσιν ἐρώτων iudicabat in Antholog. *Philippus* IV, c. XII, ep. 64. Huius ego verbi participium Εἴκοντα pro Νικῶντα restituendum suspicor in *Euripidis* Suppl. v. 69?. ubi humani quid passus est vir Eximius; neque enim Graece dixeris Νικέντα pro νικηθέντα. — Partim nostrae similis *Euripidis* est ex Dictye sententia ap. *Stobaeum* p. 399, 12,

Κύπρις γὰρ οὐδὲ νουθετουμένη χαλᾷ,
Ἂν τ' αὖ βιάζῃ, μᾶλλον ἐντείνειν φιλεῖ.

eadem dedit ex *Chrysippo* cum simili dicto ex *Euripidis* Stheneboea *Galenus* de Dogm. Hipp. et Platon. V, p. 282, 45. conf. *Gataker.* A. M. P. c. X p. 524. de amore vehementi vere *Heliodor.* I, p. 48, 33, ὁρμὴν κρατούσης ἐπιθυμίας μάχη μὴν ἀντίτυπος ἐπιτείνει, λόγος δὲ εἴκων — τὴν ζέουσαν φορὰν ἀνέστειλε. Hoc ad similia quaevis translatum fuit: pulcherrimam torrentis imaginem pinxit *Sophocles* Antig. v. 723,

Ὁρᾷς παραῤῥείθροισι χειμάῤῥοις ὅσα
Δένδρων ὑπείκει, κλῶνας ὡς ἐκσώζεται·
Τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται.

Furentis populi rabiem cedendo saepe sedarunt sapientiores.

Vs. 446. Τοῦτον λαβοῦσα, πῶς δοκεῖς, καθύβρισεν;] In Edit. prima *Stobaei*, et in duobus Codd. *Stobaeani* Floril. Parisinis, versus sic scripti, Τοῦτον λαβοῦσα, οὕτω πως καθύβρισεν, omnis erat elegantia sublata, quam his usus in *Aristoph.* Nub. v. 879, ne *Berglerus* quidem expressit; dedit enim Latina, *Hunc arreptum quam duriter tractat?* significant autem, *Hunc correptum quibus illam censes contumeliis vexare solitam?* Δοκεῖς· δοκεῖτε· οἴει· οἴεσθε· cum πῶς vel πόσος iuncta, sic solent *orationis animandae*

A *causa interponi*, iudice viro Summo ad *Lucian.* T. I p. 475. nonnulla dedit *Bergler.* ad *Aristoph.* Plut. v. 742, egregie Latine redditum *Budaeo* C. L. Gr. p. 1100. Conf. praeterea *Euripid.* Hec. v. 1167. *Aristoph.* Ran. v. 54. Nub. 1371. Eccles. v. 399. Huc non pertinet eius versus in Acharn. 12,

Πῶς τοῦτ' ἔσεισε μοι δοκεῖς τὴν καρδίαν;

B corrigendus, opinor,

Πῶς τοῦτο σεῖσαι —.

apud *Athenaeum Araros* IV, p. 175 F. Ἁρπάσας (corrige, sodes, versum Ὁ δ' ἁρπάσας) μόναυλον εὐθὺς πῶς δοκεῖς Κούφως ἀνήλλετ'· a veteribus formulam hanc quoque sumsere Sophistae: hinc explicandum quod in *Alciphronis* legitur epistola nondum edita: ἔτι μέν τοι, ὃ μάλιστα

C ἡδέως ἐφάγομεν, θριδακίναι καὶ σέλινα, ἡλίκαι δοκεῖς θριδακῖναι.

Vs. 447, Φοιτᾷ δ' ἀν' αἰθέρ', ἔστι δ' ἐν θαλασσίῳ Κλύδωνι Κύπρις] Hinc in Hippol. *Seneca* v. 331, *qua terra salo Cingitur alto, quaque aetherio Candida mundo sidera currunt. Haec regna* (imo leg. *Hic regna*) *tenet Puer immitis* etc. Non huc congeram exquisita Poëtarum dicta de

D Veneris omnipotentia, deque vi Amoris superos etiam domantis, quem Orphici vere canebant H. LVI, πάντων κληῖδας ἔχοντα, Αἰθέρος οὐρανίου, πόντου, χθονός. De multis quoque *Sophoclis* unicum ex eius Phaedra locum adponam, illius quoque Nutrici, ni fallor, in scena tributum:

Ἔρως γὰρ ἄνδρας οὐ μόνους ἐπέρχεται,
E Οὐδ' αὖ γυναῖκας· ἀλλὰ καὶ θεῶν ἄνω
Ψυχὰς ταράσσει, κἀπὶ πόντον ἔρχεται.
Καὶ τόνδ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει
Ζεὺς, ἀλλ' ὑπείκει, καὶ θέλων ἐγκλίνεται.

mihi quidem omnino Sophoclei coloris esse versus videntur, quos *Sophocli* dat *Stobaeus* p. 380, 23. *Grot.* in suo Floril. *Stob.* p. 245. qui tamen in Excerptis tres primo adscribit *Euripidi* p. 435, hunc non dubitanter sequutus *Barnes.* p. 500, quin-

quinque versus retulit ad *Euripidis* A Phaedram: cuius hoc nomine diversum ab Hippolyto veterum nemini lectum fuit drama. In nomine Tragici *Clementem Alex.* errasse suspicor Strom. VI, p. 745, 20. Illic, et in vetustis Edd. *Stobaei*, quod monuit etiam *D'Orvillius* in *Charit.* p. 526, recte legitur in istorum versuum tertio ταράσσει, non χαράσσει. Cupidinem XII Deorum suffragiis coelo narrat eiectum *Aristophon Athenaei* B XII, p. 563. B. hac addita ratione: Ἐτάραττε κἀκείνους γὰρ ἐμβάλλων στάσεις, Ὅτ' ἦν μετ' αὐτῶν.

Vs. 449. Ἥδ' ἐστὶν ἡ σπείρουσα, καὶ διδοῦσ' ἔρον] Hic versus cum sequente legitur in Erotico *Plutarchi* p. 756. D. huic proxime subiectus, Τὴν δ' Ἀφροδίτην οὐχ ὁρῶ (L. ὁρᾷς) ὅση θεός· sed quos huic subiecerat Euripideos *Plutarchus*, illic C eorum aliquot excidisse putem, quos plures dant ex perdito dramate continuos *Athenaeus* XIII, p. 599, 600. *Stobaeus* Ecl. *Grot.* p. 149. — Non hodie hercle credam, *Scaligerum* hoc in versu corrigi voluisse διδοῦσα ῥοῦν. *Homeri* nobis auctoritate *Barnesius* tuetur ἔρον. dixisse debuerat, ῥοῦν in talibus prorsus esse Tragicis inusitatum; deinde veterem formam vocis ἔρον, quam Aeolicam esse D monent Grammatici, in Atticis quidem Poëtis valde insolentem; in senariis tamen Euripideis sic aliquoties *amorem* dictum ἔρον, Hippol. v. 337. Iphig. in Taur. v. 1172. Ion. v. 1237. Elec. v. 297. Sed ista talia perdiscere *Barnesii*, quique metrum didicere nonnulli negligunt.

Vs. 451. Ὅσοι μὲν οὖν — αὐτοί τ' εἰσὶν E ἐν μούσαις ἀεί] Huc respicit *Eustath.* in *Hom.* Il. B, p. 198, 30. ἐν τῷ, Μῆνιν ἄειδε θεὰ, προσυπακουστέον τὸ, δι' ἐμοῦ, ὃς ἀεὶ ἐν μούσαις εἰμί. ὃ δὴ περὶ τῶν ποιητῶν, ἢ τῶν ἁπλῶς λογίων Εὐριπίδης φησί. Hinc flosculum decerpsit *Aelianus* V. H. IX, c. IV, *Polycrates Samius* ἐν μούσαις ἦν. hominum literatorum vitam τὸν ἐν μούσαις βίον dixit XII, c. 2. — Proximos de Deorum amoribus versus adhibuerunt *Jos. Scaliger.* in *Propert.* p. 231, et *Steph. Bergler.* in *Aristoph.* Nub. v. 1076. *Euripideis* v. 456, ἀλλ' ὅμως ἐν οὐρανῷ Ναίουσιν etc. apte quadrant illa *Propertii* II, El. XXIII, 90,

Ipsa Venus, quamvis corrupta libidine Martis,
Num minus in coelo semper honesta fuit?

sed et Euripideae nutricis mentem explanant Eiusdem v. 111, 112,

Dic mihi quis potuit lectum servare pudicum?
Quae Dea cum solo vivere sola Deo?

haec etiam in Herc. Fur. Thesei v. 1326, de Diis narrata Poëtis,

Οὐ λέκτρα γ' ἀλλήλοισιν, ὧν οὐδεὶς νόμος,
Συνῆψαν; — ἀλλ' οἰκοῦσ' ὅμως
Ὄλυμπον, ἠνέσχοντό θ' ἡμαρτηκότες.
Καί τοι τί φήσεις; εἰ σὺ μὲν, θνητὸς γεγὼς,
Φέρεις ὑπέρφευ τὰς τύχας, θεοὶ δὲ μή;

sic Nutrix de suis Diis Deabusque hoc in loco v. 458, Στέργουσι — ξυμφορᾷ νικώμενοι· tum ad Phaedram, Σὺ δ' οὐκ ἀνέξῃ; — Pleraque Nutricis Euripideae facit Oenonen suam dicentem *Racinius*, haec etiam aptiora:

Les Dieux même, les Dieux de l'Olympe habitans,
Qui d'un bruit si terrible épouvantent les crimes,
Ont brulé quelquefois de feux illegitimes.

Vs. 458. Στέργουσι δ', οἶμαι, ξυμφορᾷ νικώμενοι· Σὺ δ' οὐκ ἀνέξῃ;] *Amore Dii victi sua sunt, opinor, sorte contenti; Tu vero victa Deos imitari recusabis?* nam in Σὺ δ' οὐκ ἀνέξῃ; supplendum relinquitur νικωμένη. In *Eur.* Phoen. v. 550, Σὺ δ' οὐκ ἀνέξῃ etc. quaedam adscripta sunt. — In Cod. Flor. pro ξυμφορᾷ, legitur ξυμφορᾶς νικώμενοι· et est in *Aeschyli* Suppl. v. 1013, ἱμέρου νικώμενος· in *Eurip.* Heraclid. v. 234, τῆς τύ-

χης

χης νικωμένην. Χρημάτων νικώμενῳ in *Euripidis* versu apud *Stobaeum* p. 511, 43. sed alterum hic praestat, lectumque *conditori* fuisse dramatis Χρ. Π. monstrant verss. 722, 739, 1064. Hic vero ξυμφορᾷ posuit Tragicus, ut et ad στέργουσι referri posset, et ad νικώμενοι. Praeterea libentius in talibus istum Tragici casum mihi videntur adhibuisse; secundum, quum ab hoc illove victos dicerent. Diceretur Phaedra Ἱππολύτου νικωμένη suppressa praepositione ὑπὸ, sed νικωμένη ἔρωτι· κακοῖς· ξυμφορᾷ· ἡδονῇ. Huius exempla constructionis praebebunt *Euripides* Hec. 332. Med. 1077, 1195. And. 917. Auges v. 8. *Soph.* Elec. 1264. Illius *Eurip.* Hec. v. 1259, γυναικὸς ἡσσώμενος Alc. 697. Med. 315, κρεισσόνων νικώμενοι. Troas. 23, νικῶμαι γὰρ Ἀργείας θεοῦ (θεᾶς MS.) Ἥρας. *Soph.* Aj. v. 1370. apud *Stobaeum* p. 240, 9. Huius etiam utriusque structurae praebent exempla Historici et Oratores Attici.

Vs. 461. εἰ μὴ τούσδε γε στέρξεις νόμους] Ex uno Codice receptum στέρξεις, pro στέργεις, adfirmabit Flor. — Paulo ante vs. 459, pro ἐπὶ ῥητοῖς, ἐπιῤῥήτης erat in Flor. Scriptum forte fuit in aliis Codd ἐπὶρ ῥητοῖς· ut certe pronunciatum videtur: παραῤῥείθροισι remansit huc usque in Edd. *Sophoclis* Antig. v. 723. περιῤῥεθέεσσιν in carmine *Gregor. Nazianz.* παράῤῥοον exhibet Cod. *D'Orvill.* MS. in *Etymol. M.* p. 135, 30. vid. *J. D. Lennepius*, vir mihi amicissimus, quae scripsit valde iuvenis in *Coluthi* v. 208. — Huc spectans *Eustath.* in *Hom.* Il. B. p. 177, 6, ταυτὸν, ait, τὸ ἐπὶ διακειμένοις μάχεσθαι, καὶ τὸ ἐπὶ συνθεσίαις, ἤτοι ὡρισμέναις συμφωνίαις· Εὐριπίδης δὲ ἐπὶ ῥητοῖς εἵλετο τοῦτο εἰπεῖν. nonnumquam aliud, hic formula ἐπὶ ῥητοῖς notat *certa pactaque conditione*: in *Platonis* Symp. p. 213. A. Alcibiades, ἐπὶ ῥητοῖς εἰσίω, ἢ μή; συμπίεσθε, ἢ οὔ; *L. Kuster.* in *Aristoph.* Acharn. v. 61, formulam attigit ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι· *certis praerogativis.* Hic Nutrix, *hasce*, ait, *leges si non adprobabis, debuerat te pater certis generasse conditionibus.* Sapienter profecto senex *Eur.* Iphig. in Aul. v. 29,

> Οὐκ ἐπὶ πᾶσιν σ᾽ ἐφύτευσ᾽ ἀγαθοῖς,
> Ἀγάμεμνον, Ἀτρεύς·
> Δεῖ δέ σε χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι,
> Θνητὸς γὰρ ἔφυς.

Cum vicinis v. 460, — ἢ ᾽πὶ δεσπόταις θεοῖς Ἄλλοισιν· *Euripidis* ista Medeae comparanda sunt in Iasonem, qui iuratam fidem violaverat, v. 493. Ἢ θεοὺς νομίζεις τοὺς τότ᾽ οὐκ ἄρχειν ἔτι, Ἢ καινὰ κεῖσθαι θέσμι᾽ ἀνθρώποις τανῦν;

Vs. 462. Πόσους δοκεῖς δὴ κάρτ᾽ ἔχοντας εὖ φρενῶν, Νοσοῦνθ᾽ ὁρῶντας λέκτρα, μὴ δοκεῖν ὁρᾷν;] In Flor. Cod. legitur ἔχοντας εὖ φρονεῖν· in Paris. μὴ δοκεῖν θ᾽ ὁρᾷν· hic litera sententiae nocet; illic φρονεῖν tollit elegantiam sermonis, qua τοὺς φρονιμωτάτους dixit κάρτ᾽ ἔχοντας εὖ φρενῶν. τὸ, φρενῶν εὖ ἥκει, *Thomas M.* attigit in v. Ἔχω. idem est in talibus ἥκει, ac ἔχει, *Herodoto* aliisque adhibitum: vid. in *Herod.* P. 73, et P. 577. Quam hic dixerit χώρην ὡρέων εὖ ἥκουσαν, γῆν εὖ τῶν ὡρῶν ἔχουσαν vocat *Pausan.* VIII, P. 658. ult. Baeticam πόλεων εὖ ἔχειν καὶ νόμων scribit *Philostrat.* V. A. L. V, c. VI. ἄριστα γνώμης ἔχειν *Juncus Stobaei* p. 587, 3, et huius *Dionysius* p. 531, 14. μακαρίως ἔχεις φρενῶν. — Quod sequitur, Νοσοῦνθ᾽ ὁρῶντας λέκτρα μὴ δοκεῖν ὁρᾷν· veteris mihi videtur elegantiae dictum: vere *R. P. Brumoeus* reddidit, *Combien de sages, — voyant l'opprobre de leur lit, font semblant de n'en rien voir?* nam in talibus dictis Δοκεῖν idem est ac προσποιεῖσθαι, *faire semblant; simulare; Herodot.* I, c. 10, Candaulis uxor μαθοῦσα τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς οὔτε ἀνέβωσεν — οὔτε ἔδοξε μαθέειν, *animadvertisse se dissimulavit. Xenophon* Ἑλλ. IV, p. 308, 30. Ἀγησίλαος μάλα μεγαλοφρόνως τούτους μὲν οὐδ᾽ ὁρᾷν ἐδόκει. rem eamdem narrans *Plutarchus* in Agesilao p. 607, F. προσεποιεῖτο, inquit, μήτε ὁρᾷν αὐτοὺς, μήτε ἀκούειν ἐντυγχανόντων. In *Aristoph.* Eq. v. 1143, Οὐδὲ δοκῶν ὁρᾷν redditur a *Scholiaste*, οὐδὲ προσποιούμενος εἰδέναι. similiter in Pacis

v. 1051, Μὴ νῦν δρᾶν δοκῶμεν αὐτόν. hinc explicandus in Lysistr. v. 179. *Athenaeo* IV, p. 163. E. Diodorus memoratur Aspendius Πυθαγορικὸς δόξας εἶναι· *qui videri voluit P. Timaeo* dicitur ibid. F. τοῖς Πυθαγορείοις πεπλησιακέναι προσποιηθείς. *Xenarchus* Comicus, VI, p. 225. D. καιρίαν δ' εἰληφέναι Δόξας καταπίπτει καὶ λιποψυχεῖν δοκῶν. ibid. p. 236. F. *Eupolidis* adulator dicitur divitis δοκῶν τοῖσι λόγοισι χαίρειν. et εἴρων Theophrasti c. 1., ἀκούσας τὶ δόξει μὴ ἀκηκοέναι· nam sic mihi quoque scripsisse videtur, et ex glossa προσποιήσεται natum quod vulgatur. vid. illic *Duportus*, et *Casaubonus* p. 17. Orestes in *Eurip.* Iphig. Taur. v. 956, Ἤλγουν δὲ σιγῇ, κᾀδόκουν οὐκ εἰδέναι. conf. Rhesi v. 638. *Aeschyli* Promethei dictum est, in vita saepius utile,

Κέρδιστον εὖ φρονοῦντα μὴ δοκεῖν φρονεῖν.

Vs. 464. Πόσους δὲ παισὶ πατέρας ἡμαρτηκόσι Συνεκκομίζειν Κύπριν;] Quem sententia dicti minime latuit, Scholiastes tamen etiam legisse videtur ἡμαρτηκότας· quam, me iudice, perversam scriptionem exhibet in *Euripidis* versu Cod. Flor. — Vim verbi συνεκκομίζειν in his *Victorius* tradidit V. L. XI, c. VI. commodum *Is. Vossius* adscripsit *adiutare Terentii*. Συνεκφέρειν dixit *Eurip.* in eiusdem sententiae dicto, quod ex eius Dictye servavit *Stobaeus Gesn.* p. 474, 14. *Grot.* p. 347.

Πατέρα τε παισὶν ἡδέως συνεκφέρειν
Φίλους ἔρωτας, ἐκβαλόντ' αὐθαδίαν,
Παῖδάς τε πατρί· καὶ γὰρ οὐκ αὐθαίρετοι
Βροτοῖς ἔρωτες, οὐδ' ἑκουσία νόσος.

— Cum proximis, ἐν σοφοῖσι γὰρ Τάδ' ἐστὶ θνητῶν, λανθάνειν τὰ μὴ καλά· locus ex Cressis comparari poterit apud *Stobaeum* p. 579, 13. *Grot.* p. 458.

Vs. 467. Οὐδ' ἐκπονεῖν τοι χρῆν βίον λίαν βροτούς,] In Cod. Flor. legitur βροτοὺς λίαν· et est λίαν apud Tragicos iambus; sed hic ordo vocum vulgatus praestat: pro χρῆν quum praeter Flor. daret et Paris. χρεών, hoc recepi tanquam aptius al-

A tero, probatum iam in nota ad Phoen. v. 965. vid. *Herodianum Piersoni* p. 468. Quae supra Phaedrae nutrix dicebat v. 261, et seqq. quodam modo cum his conveniunt, sed hic pessima conciliatrix diversum quid tamen significatum voluit; hoc opinor: *Nec certe debebant adeo mortales elaborare in vita sua ad virtutis normam dirigenda.*

B Vs. 468. Οὐδὲ στέγην γὰρ, ἧς κατηρεφεῖς δόμοι, Καλῶς ἀκριβώσειαν.] Corrigere tentabat *Reiskius* Οὐδὲ στολὴν γὰρ, ἢ κατηρεφεῖς δόμους Καλῶς ἀ. Legere se solitum scribit *Marklandus*, Κανόνες ἀκριβώσειαν, *Normae*, seu *Regulae exquisite faciunt*, vel *facere solent*; seque minime dubitare *cum ex sensu tum ex Scholiaste*, *sub voce* Καλῶς *delitescere vel* Κανόνες, *vel* Κανὼν *vel* Κανόσιν. Alter quidem Scho-
C liasta vulgatas nobis easdem voces invenit; ad has enim pertinent in Scholiis ista: οὐδὲ στέγην γὰρ, ὑφ' ἧς οἱ δόμοι κατηρεφεῖς γίνονται, ἀκριβώσειαν, οἱ τέκτονες δηλονότι. Aliam lectionem haec spectasse videntur, εἶτα πρὸς μὲν ξύλων συνθέσεις κατὰ κανόνας εὐσυνθέτους οὐκ ἐφίκετο τῆς ἀκριβείας ἡ τέχνη· σὺ δὲ etc. Certe mihi quoque placet una de *Marklandi* conjecturis, ut pro Καλῶς legatur Κανὼν, sequenti tum
D verbo ἀκριβώσειαν mutato in ἀκριβώσει' ἄν. id est ἀκριβώσειε ἄν. Sed praeterea vitiosum ἧς mutandum arbitror in ᾗ κατηρεφεῖς δόμοι· sic itaque haec legenda:

Οὐδὲ στέγην γὰρ, ᾗ κατηρεφεῖς δόμοι,
Κανὼν ἀκριβώσει' ἄν.

Neque enim tecti ligna, quibus domus sunt opertae, Regula accurate coagmentaverit. Sic accepta apte mihi viden-
E tur ad proxima respondere. *Lucretius* IV, 516, *in fabrica, si prava 'st Regula prima, Normaque si fallax etc. — Omnia mendose fieri, atque obstipa necessum 'st, Prava, cubantia, prona, supina, atque absona tecta.* Pallas navis Argoae κανόνεσσι δάε ζυγὰ μετρήσασθαι, *Apollon. Rhod.* I, 724, ubi vid. Schol. *Aeschines* c. Ctesiph. p. 82, 25, ἐν τῇ τεκτονικῇ, ὅταν εἰδέναι βουλώμεθα τὸ ὀρθὸν καὶ τὸ

μὴ,

μὴ, τὸν Κανόνα προσφέρομεν ᾧ διαγινώσκεται. *Xenophon* qui dicitur in Agesilao edit. *Hutch.* p. 78, καλὸν εὕρημα ἀνθρώποις στάθμη καὶ κανὼν πρὸς τὸ ἀγαθὰ (leg. puto πρὸς τὸ ὀρθὰ) ἐργάζεσθαι. Ut *Ciceroni* iunguntur *perpendicula*, *normae*, et *regulae*, *Platonis* in Philebo Socrates T. II, p. 56. B. ἡ τεκτονικὴ, inquit, κανόνι χρῆται καὶ διαβήτῃ καὶ στάθμῃ. de Pelope *Sophoclis* Hippodamia,

ἐξοπτᾷ δέ με
Ἴσον μετρῶν ὀφθαλμὸν, ὥστε τέκτονος
Παρὰ στάθμην ἰσοῦντος ὀρθοῦται κανών·

sic corrigenda putem apud *Athen.* XII p. 564. B. vulgata, ὡς τέκτονος παρὰ Στάθμην ἰόντος. Quod in Sophocleis praecedit apud *Athenaeum*,

Εἶθ' ἄλλεται μὲν αὐτὸς, —

saepius a me tentatum, feliciter emendat Clar. Noster *D. Ruhnkenius*,

Ἐνθάλπεται μὲν αὐτὸς, ἐξοπτᾷ δέ με·

excitans ad firmandam egregiam correctionem ex Apparatu Sophist. *Phrynichi*, Sophoclea saepius in isthoc opere noddum edito explicantis, hanc notam: Ἐνθάλπεσθαι ἔρωτι· οἷον καίεσθαι ὑπ' ἔρωτος. *uri amore.* Sed fragmenti Sophocleae Tragoediae primus me quoque versus offendit,

Τοίαν δ' ἐν ὄψει ἴυγγα θηρατηρίαν
Ἔρωτος ἀστραπήν τιν' ὀμμάτων ἔχει.

satis enim erat dixisse de Pelope ἀστραπήν τιν' ὀμμάτων ἔχει· versum quoque vitiat hians molossus / ψει ἴυγγ / Nihil vetat hoc quoque vitium sustulisse, atque integritati sic pristinae restituisse *Sophoclis* Hippodamiae de suo Pelope loquentis verba:

Τοίαν Πέλοψ, ἴυγγα θηρατηρίαν
Ἔρωτος, ἀστραπήν τιν' ὀμμάτων ἔχει·
Ἐνθάλπεται μὲν αὐτὸς, ἐξοπτᾷ δέ με,
Ἴσον μετρῶν ὀφθαλμὸν, ὥστε τέκτονος
Παρὰ στάθμην ἰσοῦντος ὀρθοῦται κανών.

— Quod apud *Euripidem* vulgatur ἧς κατηρεφεῖς δόμοι, neminem arbitror comparaturum cum *Athen.* I, p. 12. A. ubi *quarumuis rerum bonarum refertae mensae*, τράπεζαι dicuntur eleganter *Anacreonti* κατηρεφέες παντοίων ἀγαθῶν· vid. *L. Kuster.* in *Aristoph.* Ἀχ. v. 874. — meum, ᾗ κατηρεφεῖς δόμοι, satis, opinor, tueri poterunt *Homeri* σπέος — δάφνῃσι κατηρεφὲς, Od. I, 18?; *Hesiodi* δώματα — Μακρῇσι πέτρῃσι κατηρεφέα, Theogon. v. 777; *Theocriti* Αἴγειροι πτελέαι τε, Χλωροῖσιν πετάλοισι κατηρεφέες κομόωσαι, Eid. VII, 9. — Dicitur et συνηρεφής. In *Alciphronis* Epistola nondum edita: πέτρα τις ἦν συνηρεφὴς κατὰ τὴν κορυφὴν δάφναις καὶ πλατανίσκοις. eadem epistola scripta praebet: σκευηρεφῆ τινα λόχμην. ubi scribi debuerat, συνηρεφῆ.

Vs. 469. — εἰς δὲ τὴν τύχην Πεσοῦσ', ὅσην σὺ, πῶς ἂν ἐκνεῦσαι δοκοῖς;] Una litera detracta legerem δοκοῖ; *In tantam vero lapsa calamitatem, in quantam tu cecidisti, quomodo se tandem evasuram illinc speraret.* δοκοῖς legitur in optimis Codd. in aliis δοκεῖς· in Flor. δοκῇς· δοκεῖς viro nollem placuisset Elegantissimo, quod cum πῶς ἂν stare nequit. Sed πῶς *Marklando* mutandum in σῶς videbatur: certe *qui periculum evasit enatando* Attico more loquendi dici potuit σῶς ἐκνεῦσαι· estque σῶς *Euripidi* quoque aliquoties usurpatum. Hic vero servandum alterum censeo. Graecis minus convenit interpretatio] *P. Victorii*: *Heathio* non miror incidisse coniecturam, legendum forte Πέσουσας, ἣν σὺ, πῶς ἂν ἐκνεῦσαι δοκοῖς; quod evitare voluit incommodum *H.* mea fatebitur levissima correctione sublatum. — Ἐκνεῦσαι, recte redditum in *Scholiis* ἐκκολυμβῆσαι, *enatare*, eleganter infra Tragicus adhibuit v. 823,

Κακῶν δ' ὁ τάλας πέλαγος εἰσορῶ
Τοσοῦτον, ὥστε μή ποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν·

sed illud Ἐκνεῦσαι *Barnesius* tractavit et praesertim *Ti. Hemsterhusius* in *Lucian.* p. 306, qui nostrum etiam attigit ex Hippol. versum 470, quo Πῶς ἂν ἐ. δοκοῖς,

 vel

vel δοκοῖ, satis firmabunt notata *R. Dawesio* Miscell. p. 207. — Sed hîc meum δοκοῖ vereri possem ne in eamdem caderet vituperationem, in quam venit Phoeniss. v. 963 οἰωνοσκοποῖ· Attico quidem more οἰωνοσκοποίην, οιης, οιη, scribi potest, ut εὐτυχοίην· εὐδαιμονοίην· ξυνοικοίην, etc. nec minus tamen formae vulgares huiusmodi Poëtis sunt Atticis in usu: *Sophocles* quidem sat multa praebebit exempla: νοσοῖ. Trach. v. 1251. δοκοῖμ' ἄν, Phil. v. 1041. ὅστις ἂν βλαστοῖ, Antig. v. 924. ὅσ' ἂν δηλοῖ, Oed. T. v. 77. ὠφελοῖμ' ἐγὼ, Ant. 558. χωροῖμ' ἄν, Oed. C. 499. Adscribam ex Rheso v. 626,

Χρὴ δ' ἄνδρα τάσσειν οὗ μάλιστ' ἂν ὠφελοῖ.

ex Atticista veteri haec sua hausit *Photius* quae praebet in Lex. MS. Εὐδοκιμοῖ καὶ εὐδοκιμοίη· τὸ εὐκτικὸν ῥῆμα. καὶ ποιοῖ καὶ ποιοίη, καὶ τἄλλα τὰ ὅμοια σὺν τῷ η καὶ ἄνευ τούτου. Horum similiumque vir accuratissimus *Marklandus* non recordabatur.

Vs. 471. Ἀλλ', εἰ τὰ πλείω χρηστὰ τῶν κακῶν ἔχοις, Ἄνθρωπος οὖσα κάρτα γ' εὖ πράξειας ἄν] Ad Codices *Musgravii*, ἔχεις exhibentes, accedunt Flor. et Paris. illud tamen illinc nollem repetitum. In ceteris inventum ἔχοις hic praestat: Codicum est in talibus auctoritas perexigua. Non εἰ tantum apud quosvis scriptores saepe iungitur optativis, sed inprimis ubi in eadem adest periodo vocula ἄν· ut hic, εἰ ἔχοις, — εὖ πράξειας ἄν· in *Euripidis* Bacch. v. 945, Δύναι' ἄν, εἰ βούλοιο. Or. v. 7?8. Phoen. 1023. Iphig. in Aul. v. 306. Elec. 669. *Sophoclis* Aj. v. 455, εἰ δέ τις θεῶν Βλάπτοι, φύγοι γ' ἂν χὡ κακὸς τὸν κρείσσονα· Elec. v. 349, 50. 415, 585. Antig. v. 68. Oed. in Col. v. 915 etc.

Vs. 473. Αὖξόνθ' ὑβρίζουσ'] Αὖξον δ' ὑβρ. est in Flor. Paris aliisque Codd. Hic tamen mihi quoque placet copula τε nam ad illud μὲν respondet in v. 476, Τόλμα δ' ἐρῶσα· et bene iunguntur, λῆγε μὲν κακῶν φρενῶν, Λῆξον θ' ὑβρίζουσ'. Nutrix ad Deïaniram in *Senecae* Herc. in Oeta v. 9?7,

Depone tumidas pectoris laesi minas,
Mortisque dirae expelle decretum horridum.

— Sincera sunt seqq. οὐ γὰρ ἄλλο πλὴν ὕβρις Τάδ' ἐστὶ, κρείσσω δαιμόνων εἶναι θέλειν. in Flor. est θέλεις et magis esset oratio animosa, si scriberetur, — κρείσσων δαιμόνων εἶναι θέλεις; *vin' tu Diis esse superior?* in *Eurip.* Troasin v. 964, εἰ δὲ τῶν θεῶν κρατεῖν βούλει, τὸ χρῄζειν ἀμαθές ἐστι καὶ τόδε. — In hac oratione Nutricis suspicor Editionem Hippolyto primam, prudenter omissos in secunda, hos duo versus obtulisse, quos ex Hippolyto citat *Euripidis Stobaeus* p. 140, 18, *Grot.* p. 78,

Ἔγωγε φημὶ καὶ Νόμον γε μὴ σέβειν.
Ἐν τοῖσι δεινοῖς τῶν ἀναγκαίων πλέον.

— Ad proximos versus 477, 478, 479, *Horatianos*, ante *Barnesium*, compararunt *Muretus* V. L. I, c. IV, *Lambinus* in *Horat.* Epist. I, 1, 33, et *Gatakerus* A. M. P. c. VIII. p. 488.

Vs. 480. Ἦτ' ἆρά γ' ὀψέ γ' ἄνδρες ἐξεύροιεν ἄν, Εἰ μὴ γυναῖκες μηχανὰς εὑρήσομεν·] Quod est in Iphig. Taur. v. 1032, Δειναὶ γὰρ αἱ γυναῖκες ἐξευρεῖν τέχνας· verum esse monstrant historia et experientia cuique quotidiana. — In Codd. Paris. et Flor. voculae priores sic depravatae sunt, ἢ γὰρ ἂν [ὀψέ γ'.]. *Reiskii* coniectura legentis, Ἦ παῦρά γ' ὀψέ τ' ἄνδρες, *Sane pauca et ea ipsa tarde invenient viri*, videri poterit speciosa formulas *Euripidis* ignoranti. Nostro Tragico ἤτοι, sive ἦτ', elisa diphthongo, diversum ab ἤτοι coniunctione disiungente, saepius idem est ac ἦ δή, *certe:* ἦτ' ἆρα, etiam sequente εἰ, plus semel *Euripidi* restituendum, ut hic, recte scriptum legitur in eius Alcest. v. 732,

Ἦτ' ἆρ' Ἄκαστος οὐκ ἔτ' ἔστ' ἐν ἀνδράσιν,
Εἰ μή σ' ἀδελφῆς αἷμα τιμωρήσεται.

hoc in versu perperam legitur; Ἤ μῆς ἀδελ-

ἀδελφῆς apud *Etymol.* p. 45, 32. In Heraclid. v. 6 1,

Ἦτ' ἄρ' ἐκείνου μὴ νομιζοίμην ἐγὼ
Μήτηρ ἔτ', εἴ γε τῶνδε προσθίξεις χερί.

Alcest. v. 642, Ἦτ' ἄρα πάντων διαπρέπεις ἀψυχίᾳ 'Οθ' ἡλίκος τ' ὢν — scribendum,

Εἰ τηλικόσδ' ὢν οὐκ ἐτόλμησας θανεῖν
Τοῦ σοῦ πρὸ παιδός.

Alia quaedam dari poterunt infra in Hippol. v. 1028.

Vs. 490. Τί σεμνομυθεῖς; οὐ λόγων εὐσχημόνων Δεῖ σ', ἀλλὰ τἀνδρός] *Quid adeo magnifice loqueris?* (Τί σεμνομυθεῖς; est in Androm. v. 233 Hermiones,) *Non verbis ad speciem decoris tibi opus est, sed viro*, τἀνδρός, id est νεύρῳ, sive φάλητι Παιδογόνῳ δυνατοῦ Κύπριδος ἐργατελεῖν, ut est in epigrammate *Theocriti*. Tragici sententiam hic pervertit *G. Ratallerus*. Hippolytum prima *virum facere* Phaedra desiderabat: ut Achillem Deïdamia *prima virum collato pectore fecit*, in *Anthol.* Latinae T. I, p. 75. ἄνδρα πεποίηκε *Longo*. Similia dedit *Gataker*. Diss. de Stylo N. T. c. XII. vid. *Martialis* XI, Ep. 23, 6. Ep. 79, 12. Ep. 82, 6. In *Senecae* Hippol. Theseus v. 925,

a meo primum toro
Et scelere tanto placuit ordiri virum.

In Agamemnone ad Aegisthum Clytaemnestra, *Quem venere tantum scimus illicita virum.* Ad Euripideum ἄνδρα propius accedit *Ausonii* epigr. CI, *Salmacis, Felix virgo, sibi si scit inesse virum*; illud etiam *Catulli* Carm. LXII, 6. *Itaque ut relicta sensit sibi membra sine viro*; quaedam illic apta notavit *Scaliger*. Latinis mihi Poëtis frequentius *vir* in hunc sensum videtur memoratus, quam Graecis ἀνήρ, quibus *corpus evirare*, quod est in eodem carmine *Catulli* v. 17, potius *emasculare*, οὐκ ἄρσενα τιθέναι, τέμνειν ἄρσενα κοῦρον, similibusque modis dicebatur: *Eunuchus*

A ἀνήρ τε κοὐκ ἀνήρ, in gripho; quem ex *Clearcho* exhibent *Athen.* X, p. 452, C. *Eustath.* in Il. Θ p. 599, 27, οὐκ ἐν ἀνδράσιν ὢν in *Eurip.* Orest. v. 1560, non tantum ἐκτμηθείς, ἀποκεκομμένος τὰ γεννητικά, sed et τὸν ἄνδρα: *infelix ferro mollita iuventus, Atque exsecta virum, Lucano*, X, 134. *male pubescentibus annis subripuere viros, Petronio* c. 119, v. 21. Scripsisse *Clemens Alex.* videtur Strom.
B I, p. 349, ὅσαι μὴ — ἐξετμήθησαν τὴν φυσικὴν ἀκολουθίαν, καθάπερ τὸν ἄνδρα αἱ γυναικωνίτιδες, ἀποκοψάμεναι τὸν λόγον· *exsecta sibi ratione*: illic, alienissimo loco, posuerant τὸν Χριστὸν, alibi memores hunc per τὸν λόγον *Clementi* quoque designatum. Dantur horum similia apud *Philonem Judaeum* p. 821. A. 932. E. 1071. E. praesertim p. 1133. D. E. ab ἀνήρ ducta hunc in sensum adhibentur non-
C nulla. *Cuius obscoenius excitata natura traditur*, ut ait *Cicero* de N. D. III, c. 22, πέρα τοῦ εὐπρεποῦς ἀνδρικὸς dicitur *Luciano* I, p. 273, τὸ ἀνδρεῖον quoque memoranti p. 447. τὰ ἀνδρῶν dicuntur in *Apostolorum* Canone XVII. *Quinctiliano* p. 455, 7, aliisque dicta *virilitas* recentioribus Graecis est Ἀνδρεία. Puella, ἥτις ἀνδρὸς ἦ γεγευμένη, prout in *Aeschyli* dicebatur Τοξότισιν, dicitur et veteribus
D ἀνδρωθεῖσα· *virum experta*, ἄνδρα, vel ἀνδριζόμενον· hoc etiam in istum adhibuere sensum *Philostratus*, *Heliodorus*, aliique.

Vs. 491. — ὡς τάχος διοιστέον Τὸν εὐθὺν ἐξειπόντας ἀμφὶ σοῦ λόγον] *Quam celerrime dispiciendi sunt, qui absque circuitu tuum amorem enuncient* Hippolyto. In his miror clarorum virorum iudicia.
E Διοιστέον, mihi nusquam alibi lectum, et hic suspectum est; neque placet *Aldina* lectio διοιστέον, in Parisino Cod. reperta, ex quo ὡς τάχος cum *Musgravio* recepi pro εἰς τάχος· *Sophocli* frequentantur ὡς τάχος et ὡς τάχιστα· quorum loco ὅσον τάχος et ὅσον τάχιστα· ὅτι τάχος et ὅτι τάχιστα eidem etiam adhibentur. † Aliquando mihi venerunt in mentem ὡς τάχος ἀνοιστέον vel ἀνυστέον Τὸν εὐθὺν ἐξειπόν-

πας etc. sed horum quoque neutrum satisfacit. In Attica structura verbalis in τέον nemo haerebit. *Sermonibus perplexis* Hippolyto poterat amor indicari Phaedrae, vel *palam:* perplexo noluit vetula, sed εὐθὺν λόγον, ut res suo appellaretur nomine: *simpliciter* et *absque circuitu dicta Thucycidi* sunt ἀπὸ τοῦ εὐθέος λεγόμενα III, c. 43. *Dion. Chrys.* Or. XI, p. 158. C. οὐκ — εἴρηκεν ἐκ τοῦ εὐθέος. *Clemens Alex.* Strom. III. p. 52", 21, λέξεις, — κατ' ἀλληγορίαν εἰρημένας, ἐξ εὐθείας λαβόντες. De se Rhesus in dramate cognomine v. 422,

εὐθεῖαν λόγων
Τέμνων κέλευθον, κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ.

Vs. 493. Εἰ μὲν γὰρ ἦν σοι μὴ 'πὶ συμφοραῖς βίος Τοιαῖσδε, σώφρων δ' οὖσ' ἐτύγχανες γυνὴ,] Hic quoque literam copulantem σώφρων τ' οὖσ' ἔ. praetulerim; quia his respondet v. 496, νῦν δ' ἀγὼν μέγας etc. Nam non dubito quin recte *Marklandus* haec fuerit interpretatus, *et nisi esses pudica mulier*, ex praecedente versu vere monens εἰ μὴ supplendum in his relinqui. Si hic esset, quam *Heathius* putabat, oppositio, scribi potius debuerat ab *Euripide*, Τοιαῖσδέ γ', ἄφρων δ' οὖσ' ἐτύγχανες γυνὴ, vel simile quidpiam. Quam vero tribuit vim voci σώφρων illa hic certe non conveniret; ubi paulo post non absurda viri Docti, quem *Scaligerum* vocant, est coniectura legentis, Οὐκ ἂν — Προῆγον ἄν σε δεῦρο, *Non huc te pellicerem verborum meorum lenociniis:* vid. *A. Dounaeus* in *Demosth.* p. 121. Poterat se mulier, ut erat *lena*, considerare tanquam προαγωγόν. *Theopompus Athenaei* X, p. 443. E. memorat μαστροποὺς τὰς εἰθισμένας προαγωγεύειν τὰς ἐλευθέρας γυναῖκας.

Vs. 498. Ὦ δεινὰ λέξασ' οὐχὶ συγκλείσεις στόμα;] Hoc scribatur, an συγκλήσεις, ut est in Parisinis duobus, (συγκλείσαις dat Flor.) nihil interest: vid. not. in *Eurip.* Phoen. v. 268. — Bis nostro versu legitur usa Maria in Χρ. Π. v. 438,

A et v. 110, ubi sequentis etiam partem dat v. 111. Euripideis congruunt ista *Senecae* in Agam. v. 289, *quid voce blandiloquâ mala Consilia dictas?*

Vs. 501. Κρεῖσσον δὲ τοὔργον, εἴπερ ἐκσώσει γέ σε, Ἢ τοὔνομ', ᾧ σὺ κατθανῇ γαυρουμένη] *Praestat autem turpe factum, dummodo te servabit, prae honesto nomine, quo superba morieris.* Pro vulgata B huc usque lectione εἴπερ ἐκσώσειέ σε, recepi, quam dabant Codd. Flor. et Paris. εἴπερ ἐκσώσει γέ σε. indicativi futuro iungitur saepius εἴπερ· in una serie εἴπέρ γε poni monstrabit *Xenophon.* Ἑλλ. I, p. 263, 11. Oecon. p. 488, 9.

Vs. 507. Εἴ τοι 'δόκει σοι, χρῆν μὲν οὔ σ' ἁμαρτάνειν· Εἰ δ' οὖν, πιθοῦ μοι] *Siquidem hoc erat decretum*, nempe τὸ σωφρονεῖν, C sive μὴ πέρα προβαίνειν, *peccare non debebas*, sed amori reluctari: *si tamen sic stat sententia, aliud meum* nunc *sequere consilium; hoc enim erit secundi beneficii loco.* Ob χρῆν, *oportebat*, hic mihi praestare videbatur Εἴ τοι 'δόκει σοι, prae vulgato δοκεῖ, et prior opinio clar. *Musgravii*, prae altera explicatione: Εἴ τοι δοκεῖ σφῷν, et εἴ τοι δοκεῖ σοι, quo sensu posuerint Attici Poëtae docebit *R. Da-* D *wesius* Misc. Crit. p. 303, 304. Χρῆν μὲν οὔ σ' ἁμαρτάνειν dicitur, ut in Medea, οὐ χρῆν σ' εἰς ἔμ' ἐξαμαρτάνειν. — Sive dicatur Εἰ δ' οὖν, seu εἰ δὲ, nempe δοκεῖ· nihil interest: vid. *G. Budaei* Comm. L. G. p. 398. Euripidea nostra *J. F. Gronovius* admovit Hippolyto *Senecae* v. 140.

Vs. 509. Ἔστιν κατ' οἴκοις φίλτρα μοι E θελκτήρια Ἔρωτος] Huius forte loci *Broukhusius* non recordabatur, quo spectare potuit *Propertius* II. El. I, 53, *Seu mihi sint tangenda novercae pocula Phaedrae, Pocula privigno non nocitura suo.* Sed neque a noverca legitur amatorio poculo tentatus Hippolytus, et φίλτρ' ἐπῳδῶν in Phoenissis dicta, v. 1266, Nutrix potius intellexisse videtur, qualibus usa fuit ad Delphida flectendum *Theocriti* Si-

Simaetha. Satis hic fuerat φίλτρα dixisse τὰ ἔρωτος θελκτήρια φάρμακα, sicut θελκτήρια φάρμακα ταύρων dixit *Apollon. Rhod.* III, 738. χρειὼ θελκτήριον πόθοιο, III, 33. πόθων θέλγητρα *Athenaeus* V, p. 220. F. olus, διεγερτικὸν πρὸς ἀφροδίσια, nonnullis φίλτρον dictum memorans IX, p. 371. B. A Nesso datum Deianirae venenum velut φίλτρον *Soph.* Trach. v. 1158, *irritamen amoris* dixit *Ovidius* Met. IX, 133. Quia saepe φίλτρα solent ἀποσκήπτειν εἰς ὄλεθρον, ut ait *Alciphron.* I Ep. XXXVII, f. in foro quaesitum, *an amatorium, venenum sit nec ne*, *Quinctil.* I. O. VII, c. 3. et c. VIII, init. veneficii rea facta poculum se dedisse aiebat οὐκ ἐπὶ θανάτῳ, ἀλλ' ἐπὶ φίλτροις apud *Antiphontem* Orat. I, p. 112, 27.

Vs. 510 — ἦλθε δ' ἄρτι μοι γνώμης ἔσω] In sequenti versu φρενῶν βλάβῃ scriptum in Cod. Flor. Hic in Edit. Hippolyti prima Flor. γνώμην ἔσω. quod, si firmaretur a Codicibus, tanquam rarius, alicui forte placere poterat. Apud alios quidem Poëtas ἔσω vel εἴσω sic nonnunquam adhibetur pro εἰς· sed non apud Atticos, ut equidem arbitror, nisi forte metro coactos in carminibus Choricis.

Vs. 513. Δεῖ δ' ἐξ ἐκείνου δή τι τοῦ ποθουμένου Σημεῖον, ἢ λόγον τιν', ἢ πέπλων ἄπο Λαβεῖν,] *Reiskii* prostat coniectura legentis, ἢ πλόκον τιν', ἢ πέπλων λάκος. Ad locum *Euripidis* illustrandum sane quam aptissimum citat *Luciani Marklandus*, quo *D. Heinsius* etiam usus est ad *Theocriti* carmen Magicum p. 309. Exstant verba *Luciani* T. III, p. 288, ubi, quibus indigeret ad iuvenem Magicis incantamentis flectendum venefica, Melissae Bacchis enarrat: δεήσει δέ τι αὐτοῦ τοῦ ἀνδρὸς εἶναι, οἷον ἱμάτια, ἢ κρηπῖδας, ἢ ὀλίγας τῶν τριχῶν, ἤ τι τῶν τοιούτων. In his pro οἷον ἱμάτια scribendum suspicor, οἷον ὤαν ἱματίου, *fimbriam pallii*: τὰς τῶν ἱματίων ὤας veteres vocasse Λέγνα scribit *Erotianus*; sed vocem ὤαν satis adfirmavit *H. Stephanus* Thes. L. G. II, p. 1252. Ὤας τῶν ἱματίων exhibet ex *Aristophanis* perdito dramate *Photius* in Lex. *MS.* In rem Pharmaceutria *Theocriti* Eid. II, v. 53,

Τοῦτ' ἀπὸ τᾶς χλαίνας τὸ κράσπεδον ὤλεσε Δέλφις,
Ὠ 'γὼ νῦν τίλλοισα κατ' ἀγρίῳ ἐν πυρὶ βάλλω.

Hanc ex veste sua laciniam amisit Delphis, quam ego nunc minutatim discerptam in ignem saevum coniicio. torto concita rhombo Licia sunt apud *Ovid.* I. Amor. VIII, 7. *Virgilii* Pharmaceutria, Ecl. VIII, 91, *Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit, Pignora chara sui.* velut magicas artes tractatura Dido Aen. IV, 494, ad sororem: *Tu secreta pyram — Erige, et arma viri, thalamo quae fixa reliquit Impius, exuviasque omnes — superimponas.*

Vs. 516. Πότερα δὲ χριστὸν, ἢ ποτὸν τὸ φάρμακον;] insignem ex *Euripidis* Inone ῥῆσιν in invidiam apud *Stobaeum* p. 222, 20, una et altera menda deformat: haec fragmenti sunt ultima, ὡς ἦν μόχθος ἰατροῖς μέγας,

Τομαῖς ἀφαιρεῖν, ἢ ποτοῖς ἢ φαρμάκοις
Πασῶν μεγίστην τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων.

Nemo corrigere mecum dubitabit,

ἢ ποτοῖσι φαρμάκοις.

Schol. in *Aristoph.* Plut. v. 717, Τῶν φαρμάκων, ait, τὰ μέν ἐστι καταπλαστὰ, τὰ δὲ χριστὰ, τὰ δὲ ποτά. de vino *Mnesitheus* apud *Athen.* II, p. 36. A. Καὶ τοῖς ποτοῖς γὰρ φαρμάκοις κεράννυται. *Aeschyli* Prometheus v. 478, ante quam ipse invenisset remedia, mortalibus aegrotis ait fuisse

ἀλέξημ' οὐδὲν, οὐδὲ βρώσιμον,
Οὐ χριστὸν, οὐδὲ πιστὸν, ἀλλὰ φαρμάκων
Χρείᾳ κατεσκέλλοντο.

ubi recte contra *Gaulminum* πιστὸν tuetur *Stanlejus*: ter *Eustathius* profert ex *Aeschylo* πιστὸν, vel πιστὰ φάρμακα in Il. Δ, p. 353, 53. T, p. 1263, 40. in Od. Z, p. 251, 27.

Vs.

Vs. 518. *Δέδοιχ᾽ ὅπως μοι μὴ λίαν φανῆς σοφή.*] Si ceteri Codices exhibent *φανῆς*, nihil adeo est cur ex Flor. Cod. *φανῇ*, futurum tempus, reciperemus; cum *ὅπως μὴ*, secundum aoristum subj. aeque ac futurum indicat. admittat, docente *Dawesio* Miscell. Crit. p. 229. Quia tamen duplex adest ratio, propter quam *φανῇ* hic in *φανῆς* mutari potuerit, *φανῇ* scriptum arbitror ab *Euripide:* cuius sunt ex. gr. in Medea *λυπρὸς φανῇ· videberis: αἰσχίων φανῇ· σοφωτέρα φανῇ*, vss. 301, 501, 600.

Vs. 522. *Μόνον σύ μοι, δέσποινα ποντία Κύπρι Συνεργὸς εἴης*] Forsan in Editione prima similia quaedam dixerit Nutrix his in Hipp. *Senecae* v. 271,

Tentemus animum tristem et intractabilem:
Meus iste labor est, aggredi iuvenem ferum,
Mentemque saevam flectere immitis viri.

qualibus satis apte responderent versus, quos exhibet ex Edit. prima Hippolyti *Stobaeus* p. 388, 17. Ed. *Grot.* p. 245,

Ἔχω δὲ τόλμης καὶ θράσους διδάσκαλον,
Ἐν τοῖς ἀμηχάνοισιν εὐπορώτατον,
Ἔρωτα, πάντων δυσμαχώτατον θεῶν.

Verba Nutricis, intractabilem flectere laborantis, in hac Dramatis Editione praetermissa, forsan dederat in priori; dedit illa *Seneca* v. 435 — 483.

Vs. 525. *Ἔρως, Ἔρως, ὃς κατ᾽ ὀμμάτων Στάζεις πόθον,*] *Homericum* ὃ, pro ὃς, quia nusquam Atticis Poëtis videtur adhibitum, ne hic quidem probandum censui; quodque Ed. prima Flor. et duo tresve Codices dabant *Musgravii*, Flor. etiam et Paris. recepi; legitur in Flor. *ἔρον, ἔρον, ὃς κατ᾽ ὀμμάτων. Scholiastae* quoque lectum, ὃς exhibet in his Euripideis *Eustathius* in Il. Γ, p. 328, 17. — Respondent in *Euripidis* Troasin ista Chori v. 840, *Ἔρως, Ἔρως, ὃς παρὰ Δαρδάνια μέλαθρά ποτ᾽ ἦλθες, Οὐρανίδαισι μέλων.* in *Sophoclis* Antig. v. 791,

A *Ἔρως ἀνίκατε μάχαν,*
Ἔρως, ὃς ἐν κτήμασι πίπτεις,
Ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς
Νεάνιδος ἐννυχεύεις, —

eleganter emendabat (quod me monuit Doctiss. iuvenis Leidensis, *Joann. Luzacius*,) vir Summus *T. Hemsterhuis*,

Ἔρως ἀνίκατ᾽, ἀμάχαν᾽ / Ἔρως —

B ut designetur *ὁ ἀμήχανος*, *cui resisti nequeat: Cupido* dicitur *Γλυκύπικρον ἀμάχανον ἔρπετον Sapphoni* ap. *Hephaest.* p. 24. De amore per oculos in viscera penetrante multi multa notarunt hic non retractanda: praeivit et in his *Euripidi Aeschylus* Agam. v. 750. Suppl. 1017. *Sophoclis* versus et alia dat *Athenaeus* XIII, p. 564. causam tradit *Plutarch* T. II, p. 281. A. B. In epigrammasi nondum
C opinor editis *Meleagri* haec leguntur:

Τόν με πόθοις ἄτρωτον ὑπὸ στέρνοισι Μυΐσκος,
Ὄμμασι τοξεύσας, τοῦτ᾽ ἐβόησεν ἔπος,
Τὸν θρασὺν εἷλον ἐγώ. —
Διπλαῖ δ᾽ ἀκτῖνές με κατέφλεγον, αἱ μὲν ἔρωτος
Παιδὸς ἀπ᾽ ὀφθαλμῶν —.

in *Asclepiadis* epigr. *Δόρκιον ἡ φιλέφηβος* dicitur *Ἵμερον ἀστράπτουσα κατ᾽ ὀμμάτων.*
D — In his Euripideis dicitur Cupido vs. 526, — *εἰσάγων γλυκεῖαν ψυχᾷ χάριν οὓς* [*ἐπιστρατεύσῃ*]. In duobus *Musgravii* Codicibus lectio prostat vulgatâ non deterior, *Ψυχαῖς χάριν, οἷς ἐπιστρατεύσῃ*: in quibus *τούτων* supplendum relinquitur; nisi figuram quis statui malit *πρὸς τὸ νοητὸν* vel *πρὸς τὸ σημαινόμενον*, *Homero*, Tragicis, et quibusvis frequentatam. Sive autem scribatur *οὓς*, seu *οἷς ἐπιστρα-*
E *τεύσῃ*, nihil interest, cum utroque modo verbum *Euripidi* ceterisque scriptoribus construatur: vid. *Duker.* in *Thucyd.* p. 272, et notata in *Eurip.* Phoen. v. 292.

Vs. 530. *Οὔτε γὰρ πυρὸς οὔτ᾽ Ἄστρων ὑπέρτερον βέλος, Οἷον τὸ τᾶς Ἀφροδίτας Ἵησιν ἐκ χερῶν Ἔρως ὁ Διὸς παῖς.*] Hinc ista fecit Latina *Grotius*,

Non

Non trucis flammae, neque tanta virtus
Siderum, quantos meditatur ictus
Cypridos divae puer et Tonantis.

Fingamus fuisse; quaero num hic dicatur Cupido Veneris et Iovis filius: dicitur Ἔρως ὁ Διὸς παῖς· ut alibi nusquam apud Poëtas veteres Graecos, quibus ubique vocatur, ut Latinis *Puer Veneris*, ὁ τῆς Ἀφροδίτης· παῖς Κυθήρης. etc. Hic vero τὸ τῆς Ἀφροδίτης non ad Amorem referri potest, sed ad eius βέλος· Prorsus vero insolens est loquendi modus, τὸ τᾶς Ἀφροδίτας (βέλος) ἵησιν ἐκ χερῶν Ἔρως. Sententia satis est perspicua, *Neque tantam esse vim ignis, nec teli coelestis*, sive *fulminis*, *quanta sit illius* teli, *quod certa manu Puer Veneris emittit.* Obversabantur ista, ni fallor, *Senecae*, dum in Medea Chorum dicentem faciebat v. 579,

Nulla vis flammae, tumidique venti
Tanta, nec teli metuenda torti;
Quanta cum coniux viduata tedis
Ardet et odit.

Πυρὸς βέλος est *vis flammae*; per ἄστρων βέλος *fulminis telum* vel *fulmen* intelligo, saepe βέλος, et βέλος κεραυνοῦ *Sophocli* dictum, πυρπάλαμον βέλος Διὸς *Pindaro* Ol. X, 96. In haec *Euripidis* convenit epigramma in Amorem *Anthol.* IV, c. XII, 108,

Ὁ πτανὸς τὸν πτανὸν ἰδὼν ἄγνυσι κεραυνὸν,
Δεικνὺς ὡς κρεῖσσον πῦρ πυρός ἐστιν Ἔρως.

Quae quidem in his *Euripidae* apparent incommoda literarum aliquot mutatione videntur evitari posse, si sic illa scribantur,

Οὔτε γὰρ πυρὸς, οὔτ'
Ἄστρων, ὑπέρτατον βέλος
Οἷόν γ' ὁ τᾶς Ἀφροδίτας
Ἵησιν ἐκ χερῶν
Ἔρως ὀλίγος παῖς.

hunc autem in modum capiantur, Οὔτε γὰρ πυρὸς οὔτ' ἄστρων [nempe τοῖον βέλος ἐστὶ,] οἷόν γε βέλος ὑπέρτατον ἵησιν ἐκ χερῶν Ἔρως, ὁ τᾶς Ἀφροδίτας ὀλίγος παῖς· *Neque enim aut ignis, aut tale fulminis telum, quale potentissimum manibus suis eiaculatur Amor, parvulus puer Veneris:* idem ille tamen τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατος secundum *Euripid.* ap. *Stob.* p. 387, 29. Hanc vero sententiam commodam fatebuntur, qui hic Cupidini patrem et avum eumdem dare non recusant. *Jovis filium* docte tuetur *S. Musgravius* Exercit. in *Eurip.* II, c. IV, quicum alibi pluribus ea de re licebit φιλολογεῖν. Hic satis erit dixisse ex veteribus Poëtis Graecis, qui toties Amorem cecinere, neminem, quem quidem ego noverim, Διὸς παῖδα dixisse, Veneris filium plurimos; nec solitum in talibus *Euripidem* ab opinionibus secedere vulgo receptis. Iam vero hic quoque venusta mihi videbatur oppositio futura inter ὀλίγον huncce παῖδα Ἀφροδίτας, et tela, quae parvulis ille manibus emittit violentissima; qualis certe Poëtis saepe placuit: *Theocr.* XIX, 8, mater ad filium, Χὠ τυτθὸς μὲν ἔῃς, τὰ δὲ τραύματα ἅλικα ποιεῖς. *Moschus* Eid. I, 13,

Μικκύλα μὲν τήνῳ τὰ χερύδρια, μακρὰ δὲ βάλλει.

Naevius apud *Nonium* in v. *Cupidinem*,

Aedepol Cupido, quum tam pusillus sis, nimis multum vales.

Varronis sunt apud *Nonium* in *Agere* in eandem sententiam verba. Praeter ceteros tela Cupidinis *Seneca* celebrat in Hippol. v. 193, 200, 278, *iste Puer*

Tela quam certo moderatur arcu!

Herc. in Oeta v. 540.

Qui certa tenerâ tela dimittit manu.

Nonno Βαιὸς ἔρως dicitur, et eius βαιῷ Ὤμῳ pendere πανδαμάτειρα φαρέτρη· alibi τόξον ὑπέρτερον, ᾧ γόνυ κάμπτει Ζεὺς ὕπατος. Saepe παιδάριον, μικρὸν παιδίον vocatur, βαιὸς in *Anthol.* IV, c. XVIII, ep. 44,

Βαιὸς καὶ Παφίης ἔπλετο κοῦρος Ἔρως.

Hic ex coniectura mea diceretur Veneris

ris *ὀλίγος παῖς*. pro *μικρὸς* sic *ὀλίγος* usurpatur *Homero*, *Hesiodo*, *Nicandro*, *Callimacho*, *Apollonio Rhod.* saepius in *Anthologia*. *ὀλίγος τις κῶρος* est in *Theocriti* Eid. I, 47. *Homerus h.* in Mercur. v. 245, dixit

Παῖδ' ὀλίγον δολίῃσ' εἰλυμένον ἐντροπίῃσιν,

ubi v. 545, *ὀλίγος περ ἐὼν κλυτὰ μήδεα οἶδας.* Extra chorum vocem non usurpasset *Euripides*.

Vs. 535. *Ἄλλως ἄλλως παρά τ' Ἀλφεῷ*] In Paris. Cod. scribitur *Ἀλφειῷ*· sic versus esset anapaesticus, antithetico non respondens. Paulo post in *Βούταν φόνον Ἑλλὰς ἀέξει δή*· ultima vocula abest a Paris. aliisque Codd. apud *Musgravium*, et videbatur illa velut adsumentum reiicienda *Heathio*, corrigenti, *Βούταν φόνον Ἑλλὰς ἄρ' ἀέξει.* Hinc *Βούταν φόνον* attigit *Eustath.* in *Hom.* Il. A, p. 36, 51. Il. Z, p. 481, 35. — *Ἔρωτα δὲ* (vs. 538.) *τὸν τύραννον ἀνδρῶν, Τὸν τᾶς Ἀφροδίτας φιλτάτων θαλάμων Κληδοῦχον* (*Κλειδοῦχον* Cod. dat Paris. ut scripserat *Euripides*) *οὐ σεβίζομεν· non colimus*, publico certe cultu non dignamur Amorem; cui primus fertur Charmus aetate Pisistrati altare statuisse in Academia. In *Euripidis* Andromeda *ῥῆσιν* insignem Perseo datam, cuius hic primus erat versus,

Σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώπων Ἔρως,

liquet ex *Luciani* T. II, p. 2. Illum *Orphici* canunt, h. LVII, *πάντων κληῖδας ἔχοντα*· ut mirum non sit thalami Veneris *illi Semper haerentem puerum* quem dicit *Horatius* Carm. I. Od. 32, 9, hic dici *Κληδοῦχον.* sacerdotes non tantum Tragicis *Κληδοῦχοι* Deorum Dearumve dicuntur, observante *Ez. Spanhem.* in *Callim.* h. in Cerer. v. 45, sed et Dii ipsi vario respectu. Noster thalami materni *κληδοῦχος* dici potuit, ut Iuno iugalis *κλῇδας γάμου φυλάττειν* dicitur *Aristophani* Thesm. v. 985. conf. *P. Wesselingii* Obs. I, c. 3. — Quae paucis dixit in Amorem *Euripides*, in Hippolyto *Senecae* Chorus explicatius et copiose

A persequitur v. 283 et seqq.

Vs. 545. *Τὰν μὲν Οἰχαλίᾳ Πῶλον ἄζυγα λέκτρων*] His adscripta *παρθένον ἄπειρον γάμων* praebet Cod. Paris. et *Οἰχαλίᾳ*· quod ex primis Edd. et 2 Codd. recepit *Musgravius*: hoc altero nonnihil elegantius, positum pro *ἐν Οἰχαλίᾳ*· ut in Phoen. v. 611, *Μυκήναις*·] Androm. *Τροίᾳ* v. 438, 461, 704. *Αὐλίδι*, Iph.
B Taur. 538. vid. *Bentlej.* in *Callim.* h. in L. P. v. 18. — Paulo post, *οἴκῳ* Codicis auctoritate firmato, *Musgravius* versum 550, *Τὰν ναΐδ' ὅπως τε βάκχαν*, eleganter et vere mihi quoque correxisse videtur, *Τιν' ἄϊδος ὥστε βάκχαν.* Quod si vicinorum mihi sensus aeque constitisset, emendata in contextum intromisissem. Docte suam *Musgravius* emendationem adfirmavit. Nihil in his
C Codices iuvabant: *Τὰν* omittitur in Paris. ut in aliis: *ἀΐδαν* et *βάκχαι* erant in Flor. *Is. Vossius* adscripserat „ *Τὰν ναΐδ'* „ *id est nympham.*" Hic Eruditissimo *Musgravio* si *δεύτερος πλοῦς* instituatur, in versu forsan praecedenti 549 nobis etiam vulgata meliorem eruet lectionem. Ad sententiam satis commodum arbitror, quod est in Scholiis: *τὴν ἐν Οἰχαλίᾳ παρθένον — ἄνυμφον οὖσαν τὸ πρό-*
D *τερον, ἀποζεύξασα καὶ ἀποχωρίσασα τῶν οἴκων — ἡ Ἀφροδίτη τῷ Ἡρακλεῖ — πορθήσεσι τῆς πατρίδος — ἔδωκεν.* Sed vulgata nobis, *οἴκων ζεύξασ' ἀπειρεσίαν*, istam non admittunt interpretationem. Clar. Editor Hippolyti censuit duo hic diversa tradi, primum, *Jolen* Herculi Venerem *inter caedes et incendia dedisse ducendam:* deinde *Oechaliae* et *Euryti familiae* (*οἴκῳ*) *Furiam quandam inci-*
E *tatissimam coniunxisse.* Sed, nulla cum adsit particula, quae velut diversa disiungat, neque ista *ἄϊδος ὥστε βάκχαν*, *velut Orci Baccham*, ulli conveniant nisi soli Iolae, cuius amore Hercules incensus non Euryti tantum domum, sed suam quoque, quin semet ipsum pessumdedit; una mihi serie sic videntur omnia cohaerere: *Puellam Oechaliam virginem domi innuptam* (*Ἄνυμφον οἴκῳ* iun-

iungamus) Ζεύξασα, *coniugem* Ἀλκμήνης A τόκῳ Κύπρις ἐξέδωκεν, *Herculi dedit Venus;* qualem vero puellam, et quibus illam dedit auspiciis Herculi? Iolen illi dedit ὥστε τινα βάκχαν ἄϊδος ἀπειρεσίαν δρομάδα· dedit illam coniugem σὺν αἵματι, σὺν καπνῷ, Φονίοις θ' ὑμεναίοις. Ob Iolen quidem Καθῃρέθη πατρῷος Οἰχαλία δορὶ, quod est in *Sophoclis* Trach. v. 485. *Cecidit Oechalia inclyta; — causa bellandi est amor*, *Seneca* Herc. in Oeta, B 422, 24. Sed et Iole, quamvis innocens, causa fuit pereuntis Herculis et Deïanirae: chorus in Trach. v. 910, Ἔτεκεν μεγάλαν Ἀνέορτος (Ἁ νέορτος) ἅδε νύμφα Δόμοισι τοῖσδ' ἐριννύν. Herculis utique δόμοισιν. *Athenaeus* XIII, p. 560. C. ἀνετράπησαν καὶ ὅλοι οἶκοι διὰ γυναῖκας· — ὁ Ἡρακλέους διὰ τὴν Ἰόλης ἐπιγαμίαν τῆς Εὐρύτου θυγατρός· ὁ Θησέως διὰ τὴν Φαίδρας τῆς Μίνωος. —In huius strophes pae- C ne ultimo versu ἔδωκεν est in Cod. Paris. in ultimo τλάμων ob metrum corrigit *Heathius*.

Vs. 555. Ὦ Θήβας ἱερὸν Τεῖχος] In hac antistrophe nihil est adeo ad quod quis offendat. v. 557 deterior est vulgata lectio Flor. Συνείπετ' ἂν οἷον Ἁ Κύπρις ἕρπει. ultimum in ἕρδει viro cuidam docto mutandum videbatur: mihi quo- D que οἷον ἕρδει aptius videtur quam οἷον ἕρπει, quod Tragicis non fuit usitatum, quo sensu Dorice scribentibus quibusvis frequentatur pro ἔρχεσθαι. Idem ille frustra paulo post correxisse videtur διγόνοιο Βάκχου· ut dixerit Poëta more vulgato δίγονον, *iterum patrio nascentem corpore Bacchum*, *Manilio* II, 17. Vicina non egent interprete; nam *quis non Semelen, ignemque iugalem, Le-* E *thaeamque simul novit de pellicis astu?* ut canit *Nemesianus* Cyneg. v. 17. Semelen amor, sive Venus — vs. 562, πότμῳ Φονίῳ κατεύνασε. Vir Clarissimus, ut strophes versui conveniat, scribendum statuit κατένασσεν, *admovit.* Κατένασσε significat κατῴκισε, *locum habitandum dedit:* qui staret a poculis, Phryga Iupiter Οὐρανῷ ἐγκατένασσεν, *Apollon. Rhod.* III, 116. de aquila eadem scribit *Moero* ap. *Athen.* XI, p. 491. B. πότμῳ Φονίῳ κατένασσε vereor ut Graece dici possit. Sensui vero plane satisfacit κατεύνασε· igne lethali *consopivit:* vid. Hipp. v. 1377. viva sepulcro includenda *Sophoclis* Antigone v. 844, *Niobae*, inquit, με δαίμων ὁμοιοτάταν κατευνάζει. In eiusdem Oed. T. versus est 971,

Σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή.

sic Latine redditus in Oedipo *Senecae* v. 787.

Animam senilem mollis exsolvit sopor.

— Vs. 563. in Flor. Cod. scribitur Δεινὸς γὰρ πάντα γε πιτνεῖ μ. in Paris. Δεινὰ γὰρ πάντα γε ἐπιπίτνει· supra scriptum γρ. πιτνεῖ, in duobus inventum Δεινὰ recepit *Musgravius* in contextum, recte servato, quod erat in plerisque, verbo ἐπιπνεῖ. Perparum interest, δεινὸν probetur an Δεινὰ, quia tamen ratio liquet cur illud in Δεινὸν ab illis sit mutatum qui non animadvertebant Δεινὰ hic Doricum esse pro δεινή· hic quoque sequutus sum *Musgravium.* Δεινὰ γὰρ τὰ πάντ' ἐπιπνεῖ· *Solet enim illa plerosque vehemens*, vel *amore adflare vehementi.* Leniter illa quidem placidum potest amorem adflare, sicut Venus *dictis divinum adspirat amorem* in *Virg.* Aen. VIII, 373. Quos vero odit, vehementis amoris adspiramine graviter urget, ut apud *Valer. Flacc.* VII, 255 *furialia figit Oscula, permixtumque odiis inspirat amorem.* Verba tamen Graeca de lenis amoris adflatu frequentius adhibentur: In Amoribus *Luciani* T. II, p. 438, honestus Amor ἠπία ταῖς ἑκάστου διανοίαις ἐμπνέει. *Apollon. Rhod.* III, v. 936, οὐδέ σε Κύπρις Οὔτ' ἀγανοὶ Φιλέοντες ἐπιπνείουσιν Ἔρωτες. Auctor Aïtis inter *Theocritea* XII, 10, Εἴθ' ὁμαλοὶ πνεύσειαν ἐπ' ἀμφοτέροισιν Ἔρωτες.

Vs. 565. Σιγήσατ', ὦ γυναῖκες, ἐξειργάσμεθα] Idem versus est in Χρ. Πάσχ. 847, ubi sequitur, Ἐπίσχετ' αὐδὴν, παῖδ' ἐρωτῆσαι θέλω· hemistichium est ex *Euripidis* versu sequente. In Paris. Cod.

ἐξειργάσμεθα recte redditur per ἀπολώλαμεν· (A) Μενέλαε, διαπεπράγμεθ' in Helenae v. 864, alibi plura dantur similia. — Paulo post Ἐπίσχετ'· αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω· melior mihi lectio videtur illâ, quam in uno Cod. *Musgravius* invenit, ὡς μάθω· quantumvis in his rarior inveniatur apud Tragicos, concitatae tamen Phaedrae convenit ellipsis voculae ὡς· estque accommodatius ἐκμάθω, quam simplex: ὡς ἂν ἐκμάθω est in *Eurip.* (B) Androm. v. 715, Ion. v. 77, *Soph.* Oed. Col. v. 568. idem quod alibi, ὡς μᾶλλον μάθω· τρανῶς ὡς μάθω· vel ὡς μάθω σαφέστερον. In Paraphrasi prologi Philoctetae *Euripidis*, quam dedit *Dion Chrys.* leguntur ista: Πόθεν, εἰπὲ πάλιν, ὡς εἰδῶ σαφέστερον. Quis dubitet versum *Euripidis* fuisse?

Πόθεν; λέγ' αὖθις, ὡς μάθω σαφέστερον. (C)

totidem paene verba dedit *Aeschylus* Choëph. v. 765, Πῶς φῄς; λέγ' αὖθις, ὡς μάθω σαφέστερον· sic ibi corrigendum dixi in Phoen. p. 340. Pro ἢ πῶς vulgatis illic scribi quoque poterit Τί φῄς; utrumque saepissime legerat *Heathius* apud Tragicos, πῶς φῄς; minimum decies: quod ipsi non deterius videbatur, Τί πῶς, ne semel quidem.

Vs. 571. Τίνα θροεῖς αὐδάν;] Hinc in Χρ. Πάσχ. v. 133,

Τίνα θροεῖς αὐδάν; τίνα βοᾷς λόγον;
Ἄγ', εἰπὲ, τίς φοβεῖ σε φήμ' αὖθις νέα;

Horum loco Tragicus, Ἔννεπε (formam *Homericam* extra choros etiam adhibent Tragici:) τίς φοβεῖ σε φήμα, γύναι, φρένας, ἐπίσσυτος. Non iungenda sunt φρένας ἐπίσσυτος· sed τίς ἐπίσσυ- (E) τος φήμα φοβεῖ σε φρένας. ut in *Aeschyli* Agam. v. 896, Ἐμοί γε μὲν δὴ κλαυμάτων ἐπίσσυτοι Πηγαὶ κατεσβήκασιν. — Dixit autem usitato more φοβεῖ σε φρένας· quo, secutus *Homerum*, *Aesch.* Eum. v. 88, μὴ φόβος σὲ νικάτω φρένας. Suppl. v. 284, φόβος μ' ἔχει φρένας· et, praeter ceteros, loquuntur *Sophocles* et *Euripides*. — In his ore hiante pronunciari scribique voluit *Heathius*, Φήμα, ὦ γύναι φρένας ἐπίσσυτος· *Musgravius* Exercit. in *Eurip.* II, c. IV, haec eleganti coniectura disposuit, quem in his etiam sequi placuit.

Vs. 577. Σὺ παρὰ κλῇθρα] Non ianitorem, sed Phaedram alloqui Chorus videtur: *Tu foribus adstas propior; tibi curae sonus est aedibus emissus; dic tu quaeso* (forte enim scriptum fuerit, Ἔννεπε δή, ἔννεπέ μοι) *dic mihi, quid tandem evenerit mali.* Poterat alicui melior videri scriptio Codicis Flor. Σὺ περὶ κλῇθρα· mihi potius alterum, ut vulgo minus usitatum, Atticum videtur: vid. *Thomas M.* in Παρὰ, ne nunc alios testes advocem hic non necessarios.

Vs. 584. Ἰαχὰν μὲν κλύω] *Sonum quidem audio:* sed proxima, Σαφὲς δ' οὐκ ἔχω γεγωνεῖν ὄπα· quomodo tandem significabunt, *clare tamen non possum percipere vocem?* quale quid sententia postulare videtur. Si γεγωνεῖν notaret *percipere* vel *intelligere*, placeret Viri Di coniectura legentis, οἵα, *qualis aures tuas per fores*, quibus adstas, *vox acciderit.* Sed γεγωνεῖν significat *clamare*, si- (D) ve *clara voce sic eloqui, ut ab aliis intelligi possis.* τὸ φθέγγεσθαι ἐξάκουστον, ut recte explicat *Eustathius* in Il. M, p. 870, 46, cui memoratur etiam ex veteribus γεγωνὸν φθέγμα, τὸ λαμπρόν. *Hesychius:* Γεγωνὸν, τὸ ἐξάκουστον, μεγαλόφωνον. conf. *Eustath.* in Od. B, p. 230, 23. velut *Sapphûs* idem habet in Il. Z, p. 488, 18, βοὴν ἵστησ. γεγωνόν· et hinc *Wolfius* in *Sapph.* Carm. §. 183. quae praebet alibi, recte scripta, βοὴν ἵστησι γεγωνὸν, ex *Antiphanis* loco apud *Athen.* X, p. 450. F. Sed hoc adiectivum satis adfirmavit *F. L. Abresch.* V. C. Diluc. *Thucyd.* p. 732. — Atque id ipsum hic *Euripidi* positum arbitror hoc modo, Σαφὲς δ' οὔτ' ἔχω, Γεγωνόν τ' ὄπα [*Sonum quidem audio*]. οὔτε δ' ἔχω τὸ σαφὲς, οὔτε ὄπα γεγωνὸν, *sed* neque perspicuum, nec *vocem claram exaudio;* quae *tibi fores adstanti pro-*

pior

pior accidit. *Vocem*, ὄπα quoque dixit *Euripides* paulo post v. 602, Οἵων λόγων ἄῤῥητον εἰσήκουσ᾽ ὄπα. ὄπα ἀξύνετον, in Ionis v. 1204, τὴν ἐναντίαν ὄπα, Helenae v. 1613. — Si quis alterum ὄπα sententiae poterit adaptare, exemplis hoc quoque Tragicorum confirmari poterit. A

Vs. 589. — τὴν κακῶν προμνήστριαν] Adscriptum in Cod. Paris. ἑρμηνεύτριαν B *malorum conciliatricem* et *lenam* anum vocabat Hippolytus. Quae vere bona collaudarent, ἀγαθὰς προμνηστρίας (*bona conciliatrix* dicitur *Lucilio*) dixit *Aspasia* Socratis in *Xenoph.* Ἀπομν. II, p. 439, 10. non enim illic προμνηστρίδας sed προμνηστρίας scripsisse videtur: obstetrices Socrati *Platonis* in Theaet. p. 149. D. προμνήστριαι esse dicuntur δεινόταται. eamdem formam praebent *Aristoph.* Nub. C v. 41. *Thomas M.* in Νυμφεύτρια, et bis terve *Pollux*, qui III, 31, Καὶ Προμνήστριαι μὲν, αἱ συνάγουσαι τὸν γάμον· Σικελιῶται δ᾽ αὐτὰς καλοῦσι προμηθικτρίας. ubi miror non vidisse *Salmasium* legitimam esse formam Doricam, quam praebet Codex *Jungerm.* προμυθικτρίας, a verbo ductam προμυθίξαι. Neminem arbitror abusurum observatis *Moeridis* in Μαθητρὶς et Ὀρχηστρὶς, ad formam in D *Xenophonte* vulgatam defendendam, cui quidem hoc genus probe fuerit perspectum: formas istas vocum in τρια praebent, praeter Grammaticos et recentiores, *Xenophon*, *Platon*, *Aeschylus*, *Euripides*, et *Aristophanes*. — Paulo post in versum 594 voculam τὰ retraxi Codicis auctoritate Paris. — Quam memorat vs. 597 lectionem ex duobus Codd. et Ed. Flor. *Musgravius*, illam genui- E nam arbitror: Φίλως μὲν, οὐ καλῶς δ᾽, ἰωμένη νόσον.

Vs. 598. Πῶς οὖν; τί δράσεις, ὦ παθοῦσ᾽ ἀμήχανα;] Elegans *Piersoni* videbitur coniectura legentis,

Οἶσθ᾽ οὖν τί δράσεις, ὦ π. ἀμήχανα;

quia Phaedra respondet,

Οὐκ οἶδα πλὴν ἕν, κατθανεῖν ὅσον τάχος,
Τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἄκος μόνον·

Hoc modo sibi respondent in *Euripideis* ista, Οἶσθ᾽ οὖν; — Οὐκ οἶδα· Hipp. v. 91, 2. Hec. v. 997, 8. Troas. v. 69, 70. Frequentissimum Οἶσθ᾽ οὖν ὃ δρᾶσον. — Nostris conveniunt in Suppl. v. 932, 33,

Ἀλλ᾽ οἶσθ᾽ ὃ δρᾶν σε βούλομαι τούτων πέρι;
Θ. Οὐκ οἶδα, πλὴν ἕν, σοῖσι πείθεσθαι λόγοις.

conf. Elec. 752. — Hic tamen vulgata, Πῶς οὖν; τί δράσεις; leguntur totidem literis in Hecubae v. 875. in Medeae v. 1376, Πῶς οὖν; τί δράσω; et saepius senarios inchoat illud Πῶς οὖν; Nihilominus ob responsum, Οὐκ οἶδα, videbitur alterum, Οἶσθ᾽ οὖν, accommodatius. Non absurdam praebet in his lectionem, Τί γοῦν, Auctor dramatis Χρ. Πάσχ. qui sic leviter immutatos versus nostros adhibet 609 — 11,

Τί γοῦν, τί δράσεις, ὦ παθοῦσ᾽ ἀμήχανα;
Θ. Οὐκ οἶδα πλὴν τοῦ κατθανεῖν, εἰ μὴ τάχει
Τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἄκος λάβω.

versus illic est 1836, Τί γοῦν, τί δράσω; Φεῦ παθοῦσ᾽ ἀμήχανα. — Euripideae Phaedrae similis illa *Senecae* v. 1188,

O mors amoris una sedamen mali!
O mors pudoris maximum laesi decus!

Vs. 601. Ὦ γαῖα μῆτερ, ἡλίου τ᾽ ἀναπτυχαὶ, Οἵων λόγων ἄῤῥητον εἰσήκουσ᾽ ὄπα.] Hos duo versus Mariam, audita Judae proditione, dicentem facit *Scriptor* Χρ. Π. 266, 7. Hippolytus *Senecae* v. 671,

Magne regnator Deûm,
Tam lentus audis scelera? tam lentus vides?

ubi plura satis aliena sequuntur in hanc sententiam. Octav. v. 247, *In tam nocentem dextra cur cessat tua?* *Statius* Theb. I, 79, *videt ista Deorum Ignavus genitor?* Euripidea propius accedunt verba Chori in Medea v. 1250, et seqq. ubi Cl. *Reiskii* coniecturam *Enniana* p.

208 forte commendabunt. Hic in Editione nostri dramatis prima sedem invenire potuerunt duo versus quos ex Hippolyto servavit *Stobaeus* p. 211, 52. A

Ὦ πότνι' Αἰδὼς, εἴθε, τοῖς πᾶσιν βροτοῖς
Ξυνοῦσα, τἀναίσχυντον ἐξῄρου φρενῶν.

Vs. 604. Οὐκ ἔστ' ἀκούσας δείν' ὅπως σιγήσομαι.] In *Aristoph.* Pacem v. 101, Οὐκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομ', ista *Bergler.* attulit; B plura huius generis *Dawes.* Misc. Crit. p. 281. In *Sophocleis* ex Thyeste apud *Stobaeum* p. 198, 21. *Grot.* p 124,

οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως
Σπουδῆς δικαίας μῶμος ἅπτεταί ποτε,

non ἅπτηται cum *Heathio*, sed scribendum ἅψεται. — Sequenti versu 606, quia δεξιᾶς τ' εὐωλένου dabat Ed. *Ald.* (ut invenit in duobus Codd. *Musgravius* et C in Ed. prima) suspicabatur *Marklandus*, scripsisse forsan *Euripidem*,

Ναὶ πρὸς σὲ γέννυος δεξιᾶς τ' εὐωλένου·

sed hanc vocem in tali formula nusquam legerat vir Clariss. aptiorem aliam non reiicerem: σῆς saltem adiectum arbitror ad implendum defectum duarum literarum, quas sequens syllaba eliserat. Monstrat Hippolyti, ni fallor, respon- D sum, dextram iuvenis adprehendere voluisse vetulam: dixerit itaque,

Ναὶ πρὸς σὲ τῆσδε δεξιᾶς εὐωλένου.

Sic vero loquebantur: Phoen. v. 1659, Ναὶ πρὸς σὲ τῆσδε μητρὸς, cuius aderat in scena cadaver. Iph. in Taur. v. 701, Πρὸς δεξιᾶς σὲ τῆσδ' ἐπισκήπτω. — Helen. v. 1253, Πρὸς νῦν σὲ γονάτων τῶνδ', ἐπείπερ εἶ φίλος. Med. v. 707, Ἀλλ' ἄντομαί σε E τῆσδε πρὸς γενειάδος. Sed in his ἄντομαι· ἱκνοῦμαι· vel ἱκετεύω, nonnunquam additum, saepe supplendum relinquebatur; illinc recto pronomine sic posito, ut legitur nostro versu, et paulo post, Ὦ πρὸς σὲ γονάτων. vid. epigramma *Meleagri*, Clar. *D'Orvillio* vulgatum in *Chariton.* p. 201. in versum ex Phoenissis nonnulla notata sunt. *Per te Deos oro*, dixit et *Terentius* And. III, 3, 6, V, Sc. I, 15. Ut in Herc. Fur. *Seneca* v. 1183, scripsisse quoque videtur Herc. in Oeta v. 475,

Per te sed omne coelitum numen precor.

Vs. 607. Οὐ μὴ προσοίσῃ χεῖρα, μηδ' ἅψῃ πέπλων.] Oblatum ex duobus Codd. recepi προσοίσῃ, pro προσοίσεις. Putat *Heathius*, ex observatione *R. Dawesii* versum corrigendum,

Οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα, μηδ' ἅψεις πέπλων·

Neutrum, opinor, admisisset accuratus formularum Atticarum spectator; non certe, quod ne Graecum quidem, ἅψεις πέπλων· Atticis aliisque ἅπτειν, *ligare*, significabat et *accendere*, prout in versu *Diphili* apud *Athen.* XV, p. 700. D.

— ἅψαντες λύχνον
Λυχνεῖον ἐζητοῦμεν.

Tangere non utique ἅπτειν, sed ἅπτεσθαι dicebatur: hinc ἅψῃ· ut a προσοίσομαι, προσοίσῃ· congruit utrumque *Dawesii* observato p. 222. Scribi tamen etiam poterat προσοίσεις. ut legitur in Bacch. v. 343, Οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα — Μηδ' ἐξομόρξῃ μωρίαν τὴν σὴν ἐμοί. nisi hic quoque προσοίσῃ posuerit, vel sui temporis more προσοίσει. Supra Hipp. v. 213, Οὐ μὴ παρ' ὄχλῳ τάδε γηρύσῃ. Nostro v. 607 vulgata legit *Auctor* Χρ. Πάσχ. dramatis enim versus est 1283,

Μὴ μὴ προσοίσῃς χεῖρα, μηδ' ἅψῃ πέπλων.

— *ne me attiga atque aufer manum*, ex *Turpilii* Leucadia dat *Nonius Marcell.* in v, *Attigat*, et ex Epigonis *Attii*, *cave vestem attiges.* Ad Phaedram *Senecae* Hippolytus v. 704, *Procul impudicos corpore a casto amove Tactus.* — Cuius formae sunt προσοίσῃ· ἅψῃ· γηρύσῃ· eiusdem est in sequenti vs. 608, μηδαμῶς μ' ἐξεργάσῃ. et in Helenae v. 1104, μή μ' ἐξεργάσῃ. *Hesychius* veterem praebet Atticam, Ἐξεργάσει, quam reddidit

edidit per *διαφθερεῖς·* nostrum ibi versum commodum adscripsit *L. Kusterus.*

Vs. 612. Ἡ *γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.*] Haec *Euripidis* sententia diversa hominum iudicia fuit experta. Quam aequales et cives vexarunt, posteri quoque vituperandam censuerunt, illam unus instar omnium laude quadam sua dignatus *Cicero* de Off. III, c. 29, *scite enim*, inquit, *Euripides*,

Juravi lingua; mentem iniuratam gero.

Haec ubi verba posuerat *A. Turnebus* Advers. XXVI, c. IV, „ At hunc, ait, „ Euripidis versum omnes Graeci Scriptores, imprimisque Aristophanes in „ Ranis exagitant et vexant." Qui versum excitarint, Auctores quosdam Graecos indicat *Jo. Davisius* ad *Maximum Tyr.* p. 639. dederat et nonnulla *Barnesius.* — Sententiam primum quod attinet; eximia mihi videtur et vera haec Lucretiae, prout illam suis verbis *Livius* expressit I, c. 58, *corpus est tantum violatum, animus insons.* — infra hanc dicendi maiestatem longe iacent, si vel essent vera, mentientis ista Phaedrae in *Senecae* Hippol. v. 891,

Tentata precibus restiti; ferro ac minis
Non cessit animus; vim tamen corpus tulit.

Est procul dubio dictum pessimum in *Plauti* Rudente V, Sc. I, 68,

Meus arbitratus est, lingua quid iuret mea.

Sed Cydippen hanc decere sententiam,

Ἡ *γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος,*

sapienter iudicavit *Ovidius*, dum Latinis illam facit verbis dicentem Her. Ep. XXI, 135,

Quid tibi nunc prodest iurandi formula iuris,
Linguaque praesentem testificata Deam?
Quae iurat mens est; nil coniuravimus illa.

Vere etiam *Cicero*, l. c. *Quod ita*, scribit, *iuratum est, ut mens conciperet fieri oportere, id servandum est: quod aliter; id si non feceris, nullum est periurium. quod aliter*, nempe vi coactus, iuraveris, id iurato quoque licet non facere: atque in istum sensum *Ciceroni* prolatus *Euripidis* versus laudari potuit; si scilicet ab illo adhiberetur, qui praestare recusaret, quod facturum se coactus praedonibus aliisve iurasset. — B Quod si quis quaerat deceatne haec *Euripidis* Hippolytum sententia, mihi quidem illum hoc inprimis in loco maxime dedecere videtur; neque id, opinor, negasset *Cicero.* Iuratus nutrici promiserat Hippolytus, quodcunque fidei suae committeret, arcano se silentio celaturum; intellecto scelere novercae, quod abominabatur, suam ille poterat damnare temeritatem; C nec mentem tamen gerebat iniuratam, quippe quae concepisset servandum promissum. Sed qui hanc in scena profert sententiam, a verbis ipse suis adeo dissidet, ut atrocissimis se calumniis lacerari maluerit Hippolytus Tragicus, quam lingua iuratam fidem ullo pacto violare: quin imo ab hoc uno vinculo religioso, quo pius se iuvenis obstrictum credidit, pendet D totum drama. Neque est ut quis dicat, verba excidisse indignatione prima commoto, postea mutatum; nam in hac ipsa scena v. 657 iuratum se silentio fatetur obstrictum Hippolytus. Praeterea, ut erant tum mores Atheniensium, vereri debuerat Tragicus, ne ipsi, quos oderat, sycophantae, rabulaeque forenses hac sententia sua saepius abuterentur. E Minime itaque miror censuram, qua *Comicus* illam saepius exagitavit Ran. v. 102, v. 1519, Thesm. v. 282; ad utrumque locum Ranarum in Scholiis versus legitur *Euripidis*, et loco satis alieno in Acharn. v. 397, excitatus etiam *Suidae* in v. Ἀνώμοτος, et in v. Μῶρος ab auctore incerto. — Ob hunc versum a cive quodam suo Tragicus in iudicio impietatis accusatus, tanquam suasor periurii, exceptione fori vi-

videtur hac elapsus criminatione: *Aristoteles* Rhetor. III, p. 146, 25, Εὐριπίδης πρὸς Ὑγιαίνοντα ἐν τῇ Ἀντιδόσει (scribendum puto, πρὸς Ὑγιαίνετον· *adv. Hygiaenetum in Or. de bonorum permutatione*,) κατηγοροῦντα ὡς ἀσεβὴς (f. ἀσεβῆ) ὅς γ' ἐποίησε κελεύων ἐπιορκεῖν·

Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος·

ἔφη γὰρ αὐτὸν ἀδικεῖν, τὰς ἐκ τοῦ Διονυσιακοῦ ἀγῶνος κρίσεις εἰς τὰ δικαστήρια ἄγοντα· ἐκεῖ γὰρ αὐτὸν δεδωκέναι λόγον, ἢ δώσειν εἰ βούλεται κατηγορεῖν. quae hic dici possent nihil facerent ad *Euripidis* versum: vid. *H. Vales.* in *Maussaci* Dissert. p. 204. *Ez. Spanhem.* in *Aristoph.* Ran. v. 102, et v. 797. — In *Menagianis* T. I, p. 148, confunduntur de hoc *Euripidis* versu *Aristoteli* narrata cum iis, quae de *Euripidis* Ixione *Plutarchus* tradidit T. II, p. 19. E. — Quid de hac sententia *Plato* censuerit non obscure colligas ex urbano loco quo facit utentem Socratem in Theaeteto p. 154. D. ἐὰν ἀποκρίνῃ ὅτι ἐστὶν, Εὐριπίδειόν τε ξυμβήσεται· ἡ μὲν γὰρ γλῶττα ἀνέλεγκτος ἡμῖν ἔσται, ἡ δὲ φρὴν οὐκ ἀνέλεγκτος. Huc respicit etiam ista scribens *Plato* in Sympos. p. 199. A. ἡ γλῶττα οὖν ὑπέσχετο, ἡ δὲ φρὴν οὔ et, vocibus φρὴν et γλῶσσα inversis, *Diogenes* in *Luciani* Vit. Auct. T. I, p. 549, ἡ φρήν σοι ἀλγήσει, ἡ δὲ γλῶσσα ἔσται ἀνάλγητος· *Isocratis* discipulum *Cephisodorum* hunc quoque versum inter improba Poëtarum dicta retulisse liquet ex *Athen.* III, p. 122. B. cuius iudicium alii sequuti sunt; *Justinus M.* Apolog. I, p. 67. B. *Basilius M.* II, p. 178. D. *Eustath.* in Il. τ, p. 1239, 16, qui tamen alibi ex Homerico, ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ, dictum *Euripidis* quodammodo tueri voluit in Il. Δ, p. 337, 28.

Vs. 615. ἁμαρτεῖν εἰκὸς ἀνθρώπους, τέκνον.] Literam non spernerem, ἁμαρτεῖν δ' εἰκὸς ἀνθρώπους· quam praebet interiectam versus in dramate Χρ. Π. Σύγγνωθ'· ἁμαρτεῖν δ' εἰκὸς ἄνθρωπον, τέκνον. quo firmatur in hoc versu lectio recepta, cu-
A ius loco dat ἀνθρώποις Cod. Flor. ut infra legitur Hipp. v. 1434,

ἀνθρώποισι δὲ,
Θεῶν διδόντων, εἰκὸς ἐξαμαρτάνειν.

alterum Atticis est usitatius: *Aristoph.* Nub v. 1420, Εἰκὸς δὲ μάλιστα τοὺς γέροντας ἢ νέους τι κλάειν. 1441. vid. *Antiphon* p. 138, 2. *Andocides* p. 1, 33, *Lycurgus* p. 153, 29, emendatus *Jo. Tay-*
B *loro.* — Quod est in vs. 614, Ἀπέπτυσ'· *Euripidi* frequens *Steph. Bergler.* attigit in *Aristoph.* Pacem. v. 527.

Vs. 616. Ὦ Ζεῦ, τί δὴ, κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν, Γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας;] Florilegii sui caput *Stobaeus*, cui titulus Ψόγος γυναικῶν, ut multis Euripideis, his proximis quoque septem versibus ornavit p. 432, 33. Ed. *Grotii* p.
C 309. In his quidem *Euripidis* Hippolytus modum omnem exsuperat, hac tamen in re more hominum facit, ut, ab impudica muliere tentatus, atque affectus iniuria gravissima, non illam tantum, sed totum genus muliebre odio dignum censeat. Ubi monet *Dion Chrys.* illud unicuique maxime odiosum esse, a quo laesus sit, Or. LXXIII, p. 642. A. τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο, inquit, καὶ πρὸς
D ἀνθρώπους πεπόνθασιν οἱ πολλοί. τῷ μὲν (corrigendum, οἱ πολλοί· Ἱππολύτῳ μὲν) ἐκ γυναικός τι συνέβη δεινὸν, οὕτω δὲ κέκραγεν,

Ὦ Ζεῦ, τί δὴ, κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν,
Γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας,

versuum sedes si fuerat *Casaubono* nota, facile fuisset ea ratione, qua dixi, *Hippolyti* nomen restitutum. — Sententias versusque Tragicus adhuit simil-
E limos in Hippol. et Medea: Medeae ῥῆσις est v. 516,

Ὦ Ζεῦ, τί δὴ χρυσοῦ μὲν, ὃς κίβδηλος ᾖ,
Τεκμήρι' ἀνθρώποισιν ὤπασας σαφῆ, etc.

Sententiae, ex Theognidea v. 119, etc. ductae, similis est in Hippol. v. 925, etc. — Versibus qui sequuntur,

Εἰ

Εἰ γὰρ βρότειον ἤθελες σπεῖραι γένος,
Οὐκ ἐκ γυναικῶν χρὴ παρασχέσθαι τόδε·

similes sunt in Med. v. 573, 4,

Χρῆν γὰρ ἄλλοθέν ποθεν βροτοὺς
Παῖδας τεκνοῦσθαι· θῆλυ δ' οὐκ εἶναι γένος.

In hoc genus *Euripides* etiam *Stobaei*,

εἰ δέ του θεῶν
Τόδ' ἐστὶ πλάσμα, δημιουργὸς ὢν κακῶν
Μέγιστος ἴστω, καὶ βροτοῖσι δυσμενής.

Vs. 620. Ἀλλ' ἀντιθέντας τοῖσιν ἐν ναοῖς βροτοὺς Ἢ χρυσὸν, ἢ σίδηρον, ἢ χαλκοῦ βάρος, Παίδων πρίασθαι σπέρμα,] Non multum referebat, hoc ordine voces collocarentur, an, quo vulgantur, Ἢ χαλκὸν, ἢ σίδηρον, ἢ χρυσοῦ βάρος· quia tamen χαλκοῦ βάρος paulo aptius cohaerebant, ordinem praetuli, quo haec exhibebant Codices Flor. et Paris. ex suorum etiam uno sic positas voces enotavit *Musgravius*. Vitiosas dat in his lectiones Editio *Stobaei* prima, Ἀλλ' ἐντιθέντας — et Πόσιν πρίασθαι· quarum haec orta fuit ex vicino quodam versu. — Huc spectant ista *Luciani* in Amoribus T. II, p. 439, ζηλωτὸν μὲν ἦν κατὰ τὸν σοφώτατον Εὐριπίδην, εἰ, δίχα τῆς πρὸς γυναῖκας συνόδου, φοιτῶντες ἐπὶ ἱερὰ καὶ ναοὺς, ἀργύρου καὶ χρυσοῦ τέκνα ὑπὲρ τῆς διαδοχῆς ἐωνούμεθα. — Sequentia *Euripidis*, τοῦ τιμήματος Τῆς ἀξίας ἕκαστον, *pro census amplitudine*, *pro bonorum cuiusque ac facultatum aestimatione*, *Jo. Brodaeus* interpretatus est Miscellan. VI, c. 15.

Vs. 626. — ὄλβον δωμάτων ἐκτίνομεν] Paulo post maritus v. 633 dicitur Δύστηνος, ὄλβον δωμάτων ὑπεξελών· qui versus illic forsan omitti potuerat. Nostro vs. *Jo. Piersonus* corrigendum suspicabatur

ὄλβον δωμάτων ἐκπίνομεν·

Frequens quidem verbum, ἐκτίνειν, etiam apud Tragicos, nusquam significat *expendere*, semper *solvere*: hic vero sententia poscit *effundimus*, *exhaurimus*, vel quid simile: πατρῴαν κτῆσιν Αἴγισθος

A δόμων Ἀντλεῖ· τὰ δ' ἐκχεῖ, *Soph.* El. v. 1304. Usitata sunt optimis scriptoribus, τὸν πατρικὸν πλοῦτον ἐξέχεεν. Λύσωνος οἶκος ἐξήντλητο· χύσιν ἐργάτασθαι τῆς οὐσίας πολλήν. Ut *exedere* et *ebibere*; Graecis in talibus καταφαγεῖν, καταπίνειν et ἐκπίνειν adhibentur: *Terent.* Heaut. III, 1, 53. *Quid te futurum censes, quem assidue exedent: Varro* apud *Nonium* in v. *Occupatus*, *Crede mihi*, *plures dominos servi comederunt*, *quam canes:* B ad *Catulli* XXIX, 23, *devorare patrimonia*, multa notat *Vulpius*. *Horatius* Serm. II. Ecl. III, 122,

Filius aut etiam haec libertus ut ebibat haeres.

Aeschines c. Tim. p. 13, 38, τὴν πατρῴαν οὐσίαν οὐ μόνον κατέφαγεν, ἀλλ', εἰ οἷόν τ' εἰπεῖν, καὶ κατέπιεν. quod hinc adnotavit C *Pollux* VI, 20. *Platonis* Comici versus est apud *Athen.* X, p. 446. E.

Οὐδ' ὅστις αὐτῆς ἐκπίεται τὰ χρήματα.

Ad huius ista tamen loci sententiam non apte respondent.

Vs. 628. Προσθεὶς γὰρ ὁ σπείρας τε καὶ θρέψας πατὴρ Φερνὰς, ἀπῴκισ', ὡς ἀπαλλαχθῇ κακοῦ] Hoc quidem argumentum D levissimum esse monstrat *P. Victorius* V. L. IX, c. XI. — *Musgravius* in duobus invenit Codd. σπείρας τε κἀκθρέψας πατὴρ, et legitur in Medea, οὓς ἔφυσα κἀξεθρεψάμην· alterum vero frequentius occurrit in talibus Tragicorum dictis. — Ubi muliebris sexus mala lamentatur *Eurip.* Med. v. 232,

Ἃς πρῶτα μὲν δεῖ χρημάτων ὑπερβολῇ
E Πόσιν πρίασθαι.

conf. *G. D'Arnaud* Var. Conject. I, c. 26. Pater in *Diphili* comoedia,

Κόρης ἀπαλλαττόμεθα ταμιείου πικροῦ·

versum dat *Stobaeus Grotii* p. 333, et p. 283 insignem ῥῆσιν ex *Sophoclis* Tereo similem querelae in *Eurip.* Medea:

Ὅταν δ' ἐς ἥβην ἐξικώμεθ' εὔφρονες
Ὠθούμεθ' ἔξω καὶ διεμπολώμεθα,
Θεῶν πατρῴων τῶν τε φυσάντων ἄπο·
Αἱ μὲν ξένους πρὸς ἄνδρας, αἱ δὲ βαρβάρους,
Αἱ δ' εἰς ἀληθῆ δώμαθ', αἱ δ' ἐπίῤῥοθα.

Ultimum illud, significans ἐπίψογα, hinc *Hesychio* reddi poterit pro Ἐπιῤῥόθητα· his opposita dicta videntur ἀληθῆ δώμαθ'· aut, quod suspicor, alia vox ibi latet: neque enim hic *Sophocles* dedisse videbitur:

Αἱ δ' εἰς ἀήθη δώμαθ', αἱ δ' ἐπίῤῥοθα.

Medea dixit *Eurip.* v. 238, Εἰς καινὰ δ' ἤθη καὶ νόμους ἀφιγμένην.

Vs. 630 Ὁ δ' αὖ λαβὼν ἀτηρὸν εἰς δόμους φυτὸν] φυτὸν ex Codd. (ad quos, praeter *Scholiasten*, accedit Paris.) recepit *Musgravius*, pro κακόν. hoc mihi videtur in prima dramatis Ed. positum; φυτὸν in secunda, tanquam hic melius, ubi iam quater in vicina mulieres dixerat κακὸν· quo Comicum putabat respexisse *Bergler.* in Thesm. v. 796. Utrumvis auctoritate poterit *Euripidis* adfirmari; nam in Androm. versus est 353,

Οὐδ', εἰ γυναῖκες ἐσμὲν ἀτηρὸν κακόν·

Huc spectant ista in *Prynichi* Apparatu Soph. *MS.* penes Clar. *Ruhnken.* Ἀτηρὸν κακὸν, οἷον ἰταμὸν καὶ βλαβερόν. In *Eurip.* Med. v. 230,

Πάντων, ὅσ' ἔστ' ἔμψυχα, καὶ γνώμην ἔχει,
Γυναῖκες ἐσμὲν ἀθλιώτατον φυτόν.

Hoc non alibi reperietur in Euripideis isto sensu: illinc itaque sumsit, ut *Euripidis* multa, *Theodectes* Tragicus, cuius cum Euripideis ista comparat *Porphyrius Eusebii* Praep. Ev. X, p. 466. D.

Σαφῆς μὲν ἐν βροτοῖσιν ὑμνεῖται λόγος,
Ὡς οὐδέν ἐστιν ἀθλιώτερον φυτὸν
Γυναικός·

eleganter amicum suum Niciam *Theocritus* vocat Χαρίτων ἱμεροφώνων ἱερὸν φυ-
A τὸν, Carm. XXVIII, 7. *Alexis Athenaei* III, p. 123. F.

Εἶτ' οὐ περίεργόν ἐστιν ἄνθρωπος φυτόν;

optime *Grotius*: *Fastidiosa nonne res vere est homo?* vera enim est *D. Heinsii* observatio in Lect. *Theocr.* c. V, p. 310. In *Athenaei* locum *Casaubonus*, Anim. III, c. 36, meminit *Platonis* ho-
B minem esse dicentis φυτὸν οὐράνιον οὐκ ἔγγειον· quod *Platonis* amatoribus placuit, ridet Poëta in *Anthol.* I, c. 81, ep. 1. — Non alibi, quantum recorder, nisi l. c. mulieres vocantur ἀτηρὸν (id est βλαβερὸν) κακὸν, sed *Euripidi* saepe κακὸν, et in Phoenice πάντων ἀγριώτατον κακόν. Non absurde *Susarion*, Comicorum primus,

C Κακὸν γυναῖκες· ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται,
Οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.

Vs. 632. — πέπλοισιν ἐκπονεῖ] Hinc excitat *Eustath.* in Il. Β, p. 128, 48. — ex vs. 634 nonnulla in Il. Ε, p. 435, 19, ἡ Τραγῳδία ἐν τῷ, κηδεύσας καλοῖς γαμβροῖς, τοὺς πενθεροὺς δηλοῖ. Dicitur autem hic κηδεύσας καλοῖς γαμβροῖσι, quem *generum decorant* uxoris egregii *parentes*,
D ut loquitur *Horatius* Carm. II, Od. IV, 14. — In v. 637, πιέζει, *comprimit*, adhibetur quo ferme sensu *Livius* dixit IX, c. 38, 14, *insignem dolorem ingenti comprimi animo*.

Vs. 640. Σοφὴν δὲ μισῶ] Praeter *Grotium* haec et sequentia Latinis numeris reddidit *M. A. Muretus* V. L. VIII, c. 21. — vs. 641, pro χρῆν, recte χρὴ
E *Musgrav.* ex uno Cod. recepit. — vs. 642, pro πανοῦργον, hic forte κακοῦργον posuerat, quod est in Flor. Paris. aliisque Codd. ap. *Musgrav.* ne vocem adhiberet interdum in laude positam: Ὅσια πανουργήσασ' est in *Soph.* Antig. v. 74. — vs. 643 ἀμήχανος γυνὴ quae dicatur monuit *P. Victorius* V. L. IX, c. X. *Eustath.* in Il. Ζ, p. 507, 52, Εὐριπίδης ἀμήχανον γυναῖκα τὴν εὐήθη λέγει, καὶ ἐναντίαν τῇ πολυμηχάνῳ. Talis, a sexu suo di-

diversa, prorsus nescit εὑρεῖν ἐξ ἀμηχάνων πόρον· quae *Aeschyli* phrasis est in Prom. v. 59, *Aristoph.* Eq. v. 756. Ex *Euripidis* Androm. v. 85,

Πολλὰς ἂν εὕροις μηχανὰς, γυνὴ γὰρ εἶ·

ad Hecyram *Terentii Donatus* adhibet II, Sc. I, 17. ex *Attii* servatum Aegistho, — *melius quam viri Callent mulieres.*

Vs. 645. Χρῆν δ' εἰς γυναῖκας πρόσπολον μὲν οὐ περᾶν] In Cod. Paris. legitur χρὴ δ' εἰς γυναῖκα· quorum illud deterius altero; γυναῖκα si darent alii Codd. non reiicerem, etsi sequatur αὐταῖς. Qualem maritus debeat uxori concedere πρόσπολον dixit in Inone *Tragicus* ap. *Stobaeum* p. 483, 31. Cum his comparari poterunt in *Eurip.* Androm. v. 930, v. 944,

οὔποτε
Χρὴ τούςγε νοῦν ἔχοντας, οἷς ἔστιν γυνὴ,
Πρὸς τὴν ἐν οἴκοις ἄλοχον εἰσφοιτᾶν ἐᾶν
Γυναῖκας· αὗται γὰρ διδάσκαλοι κακῶν.

Ex *Dramate* Χρ. Π. v. 543, 4, Andromaches in Troasin verba paulo scribi melius poterunt, quam vulgantur v. 645, 6,

Τούτου πόθον παρεῖσ' ἔμιμνον ἐν δόμοις
Εἴσω μελάθρων· κομψὰ θηλειῶν δ' ἔπη
Οὐκ εἰσεφρούμην.

Vs. 646 Ἄφθογγα δ' αὐταῖς συγκατοικίζειν δάκη Θηρῶν,] Miror δάκη Θήρει' hic potius viro Clar. placuisse, quam δάκη Θηρῶν. prout nobiscum legit *Eustath.* in *Hom.* Il. Γ, p. 324, 36, Δάκος καὶ Δάκετον τὸ θηρίον, οὗ τὸ πλῆρες Δάκετον θηρίον, ὡς δηλοῖ Εὐριπίδης ἐν τῷ· ἄφθογγα δάκη θηρῶν. Quum quaevis etiam θηρία dicantur δάκη, per periphrasin θῆρες ἄφθογγοι hic dicuntur ἄφθογγα δάκη θηρῶν. vid. *Ez. Spanhem.* in *Callim.* h. Dian. v. 84. et *D. Ruhnken.* Epist. Crit. II, p. 17.

Vs. 647. — ἵν' εἶχον μηδὲ προσφωνεῖν τινὰ Μήτ' ἐξ ἐκείνου φθέγμα δέξασθαι πάλιν.] In Cod. Paris. legitur ἵν' εἶχον μήτε π. τ.

A in Flor. μήποτε· in utroque praeterea, nec non in aliis apud *Musgravium*, Μήτ' ἐξ ἐκείνων· atque ita scripsisse mihi videtur Noster, μήτε — Μήτ' ἐξ ἐκείνων φθέγμα δέξασθαι π. saltem alibi domi manentibus λόγον concesserat παρ' οἰκέταις·

Ἔνδον γυναικῶν καὶ παρ' οἰκέταις λόγος·

quem versum *Euripidis* alibi nusquam arbitror legi praeterquam apud *Eustath.*

B in Il. E, p. 429, 52. — Est illud ἵν' εἶχον ex Attico more, quo dicebant ἵν' ἦν· ἵν' ἀνέσπων· ἵν' ἐδόκουν. et similia.

Vs. 653. Ἃ 'γὼ ῥυτοῖς νασμοῖσιν ἐξομόρξομαι,] In *Dramate* Χρ. Π, v. 222 Ἃς, ἣν θέλητε κἀντανῦν (καὶ τανῦν) ξυνιέναι, Αὐτὸς ῥυτοῖς νάμασι ἀπομόρξεται· scriptum olim ex hoc versu, ῥυτοῖς νασμοῖσιν ἐξομόρξεται. Hac structura verbum, Clariss.

C *Ruhnkenio* aliisque tractatum, *Euripides* adhibuit: τρύχει τῶδ' ἐμῶν πέπλων κόρας Δακρύοισι τέγξας ἐξομόρξασθαι θέλω, in Elec. 502. in Herc. v. 1399, et in Bacch. v. 344. Hic notat *abluendo expurgare*, atque ita *scelus expiare:* Hippolytus *Senecae* v. 715,

Quis eluet me Tanais? —
Non ipse toto magnus Oceano pater
Tantum expiarit sceleris.

D *Sophocles* Oed. T. v. 1236,

οἶμαι γὰρ οὔτ' ἂν Ἴστρον, οὔτε Φᾶσιν ἂν
Νίψαι καθαρμῷ τήνδε τὴν στέγην ὅσα
Κεύθει.

— In proximis, — πῶς ἂν οὖν εἴην κακὸς, vulgatam voculam recte tuetur *Barnes.* quam nemo mihi facile persuadebit mutatam voluisse *Scaligerum:* est

E haec formula loquendi de isto genere, quod attigit *R. Dawes.* Miscell. Crit. p. 207. — Optime *Grotius* in Exc. p. 216, *Qui fiam malus, Qui nec, quod audivi ista, me purum puto.*

Vs. 656. Εὖ δ' ἴσθι, τοὐμόν σ' εὐσεβὲς σώζει, γύναι] *Euripidi* familiare vitium σιγματισμοῦ hoc etiam apparet in versu, quem cum duobus seqq. sic immu-

 tavit

tavit *Auctor* dramatis Χρ. Π, v. 200, A

Εὖ γ' ἴσθι, πατρὸς εὐσεβὲς θάλπει γένος·
Εἰ μὴ γὰρ ὅρκοις Ἀβραὰμ ὑπεσχέθη·
Οὐκ ἄν ποτ' ἔσχε μὴ τάδ' ὑπεξιέναι.

in quibus, pro ὑπεσχέθη, forte posuerat ὑπέσχετο· *nisi iureiurando promisisset A.* scribi quoque potuit, κατεσχέθη· dici certe, ὅρκοις κατασχεθεὶς, vel ἐνσχεθεὶς· ἐνίσχεται ὅρκοις est apud *Apollon. Rhod.* IV, 1084.

Vs. 657. Εἰ μὴ γὰρ ὅρκοις θεῶν, ἄφρακτος, εὑρέθην] ᾑρέθην corrigenti *Jo. Piersono*, Verisim. p. 63, adstipulantur *Marklandus*, *Musgravius*, *Reiskius*. Vellem nobis aliquot excitassent ex Atticis scriptoribus loca, quibus ᾑρέθην isto sensu legeretur: neque tamen viris obloquar Eruditissimis: ἐλήφθην in Scholiis aeque ad εὑρέθην scribi potuit, quam ad ᾑρέθην. Vocem ἄφρακτος a vicinis separavi, ne iuvenes in eumdem errorem relaberentur, in quem lapsi sunt nonnulli. Unus illam *Reiskius* recte cepisse videtur, dum haec interpretatur, *Nam si iureiurando circumventus non fuissem, haud armatus adversus insidias.* In ἄφρακτος λείπει τὸ ὤν, ut apud *Thucyd.* III, c. 83, f. in ἄφρακτοι μᾶλλον διεφθείροντο· *Schol*· ἄφρακτοι] λείπει τὸ ὄντες. apud eumdem D III, c. 82, legitur v. 75, εἰ ἴδοι ἄφρακτον, — ἐτιμωρεῖτο· *Schol.* ἀσφαλὲς ἐνόμιζε τὸ ἐπιτίθεσθαι διὰ τὸ ἄφρακτον εὑρεῖν τὸν ἐναντίον τοῦ ὅρκου τῷ θάῤῥει. Saepius vox ista recurrit apud *Thucyd.* sed in istis locis ponitur eodem ferme sensu, quo hic ab *Euripide:* sunt enim illic ἄφρακτοι, qui, dum nihil ab hoste mali suspicantur, sibi non cavent sive armorum munimine, seu alterius rei fiducia. E Hippolytus, sua simplicitate fretus et virtute, nihil sibi metuebat; nihilque mali suspicatus, *incaute* Diis testibus fidem suam obstrinxit Phaedrae Nutrici; atque ita ὅρκοις θεῶν, ἄφρακτος (ὤν,) ᾑρέθη, *dum sibi non cavebat* a vetula, *iureiurando captus est*, tanquam laqueo: nec minus tamen agnovit pius iuvenis,

Esse suam vinctam, numine teste, fidem.

Vs. 659. Νῦν δ' ἐκ δόμων μὲν, ἔς τ' ἂν ᾖ ἔκδημος χθονὸς Θησεὺς, ἄπειμι] In unius literae mutatione non videbatur mihi consensus Codicum exspectandus, quibus Linguae ratio certa semper praevalet: hic itaque pro ἔστ' ἂν ἔκδημος recepi lectionem indicatam *R. Dawesio* Miscell. Crit. p. 340, ἔστ' ἂν ᾖ ἔκδημος· Illud vulgo diceretur ἕως οὗ ἂν ᾖ· vel ἕως ἂν ᾖ· usque *dum fuerit absens Theseus.* B Pro ἕως οὗ, *donec*, ἐς ὅ, Ionice scribentibus ἐς τὸ, Atticis ἔς τε dicebatur: hoc iungi solet indicativi temporibus: ἔς τ' ἂν postulant subiunctivum. *Xenophanes Athen.* IX, p. 368. F.

Ἔς τ' ἂν ἀοιδάων ᾖ γένος Ἑλλαδικῶν.

apud *Philostr.* V. A. VII, c. XL, v. 6. ἔς τ' ἂν ἡ (scribendum ᾖ ἡ) ἀπολογία. C *Xenoph.* Ἑλλ. III, p. 283, 10, ἔς τ' ἂν — λάβῃ τὰ δῶρα· optime *Polyaeno* restituit *Koenius*, ἔστ' ἂν ἴδωσιν, ad *Gregor.* de Dialect. p. 223. *Eurip.* Alc. v. 357. *Aesch.* Prom. V. v. 376, Ἔς τ' ἂν — λωφήσῃ. *Sophocles* El. v. 104, *non desinam querelarum*, ἔς τ' ἂν λεύσσω παμφεγγεῖς ἄστρων ῥιπάς. Pro ὡς ἂν cum *Scaligero* in eius Philoctete scribendum v. 1324,

ἕως ἂν ωὑτὸς ἥλιος
Ταύτῃ μὲν αἴρῃ, τῇδε δ' αὖ δύνῃ πάλιν.

ut in Oed. in Col. v. 114. Tria diversa confudit *Hesychius* in Ἔστ' ἄν. *Photius* Lex. *MS.* Ἐς ἂν (Ἔς τ' ἂν) ἕως ἄν.

Vs. 660. — σῖγα δ' ἕξομεν στόμα] Ex uno Cod. vitiosum enotatur ἕξομαι· Corrigerem libenter σῖγα δ' ἕξω μὲν στόμα· propter sequentia, Θεάσομαι δὲ σὺν πατρὸς μολὼν ποδί· — Pertinet enim τὸ σῖγα non tantum ad proxima, sed et ad Θεάσομαι. Lectionem egregiam σὺν πατρὸς — ποδὶ, pro vulgata σὺν πατρὶ — ποδὶ, debemus *Musgravio*, qui illam in quatuor invenit Codd. et Ed. prima, repertam in Paris. a *T. H.* secundum morem scribendi Euripideum σὺν πατρὸς μολὼν ποδὶ significat *quando cum patre reverso huc rediero*, docente *Marklando* in

in *Eurip.* Suppl. v. 90. *Reiskio* πεδὶ visum fuit in πέδι vel in πάλιν mutandum; πατρὶ tum debuerat in πατέρι converti: reperiuntur quidem apud Tragicos πατέρι· et πέδι· sed neutrum in senariis. — Est in iisdem Suppl. v. 513, Σῖγ', Ἄδραστ', ἔχε στόμα· ut hoc loco, σῖγα δ' ἔξω μὲν στόμα, legiturque σῖγ' ἔχειν, pro σιγᾶν, in *Eurip.* Or. v. 1572, et in *Soph.* Phil. v. 258. — Qui hic sequuntur duo versus sunt in *Dramate* Χρ. Π. 217, et 223. videturque illic etiam, non Πῶς γοῦν, sed scriptum fuisse, Πῶς νιν προσόψει σύ τε καὶ μιαιφόνει· Hic Πῶς notat *quo vultu*, ut supra v. 415. *Ovid.* Her. Ep. VI, 145, *Quo vultu natos, quo me, scelerate videres?* Quae Hippolytus *Euripidis*, Phaedram dicentem facit *Racinius:*

> *Je verrai le témoin de ma flâme adultere,*
> *Observer de quel front j'ose aborder son Pere.*

Vs. 664. Ὄλοισθε· μισῶν δ' οὔποτ' ἐμπλησθήσομαι Γυναῖκας·] Hos quinque ultimos huius scenae senarios velut ex Hippolyto *Stobaeus* retulit ad Tit. 71, p. 431, 37. in Ed. *Grot.* leguntur T. 73. Hac in sede lectos dum non recordabatur, *Barnesius* illos referri passus est ad Hippolyti Καλυπτομένου reliquias p. 475. Ad has referre non absurde potuerat duo versus, qui versibus ex Hippolyto proxime subiiciuntur apud *Stobaeum* p. 433, 4,

> Μισῶ γυναῖκας, ἐκ πασῶν δέ σε πλέον,
> Ἥτις πονηρὰ τἄργ' ἔχουσά γ' εὖ λέγεις.

Parum dubito, quin in Editione prima priores quinque locum invenerint; et rectius, me iudice, fuissent in editione dramatis correcta praetermissi. Forsan etiam omissi fuerunt a Poëta; ab histrionibus autem, vel φιλευριπιδείοις, illinc repetiti. Quidquid dici poterat, et multo plura quam dici debuerant, iam dixerat *Euripides* sub persona Hippolyti, quem decebat e scena abire, dum hunc versum pronunciabat, Τῆς σῆς δὲ

A τόλμης εἴσομαι γεγευμένος. Quod enim ait apud *Senecam* v. 565,

> *Detestor omnes, horreo, fugio, execror:*
> *Sit ratio, sit natura, sit dirus furor;*
> *Odisse placuit:*

illud omne iam noveramus ex praecedentibus; ad odium, quo mulieres prosequebatur, significandum nihil versus B addunt sequentes; qui mihi saltem hoc in loco valde frigidi videntur: Oresten non dedecet in Or. v. 1628, Οὐκ ἂν κάμοιμι τὰς κακὰς κτείνων ἀεί. Sed quale tandem illud Hippolyti, *Nunquam desinam odisse mulieres*, οὐδ' εἴ φησί τίς μ' ἀεὶ λέγειν· quae tribus diversis coniecturis sibi sumsit tentanda vir Clariss. mihi cum *Marklando* κακῶς tantum illic videtur supplendum: *Bergler.* ista compaC rat ad *Aristoph.* Eq. v. 250, Καὶ πανοῦργον, καὶ πανοῦργον· πολλάκις γὰρ αὔτ' ἐρῶ· Καὶ γὰρ οὗτος ἦν πανοῦργος πολλάκις τῆς ἡμέρας. — vicina, Μισῶν δ' οὔ ποτ' ἐμπλησθήσομαι· ad *Aristoph.* Ach. v. 235,

> Ὠ ἐγὼ βάλλων ἐκεῖνον οὐκ ἂν ἐμπλήμην λίθοις·

quae recte recepit *L. Kuster.* formam illic legitimam posuit *R. Dawes.* Miscell. Crit. p. 338. Eâdem forma loquendi D scripsit *Pausanias* IV. p. 290. f. οὔποτε ἐσχήκασι κόρον ἀποτεμνόμενοι τῆς χώρας αἰεί τι ἑκατέρων. Hic eodem sensu scribi potuerat, μισῶν δ' οὔποτε παύσομαι· sive λήξω· seu διαλείψω· id est μισῶν διατελέσω. Ista talia, non Atticis tantum, sed quibusvis usitata, reperiuntur etiam in scriptis Iudaeorum Alexandrinorum: *Jeremiae* XXVIII, 63 recipi debebat ex Alex. Cod. ὅταν παύσῃ ἀναγινώσκων· E quia sic praeter ceteros amat loqui *Jeremiae* interpres, XVII, 8. XX, 7. L. 1. LI, 18. Centenis vicibus sinceram sui Codicis lectionem *Grabius* in marginem reiecit. Sed ista me abducerent ab *Euripide*, — cuius vs. 664 Ὄλλυσθε praebet *Stobaeus*, et versu 666, Ἀεὶ γὰρ οὕτως· sed recta est vulgata, Ἀεὶ γὰρ οὖν πως εἰσὶ κἀκεῖναι κακαί· iunguntur ἀεί πως εἰσὶ, ut in *Aristoph.* Pluto

to v. 256, Ἐγὼ δὲ τούτου τοῦ τρόπου πως A τίς ἀνθρώπων. In v. 12, δυσεκπέρατον εἴμ' ἀεί.

Vs. 669. 1, Τάλανες, ὦ κακοτυχεῖς] Haec antistrophe, respondens strophae v. 362 et seqq. in Cod. Paris. uni Phaedrae tribuitur: versus etiam huius antistrophes 5 et 6 in isto Cod. leguntur, prout ante uno ductu posita separavit *Musgravius*; sic autem tres primi, Τάλανες, ὦ κακοτυχεῖς / Γυναικῶν πότμοι / Τίνα νῦν τέχναν ἔχομεν, ἢ λόγους, / ut in eodem tres primi Strophes: Ἄϊες ὦ, ἔκλυες ὦ / Ἀνήκουστα τᾶς / Τυράννου πάθεα μέλεα θροουμένας. — In vs. 3, λόγους in aliis quoque duobus Codd. invenit *Musgrav.* quod ob τίνα forte fuit a sciolo mutatum: *Eurip.* Phoen. v. 1265, Ἀλλ' εἴ τιν' ἀλκὴν ἢ σοφοὺς ἔχεις λόγους. — In vs. 4, ut *Aldus* edidit, exhibet MS Paris. Σφαλεῖσαι καθ' ἅμμα λύσειν λόγου quod quamvis et in *Schol.* legatur, et infra v. 781, revocare non debebat *Barnesius*, cum Κάθαμμα aeque dicatur ac Περίαμμα· illud etiam praebeant in hoc proverbio *Suidas*, et *Zenobius* Cent. IV, Pr. 46. Κάθαμμα λύεις] Παροιμία ἐπὶ τῶν δυσλυτόν τι λύειν ἐπιχειρούντων attigit uterque nodum Gordium, sive *inexplicabile vinculum*, quod qui solvisset Asia ferebatur potiturus; de illo nodo multa hic prostant in Scholiis, ex quibus unius additione literae tolli poterit, quem adeo *Barnesius* insectatur, error, γέγονε δὲ Ἀλέξανδρος οὐ (pro ὁ) κατὰ τοὺς Εὐριπίδου χρόνους. Potuit dudum ante Tragicus phrasin adhibere, quam vim illa proverbii adipisceretur.

Vs. 672. 5, Ἐτύχομεν δίκας (6) Ἰὼ γᾶ καὶ φῶς,] Pro ὦ scripsi cum *Heathio*, Ἰὼ γᾶ· versus 6 est in Strophe Ἰώ μοι, φεῦ, φεῦ. — Versum 8 dedi, qualis legitur in Cod. Paris. Πᾶς δὲ πῆμα κρύψω, φίλαι; quam scripturam *Marklandus* coniectura fuit adsequutus: ante vulgabatur, Πῶς δὲ κρύψω φίλαι πῆμα. nunc versus suo respondet Strophes 8. — In sequenti 9, pro τίς ἂν βροτῶν perperam scriptum in Flor. et Paris. A τίς ἀνθρώπων. In v. 12, δυσεκπέρατον etiam erat in Paris. ut ex aliis edidit Codd. *Musgravius*, pro δυσεκπέραντον. Ἀπέραντον multo frequentius legitur apud Atticos scriptores quam ἀπέρατον· hoc in *Aristoph.* Nub. v. 3, illud v. 393, δυσπέρατον in *Eurip.* Med. v. 648, ἀπέραντον v. 213.

Vs. 680. Φεῦ, φεῦ, πέπρακται, κοὐ κατώρθωνται τέχναι] Ista, προϊούσης τῆς τροφοῦ κατηφοῦς, ὁ Χορὸς φησὶν, ut recte *Schol.* admonet; nihilque adeo est, cur Nutrici cum viro Doctissimo tribueremus. — Ex iisdem *Scholiis* adfirmari potest lectio Cod. Paris. κοὐ κατώρθωται τέχνη, Δέσποινα, τῆς σῆς προσπόλου· quae genuina videri poterit, altera ex interpretamento orta; nam *Scholiasta*, τὸ δὲ, ait, καὶ οὐ κατώρθωται τέχνη, ἀντὶ τοῦ οὐδὲν τοῦ πράγματος κατώρθωσαν αἱ τέχναι τῆς δούλης.

Vs. 682. Ὦ παγκακίστη, καὶ φίλων διαφθορεῦ,] Quae dominam perdiderat, anus scelerata dici Phaedrae poterat, usitatissimo more, φίλων διαφθορά, *corruptela*: sed exquisitius videbatur, et rarius, διαφθορεῦ, quod hic praebebant duo Codices Flor. (in quo διαφθορεῦ φίλων) et Paris. et hinc sumptum *Conditor* dramatis Χρ. Π. ubi Maria in Iudam v. 347,

Ἔῤῥ' αἰσχροποιὲ, φιλίας διαφθορεῦ.

prius hemistichium est ex *Eurip.* Med. v. 1346, irrisum Laïdi *Machonis* apud *Athen.* XIII, p. 582. D. alterum ex hoc Hippolyti loco, quo vicina quoque derivata sunt. In virilis audaciae feminam Attico quoque more convenit masculinum διαφθορεὺς, adhibitum *Platoni*; et *Dioni Chrys.* Or. 37, p. 463. B. διαβολῆς μὲν ἕνεκα καὶ Σωκράτης εἴη τῶν νέων διαφθορεὺς, καὶ πάντων — ἀνατροπεύς· *Antiphonti* Or. III, p. 116, 28, memoratur ἀνατροπεὺς τοῦ οἴκου. — Nostro versu lectione Codicis Flor. διαφθορεῦ φίλων, Οἵ' εἰργάσω με· hiatus etiam inter versus evitaretur; quod, ubi commode fieri poterat, nonnunquam mihi videbatur *Euripides*

pides studuisse; hoc tantum cogitabam ad Phoen. v. 891, non quod putabat vir Eximius; ubi diversae Codicum essent lectiones, ceteris paribus, illam esse praeferendam, quae tolleret hiatum. Pauca ponam in eam rem exempla: in *Eurip.* Hec. v. 410, 411 vulgatur,

νῦν πανύστατα
Ἀκτῖνα κύκλον θ' ἡλίου προσόψομαι.

melior illic idcirco lectio duorum Codicum videtur Leidensium, πανύστατον Ἀκτ. prout scribitur in Alc. v. 205, ubi duo mihi versus 205, 206, ex Hecuba male videntur collocati. In Or. v. 591, 92, *Apollo terrarum umbilicum*

Ναίων, βροτοῖσι στόμα σαφέστατον νέμει,
Ὧι πειθόμεσθ'.

quia legitur in *MS.* Leid. νέμει σαφέστατον, et apud *Justin. M.* de Mon. p. 40. C. hoc praeferrem: Ναίει — νέμων est apud *Clem. Alex.* p. 65, 15. Ob eamdem rationem in Troasin v. 23, pro θεοῦ Ἥρας melior lectio mihi videtur Cod Flor. θεᾶς Ἥρας. Vel ex his paucis intelligetur, quid velim in similibus: absque Codicibus nihil in talibus tentandum arbitror.

Vs. 683. — Ζεύς σ' ὁ γεννήτωρ ἐμὸς Πρόῤῥιζον ἐκτρίψειεν, οὐτάσας πυρί.] Sic *Musgrav.* edidit ex Codd. Paris. praebet eadem alius quoque Codex: in Flor. erat Ζεύς γ' ὁ γεννήτωρ — ἐκτρίψειέ σ'. Sed prius illud in suo quoque reperiisse *Conditorem* dramatis Χρ. Π. monstrant vss. 341, 2,

Αὐτός σ', ὃν ἐλπὶς παιδὸς εἶναι πατέρα,
Πρόῤῥιζον ἐκτρίψειεν, οὐτάσας πυρί.

Sunt penes me versus aliquot ex Rhesi Prologo nondum editi; memorat in illis Poëta

πόλιν
Πριάμου βίᾳ πρόῤῥιζον ἐκτετριμμένην.

Imitator *Herodoti Pausanias* III, p. 224, 5, ἐκκόψαι προῤῥίζους τὰς Ἀθήνας, *Athenas funditus esse delendas:* quod *Isocrati* in Plataïco p. 302. C. τήν τε πόλιν ἐξανδραποδισθῆναι, καὶ τὴν χώραν ἀνεῖναι μηλόβοτον hinc dictum fuit aliis. *Herodoti* Glaucus VI, P. 479, 1, ἐκτέτριπται πρόῤῥιζος ἐκ Σπάρτης. *Virgil.* Aen. XI, 294, *Euandri totam cum stirpe videbit Procubuisse domum:* ad *Herodoti* quoque locum nonnulla notata sunt; et a *Berglero* in *Ar.* Ran. v. 595.

Vs. 685. Οὐκ εἶπον, οὐ σῆς προὐνοησάμην φρενὸς, Σιγᾶν;] Alibi quidem separatim posita Οὐκ εἶπον accipi possunt quo sensu *Terent.* And. III, 5, 15, *An non dixi hoc esse futurum:* hic vero iungenda sunt Οὐκ εἶπον σιγᾶν· ut recte *Schol.* οὐχὶ, τὸ προπετὲς τῆς διανοίας προνοουμένη, ἐκέλευον σιωπᾶν. Dixerat Phaedra v. 520, Μή μοί τι Θησέως τῶνδε μηνύσῃς τόκῳ. — Haec et proxima sic transtulit in suam Trag. *Auctor* Χρ. Π, v. 197,

Οὐκ εἶπεν, οὐ σῆς προὐνοήσατο φρενὸς,
Σκόπεῖν ἐφ' οἷτι νῦν ἑκὼν ἀλγύνεται;
Σὺ δ' οὐκ ἀνέσχου· τοιγαροῦν γνοίης τάχει.

Vs. 689. Οὗτος γὰρ, ὀργῇ συντεθηγμένος φρένας,] Placet *Jo.* nostri *Piersoni* correctio legentis, νῦν τεθηγμένος· hoc adhibent etiam isto sensu Tragici, compositum alibi forte non invenietur; νῦν hic vim suam habet: *iam ante durus et intractabilis, nunc incitatus* ira Ἐρεῖ καθ' ἡμῶν πατρὶ σὰς ἁμαρτίας· ubi recte σὰς pro τὰς recepit *Musgravius*, quod praebet et Cod. Paris. in quo deest v. 691, Ἐρεῖ δὲ Πιτθεῖ τῷ γέροντι συμφορὰς, et legitur in vs. 692, Πλήσει δὲ — hunc vero, Πλήσει τε πᾶσαν γαῖαν ἐνδόξων λόγων, bis exhibet Trag. Χρ. Π, v. 212, et v. 96 [. Animus *incitatus* ira, odio, vel alia perturbatione, dicitur Poëtis τεθηγμένος· ὀργῇ τεθηγμένον dixit et *Alcidamas*, idcirco notatus *Aristoteli* Rhetor. III, p. 123, 7. *Aeschylus* Sept. c. Theb. v. 721,

Τεθηγμένον τοί μ' οὐκ ἀπαμβλυνεῖς λόγῳ,

Incitatum me verbis certe non mitigabis: mitibus ille verbis opponit τραχεῖς καὶ τεθηγμένους λόγους, Prom. V, v. 308.

va-

variis motibus concitati linguam *γλῶσσαν* A *τεθηγμένην* dixit *Soph.* Aj. v. 585. Eiusdem *Sophoclis* ex perdito dramate fragmentum legitur in *Schol.* ad *Eurip.* Or. v. 490,

> Ὀργὴ γέροντος, ὥστε μαλθακὴ νοτὶς,
> Ἐν χειρὶ θήγει, ἐν τάχει δ' ἀμβλύνεται.

huius vero versus vitium hiatus monstrat, illius vox *νοτὶς*, — forte scribendum, *ὥστε μαλθακὴ κοπὶς* (ut in *Eurip.* B Cycl. v. 240. Elec. 836 etc.)

> Ἐν χειρὶ θήγοις, ἐν τάχει δ' ἀμβλύνεται.

Grotius in *Stob.* de Rer. Nat. p. 141, dedit ista velut *Theodectae*,

> Ἀλλ', ὦ τάλαν Θυέστα, καρτέρει δάκνων
> Ὀργῆς χαλινὸν· (παρακελεύομαι δέ σοι)
> Τιθέμενος εἶν ἄλλοισι μυρίοις·

sed ultima, *Τιθέμενος εἶν*, ex coniectura C sunt *Grotii* non admodum felici: vetus lectio erat, *Τεθηγμένον ἐν* — quam egregie corrigit Clar. *Ruhnkenius:*

> Δεδηγμένον ἐν ἄλλοισι μυρίοις —

Morde frenum irae, quod saepe alias momordisti.

Vs. 696. *Τὸ γὰρ δάκνον σοῦ τὴν διάγνωσιν κρατεῖ.*] His in Cod. Paris. adscriptum D interpretamenti loco, *τὸ λογιστικὸν σοῦ νικᾷ·* velut interpres *Achilles Tatius* II, p. 127, *ἡ ὀργὴ, περιυλακτοῦσα τὴν καρδίαν, ἐπικλύζει τὸν λογισμὸν τῷ τῆς μανίας ἀφρῷ.* — In vs. 697, ad *εἰ δέξῃ*, adscriptum in eodem Cod. *ἀντὶ τοῦ καταδέξῃ.* — Idem vs. 699 ut et Flor. exhibet scriptum, sicut ex MSS. vulgavit *Musgravius*; sic ante editum, *Ζητοῦσά γ' εὗρον φάρμακ' οὐχ ἃ 'βουλόμην.*

Vs. 700. *Εἰ δ' εὖγ' ἔπραξα, κάρτ' ἂν ἐν σοφοῖσιν ἦν.*] *Si vero res mihi bene successisset, valde sapiens reputarer;* *Πρὸς τὰς τύχας γὰρ τὰς φρένας κεκτήμεθα·* *iudicare namque* sive *consilia ponderare solemus ex eventu.* — Neque *ἔπραττον* hic locum invenit, nec *κάρτα γ' ἐν* ex Cod. Paris. Sed, sive legatur,

A *Εἰ δ' εὖ γ' ἔπραξ' ἂν, κάρτα γ' ἐν σοφοῖσιν ἦν,*

seu, prout vulgari solet, nihil arbitror interesse; neque necesse, ut bis hoc in versu vocula scribatur *ἂν* cum *Heathio;* cum semel posita aeque ad *ἦν* referri possit, quam ad *ἔπραξα.* — Sequentem versum *Grotius* reddidit, *Nam mentem habemus singuli ex eventibus.* Quam vita comprobat quotidiana, sententiam istam historici saepe veteres adhibuerunt et oratores; quorum quaedam loca collegit *N. Abramus* in ista *Ciceron.* pro C. Rabir, c. 1, *hoc plerumque facimus, ut consilia eventis ponderemus, et, cui bene quid processerit, multum illum providisse; cui secus, nihil sensisse dicamus;* certe *ducamus.* Phaedra *Senecae* Hipp. v. 598, *Honesta quaedam scelera successus facit.* — In proximo vs. 702, Codex dat Paris. *Ἦ καὶ δίκαια ταῦτα·* mihi vulgata placet, *Ἦ γὰρ δίκαια ταῦτα κἀξαρκοῦντά μοι·* *haeccine iusta, mihique placere possunt?* sunt enim *τὰ ἀρέσκοντα*, sicut supra v. 278, *εἰ τάδ' ἐξαρκεῖ πόσει.* Ad vs. seq. adscriptum in eodem Cod. *ἰσολογεῖν συγχωροῦσαν.* Dicit Phaedra, *Τρώσασαν ἡμᾶς εἶτα συγχωρεῖν λόγοις·* *ut cum tantum mihi vulnus inflixeris, mecum verbis concertares:* *συγχωρεῖν λόγοις* hic idem paene videtur, quod alias dicebatur *ὁμόσε χωρεῖν τοῖς λόγοις.* Non sane quae res vulnus intulerat eadem opem ferre Phaedrae poterat: quamvis *οὐ μόνον, ὡς Εὐριπίδης φησὶ, τὸ Τηλέφου τραῦμα,*

> Πριστοῖσι λόγχης θέλγεται ῥινήμασιν·

ἀλλὰ καὶ τὸν ἐκ φιλοσοφίας ἐμφυόμενον εὐφυέσι νέοις δηγμὸν αὐτὸς ὁ τρώσας λόγος ἰᾶται, *Plutarch.* T. II, p. 46. F. 47. A. quam in rem *Philostrati*, *Luciani*, *Aeliani*, E aliorumque dantur similia.

Vs. 708. *Ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπελθε, καὶ σαυτῆς πέρι φρόντιζ'· ἐγὼ γὰρ τἀμὰ θήσομαι καλῶς.*] Ad Oenonen Phaedra *Racinii:*

> *Vas, laisse moi le soin de mon sort déplorable.*

In *Dramate* Χρ. Π, v. 228, ad proditorem aliquis dixisse fertur:

Ἀλλ'

Ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπιθι, καὶ σαυτοῦ πέρι
Φρόντιζε, τ' αὐτοῦ δ' αὐτὸς εὖ γε θήσεται·
Σὺ δ', ὥσπερ εἰκὸς κατθανῇ κακὸς κακῶς.

Hinc facile quis in eam veniret suspicionem, versuum istorum tertium olim hac in sede lectum, et Phaedram morituram Nutricis mortem praedixisse, dicendo,

Σὺ δ', ὥσπερ εἰκὸς, κατθανῇ κακὴ κακῶς.

Utrum illa sibi manus intulerit, an alio modo perierit, latet; quid enim ista factum sit muliere ne verbo quidem indicavit *Euripides*, propterea iure notatus *R. Brumoeo dans son Theatre des Grecs*, Tom. II, p. 237, 238. Sed versus ille dramatis Christ. 230, Σὺ δ', ὥσπερ etc. sumptus est ex *Eurip.* Medea, ubi Iasoni Medea qua morte periret praedicit v. 1386. — De his formulam, τἀμὰ θήσομαι καλῶς, *meis ipsa rebus recte consulam*; et de rebus Phaedrae loquentis Nutricis verba ex v. 521, ταῦτ' ἐγὼ θήσω καλῶς, *L. Kuster.* attigit de Verb. Med. I, § 47., quarum haec restitui poterit *Maximo Tyrio* Diss. XXV, p. 301, l. 13, τούτῳ δὲ ἐξαρκέσει ἂν καλῶς τὰ ἡμέτερα θῇ· ubi vulgata vox ἔθη variis fuit modis tentata: altera *Philostrato* de V. S. II, p. 622, 7 ἐστάλη ἐς τὴν Ῥώμην, ὡς τὰ ἑαυτοῦ εὖ θησόμενος. a vicinis literis vocula εὖ fuerat elisa, quam adhibet et in ista formula *Philostratus* de V. A. VII, p. 316, 18, VIII, p. 352, 13. Formulam suo more tractavit in *Lucian. T. II.* p. 485, 486.

Vs. 712. Σιγῇ καλύπτειν, ἃ 'νθάδ' εἰσηκούσατε] Pro καλύψαθ' ex uno Cod. *Musgravius* recepit καλύπτειν, inventum et in Flor. duo praebent καλύψειν· utrum probetur parum refert. Ad chorum *Euripidis* Medea v. 259, Τοσοῦτον οὖν σου τυγχάνειν βουλήσομαι, — 263, Σιγᾶν· Ex *Sophoclis* Phaedra *Stobaeus* hos duo quoque versus servavit p. 439, 48,

Σύγγνωτε, κἀνάσχεσθε σιγῶσαι· τὸ γὰρ
Γυναιξὶν αἰσχρὸν ἐν γυναιξὶ χρὴ στέγειν.

A Ut Medeae mulieres Corinthiae, Phaedrae commissa se celaturas arcana pollicentur Troezeniae:

Ὄμνυμι σεμνὴν Ἄρτεμιν Διὸς κόρην,
Μηδὲν κακῶν σῶν ἐς φάος δεῖξειν ποτέ.

legitur illic in duobus Codd. Flor. et Paris. δεῖξαι· — *Scholiastes*, ὀμνύουσιν, inquit, οἰκονομικῶς· λύοιτο γὰρ ἂν τὰ τῆς ὑποθέσεως. *ex fabulae dispositione iurant,*
B *cuius alioquin argumentum periisset Poëtae;* pendet enim ab hoc quoque silentio fabula. Duo sunt de choro *Horatii* praecepta; *Ille teget commissa;* alterum, *Ille bonis faveat:* quorum hoc in Hippolyti quoque choro violavit *Euripides.* Aliud peccatum Poëtae excusare nititur *Brumoeus* Theatri G. T. II, p. 239. et seqq.

C Vs. 715. Καλῶς ἔλεξας] Usitatissimam *Euripidi* formulam ex Flor. Cod. restitui, pro Καλῶς ἐλέξαθ'· saepe sic, ut notum, Chorum alloquuntur personae Tragicae numero singulari: Καλῶς ἔλεξας legitur in *Euripidis* Hec. v. 1006. Or. v. 899. Alc. v. 1104. Iph. in Aul. v. 829. in Taur. v. 597, 766, 909, Bacch. v. 951. Heracl. v. 726. Hel. v. 140, 157. Ion. v. 648. Elec. v. 639. in *Sophoclis* Aj.
D v. 94. Illud ipsum tres Codices exhibent in *Eurip.* Or. v. 110, pro Ὀρθῶς ἔλεξας· quod paulo ante illic positum v. 100, in Ion. v. 745, et in *Soph.* Phil. v. 341. praebet et in Rheso, v. 327, Cod. Flor. — In proximis alii Codd. apud *Musgrav.* exhibent ἓν δὲ προστρέπουσ' ἐγὼ, *unum illud obsecrans ut facias*, Εὕρημα δή τι (δῆτα MSS. Flor. et Paris.) τῆσδε συμφορᾶς ἔχω· quae *Schol.* non ma-
E le accipit ἓν μόνον ἴαμα τῆς συμφορᾶς εὗρον. supra iam dixerat v. 600, (ἓν οἶδα) τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἄκος μόνον.

Vs. 718. Αὐτὴ δ' ὄνασθαι πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα] Praecesserat, Ὥστ' εὐκλεᾶ μὲν — sequi debebat, Αὐτὴ δ' ὄνασθαι· constans usus hic iterum praevaluit Codicibus, in quibus erat Αὐτή τ' ὄνασθαι. — Ex hoc versu τὰ νῦν πεπτωκότα

comparari debent cum phrasi v. 719, *τἀμὰ θήσομαι καλῶς.* Quando, quod maxime opus erat, non ceciderat, illud quod ceciderat forte, vitae suae iactura corrigere constituit Phaedra, atque ita velut *ἑτέρῳ βόλῳ τὴν πρὶν ἀστοχίαν θεραπεῦσαι*, ut proprie loquutus est *Lucian.* in Amor. T. II, p. 415. Tesserarum ludum procul dubio hic respexit *Euripides*, a quo forte primus istas ad vitam quotidianam formulas transtulit *Plato* de Rep. X, p. 604. C. *βουλεύεσθαι περὶ τὸ γεγονὸς, καὶ, ὥσπερ ἐν πτώσει κύβων, πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ αὑτοῦ πράγματα, ὅπῃ ὁ λόγος αἱρεῖ βέλτιστ' ἂν ἔχειν — (καὶ) ἀεὶ ἐθίζειν τὴν ψυχὴν ὅτι τάχιστα γίγνεσθαι πρὸς τὸ ἰᾶσθαί τε καὶ ἐπανορθοῦν τὸ πεσόν τε καὶ νοσῆσαν.* conf. *Th. Gataker.* A. M. P. c. XXIX, p. 741. et *T. H.* in *Lucian.* p. 486. 6. Sua *Terentius* sumsisse videtur ex *Alexidis* loco, cuius nobis initium servavit *Stobaeus* p. 560, 15,

Τοιοῦτο τὸ ζῆν ἐστιν, ὥσπερ οἱ κύβοι·
Οὐ ταὔτ' ἀεὶ πίπτουσιν.

Vs. 723. *Θανεῖν· ὅπως δὲ, τοῦτ' ἐγὼ βουλεύσομαι.*] Recte *Canteri* correctionem recepit *Barnes.* pro vitiosis, *ὅπως δ' ἐγὼ τοῦτο·* prout ille coniecerat, legitur in Flor. Paris. aliisque Codd. *Senecae* Phaedra Hipp. v. 258,

Decreta mors est; quaeritur fati genus:
Laqueone vitam finiam etc.

quae rectius omisisset, non nutrici narranda sed soli Phaedrae exigenda. In Oed. *Senecae* Iocasta v. 1031, *mors placet: mortis via Quaeratur. Virgilii* Dido

ubi concepit furias, evicta dolore,
Decrevitque mori; tempus secum ipsa
modumque
Exigit,

Aen. IV, 475. voce *ὅπως* *modus* significatur: *Aristophanes* Eq. v, 80

Κράτιστον οὖν νῷν ἀποθανεῖν· ἀλλὰ σκόπει
Ὅπως ἂν ἀποθάνωμεν ἀνδρικώτατα.

In *Eurip.* Medea v. 1134, pro *Λέξον δὲ πῶς ὤλοντο.* scribendum ex Cod. Flor.

Λέξον δ' ὅπως ὤλοντο.

Sequentis versus formula *Εὔφημος ἴσθι* latet apud *Ammonium* Grammaticum in *Ἴσθι* p. 76. Nec Tragicus fuit neque Comicus *Euphemus* dictus: Auctorum indice nomen illud eiiciatur, et restituatur *Ammonio* Tragici, forsan *Euripidis*, senarius:

Εὔφημος ἴσθι μοῦνον ἐξορμωμένη.

Vs. 724. — *Καὶ σύγ' εὖ με νουθέτει.*] *Marklando* scribendum videtur *νουθετεῖς·* sive *μή με νουθέτει.* *Heathio* servandum quod vulgatur, *Scholiastae* certe lectum: *non instar nutricis*, *ἀλλὰ πρὸς τὸ χρηστὸν εὖ με νουθέτει.* — Paulo post vs. 727, ex Cod. Flor. scripsi, *πικροῦ δ' ἔρωτος ἡσσηθήσομαι·* pro forma vulgata *ἡττηθήσομαι.* Attica quidem; nec veteris tamen Atticismi: *Thucydides* et Tragici scribere solent, instar similium, *ἡσσᾶσθαι·* quod, recte scriptum, eadem elliptica structura praebet *Thucyd.* p. 203, 91. p. 275, 84, 470, 79. *Euripides* Hec. v. 1259. Alc. v. 697. Autol. v. 15. aliquoties etiam *Sophocles.*

Vs. 728. *Ἀτὰρ κακόν γε χ' ἀτέρῳ γενήσομαι Θανοῦσ',*] Vera sunt sine dubio quae scribit *Heliodorus* VIII p. 374, *ἀπελπισθεὶς ὁ ἔρως οὐδεμίαν ἔχει φειδὼ τοῦ ἐρωμένου.* et p. 400, *οὕτως ἡδύ τισι καὶ τὸ ἀπόλλυσθαι, ὅταν συμβαίνῃ τοῖς ἐχθροῖς ἐπαπόλλυσθαι.* Phaedra *Senecae*, Hipp. v. 721,

Regeramus ipsi crimen, atque ultro
impiam
Venerem arguamus; scelere velandum
est scelus.

Rufinus *Claudii* II, 166,

Haec cervix non sola cadet: miscebi-
tur alter
Sanguis, nec Stygias ferar incomitatus
ad umbras,
Nec mea securus ridebit funera victor.

quae

quae forte scripserit Poëta Latinus, memor Euripideae Phaedrae. Habent cum his quandam convenientiam, diversi tamen Creusae versus in *Eurip.* Ione 1311,

Λυπήσομέν τιν', ὧν (f. οὗ) λελυπήμεσθ' ὕπο.

et Haemonis in *Sophoclis* Antig. v. 762,

Ἥδ' οὖν θανεῖται, καὶ θανοῦσ' ὀλεῖ τινά.

Nostro versu Codices Flor. et Paris. θατέρῳ praebent: mihi praestare videtur καὶ ἑτέρῳ, more, his solemni, contractum in χ' ἁτέρῳ. In Danaës Fragm. v. 17, vidit *Heathius* scribendum,

Ὃς τῆσδέ γ' ἄρξει χ' ἁτέρας πολλῆς χθονός,

pro θατέρας. Melanipp. v. 70,

Πέπονθας οἷα χ' ἅτεροι πολλοὶ βροτῶν.

conf. Suppl. v. 572. Elec. v. 1038. et scribe ad istam rationem *Comici* versum in *Stob. Grotii* p. 43,

Πολλῶν σφόδρ' ὄντων χ' ἁτέρων ἐν τῷ βίῳ.

Vs. 732. Ἠλιβάτοις ὑπὸ κευθμῶσι γενοίμαν,] *Etymologus* in Ἠλίβατος excitat *Euripidis* Hippolyto, Ἠλιβάτοις κευθμῶσι, p. 427, 50. — Initium huius strophes spectabant probabiliter etiam *Aristophanis* in Av. ista v. 1337,

Γενοίμαν αἰετὸς ὑψιπέτας
Ὡς ἂν ποταθείην ἀτρυγέτου
Γλαυκᾶς ἐπ' οἶδμα λίμνας.

quorum similia forte fuerint in Oenomao *Sophoclis*, in *Scholiis* illic memorati, ubi haec Euripidea recte *Bergler.* attulit: Ἵνα με πτεροῦσσαν ὄρνιν Θεὸς ἐν ποταναῖς Ἀγέλαισιν θείη· in quibus ἐν πταναῖς Ἀγέλαισιν dedit ex Codd. *Musgravius*, quod hic versui convenit; et ubique πτανὸς et πτηνὸς adhibentur *Euripidi*, qui rarius illud ποτανὸς bis terve posuit. — Vs. 6, et 7, strophes et antistrophes leguntur in Cod. Paris. quales edidit *Musgrav.* Vs. 8 vulgabatur Ἔνθα πόρφυρον σαλάσσουσιν· πορφύρεον erat in Paris. Flor. aliisque Codd. *Musgr.* *Marklandus*,

A *Heathio* probante, restituit, Ἔνθα τε πορφύρεον σταλάσσου | σ' εἰς — quod una duntaxat litera mutata recepi. — Vs. 9, Τάλαιναι, ut in aliis, erat et in Flor. Vs. 10, Κοῦραι in Paris. Vs. 11, ἠλεκτροφαεῖς in Flor. — Huc mihi quoque spectasse *Plinius* videtur H. N. XXXVII, c. 2, *Euripidis* et aliorum errorem ex *orbis* excusans *ignorantia*: comparavit ad ista haec Euripidea *Victo-*
B *rius* V. L. XXV, c. IV. Veterum, Poëtarum praesertim, de Eridano errores, et fluminis, *a quo succinum in Graeciam deferebatur*, verum nomen situmque demonstravit *Philipp. Cluverius* Germ. Ant. III, p. 634 et seqq., p. 691, citatus praeter ceteros *P. Wesselingio* ad *Herod.* III, c. 115. Recte statuit *Victorius Euripidem* fabulam aetate sua pervulgatam fuisse persequutum,
C Poëtis certe quibusvis decantatam: *Apollon. Rhod.* IV, 596 etc. *Dionys. Perieg.* v. 290. *Ovid.* Met. II, 364,

Inde fluunt lacrymae, stillataque sole rigescunt
De ramis Electra novis, quae lucidus amnis
Excipit.

Valer. Flacc. V, 430. *Claudian.* de III
D Cons. Honor. v. 125 etc. *Nemesian.* Cyneg. v. 37. *Eubulus Athenaei* XIII, p. 568. F. οἵας Ἠριδανὸς ἁγνοῖς ὕδασι κηπεύει κόρας. conf. *Jo. Matth. Gesneri* de Electro veterum Dissert. inserta Commentariis Societ. Reg. Gotting. T. III, p. 72.

Vs. 742. Ἑσπερίδων δ' ἐπὶ μηλόσπορον ἀκτὰν Ἀνύσαιμι τᾶν ἀοιδᾶν] Hesperides
E Nymphae, sive Atlantis seu cuiuscunque filiae, non certe Iovis et Themidis *Pherecydae* dictae, quod hic traditur in *Scholiis*, et falsum esse liquet ex istius historiae Pherecydéae, quam sequutus est *Apollodor.* II, p. 103, enarratore *Schol.* *Apollon. Rhod.* IV, 1396, Hesperides Nymphae (de quarum nominibus egit Ill. *N. Heins.* in *Ovid.* XI Met. v. 114.) hic minime vulgari titulo ornantur τᾶν ἀοι-

ἀοιδᾶν· et in *Eurip.* Herc. Fur. v. 394. Hercules

> Ὑμνῳδούς τε κόρας
> Ἤλυθεν ἑσπέριον ἐς αὐλὰν,
> Χρυσέων πετάλων ἄπο μηλοφόρον
> Χερὶ καρπὸν ἀμέρξων.

sed et apud *Apollon.* IV, 1399, circa arborem auriferam, et *divitis horti* (*Manil.* V, 76) vigilem custodem,

> νύμφαι
> Ἑσπερίδες ποίπνυον ἐφίμερον ἀείδουσαι.

Diversimode fabulam de aureis Hesperidum μήλοις explicant *Palaeph.* π. Ἀ. c. XIX, *Juba* apud *Athen.* III, p. 83. C. hinc ap. *Eustath.* Od. H, p. 274, 48. et doctus *Sriptor* Homil. *Clement.* IV, 15, ubi ἐπίσταται in ἐπισπᾶται commutandum est.

Vs. 744. Ἵν' ὁ ποντομέδων Πορφυρέας λίμνας Ναύταις οὐκ ἔθ' ὁδὸν νέμει Σεμνὸν τέρμονα ναίων Οὐρανοῦ τὸν Ἄτλας ἔχει] Ultimo verbo, βαστάζει legitur adscriptum in Cod. Paris. *Virgilius* Aen. IV, 480,

> *Oceani finem iuxta, solemque cadentem,*
> *Ultimus Aethiopum locus est, ubi maximus Atlas*
> *Axem humero torquet:*

VI, 796,

> *Jacet extra sidera tellus*
> *Extra anni solisque vias, ubi coelifer Atlas*
> *Axem humero torquet.*

Eam in rem multa prostant. In his Euripideis formam Doricam λίμνας ex Cod. posui Paris. ex hoc Cod. et Flor. (τέρμον' ἀναίων *Is. Vossio* recte mutatum in τέρμονα ναίων·)

> Σεμνὸν τέρμονα ναίων,

pro vulgato Σ. τ. κυρῶν. sed ναίων in tribus etiam Codd. invenit *Musgravius*, in uno velut variam lectionem adscriptum κυρῶν sive κύρων. hoc κύρων adprobat *Heathius*, fassus tamen verbum illud se secundo tertioque, nusquam alibi legisse

A quarto casui iunctum. Quinimo si hic positum ab *Euripide* fuit rarius hoc sensu κύρων, scribi, nisi fallor, debuit,

> Σεμνῷ τέρμονι κύρων·
> Οὐρανοῦ·

atque ita suspicor *Aeschyli* imitatione primum scripsisse *Euripidem*, in secunda Ed., more sui temporis loquutum, ea dedisse quae posui,

B

> Σεμνὸν τέρμονα ναίων·

hic autem evenisse, quod supra v. 80, et alibi, ut pars prioris lectionis ad nos usque pervenerit. *Coeli venerando termino vicinus*, sive *coelo conterminus*, Aeschylea phrasi dici potuit Σεμνῷ τέρμονι κύρων Οὐρανοῦ. *Callim.* h. Cerer. v. 38,

> Ἧς δέ τις αἴγειρος, μέγα δένδρεον, αἰθέρι κῦρον

C attigit ex omnibus una tantum *A. Fabri*, vertitque, *in coelum penetrans:* dixit et *Virgilius*, *coelo capita alta ferentes:* — *coeloque educere iussit.* apud *Apollon. Rhod.* II, 363, ἄκρη τὶς, — ἀμπέλαγος τετραμμένη, αἰθέρι κύρει· *Schol.* interpretatur προσπελάζει. L. IV, 945, (πέτραι) κρημνοῖς ἐναλίγκιαι ἠέρι κῦρον. In multis permutantur εἶναι· τυγχάνειν· κύρειν· ναίειν. Nihil arbitror interesse, di-
D caturne quis αἰθέρι κύρων· an αἰθέρι ναίων· αἰθέρι κεῖσθαι Pleiades dicebantur *Lamprocli* apud *Athen.* XI, p. 491. C. nec *durius* videri debuit in *Callim.* h. Dian. v. 20, Οὔρεσιν οἰκήσω· cuius generis sunt apud *Callim.* plura. — Sed *Euripides Aeschylum* habebat in hac locutione praeeuntem: Tantali Tragici versus aliquot praebet *Plutarchus* de Exil. p.
E 603, A.

> Θυμὸς δέ ποθ' ἁμὸς, οὐρανῷ κύρων ἄνω,
> Ἔραζε πίπτει, καί με προσφωνεῖ τάδε,
> Γίνωσκε τἀνθρώπεια μὴ σέβειν ἄγαν.

Ista quando dicuntur apud *Plutarchum* partem orationis fecisse, qua dixerat praeter cetera Tantalus,

> Σπείρω δ' ἄρουραν δώδεχ' ἡμερῶν ὁδόν·

di-

discimus ex *Strabone*, fine L. XII, versus istos ex *Aeschyli* Niobe petitos, et a Tragico Tantalo pronunciatos paulo postquam a *Strabone* servatos dixisset: hos nihil vetat duabus a me coniecturis tentatos hic adponere:

Σπείρω δ' ἄρουραν δώδεκ' ἡμερῶν ὁδὸν,
Βερέκυντα χῶρον· ἔνθ' Ἀνδραστείας ἕδος
Ἴδης ἐνὶ κνημοῖσι, καὶ βρυχήμασιν
Ὀργᾶσι μήλων πᾶν [δ' ὀρεχθέει] πέδον.

In his ὀρεχθέει, quod minime placet, imputandum est *Casaubono*: Ἴδης ἐνὶ κνημοῖσι, scripsi, pro Ἴδης μυκηθμοῖσιν· et Ὀργᾶσι, pro Ἕρπουσι· hic ista commode firmari nequeunt.

Vs. 750. Ἵν' ὀλβιόδωρος αὔξει ζαθέα χθὼν εὐδαιμονίαν θεοῖς] Pro ἄξει scribentis αὔξει, *Canteri* coniecturam firmarunt Codices adhibiti *Musgravio*, qui vulgatum ὀλβιόδωρος etiam habuisse videntur. In Parisino quod legitur Ἵνα βιόδωρος αὔξει si paululum adiuves, lectionem dabit spectabilem,

Ἵν' ἁ βιόδωρος αὔξει etc.

Est certe βιόδωρος, aeque ac Homericum Ζείδωρος, aptum epitheton *telluri*, Grammaticis etiam ad hoc interpretandum adhibitum, et *Sophocli* in Phil. v. 1160, Ὅσα πέμπει βιόδωρος αἶα. Neque hoc alteri non praeponerem, si hic ageret de terra Poëta, quam homines incolimus *fruges consumere nati*; sed de tellure loquitur velut extra hunc orbem iacente circa hortum Hesperidum, ubi Nectaris affatim erat atque Ambrosiae: hic idcirco caute posuisse videtur ὀλβιόδωρος — ζαθέα χθὼν· ut intelligeretur Diis immortalibus τελείαν εὐδαιμονίαν διδοῦσα. Secundum *Ammonium* Ὄλβιος dicendus ὁ τελείαν τὴν εὐδαιμονίαν ἔχων. In *Eurip.* Medeae v. 1228, 1230, suspicor veram nobis lectionem servasse *Gregorium Nazianz.* qui dicitur, et sic primum versus istos *Euripidi* scriptos:

Θνητῶν γὰρ οὐδείς ἐστιν εὐδαίμων φύσει·
Ὄλβου δ' ἐπιῤῥυέντος, εὐτυχέστερος
Ἄλλου γένοιτ' ἂν ἄλλος, Ὄλβιος δ' ἂν οὔ.

A vulgatur in his εὐδαίμων ἀνὴρ, et εὐδαίμων δ' ἂν οὔ.

Vs. 752. Ὦ λευκόπτερε Κρησία Πορθμίς] Hinc *Eustathius* attigit in *Dionys.* Periegesin, v. 80, Κρησίαν πορθμίδα, ἤγουν πλοῖον Κρητικόν. In Troasin v. 944, Κρησίαν χθόνα, paulo post memorat Κρησίαν γᾶν. praeter haec alia *Davisius* attulit in *Max. Tyr.* p. 636, ad istam formam B adfirmandam; quorum memores Latinorum Poëtarum Editores *Cresia* rectius, me iudice, semper scripserint quam *Cressia*. — Scribi quoque potuit in proximis ἃ διὰ ποντίου Κῦμ' ἁλίκτυπον ἅλμας Ἐπόρευσας — id esset διὰ κῦμ' ἁλίκτυπον ἅλμης ποντίου· *marinae salsuginis*, Attico more pro ποντίας. — In huius strophes v. 4, ἀμὰν, pro ἐμὰν legitur in Flor. scribique potuit Ἐπόρευσας ἄνασσαν C ἀμὰν Ὀ. — Versus strophes et antistrophes 9, 10, 11, disposui, scripsi decimum, prout legebantur in Cod. Paris. Primum illorum, nempe 9, scripsit eodem modo *Heathius* in Corrigendis in notis ad *Euripidem*: in decimo, omissa praepositione ἐπ', ἀκταῖσιν exhibent tres etiam Codd. apud *Musgravium*. — Horum duodecimum, Ἐπ' ἀπείρου τε γᾶς ἔβασαν· respicit *Eustath.* in Il. Γ, D p. 324, 38, excitans Euripideis τὸ, ἐπ' ἀπείρου γᾶς ἔβα, τουτέστιν ὡρμίσθη. Idem in Il. Η, p. 568, 19, ἰστέον, ait, ὅτι γῆν λέγει ἀπείρονα (*Homerus* v. 446) ἀντὶ τοῦ ἄπειρον, ὡς Εὐριπίδης ἐν Φαίδρᾳ φησί. — Vs. 9 Flor. Paris. et Codd. *Musgravii* praebent Ἔπτατ' ἐπὶ κλεινὰς Ἀθήνας· — Quod sequitur Μουνυχίου δ' ἀκταῖσιν ἐκ|δήσαντο πλεκτὰς πεισμάτων ἀρχὰς, in his ultima *tortas funium extremitates* interE pretatur *Marklandus*: ad *Herodotum* attigi p. 308. *Aelianus* de N. A. XIV, c. 25, τῆς μηρίνθου στερεᾶς οὔσης καὶ ἀγανακτικῆς (f. leg. ἄγαν ἑλκτικῆς· ut XVII. c. 6. εὖ μάλα ἑλκτικαῖς) τὴν μὲν ἀρχὴν ἐξῆψε μέσου τῶν ζώων τοῦ ζυγοῦ. His in *Scholiis* ad Hippol. in v. 676, Alexander οὐκ ἠδύνατο εὑρεῖν τὴν ἀρχὴν τοῦ δεσμοῦ ποῦ κατέκειτο· de eadem re *Arrianus*, δεσμοῦ οὔτε ἀρχὴ οὔτε τέλος ἐφαίνετο· *Curtius* III, c. 1, 17, un-

unde nexus inciperet, *quove se conderet*, A *nec ratione nec visu percipi* poterat. *Justinus* XI, c. VII, 16, *cum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset.* — Ἀκταῖς ἐκδήσασθαι πείσματα, dicitur alibi, ἀκταῖς δῆσαι· ἀνάψαι et ἀνάψασθαι· *Apollon. Rhod.* II, 177, γαίῃ Βιθυνίδι πείσματ' ἀνῆψαν. v. 462, πείσματ' ἀνάψασθαι — γαίῃ IV, 244, πρυμνήσια νηὸς ἔδησαν Παφλαγόνων ἀκταῖσι· quod tentari non debebat. *Horatius* Carm. B I. Od. 32, 7, *religarat udo Litore navem.* *Virgil.* Aen. VII, 106, *Gramineo ripae religavit ab aggere classem.* *Ovid.* Met. XIII, 439, *Litore Threïcio classem religarat Atrides.* *Seneca* Med. v. 612, *Barbara funem religavit ora.* Conveniunt quodammodo cum his Euripideis ista *Catulli* Carm. LXIII, 171, *Utinam ne tempore primo Gnosia Cecropiae tetigissent litora puppes, nec — Perfidus* C *in Cretam religasset navita funem.*

Vs. 767. Χαλεπᾷ δ' ὑπέραντλος οὖσα Συμφορᾷ] Hanc tralationis verecundiam laudat *T. Hemst.* in *Luciani* Timon. p. 109, qua Phaedra dicitur, *gravi pressa ac tantum non mersa calamitate*, *sic ut nullae resistendi vires ultra suppetant.* — In vs. 771, pro δέρᾳ, *Marklandi* recepi δείρᾳ. — Versus ultimos con- D stituit hoc modo Clar. *Heathius* in Corrigendis; strophes quidem, (9) Ἔπτατο κλεινὰς Ἀθήνας (10) Μουνυχίου δ' ἐπ' ἀκταῖς (11) Πλεκτὰς ἐξεδήσαντο (12) Πεισμάτων ἀρχὰς (13) Ἐπ' ἀπείρου τε γᾶς ἔβασαν. antistrophes autem versus, (9) Δαίμονα στυγνὸν καταιδεσ (10) θεῖσα, τάν τ' εὔδοξον (11) Ἀνθαιρουμένα φάμαν (12) Ἀπαλλάσσουσα (13) Τἀλγεινὸν φρενῶν ἔρωτα. In Editionibus sic ante vulgabantur: (9) E Ἔπτατο κλεινὰς Ἀθήνας, Μου- (10) νυχίου δ' ἐπ' ἀκταῖς ἐκδήσαντο (11) Πλεκτὰς πεισμάτων ἀρχὰς — (9) Δαίμονα στυγνὸν καταιδεσθεῖ- (10) σα, τάν τ' εὔδοξον ἀνθαιρουμένα (11) φάμαν ἀπαλλάσσουσα: Antistrophes decimum corrigebat *Marklandus* legendo, σὲ τὰν εὔδοξόν θ' αἱρουμένα, vel ἔνδοξον. Εὔδοξον hinc attigit Cl. *Salkertus* in *Thom. M.* p. 343.

Vs. 776. Ἰοὺ, Ἰού.] His ex Paris. Cod. praefixi personam Ἐξαγγέλου· Dicebatur secundum *Ammonium* in Ἄγγελος. — Ἐξάγγελος, ὁ τὰ ἔνδοθεν τοῖς ἔξω διαγγέλλων. Spectatorum oculis non subiicienda, intus gesta qui narrabant in scena, Tragicis dicti sunt Ἐξάγγελοι· hos in scenam produxisse dicitur *Aeschylus Philostrato* de V. S. I, p. 492. Talis prodit in *Soph.* Antig. mortem Eurydices narraturus v. 1289. in Oed. T. mortem Jocastae v. 1232. In eumdem sensum ἐξάγγελος et ἐξαγγέλλειν optimis Scriptoribus adhibentur nonnunquam.

Vs. 776. Βοηδρομεῖτε πάντες οἱ πέλας δόμων,] *Musgravio* dicitur memorari velut diversa lectio in Codd. δρόμῳ. an forte fluxit ex interpretamento verbi Βοηδρομεῖτε; quod explicari potuit μετὰ βοῆς δρόμῳ θεῖτε· notae sunt locutiones ἔθεον δρόμῳ· ἐχώρουν δρόμῳ· Bacchae dictae quoque Βοηδρόμοι· αἱ μετὰ βοῆς ποιοῦσαι δρόμῳ, *Etymol.* p. 588, 42. Sed saepius opinor mirum lectoribus accidisse, quod legitur apud *Suidam*, et *Etymologum*, Βοηδρομεῖν, τὸ μετὰ σπουδῆς παραγίνεσθαι· Κᾶρες δὲ, ἀντὶ τοῦ βοηθεῖν· antiquior forte Grammaticus dederat, Τραγικοὶ δὲ, ἀντὶ τοῦ βοηθεῖν. Olim verbum Graecis frequentatum fuisse monstrant Apollo Βοηδρόμιος, *Callimacho* h. Apoll. v. 69, festi dies, Βοηδρόμια dicti, mensis Βοηδρομιών· sed quo sensu frequentant *Herodotus*, *Thucydides*, *Xenophon*, verbum Βοηθεῖν; nusquam apud illos invenietur Βοηδρομεῖν; frequens Tragicis, *Euripidi* certe. Non tantum Βοηθεῖν significat *ad clamorem oppressorum accurrere opis ferendae*, πρὸς τὴν βοὴν θέειν, quod monuit *Casaubon.* Notis in *Aeneam*, et *A. Dounaeus* Praelect. in *Demosth.* p. 52; sed et *accurrere cum clamore auxilii ferendi causa*, μετὰ βοῆς θεῖν, sive δραμεῖν· vid. *Dukerus* Annot. in *Schol.* ad *Thucyd.* P. 350, c. 1, 4. et *H. Steph.* ibid. ad P. 68, c. 2, 5.

Vs. 777. Ἐν ἀγχόναις δέσποινα] Hoc paulo rarius: in Helenae v. 201, Λήδα

ϑα δ' ἐν ἀγχόναις θάνατον ἔλαβε. — Mox v. 779 dicitur, *κρεμαστοῖς ἐν βρόχοις ἠρτημένη* quae transtulit in optimi Magistri proditorem *Scriptor* Χρ. Π. v. 1437,

Ὥπτο κρεμαστοῖς ἐν βρόχοις ἠρτημένος·

et v. 231. *Sophoclis* Oed. T. v. 1272 κρεμαστὴν dixit Πλεκταῖς ἐώραις ἐμπεπλεγμένην. — Hi vero versus 778, 779, in Cod. Paris. *Nutrici* tribuuntur.

Vs. 780. — οὐκ οἴσει τις ἀμφιδέξιον Σίδηρον;] Euripidea *Hippocratis* admovent Aphorismo dicentis, Γυνὴ ἀμφιδέξιος οὐ γίγνεται. *Erotianus* Lex *Hippocr.* Ἀμφιδέξιος] Βακχεῖος φησὶν ἀμφοτεροδέξιος, ὡς Ἀμφήκης, ὁ ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένος. σαφὲς δ' αὐτὸ ποιεῖ ὁ Εὐριπίδης, ἐν Ἱππολύτῳ λέγων Ἀμφιδέξιον σίδηρον· sed *Hippocrati* monet vocem positam, quo sensu *Homero* περιδέξιος, *ambidexter*, dicitur, et *Hipponacti* Ἀμφιδέξιος γάρ εἰμι, κοὐχ ἁμαρτάνω κόπτων· *Hipponactis* versus pede defectus legitur, ubi eadem paene tradit, excitans et Euripidea, *Galenus* in *Hipp.* Aphor. T. V, p. 3[illegible]2. Quod addit *Erotianus*, μέμνηται δὲ καὶ Ἡρόδοτος τῆς λέξεως, spectat *Herodotum*, *anceps oraculum*, ἀμφιδέξιον χρηστήριον· eleganter vocantem V, p. 421, 50. Pervenustus est et ille versus, ex satyrico forte *Sophoclis* dramate cum vicino petitus:

Ὅπου προσῇ τὸ κάλλος, ἀμφιδέξιος·

ap. *Plutarch.* T. II, p. 34. A. p. 767. A. — Euripides *gladium ancipitem* vocat ἀμφιδέξιον σίδηρον· quem ξίφος ἄμφηκες saepe dicunt, et ἀμφίτομον *Eurip.* Elec. 164, 688. ἀμφιπλῆγι φασγάνῳ — πεπληγμένη dicitur *Deianira Soph.* Trach. v. 946. et Jocaste in Oed. T. v. 1252, κόμην σπῶσ' ἀμφιδεξίοις ἀκμαῖς.

Vs. 782. Φίλαι, τί δρῶμεν;] In simillima dubitatione chorus in *Eurip.* Or. v. 1572,

Ημ. Τί δρῶμεν; ἀγγέλλωμεν εἰς πόλιν τάδε,
Ἢ σῖγ' ἔχωμεν; Ημ. ἀσφαλέστερον, φίλαι.

A nempe τὸ σῖγ' ἔχειν· cum nostro comparanti sic ista distinguenda, ni fallor, videbuntur. Chorus in Jone v. 758,

Εἴπωμεν, ἢ σιγῶμεν; ἢ τί δράσομεν;

sic scripserat *Alciphron.* I Ep. XI, τί οὖν ὦ βέλτιστε δρῶμεν; φεύγωμεν, ἢ μένωμεν; ubi vulgata, φεύγομεν ἢ μένομεν, deceperunt *virum D.* in *Lucian.* T. II, p. 217. f. *Sophocles* Elec. v. 80, θέλεις Μείνωμεν
B αὐτοῦ κἀνακούσωμεν γόων. sive θέλεις· βούλει· βούλεσθε, addantur in talibus, seu omittantur, perinde est.

Vs. 785. Τὸ πολλὰ πράσσειν οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ βίῳ] Quod ex Ed. prima nobis enotavit *Musgrav.* atque ex duobus Codd. βίῳ recepi pro βίου· aliunde iam probatum ad *Eurip.* Phoen. v. 1282. Leguntur in App. Vatic. Cent. IV Prov. 8,
C ista: Τὰ πολλὰ πράττειν (sic *Eurip.* Hipp. Cod. Paris.) οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ βίῳ] Ἐπὶ τῶν εἰς κίνδυνον ἐμπιπτόντων διὰ τὸ πολλὰ πράττειν. Locutiones ἐν ἀσφαλεῖ, *in tuto*, οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ, *in periculo*, significant *tutum* et *periculosum*: vid. notata ad I. Phoen. et ad *Herod.* p. 275, 23. Jam vero βίῳ tantum locum invenit in hac locutione, τὸ πολυπραγμονεῖν οὐκ ἔστιν ἀσφαλὲς τῷ βίῳ: *rebus quae nihil ad nos attinent alienis*
D *immiscere sese in vita humana periculosum est.* Hoc significat τὸ πολλὰ πράσσειν· His πολλὰ πράσσουσιν opponuntur αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς μόνοι (vocem μόνοι suspicor adiectam) τὰ σφέτερα αὐτῶν πράττοντες *Platoni* Politico p. 307. E. alia quaedam similia praebet *Platonis H. Stephanus* I Sched. XI, et aliorum, Sched. XII. Hoc *Ciceroni* dicitur de Off. I, c. 34, *nihil praeter suum negotium agere, ni-*
E *hil de alieno anquirere, minimeque in aliena esse rep. curiosum.* Apud eumdem de Amicit, c. 23, *qui suum negotium gerunt otiosi*, iis opponuntur *qui ad rempub. se contulerunt;* quales Athenis plurimi πολυπράγμονες odiosi bonis civibus ὀλίγα πράσσουσι, sive οὐκ ἐρασταῖς πραγμάτων, *Aristoph.* Pac. v. 190. Initio Philoctetis Euripidei qui Prologum agebat ista dixit Ulysses:

Πῶς

Πῶς δ' ἂν Φρονοίην, ᾧ παρῆν ἀπραγμόνως
Ἐν τοῖσι πολλοῖς ἠριθμημένῳ στρατοῦ
Ἴσον μετασχεῖν τῷ σοφωτάτῳ τύχης·
Ἀλλ' οὐδὲν οὕτω γαῦρον ὡς ἀνὴρ ἔφυ.
Τοὺς γὰρ περισσοὺς καί τι πράσσοντας πλέον
Τιμῶμεν, ἄνδρας τ' ἐν πόλει νομίζομεν.

in quibus opponuntur *ἀπραγμόνως vivere*, et περισσὸν εἶναι καί τι πλέον πράσσειν. Quod *Euripides* aliquoties πολλὰ πράσσειν, ut hoc loco Hipp. in Suppl. v. 576, in Herc. Fur. v. 266, in Antiopes Fragm. v. 9; *Sophocles* dixit περισσὰ πράσσειν, in Antig. v. 68,

τὸ γὰρ
Περισσὰ πράσσειν, οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα.

hic enim significantur etiam illa, *quae nihil ad te attinent. Pherecrates* apud *Stobaeum* p. 591, 7,

Εἰκῇ μ' ἐπῆρας ὄντα τηλικουτονὶ,
Πολλοῖς ἐμαυτὸν ἐγκυκλῆσαι πράγμασι·

sic recte me correxisse verbum arbitror vulgatum ἐγκυλίσαι, quod, a *Grotio* receptum p. 479, versum vitiat. — Euripidea nostra ex Hipp. commoda *Lipsius* admovit *Senecae* de Tranquill. c. XII, ubi suum de animi tranquillitate librum sic dicitur inchoasse *Democritus: Qui tranquille volet vivere, nec privatim agat multa, nec publice.* Graeca *Democriti*, μὴ πολλὰ πρήσσειν, et plura dabit *Th. Gataker.* ad *M. Antonini* IV, 24, ὀλίγα πρῆσσε. alia *Jer. Markland.* in *Eurip.* Suppl. v. 576. attigit et *Bergler.* in *Aristoph.* Ran. v. 233.

Vs. 786. Ὀρθώσατ' ἐκτείνοντες ἄθλιον νέκυν. Πικρὸν τόδ' οἰκούρημα δεσπόταις ἐμοῖς.] In *Dramate* Χρ. Π. de filii cadavere ἡ Θεοτόκος v. 1484,

Ὀρθώσατ' ἐκτείναντες ὄλβιαν δέρην·
Μικρὸν τόδ' οἰκούρημα Φίλῳ δεσπότῃ·

illic ultima sic Latina facta sunt: *Domus ista aliquod tempus est custodia Domino optimo;* quorum auctor Graecis sepulcrum designari credidit. scribi facile poterit δεσπότῃ Φίλῳ· sed illic scribine debeat Πικρὸν, an Μικρὸν, addubito. Non magis constitit interpretibus *Euripidis* quid hoc versu significaretur. Facile adparebat, versum 786 intelligendum de cadavere porrecto; quam in rem his non omissis sat multa praeter ceteros dixit *Gataker.* ad *M. Antonin.* IV, 3, p. 93. Qui primus *Euripidis* Tragoedias Latine vertit sub ficto nomine *Dorothei Camilli* sic vertit v. 787, *Triste hoc ministerium heris meis:* hunc alii sequuti sunt, et in Gallicis suis *Brumoeus:* diversissima dedit *Ratallerus*, *Acerba haec meis Relinquitur dominis domus custodia.* Priorem si dare voluisset *Euripides* sententiam, ut in Oreste scribit v. 221, Ἰδοὺ τὸ δούλευμ' ἡδὺ, hic scripsisset, Πικρὸν τὸ λειτούργημα vel τόδ' ἐπικούρημα δεσπόταις ἐμοῖς nam οἰκούρημα *domus* est *custodia.* Recte mihi *Scholiasta*, per τὸ πικρὸν οἰκούρημα τῶν ἐμῶν δεσποτῶν, intellexisse videtur τὴν ἀτυχῆ οἰκουρόν ut illam, cuius cadaver dicebat componendum, *hero suo Theseo custodem domus acerbam dixerit.* uxor Agamemnoni fuisse dicitur οἰκουρὸς πικρὰ, in *Eur.* Hec. v. 1284. Mater familias, cui τὰ κατοικίδια τῶν ἔργων erant demandata, ut loquitur *Hierocles*, quod erat, vulgo Graecis dicebatur οἰκουρὸς, rerum domesticarum *custos* et familiae curatrix. *Euripidi* vero, sicut κήδευμα pro κηδεστὴς, *Luciano* δορυΦόρημα, pro δορυΦόρος, nostro ponitur hic οἰκούρημα pro οἰκουρὸς, et in Oreste v. 926,

Εἰ τἄνδον οἰκουρήμαθ' οἱ λελειμμένοι
Φθείρουσιν.

ubi *Schol.* τὰ ἔνδον οἰκουρήματα interpretatur τὰς ἔνδον οἰκουροὺς γυναῖκας.

Vs. 792. Οὐ γάρ τι μ' ὡς θεωρὸν ἀξιοῖ δόμος Πύλας ἀνοίξας εὐΦρόνως προσεννέπειν] Inserta litera versum mihi praecedentem recte correxisse videtur *Marklandus*, Ἠχὼ (quod hic omnino non est sollicitandum) βαρεῖα προσπόλων μ' ἀΦίκετο· quod *Scholiasta* quoque legisse videtur: certe πρός με ἀΦίκετο legitur in *Scholiis.* Nostro versu Clariss. *Markl.* scribendum

dum putabat Οὐδ' ἄρτι· tum forte non A recordatus, ut in οὐδέ τι, οὐ πάνυ τι, similibusque, de quibus egit *H. Stephanus* de Dial. Att. p. 81, sic quoque voculam τὶ saepe πλεονάζειν in Οὐ γάρ τι. *Sophocles* affatim dabit exemplorum: Aj. v. 1130, Οὐ γάρ τι τῆς σῆς οὕνεκ' ἐστρατεύσατο Γυναικός· v. 1360, Οὐ γάρ τι τοῦτον, ἀλλὰ τοὺς θεῶν νόμους Φθείροις ἄν. Antig. v. 456, Οὐ γάρ τι μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε. v. 523, Οὐ γάρ τι δοῦλος, ἀλλ' B ἀδελφὸς ὤλετο. Oed. T. v. 418, Οὐ γάρ τι σοὶ ζῶ δοῦλος, ἀλλὰ Λοξίᾳ. v. 441, Οὐ γάρ τι σ' ᾔδειν (ᾔδη) μῶρα φωνήσοντ'. ad minuta talia minus attendunt interdum homines eruditissimi. — Hoc temporis articulo hic ab *Euripide* fingitur Theseus Troezena Delphis rediisse; quo abierat Apollinem adhibiturus: sive enim publico nomine civitatum illuc proficiscerentur velut legati, seu de rebus priva- C tis Deum consulturi, dicebantur θεωροί· sibique Theseus ut θεωρῷ redeunti neminem prodire domesticorum indignatur, qui felicem reditum gratuletur. *Seneca* fingit in Hippol. suum Thesea non Delphis, sed isthoc forte die reversum ab inferis v. 835, etc. — illic v. 850 Theseus:

Quis fremitus aures flebilis pepulit D
meas?
Expromat aliquis: luctus, lacrymae, et dolor,
In limine ipso moesta lamentatio,
Auspicia digna prorsus inferno hospite:

quae videri possunt de versibus Euripideis expressa. Suspicor in Ed. Hippolyti prima non Delphis, sed ab inferis, ut apud *Senecam*, rediisse Thesea; et E prodeuntem in Scenam versus adhibuisse, quos ex *Eurip.* Hippolyto praebet *Stobaeus Grotii* p. 488,

Ὦ λαμπρὸς αἰθὴρ, ἡμέρας θ' ἁγνὸν φάος
Ὡς ἡδὺ λεύσσειν τοῖς γε πράσσουσιν καλῶς,
Καὶ τοῖσι δυστυχοῦσιν, ὧν πέφυκ' ἐγώ.

sic loquitur Theseus *Senecae* v. 835,

Tandem profugi noctis aeternae plagam,
Vastoque manes carcere umbrantem polum.
Ut vix cupitum sufferunt oculi diem!

— In vs. 796, pro ἐκλίπῃ recepit ex Codd. *Musgravius* ἐκλίποι.

Vs. 801. Τί φής; ὄλωλεν ἄλοχος; ἐκ τίνος τύχης;] *Senecae* Theseus v. 871,

causa quae cogit mori.

Velut causam mortis ignorans, Chorus modum narrat, quo Regina vitam finierit vs. 802,

Βρόχον κρεμαστὸν ἀγχόνης ἀνήψατο.

hinc in Χρ. Π, v. 243, Βρόχον κρεμαστὸν ἐξανάψεις ἀγχόνης. Ad sequentem Thesei quaestionem, Λύπῃ παχνωθεῖσ' ἢ 'πὸ συμφορᾶς τινός; adscripta sunt interpretamenti loco sequentia in Cod. Paris. ἐκ μεταφορᾶς τῆς πάχνης, ἥτις πᾶσαν βλάστην διαφθείρει. quorum similia prostant in Scholiis, et alibi. *Senecae* Theseus in Hippol. v. 859.

Effare aperte, quis gravet mentem dolor.

Sed Λύπῃ παχνωθεῖσα, quamvis dici possit *aegritudine confecta*, non tamen est proprie *gravata dolore*, sed cui pectus dolore sic est adstrictum, ut voci meatus et lacrymis intercludatur: quo modo *Sapphoni* Ovidianae:

Adstrictum gelido frigore pectus erat,

Her. Ep. XV, 112, ἐπαχνώθη φίλον ἦτορ. Hoc figurato sensu qui verbum adhibent Poëtae, *Homerum* sequuti sunt et *Hesiodum*. *Aeschylus* in Choëph. v. 81, κρυφαίοις πένθεσιν παχνουμένη. *Hesych.* Παχνουμένης, ἀνιωμένης. ubi ad Παχνοῦται praeter ceteros memoratus Cl. *D. Ruhnkenius* in Epist. Crit. I, p. 74, feliciter verbum illud *Orpheo* restituit aptisque munivit exemplis, hoc etiam Hippol. versu; ex quo sumptum legitur aliquoties in dramate Χρ. Π, ubi v. 233, proditor satis apte

Λύπῃ παχνωθεὶς, ὡς προδοὺς ἀργυρίου. A

de Maria dicitur v. 1825, καρδίας παχνουμένης. quae bis satis inepte repetuntur v. 2007, 8. *Gregorius* quidem *Nazianz* in threno scripsit, ut solet eleganter, T. II, p. 97. B. ἔνδοθεν ἦτορ Παχνοῦται.

Vs. 804. Τοσοῦτον ἴσμεν] *Hoc unum tantum novimus: modo namque et ipsa domum tuam advenio:* ἄρτι γὰρ κἀγὼ B δόμους, Θησεῦ, πάρειμι· pro δόμους Cod. Flor. et Ed. prima Flor. praebent δόμοις. δόμοις — πάρειμι esset *adsum aedibus.* — Τοσοῦτον ἴσμεν ponitur pro τοσοῦτο μόνον ἴσμεν. ut in *Luciani* Timone p. 158, ἢ τό γε τοσοῦτον παρανομήσαμεν· *hac una saltem vice.* *Xenophon* K. A. V, p. 216, 38, τὸν μὲν ἄνδρα τοσοῦτον ἐγίγνωσκον, ὅτι εἴς ἡμῶν εἴη. plene scripsit τοσοῦτο μόνον εἰδέναι in Oeconom. p. C 503, 6. ut *Andocides* Or. II, p. 22, 33, τοσοῦτον ὑμῶν μόνον δέομαι. similiter loquuntur *Lysias* et *Demosthenes.*

Vs. 806. Τί δῆτα τοῖσδ' ἀνέστεμμαι κάρα Πλεκτοῖσι φύλλοις, δυστυχὴς θεωρὸς ὤν;] *Quid infelix ego hac* Parnaside *lauro caput revinctus sum velut sacer legatus?*

Temporibus non est apta corona meis. D

Apollinem adhibituros non sane mirum est insigne Dei lauream gestasse Apollinarem; sed illam gestasse consultores sacrosque legatos usque dum domum rediissent ex lege Delphica, discimus auctore *Livio* XXIII, c. XI, ubi Q. Fabius Pictor legatus, quum Delphis Romam rediisset coronatus, in Senatu dixit, *se iussum ab templi antistite, sicut coronatus laurea et oraculum adisset, et* E *rem divinam fecisset; ita coronatum navim adscendere, nec ante deponere eam, quam Romam pervenisset.* Illic in notis virorum Doctorum plura prostant, quorum nonnulla iam dederat *Kuster.* in *Aristoph.* Plut. v. 21. Primus Euripidea aliunde illustravit *Jo. Brodaeus* Misc. IV, c. 15. conf. *Car. Paschalius* de Coron. IV, c. 19.

Vs. 808. Χαλᾶτε κλῇθρα πρόσπολοι πυλωμάτων, Ἐκλύεθ' ἁρμούς,] Κλεῖθρα scribitur in Paris. Pro Ἐκλύσαθ' ἁρμούς, ex v. 825 recepi velut genuinum Ἐκλύεθ'. hoc quoque praebet in huius simillimo loco Medea *Eurip.* v. 1314,

Χαλᾶτε κλῇδας ὡς τάχιστα πρόσπολοι,
Ἐκλύεθ' ἁρμοὺς, ὡς ἴδω διπλοῦν κακόν.

In Helenae v. 1196.

Ὠὴ, χαλᾶτε κλῇθρα, λύεθ' ἱππικὰς
Φάτνας, ὀπαδοὶ, κἀκκομίζεθ' ἅρματα.

Nusquam legitur in Euripideis, est itaque ex perdito dramate hemistichium quod nobis offert ut *Euripidis Pollux* X, 27, τῷ ἀνοίγειν ταυτὸν τὸ λύειν, ὡς ἔφη Εὐριπίδης, —

λύε πακτὰ δωμάτων.

ὡς τοὐναντίον Ἀριστοφάνης· versus in huius Acharn. datur *Euripidi* 478, Ὠνὴρ ὑβρίζει· κλεῖε πηκτὰ (hic quoque πακτὰ praetulerim) δωμάτων. *Pollucis* illic non meminit *Bergler.* qui quaedam indicavit *Euripidis* loca ad Vesp. v. 1475, Κλῇθρα χαλάσθω τάδε. conf. Cl. *F. L. Abresch.* ad *Aesch.* p. 498. *Seneca* Thyest. v. 901.

turba famularis fores
Templi relaxa.

In eius Hipp. Theseus v. 863.

Reserate clusos regii postes laris.

Vs. 809. — ὡς ἴδω τὸν δαίμονα Γυναικὸς, ἥ με κατθανοῦσ' ἀπώλεσεν.] Hanc ego lectionem a Flor. Cod. subministratam sine dubitatione recepi, τὸν δαίμονα Γυναικὸς, *tristem uxoris meae sortem*, pro vulgata

ὡς ἴδω δυσδαίμονα
Γυναικὸς,

quae nullo potest modo tolerari: ex uno Codicum Paris. enotavit *Musgravius* τὸν δυσδαίμονα Γυναικὸς, nihil ex ceteris. In Parisino Cod, quem adhibuit *T. H.* legitur, ὡς ἴδω δυσδαίμονα Νεκρὸν (quod ex coniectura *Reiskius* hic cense-

sebat restituendum,) Γυναικὸς ἡ θανοῦσά μ' ἀπώλεσεν. ultimum in ὤλεσεν mutatum dabit et hunc senarium legitimum: hanc vero lectionem natam arbitror (nam ἀπώλεσεν mutari non debet) ex interpretamento, quo τὸν δαίμονα Γυναικὸς quis reddidit non inepte, δυσδαίμονα νεκρὸν γυναικὸς, *infortunatum cadaver uxoris*. Sed praeterea diversa fuisse videtur in libris antiquis lectio, forsan ex Editione dramatis prima conservata,

ὡς ἴδω πικρὰν θέαν
Γυναικὸς,

ut acerbum videam spectaculum Uxoris, quae lectio, hic adnotata, in locum alienissimum immigravit versui 824 subiecta; nam, qui legitur illic, versum,

Ἐκλύεθ' ἁρμοὺς, ὡς ἴδω πικρὰν θέαν·

esse nostri vel diversam, vel emendatiorem scriptionem, dubitari non potest. Vidit hoc monuitque primus *Sam. Musgravius* in notis ad hunc Hipp. versum, et ingeniose suspicatur ex inferiore ora paginae versum in istam sedem, quam in Edd. occupat, male fuisse relatum. De Codicibus illic suis tacet, videturque adeo versus post versum 824 in iis, quos adhibuit inventus: si vel in omnibus inveniretur, illic *Musgravio* nihilominus mihique videretur adulterinus; sed non legitur versus iste 825, nec in Flor. Cod. neque in Parisino, quo usus est amicissimus *T. H.* — Nonnunquam, post alios interiectos, a librariis male repetiti versus relicti sunt, ne lituris Codices deformarentur: ex gr. in *Eur.* Or. v. 936, Τοὐναντίον δὲ δρᾶσετ' ἢ δρᾶσαι χρεὼν, in quarto Codicum Leidensium post octo versus seqq. initio pag. sequentis male legitur repetitus. Jam vero diversas istas lectiones esse suspicor,

ὡς ἴδω τὸν δαίμονα
Γυναικὸς,

et

ὡς ἴδω πικρὰν θέαν
Γυναικὸς,

A quia non potuit haec ex interpretamento nasci, utraque autem videtur Euripidea. Nusquam tamen, fateor, in talibus locis legere me memini τὸν δαίμονα, sed illorum tantum similia, quae hic sola probat *Musgravius*; κακὸν, θέαμα πικρὸν, δεινὸν, ἄλγιστον, etc. in *Eurip.* Med. 1315, — ὡς ἴδω διπλοῦν κακόν. *Soph.* Aj. v. 1022, Ἴθ', ἐκκάλυψον, ὡς ἴδω τὸ πᾶν κακόν, Ὦ δυσθέατον ὄμμα, καὶ τόλ-
B μης πικρᾶς. v. 1011, Ὦ — θεαμάτων ἐμοὶ Ἄλγιστον. *Eurip.* Med. v. 1167, δεινὸν ἦν θέαμ' ἰδεῖν· et sic *Xenophon* K. A. V, p. 199, 30. In *Eurip* Supplic. v. 945, Πικραὶ γὰρ ὄψεις χᾶμα τῷ τέλει νεκρῶν. in Orest. v. 950 Πικρὸν θέαμα MS. Θέαμα πικρὸν) καὶ πρόσοψις ἀθλία. — Sed alterum

ὡς ἴδω τὸν δαίμονα
Γυναικὸς,

C *ut videam tristem uxoris meae sortem*, viri docti fatebuntur a librariis non exspectandum. Prorsus eodem modo τὸν δαίμονα γυναικὸς de *uxoris*, quam mortuam putabat, *sorte* dixit *Euripidis* Admetus in Alc. v. 935,

Φίλοι, γυναικὸς δαίμον' εὐτυχέστερον
Τοῦ 'μοῦ νομίζω, καίπερ οὐ δοκοῦνθ' ὅμως·
Τῆς μὲν γὰρ οὐδὲν ἄλγος ἅψεταί ποτε.

D hunc locum praeter alia quaedam *Euripidis* apta dedit *L. Kuster.* in *Aristoph.* Plut. v. 6. *mortem* Alcestidis τὸν παρόντα δαίμονα *praesens infortunium* vocat chorus in Alc. v. 561, Πῶς οὖν ἔκρυπτες τὸν παρόντα δαίμονα. *Sors tristis*, sive *fortuna mala*, seu *calamitas*, quae nobis obtingit non sine Numine, frequenter dicitur δαίμων, ut *Homero* sic aliis: *Sophocl* Oed. Col. v. 1333, τὸν αὐ-
E τὸν δαίμον' ἐξειληφότες, sive potius ἐξειληχότες· sunt *eamdem malam fortunam sortiti*. *Sophocles Stobaei* p. 579, 1,

μὴ σπεῖρε πολλοῖς τὸν παρόντα δαίμονα·

id est μὴ πᾶσι κήρυσσε, vel μὴ εἰς πάντας αὔδα τὴν παροῦσαν τύχην, sive ἀτυχίαν· *Grotius* p. 458,

Malum quod urget spargere in vulgus cave.

Vs. 813. — *εἰργάσω Τοσοῦτον, ὥστε τούσδε συγχέαι δόμους*] Cum his iungenda viderunt *Σᾶς χερὸς πάλαισμα μελέας*· ubi haec adscripta Codex dabat Paris. *ἐκ μεταφορᾶς τῶν παλαιστῶν, οἳ πνίγουσιν ἐν τῷ τραχήλῳ παλαίοντες.* unde vox mendosa corrigi poterit in *Scholiis*. — Versus sequens in eodem Cod. legitur, *Τίς ἄρα σὰν τάλαιν' ἀμαυροῖ ζωάν*; et, ad verbum *ἀμαυροῖ*, interpretatio *ἀφανῆ καθιστᾷ.* Miror illic viro Clar. placuisse, *Τί σ' ἄρα σὰν τ. Σὲ — σὰν* vereor ut scribi potuerit. — Per parenthesin interiecta ad mentem *Heathii* constitui: sic leguntur in Cod. Paris. *Αἶ αἶ τόλμας / Βιαίως θανοῦσ' ἀνοσίῳ τε συμφο- / ρᾷ, σᾶς πάλαισμα μελέας.*

Vs. 817. *Ὦ μοι ἐγὼ παθέων, ὧν ἔπαθον, ὦ τάλας*] *Musgravium* sequutus, *ὦ τάλας* ex Codd. recepi, pro *τάλαινα· ὦ πόλις* est in Flor. et Paris. Ut versus sit concinnior, *ὧν ἔπαθον, τάλας*, scribendum censet *Heathius.* — In sequenti versu, *Τὰ μάκιστ' ἐμῶν κακῶν*, praebent et Flor. et Paris. pro *κάκιστ' ἐμῶν*· quod utpote rarius in *κάκιστ'* a librariis videtur mutatum: *μάκιστον* adhibitum in *Aeschyli* loco apud *Longin. π. Ὕ.* III, 1, in *Soph.* Philoct. v. 846 redditur a Schol. *μέγιστον.* — Versus 819, si scribatur una litera sublata, iungi commode poterit cum sequente, quamvis nec diffitear *ἐπεστάθης* cum *τύχα* posse connecti, *Ὥς μοι βαρεῖα καὶ δόμοις ἐπεστάθη Κηλὶς ἄφραστος ἐξ ἀλαστόρων τινός· Quam gravis mihi meisque macula non provisa a Deo quodam malefico fuit inusta!* Sic vocem *ἄφραστος* cum *Schol.* capiendam recte monuit *Heathius.*

Vs. 821. *Κατακονᾷ μὲν οὖν ἀβίωτος βίος*] *Βίου* legitur in Codd. Flor. et Paris. lectumque fuit *Scholiastae.* Tanquam Euripidea haec exhibentur in *Etymologico* p. 50, 26, *Κατακονᾷ μὲν οὖν ἀβίωτος βίου.* Tametsi autem *βίου* legatur in Cod. Paris. idem ille velut verbum dat *Κατακονᾷ*, cum interpretatione *μαραίνει.* Vere tamen animadvertit vir Doctus in

A Miscell. Obs. Vol. I, p. 417, cum verbo *βίος*, cum nomine iungendum *βίου.* Sic infra v. 867, *ἐμοὶ μὲν οὖν Ἀβίωτος βίου τύχα.* Duplex hic fuit in libris antiquis lectio, quod *Barnesius* etiam vidit: inter alia Poëtis *ἅπαξ λεγόμενα* veteres apud *Eustath.* in Il. Γ, p. 288, 40, ex *Euripide*, praeter alia, memorant *Κατακονὰν ὀνοματικῶς τὴν διαφθορὰν, Δωρικώτερον, ἢ Κατακονᾶν, ῥηματικῶς, τὸ καταθήγειν.* Utrumque explicatur etiam in *Scholiis.* Altera lectio,

B

Κατακονὰ μὲν οὖν ἀβίωτος βίου.

(Hoc enim tum requiri censuit etiam *Heathius*) sic in *Scholiis* explanatur, *καταφθορὰ ζωῆς ἀβιωτοποιὸς κατέλαβέ με*· additur illic, *γράφεται δὲ καὶ τὸ Κατακονῶ* (L. *Κατακονᾷ ὡς*) *ῥῆμα· ἵν' ᾖ οὕτως,*

C *μαραίνει με ἡ δυστυχία τοῦ βίου·* sive *καταναλίσκει.* Haec, nisi fallor, pertinent ad versum hoc modo scriptum,

Κατακονᾷ μὲν οὖν μ' ἀβίωτος βίος.

viri cuiusdam Docti memorant coniecturam legentis,

Κατακονᾷ μὲ νυν ἀβίωτος βίος.

Evenerat Theseo calamitas, quae vi-

D tam reddebat minime vitalem: memorat et *Plato δεινὰς — ξυμφορὰς, ἃς ἀβίωτον ζῆν κεκτημένῳ*, de LL. XI, p. 926. B. cui *βίος* etiam *ἀβίωτος* in Politico p. 299. E. et saepius dicitur aliis.

Vs. 822. *Κακῶν δ' ὁ τάλας πέλαγος εἰσορῶ Τοσοῦτον, ὥστε μήποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν*] In sequenti versu, *Μήτ' ἐκπερᾶσαι* dant Codd. Flor. et Paris. In istis ad *ἐκ-*

E *νεῦσαι* adscriptum in Paris. *ἐκφυγεῖν.* proprie notat *ἐκνήξασθαι, enatare*, quod supra iam attigi in vs. 470. Ubi legitur apud *Palaeph. π. Ἀ. c.* XVI, *οὔτε ταῦρον, οὐδ' ἵππου τοσοῦτον πέλαγος διανήξασθαι δύνασθαι*; ex duobus Codd. offertur *διανύσαι δυνάσθαι*· quod in *διανεῦσαι* mutandum arbitror, adhibitum in eadem locutione figurate sumpta *Platoni*, cuius Parmenides (T. III, p. 137. A.) ferme

me nesciebat *πῶς χρὴ τηλικόνδε ὄντα διανεῦσαι τοιοῦτόν τε καὶ τοσοῦτον πέλαγος λόγων.* Sic enim legenti *Ficino* πέλαγος pro πλῆθος libenter adsentior; *πέλαγος τῶν λόγων* dixit et in Protag. p. 338. A. ex *Platone* sumptum forte Διανεῦσαι *Hesychio* restituit vir Summus in *Lucian.* p. 306. conf. notata Clar. *Ruhnkenio* in *Tim.* Lex. p. 58. — Nostro versu mendosa, quae prostat in Flor. Cod. lectio *ἐκπνεῦσαι* mihi in memoriam revocat elegantem *Marklandi* coniecturam, qua pro *ἐκπεπνευκότας*, in *Eurip.* Phoen. v. 1158 corrigit,

Πυκνοὺς κυβιστητῆρας ἐκνενευκότας·

ad *Eurip.* Suppl. v. 692. — Non erat praetermittendus locus *Trag.* Χρ. Π, ex his nostris derivatus 419, *Ναὶ ναὶ κακῶν πέλαγος ἢ τάλαιν' ὁρῶ Τοσοῦτον, ὅσον (ὥστε) μήποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν, Μηδὲ πέρασαι (L. Μηδ' ἐκπερᾶσαι) κῦμα τῆσδε συμφορᾶς.*

Vs. 826. **Τίνα λόγον τάλας, τίνα τύχαν σέθεν Βαρύποτμον, τλῆμον, προσαυδῶν τύχω]** In his, quae recte *Heathius* interpretatur, *Τίνα τίνα λόγον* in Flor. in hoc aeque ac Paris. scribitur, Βαρύποτμον, *γύναι, προσαυδῶν τύχω.* ad *τλῆμον* olim vocem *γύναι* adscripserant. — Versu 829, *Πήδημ' ἐς ᾅδου κραιπνὸν ὁρμήσασά μοι·* dedit ex Codd. *Musgrav.* quibus accedunt Flor. Paris. et *Gregor.* in Χρ. Π. ubi versu 232 dicitur Judas, *Πήδημ' ἐς ᾅδην κραιπνὸν ὁρμήσας τάχα.* — Apte quidem conveniunt *πήδημα κραιπνὸν*, sed erat Theseo certe *πικρὸν* videturque mihi diversa lectio diversae fuisse Editionis, aut a correctore quodam profecta. — Vs. 830, prout vocem transposuit *Musgr.* *μέλεα τάδε πάθη* dant duo etiam alii Codd. — Sequentes sic exstant in Paris. *Πρόσωθεν δέ ποθεν ἀνακομίζομαι / Τύχαν δαιμόνων, / Ἀμπλακίαισι τῶν πάροιθέν τινος.* Sic hos duo constituebat *Heathius:* *Τύχαν, δαιμόνων ἀμπλακίαισι τῶν / Πάροιθέν τινος.* *Ex veteri vero quadam origine repetendum* alicunde *hoc mihi evenit infortunium propter pecca-* A *ta cuiusdam maiorum meorum.* Non debuerant interposita distinctione divelli voces, *Τύχαν δαιμόνων.* Fortuna etiam mala nobis divinitus oblata, sive *δαίμων* dicatur, seu *τύχη*, seu *τύχη δαιμόνων*, in talibus dictis nihil arbitror interesse. *Euripides* in Aeolo ap. *Stob.* p. 568, 38,

Μοχθεῖν ἀνάγκη· τὰς δὲ δαιμόνων τύχας
Ὅστις φέρει κάλλιστ' ἀνὴρ οὗτος σοφός.

B ibid. paulo ante v. 22. eiusdem est, *Ὅστις — εὐλόγως φέρει τὸν δαίμον'.* — Ad Hipp. versum 833 adscriptum recte *τῶν προγόνων.* In *Scholiis*, *ἁμάρτημα — προγονικὸν*, absurde mutatum in *πορνικόν·* quod minus mirabitur, qui legerit in emendatissimo *Timaei* Lexico *Platon.* p. 151, *γονικοῖς νόμοις* scriptum, pro *προγονικοῖς.* — Maiorum autem facinora in posteris puniri statuit ex opinione C vulgo recepta Tragicus Theseus, ut supra Phaedra v. 343, infra Hippol. v. 1380. Iphigenia in Tauris *Eurip.* v. 200. Ex eius Alcmaeone praebet ista *Stobaeus* p. 454, 40,

Τὰ τῶν τεκόντων ὡς μετέρχεται θεὸς
Μιάσματ'.

Grotius p. 338,

D *Commissa quae sunt in parentes, haec Deus*
Persequitur ultor.

vera quidem ista sunt; sed Graecis significantur, *ab ipsis parentibus commissa, quae Deus ultor in liberis persequitur.* Optime *Grotius* in Excerpt. ex *Euripide*,

Τὰ τῶν τεκόντων σφάλματ' εἰς τοὺς ἐκγόνους
E *Θεοὶ τρέπουσι·*

Latina fecit p. 422,

In posterorum capita mos Dîs vertere
Culpas parentum.

vid. *Marklandus* in *Lysiae* P. 113, 4, et Notata in Phoeniss. v. 941.

Vs. 834. **Οὐ σοὶ τάδ' ὦ ναξ ἦλθε δὴ μόνῳ κακά· Πολλῶν μετ' ἄλλων δ' ὤλεσας κεδνὸν λέ-**

λέχος] Literam δ' interieci vulgatis, ex Codd. Flor. et Paris. quorum in illo voces hic erant vitiose scriptae, ἐπῆλθε δὴ, et καινὸν λέχος, pro κεδνόν· *Homerus* ἀλόχους κεδνὰς dixit, et ἄλοχον κέδν' εἰδυῖαν· *Hesiodus*, Κεδνὴν δ' ἔσχεν ἄκοιτιν, θεογ. v. 608, *uxorem iuvenculam* ἤθεα κεδνὰ διδάξῃς· Ἔ. καὶ Ἡ. v. 697. *Euripides* in Oedipo, Τέκνων ἁμαρτεῖν — Ἀλόχου τε κεδνῆς· κεδνῆς γυναικὸς meminit etiam in Alcest. v. 97, ex qua Trag. locum excitat *Scholiastes* huic nostro simillimum: chorus illic Admetum usitata solatur consolantium formula v. 417,

Οὐ γάρ τι πρῶτος, οὐδὲ λοίσθιος βροτῶν
Γυναικὸς ἐσθλῆς ἤμπλακες.

apud Tragicos illa saepe recurrit.

Vs. 836. Τὸ κατὰ γᾶς θέλω, τὸ κατὰ γᾶς κνέφας Μετοικεῖν] Ad ista satis fuisset addere, τλάμων (quam formam praebuit Cod. Paris.) nec facile dixeris, voces σκότῳ θανὼν quam vim addant vicinis; quibus adscriptum in Paris. Cod. ἀποθανεῖν. σκότῳ συνὼν *Reiskio* placebat. Dicitur quidem ὁ θανὼν, κατὰ χθονὸς εἶναι vel κεῖσθαι ut *Soph.* Antig. v. 518. *Eurip.* Heracl. v. 1033; in *Soph.* Oed. in Col. v. 1699,

Ὦ τὸν ἀεὶ κατὰ γᾶς σκότον εἱμένος

est *aeternas sub terra tenebras sortitus*, pr. *indutus*, et σκοτίας ἔχων χθονὸς περιβολὰς, ex *Eurip.* Troas. v. 389, sive γαῖαν ἐφεννύμενος. quod eleganter *D. Ruhnken.* restituit in Epigramm. Epist. Crit. I, p. 73, quo scribi quoque posset in eumdem sensum paulo aliter. — Omissis intermediis haec habet *Auctor.* Trag. Χρ. Π.

Τὸ κατὰ γᾶς θέλω, τὸ κατὰ γᾶς κνέφας
Τανῦν μετοικεῖν, σῆς θέας στερουμένη.

— Sequens vs. 839, Ἀπώλεσας γὰρ μᾶλλον, ἢ κατέφθισο· est in eodem dramate Christ. 896.

Vs. 840. Τίνος δὴ κλύω; πόθεν θανάσιμος τύχα, Γύναι, σὰν ἔβα τάλαιναν καρδίαν·] In Paris. Cod. legitur, Γύναι, σὰν ἐπέβα, τάλαινα, καρδίαν· in Flor. ἐπέβαν τάλαινα· ex Paris. ἐπέβα enotavit etiam *Musgrav.* quocum δὴ recepi. — Quia sequitur, Εἴποι τις ἂν τὸ πραχθὲν, in istis, ἢ μάτην ὄχλον Στέγοι τύραννον δῶμα· Στέγοι intactum reliqui: εἴποι τις ἂν, — ἢ μάτην (ἂν) στέγοι. Legitur in Paris. στύγει· in aliis apud *Musgrav.* Στέγει. Huc spectabat *Eustath.* in Il. z, p. 499, 15, Εὐριπίδης που λέγει, ὅτι ὄχλον στέγει δόμος. Si Codex hic antiquus daret ἐμὸν, hoc vulgato ἐμῶν praeferrem: ἢ μάτην ἐμὸν δῶμα τύραννον στέγοι προσπόλων ὄχλον. Hinc δῶμα τύραννον forte sumsit *Diogenes Laërt.* VIII, 64. alia quidem huius generis pervulgata sunt, illud forsan non alibi legitur apud Tragicos. His Thesei congruunt ista Cereris apud *Claudian.* R. P. III, 189,

Heu ubi nunc, ubi nata, mihi? quo mille ministrae,
Quo Cyane?

Vs. 844. Ἰώ μοι μοι, σέθεν μέλεος] Paulo aliter dividuntur in Cod. Paris. Ὦ μοι μοι, σέθεν / Μέλεος οἷον εἶδον ἄλγος δόμων. / — Ad sequentem versum in eodem adscriptum, τὸ ἀλλὰ ἀντὶ τῆς γάρ. — Illic pro ἀπωλόμαν, ut in senario, scribi malim formam usitatam ἀπωλόμην, ex Flor. Cod. et Trag. Χρ. Π. ubi versus totidem scriptus literis est 904. — Versus 850 et seqq. sic leguntur in Paris. Φέγγος ἀελίου τε, καὶ / Νυκτὸς ἀστερωπὸς σελάνα / Ὦ τάλας / Ὦ τάλας ὅσον κακὸν ἔχει δόμος. — In his Δάκρυσί μου βλέφαρα Καταχυθέντα τέγγεται σᾷ τύχᾳ· Flor. Codex dat τέγγεται σὰν τύχαν. in seq. v. pro πάλαι Flor. et Paris. male dant τάδε. Versus in Χρ. Π. 723, Δάκρυσί τε βλέφαρα θερμοῖς τέγγεται· hinc desumptus videtur, quamvis βλέφαρα τέγγειν δάκρυσιν, et similia passim legantur apud Tragicos; *lacrymis genas rigare*, τέγγειν εὐῶπα παρειὰν, *Sophocli* Antig. v. 536.

Vs.

Vs. 856. Τί δήποθ' ἥδε δέλτος; ἐκ φίλης A χερὸς ἠρτημένη, θέλει τι σημῆναι νέον.] Primum ex Parisino Cod. σημῆναι scripsi pro σημᾶναι· — non adeo propter *Phrynichi* cautelam in Σημᾶναι, — λέγομεν δὲ διὰ τοῦ η, σημῆναι, θερμῆναι, καθῆραι· — quam quod in Euripideis ubique sic verbum scriptum reperitur: aliorum, quae similia videntur, diversa est ratio: recte scribuntur etiam ap. *Euripid.* εὐφρᾶναι· περᾶναι· μαρᾶναι. ὑγρᾶναι. B — Deinde distinctionem vocum in his mutavi: haec obtinebat ante: Τί δήποθ' ἥδε δέλτος ἐκ φίλης χερὸς Ἠρτημένη, θέλει τί σημᾶναι νέον; Dubitare non poterat Theseus, an tabellis his quid novi significaretur, sed quid sibi vellent tabellae. *Quid tandem istae sibi tabellae? ex cara manu suspensae quid novi significare volunt.* Paulo post v. 865, Ἴδω τί λέξαι δέλτος ἥδε μοι θέλει. Hoc C ferme sensu *Herod.* II, c. 13, τὸ ἔπος τοῦτο ἐθέλει λέγειν. vid. ad *Herod.* P. 338, 3. — Displicuit, nec miror, *D. Heinsio* ad init. Hipp. *Senecae* haec inventio tabellae, cuius unius ope Tragicus fabulam suam explicuit. Sapienter *Joann. Racinius* in sua Phaedra hunc scopulum evitavit, et Oenonae nutrici fraudem tribuit sceleratam, quae Phaedrae virtutem dedecet: hac etiam in parte sin- D cerum mihi iudicium videtur *Michaëlis Arnoldi Racinii, dans les Memoires de Litterature de L'Acad. des Inscript. et B. L. T.* VIII, *p.* 308, 309. — His tamen tabellis et cadavere pendentis Phaedrae quaesivisse videtur *Euripides* Thesei credulitati quamdam excusationem; quam paene nimiam finxit in suo dramate *Racinius.* Tabellas has, quantum memini, veteres alii non memorant. E *Ausonius* in Eid. VI, 32, *Respicit abiectas desperans Phaedra tabellas*; quas intelligat tabellas non satis liquet. Hinc suam δέλτον sumsisse videtur *Heliodorus* II, p. 68, quam interfectae Thisbes invenerunt τῶν στέρνων ὑπὸ τῇ μασχάλῃ προκύπτουσαν.

Vs. 858. Ἀλλ' ἢ λέχους μοι καὶ τέκνων ἐπιστολὰς Ἔγραψεν ἡ δύστηνος ἐξαιτουμένη.] *Num*, huius invidiam facinoris, (vel liberis novercam) *deprecata, misera mihi super lecto coniugali liberisque mandata perscripsit?* haec enim vocat more sui temporis eruditorum ἐπιστολάς. vid. *Jo. Alberti* ad *Hesych.* in Ἐπιστολαί· ubi in Lexico Reg. MS. eam in rem excitantur *Cratini* versus, et verba *Platonis*, μεμνημένοι τῆς τοῦ πατρὸς ἐπιστολῆς, ex Timaeo p. 71. D. In Epistola *Lysidis* ad Hipparchum, Damo θνάσκοισα Βισταλίᾳ τᾷ ἑαυτᾶς θυγατρὶ τὰν αὐτὰν ἐπιστολὰν ἐπέστειλεν· *moriens idem dedit mandatum filiae suae.* illud ipsum paulo ante dixit ἐπισκάψιας. Quae morientes facienda praecipiunt, illa dicuntur eximie quidem ἐπισκῆψαι, sed et ἐπιστεῖλαι, tum apud alios, tum *Xenophonti* K. Ἀ. V, p. 206, 37 Ἑλλ. I, p. 263, 32. — In λέχους — καὶ τέκνων ἐπιστολὰς *Schol.* in Cod. Reg. recte monuit ὑπὲρ subaudiendum, λείπει ὑπέρ. — Ad proxima comparari possunt ista Procridis morientis ad maritum, *Ovid.* Met. VII, 856, *Ne thalamis Auram patiare innubere nostris.*

Vs. 862. Καὶ μὴν τύποι γε σφενδόνης χρυσηλάτου — τῆσδε προσσαίνουσί με.] *Atqui signum mihi arridet gemma impressum, quam gerebat aureae annuli palae inclusam. Ovidii* Byblis Met. IX, 565, *impressa signat sua crimina gemma: imago*, quae dicitur eidem *impressa gemmae*, Ep. ex P. II, X, 1, τύπος σφενδόνης dici potuit, τύπος σφραγῖδος aliis, et σφραγιστῆρος apud *Diogen. Laërt.* VII, 50. Λίθου σφραγῖδα ἐνδεδυμένην χρυσῷ, *aureae annuli palae gemmam inclusam*, quam Aeacides Phocus pignus amicitiae acceperit, memorat *Pausanias* X, p. 872 f. Fulgorem emittere Daphnidis oculi dicuntur *Longo* IV, p. 128, καθάπερ ἐν χρυσῇ σφενδόνῃ ψηφίς. *Gemmam* si quis Phaedrae dare recusat, cuius tamen pater *Aegaea Minos classe perdomuit freta*, certe τύποι σφενδόνης sunt τὰ τῆς σφραγῖδος σημεῖα. *Photius* Lex. *MS.* Σφενδόνη, ὁ δακτύλιος ἄνευ τῆς σφραγῖδος. perinde est, sive σφραγῖδα, dicas, seu *pa-*

lam

lam annuli, σφενδόνην τοῦ δακτυλίου, Πυε- A λίδα quoque dictam *Aristophani* et *Lysiae*, teste *Harpocrat. Pollux* VII, 179, τὸ δὲ, ἵνα ὁ λίθος ἐναρμόζεται, (*Hesychio*, ἔνθα ἡ ψῆφος ἐν δακτυλίῳ, in V. Πυελίς) Πύελός τε καὶ Πυελίς. — *Lucianus* in Philopseude T. III, p. 51, scripsit, ἀναστρέψας — τὴν σφραγῖδα εἰς τὸ εἴσω τοῦ δακτύλου. alludens elegantem *Platonis* fabulam, de Rep. II, p. 359, E. narrantis Lydum pastorem τυχεῖν τὴν σφεν- B δόνην τοῦ δακτυλίου περιαγαγόντα πρὸς ἑαυτὸν, εἰς τὸ εἴσω τῆς χειρός· in proximis illic opponuntur, στρέψαι ἔξω τὴν σφενδόνην, et στρέφειν εἴσω. Paucis fabulam enarrans ex *Platone Cicero* de Off. III, c. 9, *cum palam*, ait, *eius annuli ad palmam converterat;* et mox, *cum in locum annulum inverterat.* — Quae *nobis arrident* illa quoque dicuntur ἡμᾶς προσγελᾶν, sive ἡμᾶς προσσαίνειν. *Herodoti* V, C p. 420, 23, λαβόντα — προσεγέλασε τὸ παιδίον, de isthoc infante, αὐτοῖς προσμειδιάσαντα scripsisse videtur *Plutarchus* T. II, p. 163. F. Figurate *Aeschylus* Eum. 254,

Ὀσμὴ βροτείων αἱμάτων με προσγελᾷ·

quod *Scholiastes* explicat προσσαίνει. Eiusdem est in Prom. V. v. 834, εἰ τῶνδε προσσαίνει σέ τι· *si quid tibi horum ad-* D *blanditur:* in Agamemn. v. 1674, Οὐκ ἂν Ἀργείων τόδ' εἴη, φῶτα προσσαίνειν κακόν· *hominem malum adulari.* hoc forte verbum in Promethei fabula perdita posuerat etiam *Aeschylus; Attii* certe Prometheus dixit de Aquila,

Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem.

Canes, *quorum amans dominorum adu-* E *latio* dicitur *Ciceroni* de N. D. II, 63, σαίνουσι· hinc etiam alia animantia, dum caudam blande movent, hominibusque alludunt, proprie Σαίνειν dicuntur, Προσσαίνειν, περισαίνειν et ὑποσαίνειν. Ab isthac origine significandi manarunt elegantes loquendi formae. Apud *Gellium* N. A. V, c. XIV, p. 329, *leo — caudam more atque ritu adulantium canum clementer et blande movet, hominisque fere corpori adiungit*, προσσαίνει. *Zenobius* Cent. V, Pr. 50, meminit προσσαινόντων τῇ κέρκῳ ζώων. *Calpurnius* Ecl. IV, 66, —

blandae cui saepe canenti
Adlusere ferae.

Cerberus, κέρκῳ σαίνων, est in *Aristoph.* Eq. v. 1028. *Lupa* nutrix *caudâ teneris blanditur alumnis*, ap. *Ovid.* Fast. II, 417. cuius est in XIV Met. v. 258, *blandas movêre per aëre caudas. Statio* Sylv. III, Ecl. II, 38, Glaucus marinus patriam dicitur

Litoream blanda feriens Anthedona cauda.

Multa possent e Graecis Scriptoribus proferri quae nihil admodum facerent ad *Euripidem.* Lubet hic cum lectore communicare correctionem elegantem, quam mihi ante hos annos viginti vir Summus *Ti. H.* indicavit in *Theocriti* Eid. VI, 11,

— τὰ δέ νιν καλὰ κύματα σαίνει·

pro φαίνει· Galateam in litore currentem fluctus *alludunt;* ut in *Catulli* Carm. 63, v. 67, Ariadnes

delapsa e corpore passim
Ipsius ante pedes fluctus salis alludebant.

Ut hic apud *Eurip.* τύποι σφενδόνης — προσσαίνουσί με· apud *Soph.* Antig. v. 1228, Παιδός με σαίνει φθόγγος· Oed. in Col. v. 311, φαιδρὰ γοῦν ἀπ' ὀμμάτων σαίνει με προσστείχουσα.

Vs. 866. Φεῦ· φεῦ· τόδ' αὖ νεοχμὸν ἐκδοχαῖς Ἐπεισφέρει θεὸς κακόν·] In Codd. Flor. et Paris. legitur Ἐπιφέρει θεὸς κακὸν κακῶν ex binis Edd. primis recipiendum *Heathius*, et in constructione iungenda putat ἐκδοχαῖς κακῶν. ἐκδοχὴν πυρὸς dabit *Aeschylus* Agam. v. 307, contulit utrumque *Claudius Sallierius* ad *Thomam M.* in Ἐκδοχή. Κακόν κακῶν διάδοχον et similia prostant in nota ad *Eurip.*

rip. Phoen. v. 374. *Marklandi* ad Suppl. v. 69. qui hic in Euripideis, pro ἐμοὶ μὲν οὖν, corrigit ἐμοὶ μὲν ἂν Ἀβίωτος βίου τύχα πρὸς τὸ κρανθὲν Εἴη τυχεῖν· quae vix video quo pacto construi possint, nisi scribantur Ἀβίωτον βίου τύχαν — Εἴη τυχεῖν· iungitur saepe τυχεῖν cum quarto casu. Πρὸς τὸ κρανθὲν cum *Scholiaste* recte cepit *Heathius* πρὸς τὸ συμβάν· cui sic versus isti videntur dividendi:

Ἀβίωτος βίου
Τύχα πρὸς τὸ κρανθὲν εἴη τυχεῖν·
Ὀλομένους γὰρ οὐκ ἔτ' ὄντας λέγω.

Vs. 871. Ὦ δαῖμον, εἴπως ἐστι, μὴ σφήλῃς δόμους] In Paris. Cod. legitur σφάλῃς· scribi potuit μὴ σφάλλῃς δόμους· — sequenti versu pro γὰρ ex Codd. recte δὲ receptum, Αἰτουμένης δὲ κλῦθί μου. — In proximis, — πρὸς γάρ τινος Οἰωνὸν ὥστε μάντις εἰσορῶ κακοῦ· κακὸν praebent Codd. Flor. et Paris. parum refert utrum malum omen οἰωνὸν dicas κακοῦ, an κακόν· hoc tamen potius videtur Euripideum: sic in Helenae v. 1057, Κακὸν μὲν ὄρνις. Iph. in Aul. v. 1347, πονηρὸν εἶπας οἰωνὸν λόγου. Or. v. 786, οὗτος οἰωνὸς μέγας. Rarius Sophocleum praebet *Photius* Lex. *MS.* Εὐορνιθείαν (L. Εὐορνιθίαν) Σοφοκλῆς ἐπὶ τῶν οἰωνῶν. Maior difficultas in vicinis πρὸς γάρ τινος· *Aemilio Porto* πρὸς hic adverbialiter positum videbatur pro πρὸς ἔτι *praeterea:* vereor ut illud usquam inveniatur in tali verborum structura positum. Forte significatur, *nam velut vates video malum omen alicunde oblatum*, ut vel Phaedrae Chorus intellexerit tabellam, qua non temere augurabatur mala contineri iam notis multo graviora; vel ipsum Thesea iuxta *Heathium:* hoc ferme modo πρὸς adhibetur in Phoen. v. 365, Μή τις δόλος με πρὸς κασιγνήτου κτάνῃ· similibusque, quae perpauca tantum dantur.

Vs. 874. Οἴμοι· τόδ' οἷον ἄλλο πρὸς κακῷ κακὸν Οὐ τλητὸν οὐδὲ λεκτόν.] Viro Doctissimo hic in mentem venerat legendum, Οὐ τλητὸν, οὐδ' ἀνεκτόν. *Reiskii* A coniectura prostat non absurda legentis, Οὐ στεκτὸν οὐδὲ λεκτὸν, *quod neque silentio condi, neque honeste proferri potest.* Sed auctoritate quadam debebat στεκτὸν confirmari, qua probabile lectori redderetur: *Sophocles* quidem dixisse videtur in Trach. v. 1009,

Οὐ γὰρ ἔχω πῶς
Ἂν στέξαιμι κακὸν τόδε λεύσσων·

B non, quod vulgatur, στέρξαιμι· et aliquoties στέγειν sic adhibuit *Sophocles:* in Philoct. scripsit v. 135, Τί χρή με — στέγειν ἢ λέγειν. sed nusquam στεκτὸν· contra Οὐ τλητὸν, et similia satis usitata sunt in talibus: οὐδὲ λεκτὸν hoc sensu paulo rarius: est tamen in *Aristoph.* Av. v. 422, οὔτε λεκτὸν, οὔτε πιστόν. — Supra dixerat Theseus v. 846, Οἷον εἶδον ἄλγος δόμων Οὐ τλητὸν οὐδὲ ῥητόν. Utrumque C transtulit hinc in suum drama *Gregorius* qui dicitur, ubi versus est 714, οἷον ἔργον νῦν βλέπω Οὐ τλητὸν οὐδὲ λεκτόν· alterum Οὐ τλητὸν, οὐδὲ ῥητὸν, est in versu 904. Οὐ τλητὸν ὁρᾶν; *Euripidis* in Alc. v. 887. Οὐκ ἔστι τοὔργον τλητὸν *Sophoclis* in Aj. v. 466. Dixisse *Diphili* mihi videtur Parasitus,

Διὰ τὴν τάλαιναν πάντα τλητὰ γίνεται,

D apud *Athen.* X, p. 422. C. ubi vulgatur, πάντα ταῦτα γίνεται. Dantur in eam sententiam dicta quaedam Comicorum; hoc etiam in Epist. *Alciphronis* nondum edita: Ὑβρίζεσθαι πρὸς τοῦ τρέφοντος, εἰ καὶ ἀνόσιον, φορητόν.

Vs. 877. Βοᾷ βοᾷ δέλτος ἄλαστα· πᾷ φύγω] Haec sic dividuntur in Cod. Paris. Βοᾷ βοᾷ δέλτος ἄλαστα· / Πᾷ φύγω βάρος E κακῶν; / Ἀπὸ γὰρ ὀλόμενος οἴχομαι. pro vulgata vocula ποῦ, *ubi*, illinc recepi πᾷ φύγω; *quo fugiam:* non nescio quam multa possint Grammaticorum observatis obmoveri; et sane nolim ista talia nisi Codicum auctoritate mutari: — quia paulo post τλάμων erat in Cod. Flor. hoc quoque recepi pro τλήμων. — Ex versu 879 μέλος, de prosa oratione positum, attigit *G. Cuperus* Obs. II, c. X.

Vs. 881. Αἶ' αἶ' κακῶν ἀρχηγὸν ἐκφαίνεις λόγον.] Alio sensu versus adhibetur in Χρ. Πάσχ. quam quo voluit *Euripides* intellectum: illic nuncius cum dixisset post multa narrata, Ἐν ἡμέρᾳ γὰρ τῇδε λείψει τὸν βίον, Respondet Maria v. 418,

Αἶ, αἶ, κακῶν ἀρχηγὸν ἐκφαίνεις λόγον.

videtur enim auctor *causam malorum* per κακῶν ἀρχηγὸν voluisse designatam, ut beneficiorum auctores saepe dicuntur ἀγαθῶν ἀρχηγοί. Significatur *Euripidi* nihil aliud nisi, *ordiris sermonem mala nobis nunciaturum*; sive *verba nobis effers malorum praenuncia:* hoc est in Phoen. v. 1346, οὐκ εὐπροσώποις φροιμίοις ἄρχῃ λόγου· ubi quaedam notata sunt. — Vitiose sequentia leguntur in Flor. τὸ δ' ἐμὸν οὐκ ἔστι στόματος· — in proximis semel ὀλοὸν, semel etiam vocem πόλις exhibent Codd. Flor. et Paris. ille praeterea δυσεκπέραντον. Hos versus ita constituit *Heathius:* Καθέξω δυσεκπέρατον, ὀλοὸν / Ὀλοὸν κακόν· / Ὦ πόλις, πόλις.

Vs. 885. Ἱππόλυτος εὐνῆς τῆς ἐμῆς ἔτλη θιγεῖν] Una voce mutata, more suo Tragicus, saepius in diversis Tragoediis eosdem adhibens senarios, hunc dedit in Elec. 255,

Οὐ πώποτ' εὐνῆς τῆς ἐμῆς ἔτλη θιγεῖν.

Helenae v. 801, Ἄθικτον εὐνὴν ἴσθι σοὶ σεσωσμένην. Recte comparavit ista *Gatakerus* cum phrasi aliis adhibita ἅψασθαι γυναικός· In versum 953 Phoen. notata mihi satis accurate videbantur disputata; viro Clariss. *levissima sane* videntur: suus cuique gustus est.

Vs. 887. Ἀλλ', ὦ πάτερ Πόσειδον, ἃς ἐμοί ποτε Ἀρὰς ὑπέσχου τρεῖς, μιᾷ κατέργασαι Τούτων ἐμὸν παῖδ'] *Sed pater Neptune, quae mihi quondam tria te impleturum pollicitus es optata, horum unum implebis, si filium meum perdideris;* sive verbis *Senecae* Hippol. v. 945,

En, perage donum triste, regnator freti;
Non cernat ultra lucidum Hippolytus diem.

Accusativus is, a reliquis solutus, quibusvis usitatus Scriptoribus et saepe fuit a viris eruditis pertractatus. — Si qua fides hac in re *Scholiastae*, de tribus optatis ante, quam haec evenirent, duo iam impetraverat Theseus; haec enim tria memorat optata, τὸ ἀνελθεῖν ἐξ ᾅδου· τὸ ἀποστρέψαι ἀπὸ τοῦ Λαβυρίνθου· τὸ πεμφθῆναι τῷ υἱῷ αὐτοῦ θάνατον. eadem infra *Scholiastes* attigit in vs. 1350. Sed duo priora hominum Theseus fuit adeptus beneficio; et de tribus concessis unum duntaxat Thesei novisse videntur optatum *Euripides* et *Seneca;* quorum loca quaedam collegit *Jo. Meursius* in Theseo c. 1, et haec quodammodo favent liberiori paraphrasi, quam dedit horum *Euripidis Brumoeus*, Anglo correctori *H.* notatus. Sed fidem firmat Scholiastae *Cicero*; *ex tribus optatis* hoc de Hippolyti interitu *tertium* appellans, de Off. I, c. X. Qui haec illic scripsit *Cicero*, *si, ut in fabulis est, Neptunus quod Theseo promisit non fecisset, Theseus filio Hippolyto non esset orbatus: ex tribus enim optatis, ut scribitur, hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optavit; quo impetrato in maximos luctus incidit.* illum miror equidem post ista L. III, c. 25, *Quid? quod Theseus exegit promissum a Neptuno?* cur haec adiecerit: „cui cum tres optationes Neptunus dedisset, optavit interitum Hippolyti, filii sui, cum is patri suspectus esset de noverca: quo optato impetrato Theseus in maximis fuit luctibus." Haec si forte *Jo. Aug. Ernesto* similibusque viderentur a mala manu *Ciceronis* orationi interiecta, his ego quidem perlubenter adstipularer.

Vs 890. Ἄναξ, ἀπεύχου ταῦτα, πρὸς θεῶν πάλιν] Codices in ἀπεύχου ταῦτα conspirant: mihi tamen potius scripsisse

Vi-

videtur *Euripides*, ἀνεύχου ταῦτα· Alteri optata si quis evenire nolit, illa quidem dicitur quis ἀπεύξασθαι· ut in his *Platonis* de LL. III, p. 687. D. ὧν γ' ὁ παῖς εὔχεται ἑαυτῷ γίγνεσθαι, πολλὰ ὁ πατὴρ ἀπεύξαιτ' ἂν τοῖς θεοῖς μηδαμῶς κατὰ τὰς τοῦ υἱέως εὐχὰς γίγνεσθαι. Sed qui palinodiam cantat, et sua ipsius optata revocat, is, ut opinor, dicitur 'Ανεύξασθαι· quique illis alia substituit meliora, Μετεύξασθαι· Hoc in *Euripidis* est Medea v. 600,

Οἶσθ' ὡς μετεύξῃ, καὶ σοφωτέρα φανῇ,
Τὰ χρηστὰ μή σοι λυπρὰ φαινέσθω ποτέ.

Sic, *Grotium* sequutus, recte vulgavit illic *Barnesius*: comparari potest Μετανοιωνίσασθαι in Orat. *Dinarchi* c. Dem. p. 94, 5, 101, 33. et *Harpocration* in v. — 'Ανεύχεσθαι isto sensu, quo dicebam, legitur in *Platonis* Alcib. II, p. 142. D. ὀλίγον δὲ ἐπισχόντες παλινῳδοῦσιν, ἀνευχόμενοι ἅττ' ἂν τὸ πρῶτον εὔξωνται. et p. 148. B. Vide quam diversa hominum sint iudicia: mihi hic ἀνεύχου placet: contra ex hoc ipso etiam Hippolyti versu, ἀπευχόμενοι *Platoni* restituendum iudicabat vir Elegantiss. *Claudius Sallierius*: vid. *L'Histoire de L'Academie R des Inscript. et B. L.* Tom. V, p. 104. Nusquam verbum illud ἀνεύχεσθαι se legere vir Doctiss. recordabatur. Usurpatum bis *Platoni*, *Polluci* V, 130, pro ἀναλύειν τὴν ἀρὰν, 'Ανεύξασθαι videbatur βιαιότερον, et potius Attice dicendum 'Αναράσασθαι· quod adhibitum *Callistheni* novimus e *Suida* in 'Αναρᾶσθαι. ubi cum *Kustero* notatis comparari poterit *P. Leopardus* Em. VI, c. IV. Cum harum rerum studioso Lectore communicabo duas observationes ex *Apparatu Soph. Phrynichi*, quem possidet ineditum *Dav.* Noster *Ruhnkenius*: 'Αναμαντεύεσθαι σημαίνει τὸ, τὰ μαντευθέντα ἅπαξ πειρᾶσθαι ἀμάντευτα ποιεῖσθαι. — 'Ανήδομαι ἐφ' οἷς ἥσθην, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐφήδομαι. Ἕρμιππος· ἃ (F. leg. Ἃ γὰρ) τέθ' ἥσθην, ταῦτα νῦν ἀνήδομαι. ἀντὶ τοῦ, καὶ τὴν ἐπ' ἐκείνοις γεγενημένην ἀποῤῥίπτω καὶ ἀποτίθεμαι ἡδονήν. quarum prior huc certe pertinet. — Paulo post Vs. 894 Δυοῖν δὲ μοίραιν θατέρᾳ — Flor. Cod. dat θ' ἀτέρῳ· pro θατέρᾳ scribendum potius θ' ἡτέρᾳ· prout scribitur in Rhesi v. 449, et in *Aristoph.* Av. v. 1365.

Vs. 901. Θησεῦ, τὸ λῷστον σοῖσι βούλευσαι δόμοις] In versu praecedenti ad ἐξανεὶς adscriptum παυθεὶς in Cod. Paris. Hoc in loco suspicor lectos in Editione Hippolyti prima duo versus *Stobaeo* citatos ex Hipp. p. 434, 22,

Θησεῦ, παραινῶ καὶ τὸ λῷστον φρονεῖν·
Γυναικὶ πείθου μηδὲ τἀληθῆ κλύων.

in Ed. *Grotii* leguntur p. 311. In hunc sexum iam plus satis debacchatus his versibus merito substituit alios in Editione dramatis emendata. Dixit et in Stheneboea Noster: πιστεύειν δὲ χρὴ Γυναικὶ μηδὲν ὅστις εὖ φρονεῖ βροτῶν. *Antiphanis* apud eumdem *Stobaeum* dictum legitur:

'Εγὼ γυναικὶ δ' ἕν τι πιστεύω μόνον,
'Επὰν ἀποθάνῃ, μὴ βιώσεσθαι πάλιν.

Vs. 903 — τὸ μέν τοι πρᾶγμ', ἐφ' ᾧ τινι στένεις, Οὐκ οἶδα] In Codd. omissum, νῦν recte reiecit *Musgravius*; ad istos Codd. accedunt Paris. et Flor. Videri poterit aliam in suo Codice lectionem, ἐφ' ᾧ τὰ νῦν στένεις, invenisse *Scriptor* dramatis Χρ. Π. qui haec et vicina sic transtulit v. 842,

Κραυγῆς ἀκούσασ' ἐκπέπληγμαι παντλάμων
'Εγὼ, τὸ μέν τι (τοι) πρᾶγμ', ἐφ' ᾧ τὰ νῦν στένεις
Οὐκ οἶδα, βουλοίμην δ' ἂν ἐκ σέθεν κλύειν.

Idem illud τὰ νῦν Codex Flor. exhibet in Medeae v. 504, sed et illic Poëta scripsisse videtur

καλῶς γ' ἂν οὖν
Δέξαιντό μ' οἶκοι.

Minimum vicies in Sophocleis obvium, τὰ νῦν rarissimum est in Euripideis, neque hic videtur a Christiano Poëta lectum, qui illud ipsum τὰ νῦν frequentavit,

vit, v. 105. 221. 280, 331. 653. 902. 1042. 1069. 1211. etc.

Vs. 905. Ἔα, τί χρῆμα; σὴν δάμαρθ' ὁρῶ, πάτερ, Νεκρόν· μεγίστου θαύματος τόδ' ἄξιον.] Haec quoque transsumsit et seqq. *Scriptor* Χρ. Π. v. 852,

Ἔα, τί λεύσσω; σὸν δέμας νεκρὸν, τέκνον,
Ἀθρῶ, μεγίστου θαύματος τόδ' ἄξιον,
Ὅς ἀρτίως κέκραγε πρὸς τὸν πατέρα.

est ibidem v. 2005, Ὄντως μεγίστου θαύματος τόδ' ἄξιον. Formula, Ἔα, τί χρῆμα; sive τί τοῦτο; est rem inexspectatam admirantis: in *Eurip.* Or. v. 1611,

Ἔα, τί χρῆμα; λαμπάδων ὁρῶ σέλας.

Androm. v. 896, Ἔα, τί χρῆμα; μῶν ἐσφάλμεθ', ἢ σαφῶς Ὁρῶ etc. Troasin v. 298, Ἔα, τί πεύκης ἔνδον αἴθεται (MS. Flor. ἵσταται) σέλας; Apud *Lucianum* I, p. 216, 59, τί τοῦτο; δακρύεις; sic passim ista recte separantur, ut p. 225, 15.

Vs. 907. Ἦν ἀρτίως ἔλειπον· εἰς φάος τόδε Οὔπω χρόνον παλαιὸν εἰσεδέρκετο.] In Paris. Cod. legitur ἔλειπον, ἢ φάος τόδε, et ad ἔλειπον adscribitur λείπει τὸ ζῶσαν. In alio Codice repertum, ἢ φάος τόδε, probavit *Musgravius*: in reliquis cum reperiatur, εἰς φάος τόδε — εἰσεδέρκετο· nihil videbatur causae cur sperneremus phrasin εἰς φάος εἰσδέρκεσθαι. Prout in Edd. legebantur, Ἣν ἀρτίως ἔλειπον εἰς φάος τόδε, Οὔπω χρόνον π. εἰς. exhibet hos versus *Priscianus Putschii* p. 1168. f. illos excitans ex Hippolyto στεφανηφόρῳ· in hoc dramate legi non recordatus *Barnesius* sivit illos ad reliquias referri Ἱππολύτου καλυπτομένου p. 475. —— *Reiskio*, et viro cuidam Docto, quem *Scaligerum* vocant, placuit ὡς φάος τόδε — quod habet in his drama Χρ. Π. v. 859, 60, Ὃν ἀρτίως ἔδραμον (scripserat forsan, ἔδρακον) ὡς φάος τόδε Οὔπω χρόνον παλαιὸν εἰσεδέρκετο. — Recte Scholiastes ista, Οὔπω χρόνον παλαιὸν, interpretatur, οὐ πρὸ πολλοῦ χρόνου, ἀλλ' ἔναγχος. est tamen illud paulo insolentius: *Soph.* Phil. v. 494, Ὃν δὴ παλαιὸν ἐξότου δέδοικ' ἐγὼ Μή μοι βεβήκοι. ubi παλαιὸν *Scholiastes* etiam explicat πρὸ πολλοῦ χρόνου. In *Eurip.* Iph. in Aul. v. 419. Χρόνον παλαιὸν δωμάτων ἔκδημος ὤν.

Vs. 909. Τί χρῆμα πάσχει; τῷ τρόπῳ διόλλυται;] Legitur in Flor. τῷ διόλλυται τρόπῳ; sicut hic in Trag. Χρ. Π. v. 861. in *Sophoclis* Elec. v. 681, τῷ τρόπῳ διόλλυται; in Trach. v. 893, τίνι τρόπῳ θανεῖν σφε φῄς; in *Eurip.* Ion. v. 347, τίνι τρόπῳ διεφθάρη; Alteram formulam, Τί χρῆμα πάσχει, *Bergler.* admovit Nubibus *Aristoph.* v. 814.

Vs. 911. Σιγᾷς; σιωπῆς δ' οὐδὲν ἔργον ἐν κακοῖς.] Non deterior est ordo vocum in Flor. ἔργον οὐδὲν ἐν κακοῖς. Adsentior *Marklando* hunc versum postponenti versui 912, his adeoque duobus:

Ἡ γὰρ ποθοῦσα πάντα καρδία κλύειν
Κἂν τοῖς κακοῖσι λίχνος οὖσ' ἁλίσκεται.

Aliter tamen iudicantem vide Clar. *Heathium.* Favet eleganti coniecturae conditor Trag. Christ. certe, quos continuos legit *Marklandus*, continuos exhibet v. 861 et seqq.

Τί χρῆμα πάσχεις; τῷ τρόπῳ διόλλυσαι,
Τέκνον; πυθέσθαι βούλομαι σέθεν πάρα.
Ἡ γὰρ ποθοῦσα καρδία πάντ' εἰδέναι
Κἂν τοῖς κακοῖσι λίχνος οὖσ' ἁλίσκεται·

Hic illic etiam alibi versus in Tragoediis *Sophoclis* et *Euripidis* videntur transponendi. Cum sententia, duobus istis versibus transponendis expressa, componi commode poterit haec in Oedipo *Senecae* v. 208,

Ubi laeta duris mista in ambiguo iacent,
Incertus animus, scire cum cupiat, timet.

Cum versu, Σιγᾷς; σιωπῆς δ' οὐδὲν ἔργον ἐν κακοῖς· concinit a Perseo forte dictus in Andromeda,

Σιγᾷς; σιωπὴ δ' ἄπορος ἑρμηνεὺς λόγων·

apud *Stobaeum* p. 215, 27. omissus *Grotio*. Quid sit οὐδὲν ἔργον vel hic monstrabit *Sophoclis* senarius,

Al-

Αἰδὼς γὰρ ἐν κακοῖσιν οὐδὲν ὠφελεῖ,

apud *Stobaeum* p. 145, 31.

Vs. 914. *Οὐ μὴν φίλους γε, κἄτι μᾶλλον ἢ φίλους Κρύπτειν δίκαιον*] Parum refert utrum sic scribatur, an *φίλους τε, κἄτι μᾶλλον ἢ φίλους·* i. e. *καὶ φίλους καὶ ἔτι μᾶλλον ἢ φίλους·* ut *Aeschylus* Prom. V. v. 986,

Οὐ γὰρ σὺ παῖς τε κἄτι τοῦδ' ἀνούστερος.

sic scribendum pro *καὶ ἔτι*. *Soph.* Antig. v. 64,

Καὶ ταῦτ' ἀκούειν, κἄτι τῶνδ' ἀλγίονα.

Eurip. Hec. v. 665, *Ὦ παντάλαινα κἄτι μᾶλλον ἢ λέγω, Δέσποιν' ὄλωλας, κοὐκ ἔτ'* (sic MSS. Leid.) *εἶ βλέπουσα φῶς.*

Vs. 916. *Ὦ πόλλ' ἁμαρτάνοντες ἄνθρωποι μάτην*] Prima facie speciosissima videtur viri Praestantissimi coniectura corrigentis,

Ὦ πολλὰ μανθάνοντες ἄνθρωποι μάτην·

si retractare vulgata voluerit Cl. *Marklandus*, fatebitur, opinor, non eos qui discerent, sed qui varias artes docerent alios alloqui Thesea Tragicum; posse autem a prioribus separatam vocem *μάτην*, quae vel imprimis mutationem commendabat, ad sequentia referri. Mihi certe nihil sic scriptis inesse videtur vitiosi,

Ὦ πόλλ' ἁμαρτάνοντες ἄνθρωποι, μάτην
Τί δὴ τέχνας μὲν μυρίας διδάσκετε;

ô homines in multis peccantes, quid sane frustra sexcentas artes docetis alios? cum unam omnium utilissimam nesciatis: — *Ἓν δ' οὐκ ἐπίστασθ', οὐδ' ἐθηράσασθέ πω, Φρονεῖν διδάσκειν οἷσιν οὐκ ἔνεστι νοῦς.* *Grotius* in Exc. p. 218,

Sed nullus unam rem scit aut scire studet,
Qui sapere doceat hunc cui mens non adest?

Quod in his Codices exhibent in du- A biis spectatissimi, Flor. etiam et Paris. *οὐδ' ἐθηράσασθέ πω·* praetuli duorum Codicum lectioni *οὐδὲ δὴ θηρᾶσθε πω·* quae videri posset a correctore profecta. — Hic mota fuit difficultas, quid itaque iuvarent tot sapientum et Poëtarum monita, ad mentem hominum bene informandam comparata, si nemo possit alios *φρονεῖν διδάσκειν*; tollit difficultatem *Scholiastes* ex adiectis a B Poëta, *οἷσιν οὐκ ἔνεστι νοῦς*. Hoc iam ante tradiderat explicatius *Theognis* v. 430,

Φρένας ἐσθλὰς
Ἐνθέμεν· οὐδείς πω τοῦτό γ' ἐπεφράσατο,
Ὅστις σώφρον' ἔθηκε τὸν ἄφρονα, καὶ κακὸν ἐσθλόν.

ubi plura sequuntur. Vere hic *Schol. Euripidis*. *εἰς γὰρ νοῦν*, inquit, *ἔχοντα ἄνδρα καταβαλλομένη παραίνεσις καρπὸν φέρει·* C *εἰς δὲ ἄνουν, μάτην ἐκρίπτεται.* ad mentem etiam *Euripidis*; cuius dictum *πρὸς τὸν ἀσύνετον ἀκροατὴν* laudat *Plutarchus* T. II, p. 502. C.

Οὐκ ἂν δυναίμην μὴ στέγοντα πιμπλάναι,
Σοφοὺς ἐπαντλῶν ἀνδρὶ μὴ σοφῷ λόγους.

quos, ex perdito dramate, senarios adnotare non neglexit *Stobaeus* p. 53, 40. *Grot.* p. 31. Dolium illud pertusum D *Euripidis* Atticistae nonnulli respiciunt: est epigramma *Luciani* in Anthol. I, c. XXX, 4,

Φαῦλος ἀνὴρ πίθος ἐστὶ τετρημένος· εἰς ὃν ἁπάσας
Ἀντλῶν τὰς χάριτας εἰς κενὸν ἐξέχεας.

In talibus Sapientes varias imagines adhibuerunt: Pythagorae fuit intelligentibus praeceptum, *Σιτίον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν.* *Epicteti* simile dictum *Gellius* E explanat N. A. XVII, c. XIX. *Plato*, apud utrumque Dionysium in Sicilia disserens de iustitia, de lege, de republica, eleganter *Aristidae* dicitur *σπείρων τὰς πέτρας* T. III, p. 377. Ex eadem sunt imagine nostris in Libris Sacris *ὁ εἰς τὰς ἀκάνθας*, et *ὁ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπαρεὶς* (*λόγος*) *Matth.* Ev. XIII, 20, 22, et in locis parallelis: nec multum ab altera imagine abludit illud

optimi Praeceptoris, *Matth.* IX, 17, οὐ — βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς.

Vs. 921. Δεινὸν σοφιστὴν εἶπας, ὅστις εὖ Φρονεῖν Τοὺς μὴ φρονοῦντας δυνατός ἐστ' ἀναγκάσαι.] Hoc recepit ex Codd. *Musgravius*, pro ἀναγκάζειν· quod dant et Flor. et Paris. in illo tamen errore calami scriptum ἀναγκάζαι· in hoc adscriptum interpretamenti loco διδάξαι, *sic docere*, *ut blanda necessitate cogas* ad adsensum: *Laberium* Caesar ἠνάγκαζεν ἐς τὸ θέατρον παραβῆναι. quae coëgit paene invitum equitem Romanum necessitas, ut in scena suos ipse mimos ageret, ipsi *Laberio* dicitur apud *Macrobium* Saturn. II, c. VII,

Viri excellentis mente clemente edita
Submissa placide blandiloquens oratio:

Caesaris haec erat πειθανάγκη. et saepius in hunc adhibetur sensum Ἀναγκάζειν. Ad sententiam Theognidea respondent v. 437, διδάσκων

Οὔποτε ποιήσεις τὸν κακὸν ἄνδρ' ἀγαθόν.

et v. 432,

Εἰ δ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτο ἔδωκε θεὸς
Ἰᾶσθαι κακότητα —
Πολλοὺς ἂν μισθοὺς καὶ μεγάλους ἔφερον·

quae cum sequentibus adhibet in Menone *Plato* T. II, p. 95, 96. — Peritum talem sapientiae doctorem Δεινὸν σοφιστὴν vocat *Euripides*: non in laudem certe vocabat *Demosthenem Aeschines* δεινὸν καὶ γόητα καὶ σοφιστήν, ipso teste *Demosthene* de Cor. p. 185. m. sed olim Σοφιστὴς honesta sapientum fuit aut in quavis arte excellentium adpellatio, *Aristides* T. III, p. 517, Οὐχ Ἡρόδοτος Σόλωνα σοφιστὴν κέκληκεν; οὐ Πυθαγόραν; — οὐκ Ἀνδροτίων τοὺς ἑπτὰ σοφιστὰς προσείρηκε. *Eustath* in Il. O, p. 1028, 53, Σοφοκλῆς δέ, φασί, τὸν κιθαρῳδὸν Σοφιστὴν λέγει. Thamyrin sic forte dixerit *Sophocles* in dramate cognomine. Scripsisse suspicor *Auctorem* Rhesi v. 924, ἤλθομεν — Μοῦσαι

A μεγίστην εἰς ἔριν μελῳδίας Δεινῷ (pro Κελνῷ) σοφιστῇ Θρῃκί, κἀκτυφλώσαμεν Θάμυριν. Quod hic scriptum mallem, illud ipsum non admodum placet in *Eurip.* Suppl. v. 903, ubi haec prostant in laudem Tydei,

Οὐκ ἐν λόγοις ἦν λαμπρός, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι
Δεινός, σοφιστὴς πολλά τ' ἐξευρεῖν σοφά.

Non quidem illud dramata valde videtur B elaboratum; sed neque ista scribendi negligentia *Euripidi* convenire, qua dixisset σοφιστήν, πολλά τ' ἐξευρεῖν σοφά. in opinione dudum suscepta *Marklandi* me iudicium confirmavit, de sanitate dubitantis istius loci. Suspicatus sum iam olim, ista describentis calamo vocem effluxisse σοφιστήν, sequentia dum cogitabat; *Euripidem* aliam posuisse: hic omnium aptissima παλαιστὴς videretur. Ne- C mini versus essent de menda suspecti, si sic legerentur in Codicibus antiquis:

Οὐκ ἐν λόγοις ἦν λαμπρός, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι
Δεινὸς παλαιστής, πολλά τ' ἐξευρεῖν σοφός·

Tragicis usitata sunt λέγειν σοφός· νοεῖν σοφός, et similia: Δεινὸς παλαιστὴς figurate ponitur in hoc ipso dramate Suppl. v. 704. Τοῖον παλαιστὴν *Aesch.* Prom. v. 918. de Ulysse *Sophocles* in Phil. v. 432, D Σοφὸς παλαιστὴς κεῖνος.

Vs. 923. Ἀλλ', οὐ γὰρ ἐν δέοντι λεπτουργεῖς, πάτερ, Δέδοικα μή σου γλῶσσ' ὑπερβάλλῃ κακοῖς] *Sed vero* (*neque enim nunc convenit minuta talia subtiliter persequi*) *mi pater*, *vereor*, *ne his malis lingua tua modum excedat.* Sensit opinor suum ipsius peccatum *Euripides*, quo patrem Thesea fecit minus oportu- E no temporis articulo etiam in sequentibus λεπτολογοῦντα. *Racinius* filius, ubi comparat Euripideum drama cum paterno, dicta Thesei moderate vocat *des réflexions un peu trop longues dans une pareille circonstance.* — Qua dixi ratione si capiantur, ut mihi quoque videntur accipienda Euripidea, *Marklandi* probari debet correctio legentis, (οὐ γὰρ ἐν δέοντι [sc. ἐστὶ] λεπτουργεῖν.) Vulgatae

tae lectionis defensorem se professus est A *Heathius*, cui *Marklandi* emendatio sententiam corrumpere videtur; *Hippolytum enim*, ait, *pronunciare facit, nunquam fas esse subtiliter disputare:* quin imo dicentem illum facit, ad ista talia minuta subtilitate disputanda tempus non esse oportunum, quo stabat ad triste spectaculum attonitus. Parum refert in talibus utrum dicatur *ἐν δέοντι*, *ἐν δέοντι καιρῷ· ἐν καιρῷ·* an *ἐς δέον*, sive *καιρός*. B *Sophoclis* est, Νῦν *καιρὸς ἔρδειν· Euripidis*, Ναὶ *πρὸς θεῶν ἀρήξατ', ἐν δέοντι γάρ·* idem esset, *καιρὸς γάρ ἐστιν ἀρήγειν·* nonnunquam apud alios distinguuntur quodammodo *ἐν τῷ δέοντι καὶ τῷ καιρῷ·* velut aliquoties in dialogo *περὶ δικαίου*, Platonicis subiecto T. III, p. 373, sed aliter adhibuit illud *ἐν δέοντι Euripides* locis a *Marklando* citatis: *Diomedes* Scholiis *MSS.* in *Dionysii Thracis* Artem Gramm. C Critico scribit exigendam *τὴν τῶν Ποιητῶν καλῶς ἢ κακῶς, ἢ ἐν δέοντι, ἢ ἐν μὴ δέοντι, ἢ εὐκαίρως ἢ ἀκαίρως λεχθεῖσαν ἔννοιαν.* — Incerti senarius est apud *Stobaeum* p. 217, 6,

Ληρεῖς, ἐν οὐ δέοντι καιρῷ φιλοσοφῶν.

Grotio p. 142, *Nugaris, agens intempestive philosophum.* — Λεπτουργεῖν hic D idem paene notat ac Aristophaneum *λεπτολογεῖν minuta subtiliter persequi;* adhibetur et *ἐκλεπτουργεῖν*, et in eumdem sensum Μικρολογεῖσθαι· quod in *Aristidis* Panathen. T. I, p. 240, *περὶ σμικρῶν λέγειν*. *Schol.* ineditus interpretatur. — *λεπτῶς καὶ πυκνῶς* Παντ' *ἐξετάζ* [*ων*] *δέδιεν ἐπὶ τὰ πράγματα* Ὁρμᾶν *προχείρως*, *Amphidi* apud *Athen.* X, p 448. A. *Euripidem* suam ipsius in disserendo subtilitatem E laudantem facit *Aristophanes* in Acharn. v. 444, Δώσω· *πυκνῇ γὰρ λεπτὰ μηχανᾷ φρενί.*

Vs. 925. Φεῦ, *χρῆν βροτοῖσι τῶν φίλων τεκμήριον* Σαφές *τι κεῖσθαι καὶ διάγνωσιν φρενῶν·*] Graeci Tragici sententiam egregie *Racinus* explicuit, dum ista facit Thesea dicentem in Phaedra:

Faut-il que sur le front d'un profane adultere
Brille de la vertu le sacré caractere?
Et ne devroit-on pas à des signes certains
Reconnoître le coeur des perfides humains?

Eleganter expressit *Grotius* p. 218 Excerpt.

Debuerat esse certa amicorum nota
Discriminatrix mentium, unde agnosceres
Quis verus esset, quisve sublesta fide.

Ὅστις *τ' ἀληθής ἐστιν, ὅστε μὴ φίλος.* — Huius simillimam *Euripidis* Medeae sententiam v. 515—519, plures adhibuere veterum, *Clemens* etiam *Alex.* et *Lucianus*, qui bis terve eamdem alludit. C Nostrum hoc ex Hippolyto dictum qui citaverit neminem novi; quo tamen aeque ac *Xenophontea* Socratis respexisse mihi *Cicero* videtur de Amicit. c. XVII, ubi saepe questus narratur Scipio, homines in aliis quidem rebus *parandis adhibere curam, in amicis eligendis negligentes esse; nec habere quasi signa quaedam et notas, quibus eos, qui ad amicitiam essent idonei, iudicarent.* D Quod addit *Cicero*, *sunt igitur firmi, et stabiles et constantes eligendi;* hos vocibus etiam Euripideis diceres *ἀληθεῖς φίλους*, sive *σαφεῖς*· Socrates *Xenoph.* Ἀπομν. II, p. 435, 5, dici vulgo solere aiebat, *ὡς πάντων κτημάτων κράτιστον ἂν εἴη φίλος σαφὴς καὶ ἀγαθός· omnium esse possessionum optimam amicum certum et bonum.* *Eurip.* Hec. v. 1234, Ἐν *τοῖς κακοῖς γὰρ οἱ 'γαθοὶ σαφέστατοι φίλοι·* E atque in istiusmodi rebus incertus amicum certum et verum a falso dignosci saepius eiusdem dixit Orestes, quo iudice idoneo v. 1160,

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν κρεῖσσον ἢ φίλος σαφής·

Idem de Pylade in Iphig. Taur. v. 919. *μόνος ἐμοὶ σαφὴς φίλος·* in eiusdem dramatis v. 610 scribi malim *τοῖς φίλοις τ' ὀρθῶς φίλος·* quam quod vulgatur *ὀρθός*, ob

ob Sophoclea praesertim Antig. v. 99. A
Non alibi mihi lectum recordor *Euripidis* senarium, quem *Libanius* exhibet Epist. 487, n. 10 laudans *Euripidem* λέγοντα νοῦν ἔχοντος εἶναι,

Φίλον πρίασθαι χρημάτων πολλῶν σαφῆ.

Sed ille *certus*, et in rebus etiam adversis stabilis, atque adeo *verus amicus* hoc in Hippolyti versu dicitur ἀληθὴς φίλος. Talis *Euripidi* Capaneus in Suppl. v. B
867,

Φίλος τ' ἀληθὴς ἦν, φίλοις παροῦσί τε
Καὶ μὴ παροῦσιν· ὧν ἀριθμὸς οὐ πολύς.

Horum non meminerant viri Doctissimi, quibus φίλος ἀληθὴς de menda fuit suspectum in his *Callimachi* h. Dian. v. 136,

τῶν εἴη μὲν ἐμοὶ φίλος ὅς τις ἀληθὴς, C
Εἴην δ' αὐτὸς, ἄνασσα.

Vs. 928. Δισσάς τε φωνὰς πάντας ἀνθρώπους ἔχειν·] Nempe χρῆν· quod est in v. 925. Ex Codd. Flor. et Paris. Δισσάς τε φωνὰς praetuli vulgae voculae Δ. δὲ φ. His nostris similia leguntur in Hecuba v. 1194—1198. ed. *Kingii*. *Senecae* Hipp. v. 918, et seqq. — In istis v. 930, Ὡς ἡ φρονοῦσα τἄδικ' ἐξη- D
λέγχετο Πρὸς τῆς δικαίας· non cum *Heathio* ὡς capiendum pro οὕτως *ita*, sed pro ἵνα, *ut*, cum primo *Euripidis* interprete *Dorotheo Camillo*, quem alii sequuti sunt: ἵνα sic a quibusvis, oratoribus etiam Atticis, iungi solet interdum cum indicativi tempore praeter. imperf. Ὡς, pro ἵνα positum, etiam Poëtis: exemplum huic loco nostro simillimum exhibet ex *Euripidis* Inone *Stobaeus* p. E
420, 32,

Νόμοι γυναικῶν οὐ καλῶς κεῖνται πέρι.
Χρῆν γὰρ τὸν εὐτυχοῦνθ' ὁτι πλείστας ἔχειν
Γυναῖκας, εἴπερ ἂν τροφὴ δόμοις παρῆν·
Ὡς τὴν κακὴν μὲν ἐξέβαλλε δωμάτων,
Τὴν δ' οὖσαν ἐσθλὴν ἡδέως ἐσώζετο.

Ut malam quidem aedibus eiiceret; bonam vero libenter sibi servaret. quod illic scribi volebat *Heathius*, ἐξέβαλλ' ἂν aures, opinor, Atticae respuerent.

Vs. 932. Ἀλλ' εἴ τις εἰς σὸν οὖς με διαβαλὼν ἔχει Φίλων, νοσοῦμεν οὐδὲν ὄντες αἴτιοι.] *Si quis amicorum calumnias in aurem tuam insusurrando me criminatus est, insontes falsa premimur suspicione.* Hanc iniecerunt Hippolyto cogitationem Thesei verba de amicis veris a falsis distinguendis. Cum *Musgravio* recepi voculam εἰ pro ἤ, et pro νοσοῦμεν δ' οὐδὲν ὄντες αἴτιοι, ex Flor. Cod. scripsi una litera minus, νοσοῦμεν οὐδὲν ὄ. αἴ. Prior lectio, Ἀλλ' ἤ — φίλων; interrogandi nota adiuta a Clar. *Marklando*, placuit et *Heathio*: est sane saepius ἀλλ' ἤ, *num*, formula interrogantis, velut in *Xenoph.* Sympos. p. 510, 17, ἀλλ' ἤ ὀδύνη σε εἴληφε; *Soph.* Elec. v. 885, Ἀλλ' ἤ μέμηνας, ὦ τάλαινα; *num insanis?* illic si statuatur oratio directa, scribendum erat Ἀλλ' ἦ μέμηνας. et statuenda mihi talis videtur in *Eurip.* Iphig. in Aul. v. 847, et Alc. v. 816. Ἀλλ' ἦ πέπονθα δεινά· *profecto:* vid. *T. H.* in *Lucian.* T. I, p. 457, 26. quomodo hic vulgata capienda censebat *Aem. Portus*; διαβαλὼν ἔχει recte explicans διέβαλε. — εἰς σὸν οὖς με διέβαλε sicut in *Callimachi* h. Apoll. v. 105,

Ὁ Φθόνος Ἀπόλλωνος ἐς οὔατα λάθριος εἶπεν·

ex emendatione vera *Dawesii*, qui plura similia collegit: *in aurem dicere*, et *ad aurem insusurrare* locutiones Latinas attigerunt *D. Lambin.* in *Horat.* Serm. I, Ecl. IX, 9. et *N. Heins.* in *Ovid.* Her. III, 23.

Vs. 934. Ἔκ τοι πέπληγμαι·] Perversa Codicis Paris. scriptio, ἤτοι πέπληγμαι, ne cui fraudi sit, istiusmodi tmeses apud Atticos Poëtas in senariis rarissimas esse cogitanti, sciendum est illis *Euripidem* parce quidem usum, adhibuisse tamen nonnunquam, quin hoc ipsum supra v. 342. Ἔκ τοι πέπληγμαι, ποῖ προβήσεται λόγος. in Herc. Fur. v. 1105, Ἔκ τοι πέπληγμαι· ποῦ ποτ' εἰμ' ἀμη-

ἀμηχανῶ. sic versus legendus videtur: in Orestis v. 1052, Ἔκ τοί με τήξεις. huius similes dantur tmeses in Or. v. 219, ἐκ δ' ὄμορξον· Alc. v. 548, ἐν δὲ κλῄσατε θύρας· Herc. v. 53. ἐκ γὰρ ἐσφραγισμένοι. in *Aristoph.* Acharn. v. 294, Κατά σε χώσομεν τοῖς λίθοις. in Vesp. v. 781, Ἀνά τοι μὲ πείθεις. in Ran. v. 1079, κατ' οὖν ἔβαλεν ex *MS.* Vatic. obtulit *Kusterus*, ubi tamen scribi malim, κάτω γ' ἔβαλεν· pro κάτω 'νέβαλεν.

Vs. 935. Λόγοι παραλλάσσοντες, ἔξεδροι φρενῶν.] Explicantur adiecto *Scholio* in Cod. Paris. παρηλλαγμένοι τοῦ καθήκοντος, ἐξεστηκότες. — Proxima, Φεῦ τῆς βροτείας ποῖ προβήσεται φρενός; etc. sic transtulit in suum drama *Pseudo-Gregorius* v. 422,

Φεῦ τῆς Ἑβραίων τί (L. ποῖ) προβήσεται φρενός; C
Τί τέρμα τόλμης καὶ θράσους γενήσεται,
Εἰ καὶ θεοῦ τολμῶσι τεκταίνειν μόρον;

Vs. 938. Εἰ γὰρ κατ' ἀνδρὸς βίοτον ἐξογκώσεται,] Cum *Musgravio* recepi βίοτον, pro βίοτος, ex Codd. MSS. Hac lectione memorata *Heathius*, *quam*, inquit, *sententiam ex lectione illa elicit coniicere nequeo.* Sententiam tamen aptissimam ex illa *Scholiastes* exhibuit: εἰ γὰρ κατὰ ζωὴν ἑκάστου ἀνδρὸς ἡ κακουργία αὐξάνεται· et *Scholiastem* citans *Musgravius* eamdem se probasse declaravit. Hoc autem modo verba construenda videntur, εἰ γὰρ τῆς βροτείας φρενὸς τὸ θράσος ἐξογκωθήσεται κατ' ἀνδρὸς βίοτον· id est κατὰ γενεάν. Perperam et olim et nuper viri docti haec tentarunt, κατ' ἄνδρα legentes, vel ἄνδρας. E In ἐξογκώσεται, veteri more scribendi pro ἐξογκωθήσεται posito, nemo haerebit, qui quidem recentiorum legerit ea de re observata, ex quibus satis erit adhibuisse *T. Hemsterh.* ad *Thom. M.* in Τιμήσεται. — Sequentis versus, Ὁ δ' ὕστερος τοῦ πρόσθεν εἰς ὑπερβολὴν Πανοῦργος ἔσται· ex praecedente clara etiam est sententia: *si filius patrem semper malitia superabit;* quo sensu A *Horatius*, *Aetas parentum, peior avis, tulit Nos nequiores, mox daturos Progeniem vitiosiorem.* Dici quidem potest εἰς ὑπερβολὴν πανοῦργος, ut ἀγαθὸς εἰς ὑπερβολὴν *Antiphani* apud *Athen.* VI, p. 238. B. Ἀδδηφάγον τὸ ζῶον εἰς ὑπερβολὴν IX, p. 404. D. *Anaxippo*, ni fallor; ἐπλούτει εἰς ὑπερβολὴν *Luciano* T. II, p. 519. Hic vero dicitur quis πανοῦργος (ἐσόμενος) εἰς ὑπερβολὴν τοῦ πρόσθεν. ut B loquitur *Anaxilas* Com. *Athen.* XIII, p. 558. A.

Τίς γὰρ ἢ δράκαιν' ἄμικτος, ἢ Χίμαιρα πυρπνόος
Εἰς ὑπερβολὴν ἀφῖκται τοῦ καταπτύστου γένους;

Nam quae terribilis Dracaena — Exsuperare nationem valeat exsecrabilem? Grotius.

Vs. 946. Δεῖξον δ', ἐπειδή γ' εἰς μίασμ' ἐλήλυθας, Τὸ σὸν πρόσωπον] Perplacet in Addendis posita *Musgravii* correctio, ἐπειδή γ' εἰς μίασμ' ἐλήλυθα· significasse mihi Theseus videtur; *quando quidem mihi iam piaculum contraxi, tecum colloquutus, qui tanto sis scelere contaminatus.* Cum graviorum criminum reis non tantum sub eodem esse tecto (vid. D *Ez. Spanhem.* in *Callim.* h. Cerer. v. 118, et *Th. Stanlej.* in *Aeschyl.* Choëph. v. 289.) sed et colloqui recusabant: colloquio namque contages etiam sceleris contrahi censebatur: in *Aeschyl.* Choëph. v. 451,

Ἄφθογγον εἶναι τὸν παλαμναῖον νόμος.

in *Scholiis* ad v. 276, *Euripides*,

τί σιγᾷς; μῶν φόνον τιν' εἰργάσω;

in *Euripidis* Or. v. 75, Προσφθέγμασιν γὰρ οὐ μιαίνομαι σέθεν. v. 481. in Herc. Fur. ad Herculem Theseus v. 1218,

Τί μοι προσείων χεῖρα σημαίνεις φόνον,
Ὡς μὴ μύσος με σῶν βάλῃ προσφθεγμάτων;

Hercules ad illum v. 1233,

Φεῦγ', ὦ ταλαίπωρ', ἀνόσιον μίασμ' ἐμόν.

conf. Elec. v. 1294. Credulitate decepto patri Hippolytus auctor etiam mortis Phaedrae videbatur; atque ita duplici scelere contaminatus.

Vs. 948. Σὺ δὴ θεοῖσιν, ὡς περισσὸς ὢν ἀνὴρ, Ξύνει;] Theseus in *Senecae* Hipp. ad filium, v. 922,

> *sylvarum incola,*
> *Ille efferatus, castus, intactus, rudis,*
> *Mihi te reservas?*

Σὺ σώφρων, καὶ κακῶν ἀκήρατος; — Pro περισσὸς in Cod. Flor. scriptum περισσῶς· male. Praeter cetera, quibus vere docet *eximium* hac voce fignificari, excitat etiam *Eustathius* velut Euripideum τὸ, περισσὸς ὢν ἀνὴρ, in *Hom.* Il. Δ, p. 369, 14. hanc vocis vim satis adfirmavit *C. Rittershusius* in *Porphyr.* de *V. Pythag.* N. 18. — Supra dixit Hippolytus ad Dianam. v. 89, Σοὶ καὶ ξύνειμι· et hanc excellenti morum puritate quaesitam forte saepius sibi sumserat superbiam: illam hic acerbe pater irridet, cuius indignantis inservit ironiae veteribus usitatissimum illud δή. Ὡς δὴ σὺ σώφρων est in Androm. v. 234. Σὺ δὴ θεοῖσιν etc. *Tu scilicet! cum Deabus versaris familiariter velut prae ceteris vir eximia virtute praestans.*

Vs. 952. Ἤδη νυν αὔχει, καὶ δι' ἀψύχου βορᾶς Σίτοις καπήλευ', Ὀρφέα τ' ἄνακτ' ἔχων Βάκχευε] Novi veterem senarium, qui vim obtinuit proverbii,

> Λόγοισιν Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται·

quamque sint in usu figurato finitimae verba significationis Ἐμπορεύεσθαι, et Καπηλεύειν· hic tamen vim non animadverto, quam istis δι' ἀψύχου βορᾶς καπηλεύειν adiungere possit vox Σίτοις· cui duae voculae substitutae, Σύ τοι, asperam orationem magis, ni fallor, animabunt: Σὺ τοίνυν ἤδη αὔχει, καὶ δι' ἀψύχου βορᾶς καπήλευε. *Tu nunc igitur gloriare, nobisque, dum ostentationis causa cibis tantum vesceris inanimis*, philosophum *te vendita.* Σέ τοι et Σύ τοι in animose dictis occurrunt A *Soph.* Aj. 1245. Elec. 584. *Aeschyli* Eumen. v. 730, et 732. pro σύ γε, σύ τοι scripsisse videtur *Eurip.* Iph. Aul. v. 1035. — Quae dici possent ad Καπηλεύειν paucis explicari nequeunt. — Haec spectabat, opinor, *Seneca*, dum Thesea dicentem faciebat Hippol. v. 915,

> *Ubi vultus ille, et ficta maiestas viri,*
> B *Atque habitus horrens, prisca et antiqua appetens.*

Abstinens animatis instituti laudabat auctorem Orphea, dicitur certe patri: Ὀρφέα τ' ἄνακτ' ἔχων Βάκχευε· quibus mihi verbis *Euripides* docte et vere Bacchicis, Orphicis, et institutis Pythagoricis eamdem videtur originem adsignasse: si mei res fuisset arbitrii, non dubitanter ex Codd. *MSS.* ista (praeter alia cen- C tena vulgatis meliora,) restituissem *Herodoto* II, c. 81, ὁμολογέει δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι [καὶ Βακχικοῖσι ἐοῦσι δὲ Αἰγυπτίοισι] καὶ Πυθαγορείοισι· quia suo se colore commendant, et Critico facilis adparet via, qua omitti potuerint a librariis. Orphei certe instituta sectatus Pythagoras ab illo quoque mutuatus est abstinentiam ab animalibus: ἀπέχεσθαι σαρκῶν ἐδωδῆς, — Ὀρφέα τὸν παλαιὸν D ἱστοροῦσιν, inquit *Plutarchus* in VII Sap. Conv. p. 159. C. Idaei Iovis Sacerdos in *Euripidis* Κρῆσιν apud *Porphyrium* π. Ἀ. IV, p. 173, et alia,

> τήν τ' ἐμψύχων
> Βρῶσιν ἐδεστῶν πεφύλαγμαι.

Philosophos propter istam adstinentiam, sive tanquam ἐσθίοντας Ἔμψυχον οὐδὲν, rident *Alexis* et *Antiphanes* apud *Athen.* E IV. p. 161. A. IX, p. 386. C. Hac etiam parte *Zeno* Pythagoreos imitabatur ἀπύρῳ τροφῇ χρώμενος secundum *Diogenem Laërt.* VII. 26, *pane*, *melle*, similibusque, quae absque ignis adiumento facile possent parari: temeritatem *M. Meibomii*, illic vocem ἀπύρῳ sollicitantis, castigavit *P. Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* II, p. 346, 347.

Vs.

Vs. 955. Ἐπεί γ' ἐλήφθης] Velut ἐπ' αὐτοφώρῳ, *in ipso crimine deprehensus es*; quibuscum saepe iunguntur ἁλίσκεσθαι et ληφθῆναι· atque illud etiam legitur paulo post v. 959, Ἐν τῷδ' ἁλίσκῃ πλεῖστον. In *Euripidis* Cyclope v. 259, pro Ἐπεὶ κατελήφθη, egregie restituit *Heathius*,

> Ἐπεί γ' ἐλήφθη σου λάθρα πωλῶν τὰ σά·

male dubitans de bonitate suae correctionis; cum verbum simplex, quod versui congruit, sit in talibus usitatum: *Soph.* Trach. v. 821, Τοιαῦτα, μῆτερ, πατρὶ βουλεύσασ' ἐμῷ Καὶ δρῶσ' ἐλήφθης. — λελήμμεθα sic legitur in *Euripidis* Ione v. 1113. *Antiphon* p. 111, 44, ληφθεῖσαν dixit, τὸν θάνατον τὸν ἐκείνου ἐπ' αὐτοφώρῳ μηχανωμένην. *Demosthenes* c. Mid. p. 359. § 260, ἐπειδήπερ εἴληπται, πᾶσιν ὑπὲρ ἁπάντων ἐστὶ τιμωρητέος. illic *Ulpianus* qui dici solet: ἐπειδὴ ὑπὸ χεῖρα γέγονε, καὶ εἴσω τῶν δικτύων γεγένηται. *Demosth.* c. Timocrat. p. 451, § 79, ὃ σὺ νῦν εἴληψαι ποιῶν.

Vs. 956. — θηρεύουσι γὰρ Σεμνοῖς λόγοισιν αἰσχρὰ μηχανώμενοι] Sequenti versu Flor. dat ἐκσῶσαι. Paris. ἐκσώζειν· *Senecae* Theseus Hipp. v. 918,

> *O vita fallax! abditos sensus geris,*
> *Animisque pulcram turpibus faciem*
> *induis.*

Hoc similibusque dictis notatos voluit *Euripides*, qui, saepius introrsum turpes, pelle decora speciosi Philosophos mentirentur. Euripidea in Androm. v. 330,

> Ἔξωθέν εἰσιν οἱ δοκοῦντες εὖ φρονεῖν
> Λαμπροί, τὰ δ' ἔνδον πᾶσιν ἀνθρώποις ἴσοι·

transtulit in illos *Menander*, qui aliis fortunati viderentur, vocibus εὖ φρονεῖν substituens tantum εὐτυχεῖν· ad illud enim exemplum versus alter restituendus est apud *Stobaeum* p. 558, 42. inter illa quae collegit *Clericus* p. 248. Noster in Troasin v. 411,

> Ἀτὰρ τὰ σεμνὰ καὶ δοκήμασιν σοφὰ
> Οὐδέν τι κρείσσω τῶν τὸ μηδὲν ἦν ἄρα.

conf. *Alciphron.* III, initium Ep. 55. Quos dicebam propius spectant ista *Lysidis* in Epistola: τοὶ δὲ πρόσχημα ποιησάμενοι τὰν τήνω διδασκαλίαν πολλὰ καὶ δεινὰ δρῶντι· quaeque longe plurima suis in scriptis dixit in hos philosopha sententia homines *Lucianus:* huic quoque depinguntur T. III, p. 374, velut μάλα σεμνοὶ καὶ σκυθρωποὶ τὰ ἔξω· et *Aristidae* T. III, p. 511, ubi in istos multa sequuntur. *A. Gellii* familiaris indignabatur N. A. XIII, c. VIII, *quod homines ignavi ac desides — vitia facundissime accusarent, intercutibus ipsi vitiis madentes. Propertius* II. El. XXV, 23,

> *Sed nunquam vitae fallet me ruga se-*
> *verae.*

Vs. 962. Μισεῖν σε φήσεις τήνδε, καὶ τὸ δὴ νόθον Τοῖς γνησίοισι πολέμιον πεφυκέναι;] *Gul. Canteri* coniecturas Codex Parisin. adfirmat praeter ceteros apud *Musgrav.* Ex mente Thesei dici hic debuerat τὸ δὴ γνήσιον τῷ νόθῳ πολέμιον. sed et alterum in istum sensum accipi potest: Alcestis *Eurip.* v. 309,

> Ἐχθρὰ γὰρ ἡ 'πιοῦσα μητρυιὰ τέκνοις
> Τοῖς πρόσθ', ἐχίδνης οὐδὲν ἠπιωτέρα.

Novercam qui haec dicebat ad Hippolytum ipse Theseus Medeam fuerat expertus, in suum exitium venena miscentem: *Dionys.* Perieg. v. 1024, Φάρμακ' ἐμήσατο λυγρὰ γόνῳ Πανδιονίδαο· rem praeter alios narrat in Theseo *Plutarchus* p. 5. D. E. Natum Amazone nobilissima Hippolytum cur ex Attico sui temporis more dixerit Νόθον, indicat *G. Cuperus* Obs. I, c. 16, p. 118.

Vs. 961. Κακὴν ἄρ' αὐτὴν ἔμπορον βίου λέγεις, Εἰ δυσμενείᾳ σῇ τὰ φίλτατ' ὤλεσεν.] Legitur in Flor. Ἡ δυσμενείᾳ σῇ· in Paris. quoque a prima manu. Melior mihi lectio videtur vulgata: est in eodem Paris. vitiose scriptum τὰ φίλτ' ὤλεσεν.

Carissima quaevis, *uxorem*, *liberos* etc. Poëtae vocabant τὰ φίλτατα· rarius alii; *Xenophon* tamen etiam K. Π, IV, p. 59, 2. *Aeschines* c. Ctesiph. p. 64, 42. *Lucian.* II, p. 154. *Maximus Tyr.* XXX, 7. *Polyaen.* IV, c. VI, 13. *Procopius* in *Jesaiae* c. 46, p. 528, Βὴλ — sive Κρόνος, ᾧ δὴ προσῆγον οἱ πλεῖστοι θυσίαν τὰ φίλτατα· *liberos. Vitam*, ut hic, *Eurip.* in Alc. v. 340, ubi de uxore maritus:

Σὺ δ', ἀντιδοῦσα τῆς ἐμῆς τὰ φίλτατα
Ψυχῆς, ἔσωσας.

— Cum his *Euripidis* commode *Brumoeus* comparavit ista Didûs *Ovid.* Her. VII, 47,

Exerces pretiosa odia, et constantia magno;
Si, dum me careas, est tibi vile mori.

In seq. v. Ἀλλ', ὡς supplendum relinquitur ex v. 962, Ἀλλὰ (φήσεις,) ὡς τὸ μῶρον ἀνδράσιν μὲν οὐκ ἔνι. ut in v. 1013.

Vs. 971. Νῦν οὖν, τί ταῦτα σοῖς ἁμιλλῶμαι λόγοις,] Codd. Flor. et Paris. praebuere quoque Νῦν οὖν, quod in aliis Parisinis invenit *Musgrav.* Absque Codicibus, Τί οὖν haud sane sollicitassem, his etiam Poëtis usitatum; *Sophocli* Phil. v. 100. *Aesch.* VII c. Theb. v. 214. Suppl. v. 319. *Aristoph.* Plut. v. 94. Apud quosvis alios Scriptores Atticos Τί οὖν, *quid autem?* a sequentibus separatum, occurrit: attigit *T. H.* ad *Lucian.* p. 366.

Vs. 973 Ἔξεῤῥε γαίας τῆσδ' ὅσον τάχος φυγάς.] Cum Ἔξεῤῥε conferri potest *Aristophaneum* Ἄπεῤῥε· est et ἀπέῤῥων in *Eurip.* Herc. v. 260. Simplex ἔῤῥε, sive Ἔῤῥειν, cum frequentissimum sit, rarius adhibentur composita, Ἀνεῤῥεῖν· Εἰσεῤῥεῖν· Περιεῤῥεῖν sive περιέῤῥειν· quorum primum in Ἀνήῤῥησεν, *Cratini* munit auctoritate *Suidas*; ultimum est apud eumdem *Suidam* in v. Ἄπεῤῥε· in hoc versu *Pherecratis*:

Ζητῶ περιέῤῥων αὐτὸν ἐξ ἑωθινοῦ·

A *a tempore matutino urbem perreptans ipsum quaero:* male vulgatur ibi Ζητῶν. Quod exhibent Lexicographi, Ἔῤῥομαι nititur voce perverse scripta in *Eurip.* Alc. v. 734. Ἔῤῥου· ubi recte Codex Flor.

Ἔῤῥοις νῦν αὐτὸς χ' ἡ ξυνοικήσασά σοι.

Legitur aliquoties et apud Tragicos, ἕρπε· ubi dubites, hoc posuerint, an B usitatius ἔῤῥε· velut in Med. v. 333, Ἕρπ', ὦ ματαία· malim ibi, Ἔῤῥ', ὦ μ. ut v. 1346, Ἔῤῥ' αἰσχροποιέ.

Vs. 977. Οὐ μαρτυρήσει μ' Ἴσθμιος Σίνις ποτὲ Κτανεῖν ἑαυτὸν, ἀλλὰ κομπάζειν μάτην] Nempe φήσει· quod ex vicinis peti poterit. Ut hic, μαρτυρήσει legitur in *Soph.* Antig. v. 521,

Οὐ μαρτυρήσει ταῦθ' ὁ κατθανὼν νέκυς.

C Nostro versu scribitur in Flor. Οὐ μαρτυρήσαις μ' Ἴσθμιος Σίνεις π. et scribi potuerat Οὐ μαρτυρήσαι μ' Ἴσθμιος Σίνις ποτ' ἂν Κτανεῖν ἑαυτόν. Illinc et ex Ed. prima Flor., pro Σίννις, scripsi Σίνις, quae certe vetus nominis scriptio, apud Poëtas Latinos *Sinis*, prima correpta, frequenter occurrit, iure probata *N. Heinsio* in *Ovid.* Her. II, 70. Quaevis *pernicies* sive *noxa* σίνος et σίνις di- D cebatur: vid. *Ez. Spanhem.* in *Callim.* h. Apoll. v. 92, et *Jo. Alberti* ad *Hesych.* in Σίνις. De Sinide, quamque statuit in illum poena Theseus, omnia pervulgata sunt. *Senecae* versum Herc. in Oeta v. 1393,

Artusque nostros dirus immittat Sinis,

ex Flor. Cod. sic scripsit *J. F. Gronovius:* nonnihil is adiuvabitur, si sic E corrigatur:

Artusque nostros dirus emittat Sinis;
Sparsus silebo.

Sinis enim *trabes pressas ab humo mittebat in auras;* ut est in *Ovidii* Ibide v. 411. In huius Met. VII, 441, Sinis, ὁ πιτυοκάμπτης, *poterat curvare trabes, et agebat ab alto Ad terram late sparsuras corpora pinus.* Agnita credulitate

sua

sua post distractum Hippolytum Theseus, quam in Sinid statuerat, poenam in se repraesentari voluit in *Senecae* Hipp. v. 1223,

Pinus, coacto vertice attigens humum,
Coelo remissum findat in geminas trabes.

Quod addit, *Mittarve praeceps saxa per Scironia*; poenam spectat, qua Scironem crudelissimum quoque latronem (τύραννος is non ξένος, sed ἄξενος dici debuit *Scholiastae*,) peremit; de qua, praeter alios, *J. Meursius* egit in Theseo c. VI. *Infames Scirone petras*, suo facinore nobilitatas Theseus celebrat in proximis Euripideis:

Οὐδ' αἱ θαλάσσης σύννομοι Σκειρωνίδες
Φήσουσι πέτραι, τοῖς κακοῖς μ' εἶναι βαρύν.

In Flor. Cod. legitur, Οὐδ' ἐν θαλάσσῃ σύννομοι· vulgata scriptio genuina est: θαλάσσῃ σύννομοι, dici potuerant aeque ac θαλάσσης isti scopuli a Scirone denominati, de quibus nonnulla dedit *Th. Muncker.* accuratius egit vir Summus ad *Lucian.* p. 307. Euripidea cum *Plautino* dicto comparavit *P. Victorius* V. L. VII, c. XX.

Vs. 984. — τὸ μέντοι πρᾶγμ', ἔχον καλοὺς λόγους, Εἴ τις διαπτύξειεν, οὐ καλὸν τόδε.] Ad Codices, ex quibus *Musgravius* καλοὺς λόγους recepit, pro πολλοὺς, accedunt Flor. et Paris. alibi quoque haec vox alterius sedem occupat in Euripideis. Ceterum in his egregie crimen obiectum refutat Hippolytus *Euripidis*, qui propter haec et similia *Quinctiliano* dicitur I. O. p 89?, *in dicendo ac respondendo cuilibet eorum, qui fuerunt in foro diserti, comparandus*: ποιητὴν ῥηματίων δικανικῶν acerbe vocabat Nostrum *Comicus* in Pace v. 533.

Vs. 986. Ἐγὼ δ' ἄκομψος εἰς ὄχλον δοῦναι λόγον, Εἰς ἥλικας τε κὠλίγους σοφώτερος] Sic scripti versus leguntur apud *Plutarch.* T. II, p. 6. B. In primo δοῦναι λό-

A γον; est in Paris. Cod. qui aeque ac Flor. dat καὶ ὀλίγους in secundo; ubi κὠλίγους ex Codd. recte vulgavit *Musgrav.* — Verissimum etiam illud quod sequitur, οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς φαῦλοι, παρ' ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγειν· hinc exhibet l. c. *Plutarchus.* Causam addit, huc spectans, *Aristoteles* Rhetor. II, p. 99, 17. Quod legitur apud *Zenob.* Cent. III, 77, καὶ γὰρ, Ἐν μουσίαις καὶ κόρυδος φθέγγεται· sic facile corrigi potest, καὶ, ἐν γὰρ ἀμούσοις καὶ κόρυδος φθέγγεται. conf. *Diogenian.* IV, Pr. 56. *Dioscoridis* epigramma *Anthol.* II, c. XXIV, 5. *Erasmus*, *Bergler.* in *Alciphr.* p. 384. Notata in *Eurip.* Phoen. p. 145, 146. — Instar Hippolyti Timocles *Luciani* in Iove Trag. §. 27, πιθανὸς ὢν, ὁπόταν ἰδίᾳ τοῖς μαθηταῖς διαλέγοιτο, ἐν πλήθει δὲ εἰπεῖν ἀτολμότατός ἐστι. *Nonius Marcellus* in v. *Confidentia* p.

C 262, hoc *Ciceronis* exhibet libri III de Rep. fragmentum: *Duas sibi res, quominus in vulgus* (εἰς ὄχλον *Eurip.*) *et in foro diceret, confidentiam et vocem defuisse*: de Isocrate loquebatur *Cicero*, qui id ipsum de se saepius confiteri non dubitavit, in Or. ad Phil. p. 98. C. Panathen. p. 234. E. Epist. VIII, p. 425. D. ἐγὼ τοῦ μὲν πολιτεύεσθαι καὶ ῥητορεύειν ἀπέσχον· οὔτε γὰρ φωνὴν εἶχον ἱκανὴν,

D οὔτε τόλμαν. conf. *Philostr.* in Isocrate p. 504. f. et *A. Gelli* N. A. lemma capitis IX, Libri VIII, qui periit.

Vs. 991. — πρῶτα δ' ἄρξομαι λέγειν, Ὅθεν μ' ὑπῆλθες πρῶτον, ὡς διαφθερῶν, Κοὐκ ἀντιλέξοντ'] Horum ultima mihi quoque videntur unius literae dispendio capienda iuxta *Marklandi* correctionem,

E ὡς διαφθερῶν Οὐκ ἀντιλέξοντ' id est ὅθεν με διαφθεῖραι ἔδοξας, ὡς ἀπολογίαν μὴ ἔχοντα πρὸς τὰ ἐγκληθέντα· prout ferme legitur in *Scholiis*. In Codd. Flor. et Paris. legitur, πρῶτά γ' ἄρξομαι λέγειν· quod vulgata litera non est deterius. Ex utroque isto Cod. recepi, Ὅθεν μ' ὑπῆλθες πρῶτον· pro πρότερον. Id ipsum exhibet in his *Drama* Χρ. Π. v. 519, ubi Maria dixisse fertur,

'Αλλ' εἴμ' ἄκομψος ἐκφέρειν μυστήρια.
"Ομως δ' ἀνάγκη, συμφορᾶς ἀφιγμένης,
Γλῶσσάν μ' ἀφεῖναι· πρῶτα δ' ἄρξομαι λέγειν,
"Οθεν μ' ὑπῆλθε πρῶτον εἶναι μητέρα.

Huic nostro loco similis *Eurip.* Med. v. 475,

'Εκ τῶν δὲ πρώτων πρῶτον ἄρξομαι λέγειν·

in drama quoque Christ. bis transsumptus v. 300, et 1347. In *Eurip.* Suppl. v. 517,

Καὶ πρῶτα μέν σε πρὸς τὰ πρῶτ' ἀμείψομαι.

Nostro versu cui, pro πρότερον, *sententia flagitare* videbatur ἄφωνον, *aut* ἔνεον, *aut simile quid*, nunc ex similium comparatione πρῶτον sincerum adparebit. — Paulo post vs. 995. Οὐδ' ἢν σὺ μὴ φῇς, *tametsi tu hoc negaveris*, φῇς, hic pendens ab ἢν, a viro Clariss. sollicitari non debuerat ad v. 801. alia est ratio in *Soph.* Aj. v. 1127, εἴτε μὴ σὺ φῇς, Εἴθ' ἅτερος.

Vs. 996. 'Επίσταμαι γὰρ πρῶτα μὲν θεοὺς σέβειν, Φίλοις τε χρῆσθαι μὴ 'δικεῖν πειρωμένοις.] Lectionem Cod. Paris. μὴ ἀδικεῖν πειρώμενος sequentia satis refutant: μὴ ἀδικεῖν plene legitur et in Flor. ut plerumque in Codd. scriptis ista talia. Inter praecepta γαμικὰ in *Stobaei* Flor. p. 441, 25, hoc velut *Epicharmi* prostat, omissum *Grotio*, Σώφρονος γυναικὸς ἀρετὰ, τὸν συνόντα μὴ ἀδικεῖν ἄνδρα. e quibus ultimum ex interpretamento positum si omittas, Trochaicus *Epicharmi* renascetur:

Σώφρονος γυναικὸς ἀρετὰ τὸν συνόντα μὴ 'δικεῖν.

Apud eumdem *Stobaeum*, p. 45, inter dicta *Solonis* leguntur et ista: Χρῶ τοῖς θεοῖς. φίλους εὐσέβει. γονεῖς αἰδοῦ. mihi dixisse videtur Χρῶ τοῖς θεοῖς, ὡς φίλοις· γονεῖς αἰδοῦ. haec erat sapienti commendata pietas, *Diis ut amicis uti.* Cyrus, ad normam Socraticae disciplinae efformatus *Xenophonti*, ὡς πρὸς φίλους, ait, ἐμοὶ θεοὺς ὄντας οὕτω διάκειμαι· K. Π. I, p. 15, 38. *Amico uti*, sicut aliis,

A *Euripidi* quoque dicitur φίλῳ χρῆσθαι. *Victorius* V. L. XIII, c. V, eam in rem haec excitat Hippolyti: alia dare quoque potuerat ex *Eurip.* Hecuba v. 311. hinc distat aliquantulum in Oreste v. 868, πένητα μὲν, χρῆσθαι δὲ γενναῖον φίλοις· *Isocrati* dicitur Euagoras p. 197. D. πολλὰ μὲν τῶν χρωμένων ἡττώμενος· ἅπαντα δὲ τῶν ἐχθρῶν περιγενόμενος. *amicorum quidem saepe consiliis cedens, sed in omni-*

B *bus superior inimicis*; quae praeterea leguntur illic, ὁμιλούντων ἑταίρων, ad vocem χρωμένων interpretandam suspicor adiecta fuisse. — In proximis Euripideis *Barnesio* memoratam lectionem, ἐπαγγέλλειν κακὰ, recte probasse mihi videtur et cepisse *Reiskius*. — In versu 1001 scripsi, 'Αλλ' ὁ αὐτὸς (pro αὐτὸς) οὐ παροῦσι, κἀγγὺς, ὢν φίλος· cum *Marklando* ad Suppl. *Eurip.* v. 867, φίλος παροῦσί

C τε Καὶ μὴ παροῦσι· partim ex Codd. κἀγγὺς ὢν φίλος legitur in Flor. et Paris.

Vs. 1002. 'Ενὸς δ' ἄθικτος, ᾧ με νῦν ἑλεῖν δοκεῖς.] Perversa duorum Codicum et Ed. Flor. lectio, ἔχειν, idcirco memoratu non est indigna, quod haec verba saepe fuerunt inter se permutata ex adfini literarum Λ et Χ scriptura: Apud *Diogen. Laërt.* II, 116, pro οὕτως εἶχεν

D sine dubio scribendum οὕτως εἷλεν, ὥστε προσέχειν αὐτῷ· *sic cepit.* In *Antiphontis* Or. II, p. 115, 23. πολλὰς — γραφὰς διώξας οὐδεμίαν εἷλεν· *saepius actor neminem in iudicio superavit:* hoc sensu forensi verbum frequentarunt inprimis Oratores; rarius, ut hoc versu, Tragicis adhibitum: *Eurip.* Ione v. 1214, 'Επ' αὐτοφώρῳ πρέσβυν ὡς ἔχονθ' ἕλοι· "Ωφθη δὲ — *ut in ipso flagitio senem*

E *poculum tenentem venenatum deprehenderet: deprehensus autem est*: ubi paulo rarius "Ωφθη· quod alias dicitur ἐλήφθη· et frequentius ἑάλω.

Vs. 1004. Οὐκ οἶδα πρᾶξιν τήνδε, πλὴν λόγῳ κλύων Γραφῇ τε λεύσσων] In his Οὐκ, adfirmatum a Codd. melius mihi quidem videtur lectione Ald. Κοὐκ. Haec et sequentia παρῳδεῖ *Conditor* Trag.

Χρ.

Χρ. Π. ubi v. 520 matrem se dicit virgo,

> Φέρουσαν ἁγνὸν εἰς τόδ' ἡμέρας δέμας·
> Οὐκ οἶδα τέρψιν, ἢ λόγῳ κλύειν φέρω,
> Γραφῇ τε λεύσσειν· οὐδὲ γὰρ ταῦτα σκοπεῖν
> Ἐς ὦ πρόθυμος, παρθένον ψυχὴν δ' ἔχω.

Quae leguntur in eodem dramate v. 622, *Αὐτὴ μὲν οὔπω ναὸς εἰσέβην σκάφος, Γραφῇ δ' ἰδοῦσα καὶ κλύουσ' ἐπίσταμαι.* novum etiam versus illic sequentes totidem B sunt *Euripidis* Hecubae in Troasin v. 682, ubi pro Γραφῇ male legitur in Flor. Cod. Γραφὴν δ' ἰδοῦσα. — Apud *Achillem Tatium* IV, p. 225, elephantem *οὐκ εἴδομεν εἰς ταύτην — τὴν ἡμέραν ὅτι μὴ γραφῇ· non vidimus in hunc usque diem nisi pictum. Euripidis* Hippolytus pro sua pudicitia dixerat procul dubio Οὐκ οἶδα πρᾶξιν τήνδε. quodque falsus praebet *Gregorius*, Οὐκ οἶδα τέρψιν· forte petitum est ex *Aeschyli* Agam. v. 620, ubi Clytaemnestra

> Οὐκ οἶδα τέρψιν, οὐδ' ἐπίψογον φάτιν
> Ἄλλου πρὸς ἀνδρός·

illa tamen absente marito saepe *Τερπομένη δώροισι πολυχρύσου Ἀφροδίτης.* Arma Veneris esse dicuntur *ἔρωτες ἐφίμεροι, αἵτε κατ' εὐνὰν Τέρψεις*, in *Atholog.* IV, c. XII, ep. 104.

Vs. 1005. — *οὐδὲ ταῦτα γὰρ σκοπεῖν Πρόθυμός εἰμι, παρθένον ψυχὴν ἔχων.*] Ut his sensus inesse diversus videretur, miris ista modis sunt sollicitata. Res quidem venereas oderat iuvenis Amazonius; nec tamen expictas se vidisse negabat: videndi vel in picturis talia cupidum se negat. egregie *Racinius* Filius haec *Euripidis* interpretatur, ubi cum Euripideo comparat paternum drama *dans les Memoires de L'Acad. des Inscr.* T. VIII, p. 308, *Je ne connois les plaisirs de l'amour, que par des récits ou des tableaux, encore suis-je trop pur pour arrester mes yeux sur de telles peintures.* Quando saepius voculae καὶ et γὰρ, uno ductu librariis scriptae, fuere permutatae, hic libenter scripse- A rim, — *οὐδὲ ταῦτα καὶ σκοπεῖν Πρόθυμός εἰμι.* id est, *καὶ ὅμως οὐδ' ἐν γραφῇ πρόθυμός εἰμι ταῦτα σκοπεῖν·* qua ferme ratione cepit ista *Scholiastes.* — Παρθένον ψυχὴν dixit *Euripides*, *Aeschylum* imitatus, qui purum sive integrum fontem dixerat *παρθένον πηγὴν* in Persis v. 615. *incaeduae* circa Alcmaeonis monumentum cyparissi, velut intactae, *παρθένοι* dicebantur Arcasin teste *Pausan.* VIII, p. 646. B Sed sunt ista talia multo magis usitata recentioribus: *Philo* tamen *Judaeus* iam dixit p. 698. C. *τὰς καθαρὰς, καὶ, ὡς ἂν εἴποι τις τροπικώτερον, παρθένους χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἀνατείνας.* et p. 742. A. *παρθένους τὰς ψυχὰς διαφυλάττουσαι.*

Vs. 1007. Κεἰ μὴ *τὸ σῶφρον τοὐμὸν οὐ πείθει σ' ἴσως, Δεῖ δή σε δεῖξαι, τῷ τρόπῳ διεφθάρην*] Pro Εἰ δὴ, voces Κεἰ μὴ, hic C aptissimas ex Cod. Paris. recepi, *Heathio* ex nota ad Phoen. v. 1001, hic probatas: Flor. Cod. dabat, quas duo *Musgravio* praebuere Parisini, Καὶ δή. alibi saepe iunctae hic minus conveniunt. — In Flor. Paris. et in omnibus Codd. *Musgr.* inventum *διεφθάρην*, pro *διεφθάρη·* *Marklando* quoque iudice legitimum restituere non dubitavi. — In seq. v. 1009 prava est in Flor. Cod. scriptura *οὐ καλλιστεύετο·* Eleganter D dictum,

> Πότερα τὸ τῆσδε σῶμ' ἐκαλλιστεύετο
> Πασῶν γυναικῶν;

ut in *Eurip.* Med. v. 947,

> — δῶρ', ἃ καλλιστεύεται
> Τῶν νῦν ἐν ἀνθρώποισιν, οἶδ' ἐγὼ, πολύ.

id est *ἃ τῶν νῦν ἐν ἀνθρώποις ὄντων κατὰ πολὺ κάλλιστά ἐστι.* Hinc nonnihil di- E stant *τῆσδ' ἀριστεύων χθονὸς*, in Rhesi v. 194, et *τίς προφητεύει θεοῦ*; in Ione v. 413. quod admotum *Herodoto* P. 555.

Vs. 1010. — *ἢ σὸν οἰκήσειν δόμον, Ἔγκληρον εὐνὴν προσλαβὼν, ἐπήλπισα*] Quando Codices Flor. et Paris. cum aliis conspirabant in *οἰκήσειν*, hoc cum *Musgravio* recepi, pro *οἰκῆσαι·* quod absque

que illis suo loco reliquissem: observatis viri Summi in Miscell. Obs. IV, p. 286, accesserunt nonnulla in Misc. Obs. Novis T. III, p. 2. — Vice simplicis ἤλπισα hic adhibetur ἐπήλπισα· quod aliquando fieri monitum fuit ad *Lucian.* T. I, p. 345. — Ad Ἔγκληρον εὐνὴν, adscriptum in Parisino Cod. εὔπορον ἢ μονοκληρονόμον. *Hesychius :* Ἔγκληρον, ἐπίκληρον, πλούσιον. quorum hoc voci εὔπορον respondet; illud voci μονοκληρονόμον· Alter *Scholiastarum*, Thesei τὴν εὔπορον κοίτην interpretatur; alter eiusdem μονοκληρονόμον γυναῖκα. Ducta uxore Creusa Xythus Erechthei dicitur vere, Καὶ δῶμα καὶ [σὴν] παραλαβὼν παγκληρίαν, in *Eurip.* Ione v. 814. Propria voce Attica dicendam ἐπίκληρον, ἔγκληρον dixit *Eurip.* Iphig. in Taur. v. 682.

Vs. 1012. Μάταιος ἄρ' ἦν, οὐδαμοῦ μὲν εὖν φρενῶν] Vulgata praebent Codd. οὐδ. μὲν ἦν φρονῶν est in Paris. *Scholiastae* verba, οὐδαμοῦ συνέσεως ἤμην ἐγὼ τοιαῦτα ἐννοούμενος· *Marklando* suggesserunt elegantem lectionem, Μάταιος ἄρ' ἦν, κοὐδαμοῦ μὲν οὖν φρενῶν. quae mihi sane placet; vellem tamen *qui a mente discessit*, ὁ ἐκτὸς ὢν φρενῶν, alicubi apud veteres diceretur οὐδαμοῦ φρενῶν εἶναι· ut *sapiens* dicitur εὖ φρενῶν ἔχειν, etiam in Hippol. v. 462. Reperiuntur apud optimos scriptores, οὐδαμοῦ γῆς· οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως· et similia: Ἑλλάδος γῆς μηδαμοῦ *Sophoclis* est in Phil. v. 256. οὐδαμῇ Αἰγύπτου, *Herodoti* II, c. 43, cui τοῦ Ἑλλησπόντου πανταχῇ restitutum ex Codd. VII, c. 106. — Sequentem versum ad mentem *Marklandi* distinxi,

E

> Ἀλλ', ὡς τυραννεῖν ἡδύ; τοῖσι σώφροσιν
> Ἥκιστά γ'.

similis huic locus in *Eur.* Herc. v. 298,

> Ἀλλ', ὡς λόγοισι τόνδε μαλθάξαιμεν ἄν;
> Ἥκιστα. φεύγειν σκαιὸν ἄνδρ' ἐχθρὸν χρεών.

Vs. 1014. — εἰ μὴ τὰς φρένας διέφθορεν θνητῶν, ὅσοισιν ἁνδάνει, μοναρχία] Quae proxima praecedunt possent etiam

A accipi oratione directa: ut ista supra v. 960, Μισεῖν σε φήσεις τήνδε· *Dices forsan hancce odisse Te:* v. 966, Ἀλλ', ὡς τὸ μῶρον etc. sic et haec, Ἀλλ', ὡς τυραννεῖν ἡδύ. *At*, dices nempe, φήσεις, vel Εἴποις ἄν, *iucundum esse regnare: τοῖσι σώφροσιν* Ἥκιστά γ', εἰ μὴ τὰς φρένας etc: *Qui quidem sapiunt hoc minime fatebuntur; nec nisi quibus mortalium mentem corrupit ipsis solis iucundus Principatus.*
B In Cod. Paris. scribitur διέφθορεν· in Flor. διέφθειρεν ex interpretamento; quo significatum, Atticis inprimis Poëtis διέφθορε positum pro διέφθειρε· *Ammonius* p. 41, Διέφθαρται ὑφ' ἑτέρου· Διέφθορε δ' ἕτερον. praeter *Graevium* Clar. *Sallierius* nonnulla notavit ad *Thom. M.* in Διέφθορεν.

Vs. 1019. Πράσσειν γὰρ εὖ πάρεστι, κίν-
C δυνος δ' ἀπὼν Κρείσσω δίδωσι τῆς τυραννίδος χάριν.] Vellem in aliis etiam libris scriptis invenirentur quae dat Flor. Πράσσειν τε γὰρ πάρεστι, κίνδυνός τ' ἀπὼν Κρείσσω δίδωσι τῆς τ. χ. id est καὶ γὰρ πάρεστι (Regis amico) πράσσειν ἄνευ κινδύνου· *Facere namque licet quae velis absque periculo.* vulgatum εὖ πράσσειν idem est ac εὐτυχεῖν, quod praecessit. Cum his et vicinis Hippolyti Euripidei, Histiaei quae-
D dam conspirant apud *Herodotum* V, c. 106. sed inprimis oratio Creontis crimen similiter repellentis obiectum in *Sophoclis* Oed. T. v. 592 — 610. Illinc sua quaedam efformavit in Oedipo *Seneca* v. 687,

> *Solutus onere regio, regni bonis*
> *Fruor, domusque civium coetu viget*, etc.

initio dramatis ista Oedipodis v. 6.

> *Quisquamne regno gaudet? ô fallax bonum*
> *Quantum malorum fronte quam blanda tegis!*

expressa mihi videntur ex his Ionis Euripidei v. 621,

> Τυραννίδος δὲ τῆς μάτην αἰνουμένης
> Τὸ μὲν πρόσωπον ἡδὺ, τἀν δόμοισι δὲ
> Λυπηρά.

Vs.

Vs. 1021. Ἓν οὐ λέλεκται τῶν ἐμῶν] Literam probem interiectam, Ἓν γ' οὐ λέλεκται τῶν ἐμῶν· *Unum quidem nondum dixi eorum quae habebam dicenda*; τὰ δ' ἄλλ' ἔχεις· *cetera vero iam dixi*: Τὰ μὲν παρ' ἡμῶν πάντ' ἔχεις· est in Phoen. v. 960. — In v. 1024 pro εἶδες docte corrigit *Reiskius* εἷλες· Ἔργοις ἂν εἷλες τοὺς κακοὺς διεξιών. In vs. 1002, ὡ με νῦν ἑλεῖν δοκεῖς, nonnulla notata sunt.

Vs. 1027. Μηδ' ἂν θελῆσαι, μηδ' ἂν ἔννοιαν λαβεῖν] *Iovem iuro et Terrae solum, tuum me nunquam attigisse lectum; neque futurum ut id unquam velim aut cogitem.* Vitiabat versum lectio vetus, μηδ' εἰς ἔννοιαν λαβεῖν· vitium sustulit in Barnesiana, μηδ' ἐς ἔνν. genuinam voculam ἂν praebuerunt Codd. Flor. Paris. quosque *Musgravius* adhibuit. Quod huius exhibet Editio, ἀν' ἔννοιαν λαβεῖν vereor ut Graece dici possit. Ἄν, sic iunctum temporibus infinitivis, praesenti et aoristis vim indit futuri; qui usus voculae pervulgatus est. Absque Codicibus illa repeti potuisset ex his dramatis Χρ. Π. v. 524,

Ὄμνυμι τὸν σύμπαντα σαφῶς εἰδότα,
Μηδ' ἂν θελῆσαι, μηδ' ἂν ἔννοιαν λαβεῖν.

— Hippolytus *Euripidis*, Νῦν δ' ὅρκιόν σοι Ζῆνα, καὶ πέδον χθονὸς Ὄμνυμι· *Iovem* iurat *iurisiurandi vindicem et Terram matrem*; Ζῆνα δ' ὅρκιον καλῶ, est in *Soph.* Phil. v. 1318. Ὅρκιον etiam Iovem attigit *T. H.* in *Lucian.* p. 99. Πέδον χθονὸς, ut *Eurip.* Medea v. 746, Ὄμνυ πέδον γῆς, *et Solem* v. 752, Ὄμνυμι γαῖαν λαμπρόν ἡλίου τε φῶς. hinc distat Aeneae *Virg.* Aen. XII, v. 176, *Et nunc Sol testis et haec mihi terra precanti.*

Vs. 1028. Ἦτ' ἄν γ' ὀλοίμην, ἀκλεὴς, ἀνώνυμος] Codicibus obsequutus edidit *Musgravius*, Ἦτ' ἄρ' ὀλοίμην· de quibus voculis sic iunctis dixi in v. 480. Hic erat in Par. Cod. ἤ τ' ἄρ', in Flor. ἤ γ' ἄρ' ὀλ. *Heathio* servanda videtur vulgata lectio, Ἦτ' ἄνγ' ὀλοίμην· *certe peream*: *Aesch.* Theb. v. 558, Ἦτ' ἂν πανώλεις παγκάκως

A τ' ὀλοίατο. — In dramate Χρ. Π. v. 526 quum legatur, Ἡ κατολοίμην ἀκλεὴς, ἀνώνυμος· suspicari licet, ex suo Codice scripsisse Auctorem, Ἡ κάρτ' ὀλοίμην ἀκλεὴς, ἀ. Atque ita forte dederat *Euripides*, cui ἢ κάρτα sic ut et *Sophocli* saepe iunguntur: sensus esset ἢ ὀλοίμην κάρτα ἀκλεής. — *Reiskio* venit in mentem Ἦτ' ἀντολοίμην.

B Vs. 1029. Ἄπολις, ἄοικος, φυγὰς ἀλητεύων χθόνα] Pro ἀλιτεύων, ex Cod. Paris. hic, et infra v. 1048, ἀλητεύων substitui: isto versu 1048, Theseus ad filium:

Ἀλλ' ἐκ πατρῴας φυγὰς ἀλητεύων χθονὸς
Ξένην ἐπ' αἶαν λυπρὸν ἀντλήσεις βίον.

Illinc partim nostrum arbitror efformatum, et hoc certe loco non ab
C *Euripide* profectum; a quo scribi non poterat φυγὰς ἀλητεύων χθόνα. In altero versu recte dicitur ἐν πατρῴας χθονὸς φυγὰς ἀλητεύων, *exul ex patria terra vagus*, sive *huc illuc oberrans*. *Homeri* satis auctoritate tutum Ἀλητεύειν, *huc illuc vagari*, ἀλητείαν peperit, cuius forma Dorica Ἀλατεία legitur in *Aesch.* Prom. v. 899, *Eurip.* Helen. v. 530 restituenda *Epimenidi* apud *Diog. Laërt.* I, 113.
D Ut in Hipp. v 1048, sic in *Eurip.* Heracl. v. 515, Ἀλλ' ἐκπεσοῦσα τῆσδ' ἀλητεύω χθονός· in *Anthol.* I, c. IV, ep. 1. III, c. XXV, ep. 4. *Heliodor.* III, p. 150, 11. — Est utique ἀλητεύων idem ac ἀλήτης ὤν, sive πλανήτης, unde πλανητεύειν. Nihil itaque nostro versu habet χθόνα unde pendeat. Hoc etiam solum mihi versum monstraret adulterinum; ubi paulo post suo loco recte legitur ἐκ πατρῴας
E φυγὰς ἀλητεύων χθονός. Accedit huc *Conditor* dramatis Χρ. Π. qui versum hac in sede legisse non videtur in suo Cod. dum haec exhibet continua v. 526, 7, Ἡ κατολοίμην (f. κάρτ' ὀλοίμην) ἀκλεὴς, ἀνώνυμος, Καὶ μήτε πόντος, μήτε γῆ, μήτ' αὖ πόλις Τὸ σῶμά μου δέξαιτο. —— Ad versum hic in Hipp. explendum Ἄπολις, ἄοικος, facile potuerunt aliunde adsumi. Duo senarii mihi videntur ex *Euri-*

ripidis perdito dramate, qui latent apud *Aelianum* V. H. III, c. XXIX, et *Diog. Laërt.* VI, 38,

> Ἄπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος,
> Πτωχὸς, πλανήτης, βίον ἔχων ἐφήμερον,

quibus accommodis Cl. *Burmann.* usus est in Ibin *Ovidii* v. 113, *Exul, inops erres, alienaque limina lustres.* Nemo hic, opinor, ex *Euripidis* more versum tuebitur. — Non solet certe *Sophocles* in eadem Tragoedia versus repetere: in eius Oed. in Col. versus sunt 761, 2, 3,

> Ἀλλ' ἡνίκ' ἤδη μεστὸς ἦν θυμούμενος,
> Καὶ τοὖν δόμοισιν ἦν διαιτᾶσθαι γλυκὺ,
> Καὶ 'μάνθανον τὸν θυμὸν ἐκδραμόντα μοι.

sed horum ultimus illic ab alia manu fuit adiectus; quem supra suo loco *Sophocles* posuerat v. 430,

> Χρόνῳ δ' ὅτ' ἤδη πᾶς ὁ μόχθος ἦν πέπων,
> Κἀμάνθανον τὸν θυμὸν ἐκδραμόντα μοι
> Μείζω κολαστὴν τῶν πρὶν ἡμαρτημένων·

De hoc quidem versu neminem confido dubitaturum, qui *Sophoclem* cognoverit. In *Aristoph.* Acharn. qui legitur versus 383, Ἐνσκευάσασθαί μ' οἷον ἀθλιώτατον· ex ista sede poterit eiici, cum sua sede legatur 435.

Vs. 1030. Καὶ μήτε πόντος, μήτε γῆ δέξαιτό μου Σάρκας θανόντος, εἰ κακὸς πέφυκ' ἀνήρ.] Simile votum Pyladae in *Eurip.* Or. v. 1091,

> Μήθ' αἷμά μου δέξαιτο κάρπιμον πέδον,
> Μὴ λαμπρὸς αἰθὴρ, εἴ σ' ἐγὼ προδοὺς,

— ἀπολίποιμι. In istis Μὴ λαμπρὸς αἰθὴρ, τὸ πνεῦμά μου δηλονότι non absurde supplet *Schol. Pindari* p. 36. a. Ubi hunc ex Oreste locum attigit, *Eustathius* in *Hom.* Il, Η, p. 538, 19, nostra haec ex Hippol. explicat, μήτε πόντος μήτε γῆ δέξαιτό με, κατὰ φυσικὴν δηλαδὴ ἀνάλυσιν. *Euripidis Scholiasta*, dum scribit ad v. ex Oreste, Μήτε τὸ σῶμά μου ἀποθανόντος ἡ γῆ παραδέξαιτο, μήτε εἰς αἰθέρα ἡ

A ἐμὴ ψυχὴ χωρήσαι· videri posset legisse, Μὴ σῶμά μου δέξαιτο κάρπιμον πέδον. — Differt ab Hippolyto dicto Minois illud Ovidiani ad Scyllam Met. VIII, 98,

> *Dii te submoveant, o nostri infamia secli,*
> *Orbe suo; tellusque tibi pontusque negentur.*

Vs. 1032. Εἰ δ' ἥδε δειμαίνουσ' ἀπώλεσεν
B βίον Οὐκ οἶδ'.] Ab Hippolyto hoc vere dici poterat, dubitarique adeo, utrum indignata repulsâ Phaedra vitam sibi eripuisset an metu: *Iudiciine metu magis, offensâne repulsae*, Hippolyti, sive Virbii, versus in *Ovid.* Met. XV, 502, mihi quidem sententia pendere videtur ab alio qui periit. — Proxima, in Edd. sic collocata, ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις λέγειν πέρα, scribere malui prout legebantur in
C Cod. Paris. πέρα λέγειν erat in Flor. Eodem ordine, quo in Paris. exhibentur in *dramate* Χρ. Π. v. 531, Ταῦτ' οἶδα· νῦν γὰρ οὐ πέρα θέμις λέγειν. *Soph.* Elec. v. 635 — οὐκ ἂν πέρα λέξαιμ' ἔτι. v. 1513, — Μὴ πέρα λέγειν ἔα. tamen in Philoct. v. 1269, Παῦε, μὴ λέξῃς πέρα.

Vs. 1034. Ἐσωφρόνησεν, οὐκ ἔχουσα σωφρονεῖν, Ἡμεῖς δ' ἔχοντες, οὐ καλῶς ἐχρώ-
D μεθα.] Quid de Phaedra sentiret, quum palam dicere non liceret Hippolyto, verbo usus ambigui significatus, et oxymori figura tamen obscurius patefecit. Horum diversae prostant interpretationes: proxime veram haec mihi videtur accedere *Heathii*: *Illa casta et pudica existimata est, cum pudicitiam revera non habuerit; nos vero, qui habemus, infelici successu ea usi sumus.*
E *Ausonius* p. 527, — *pudicum*

> *Perdidit Hippolytum non felix cura pudoris.*

Ludit et in ambiguo verbo σωφρονεῖν significante, *sana mente esse; prudenter agere.* Videri Phaedra poterat morte sibi sua castitatis famam prudenter comparasse; contra Hippolytus nihil aliud ef-

effecisse sua pudicitia, quam ut patris cubile temerasse censeretur. Oxymori figuram notissimam prae ceteris adamavit *Euripides;* cuius et ista sunt in Hec. v. 564, Ὁ δ', οὐ θέλων τε, καὶ θέλων, οἴκτῳ κόρης. Phoen. v. 360, Μῆτερ, φρονῶν εὖ, κοὐ φρονῶν, ἀφικόμην. Ion. v. 1444, Ὁ κατθανών τε κοὐ θανὼν φαντάζομαι. Recte iudicavit *St. Berglerus*, ista talia ridenda sibi Comicum sumsisse, dum in Ἀχαρν. v. 395 interroganti, Ἔνδον ἔστ' Εὐριπίδης; servulus respondet, Οὐκ ἔνδον, ἔνδον ἐστὶν, εἰ γνώμην ἔχεις· ubi praeter alia *Euripidis* hunc quoque versum adscripsit *Berglerus*. — Est in *Antholog.* Lat. L. I. epigr. CLIII, de Hippolyto et Phaedra:

Vincere falsa pudor poterat: sed castus et insons
Erubuit Phaedrae vincere falsa pudor.

In seq. vs. 1036 ad αἰτίας ἀποστροφὴν, quam recte *Scholiastes* ἀπολογίαν interpretatur, adscriptum legitur in Cod. Paris. ἀποφυγήν. Qui quidem iudicibus videbatur τὰς αἰτίας ἀποστρέψαι, — ille velut νικήσας καὶ λυθεὶς τῆς κατηγορίας in Attico foro dicebatur ἀποφυγών· *elapsus criminibus Ciceroni: Horatius* L. I. Serm. Ecl. IV, v. 100, *sed tamen admiror, quo pacto iudicium illud Fugerit:* ὅπως ταύτην τὴν δίκην ἀπέφυγε.

Vs. 1038. Ἆρ' οὐκ ἐπῳδὸς, οὐ γόης πέφυχ' ὅδε, Ὃς τὴν ἐμὴν πέποιθεν εὐοργησίᾳ ψυχὴν κρατήσειν;] Quod Codex dabat Paris. οὐ γόης, ut animosius, recepi pro καὶ γόης· *Eurip.* Hec. v. 490,

Οὐχ ἥδ' ἄνασσα —
Οὐχ ἥδε Πριάμου τοῦ μέγ' ὀλβίου δάμαρ;

In Bacch. v. 233 memoratur Γόης ἐπῳδὸς Λυδίας ἀπὸ χθονός· attigit haec *J. Pierson* in *Moer.* Att. p. 113. — Hic Editionum et plerorumque Codicum lectionem εὐορκησίᾳ primus *Musgravius* nobis immutavit, posuitque in uno Cod. repertum, et *Scholiastae* lectum, εὐοργησίᾳ· Factum equidem laudo. In Cod. Paris. quem adhibuit *T. H.* scriptum

A etiam erat εὐοργησίᾳ· literis tamen κη velut emendatione superimpositis: εὐεργεσίᾳ dabat Cod. Flor. — Clar. *Heathius*, nec sane miror, *procul dubio legendum* decernit εὐορκησίᾳ· quia chorus paulo ante iusiurandum tantum Hippolyti memoraverat velut validissimum eius innocentiae argumentum: quod ait vocem εὐοργησία *apud neminem Lexicographorum reperiri*, fortasse verum est;
B sed in notis illam tamen legere potuerat ad *Hesych.* in Εὐόργητος, idonea munitam *Euripidis* auctoritate Bacch. v. 641,

Πρὸς σοφοῦ γὰρ ἀνδρὸς, ἀσκεῖν σώφρον' εὐοργησίαν.

Sed nec alteram vocem legerat *Heathius*, nisi hoc uno loco controverso firmatam: videtur illam in *Alexandri*
C (vid. *T. H.* in *Schol.* ad Plutum *Ar.* p. 323) Comoedia legisse, qui rariores voces Atticas ex veteribus adnotavit, *Grammaticus* in Cod. Sangerman. *MS.* ex cuius perinsigni libello has apud Cl. *Ruhnkenium* notas enotavi: Εὐεργεσία (L. Εὐοργησία·) Εὐριπίδης Βάκχαις. † Εὐορκισία· (L. Εὐορκησία·) Ἀλέξανδρος Ἑλένῃ. Absque hac nota vox videri posset suspecta neque ex analogia sermonis
D commendabilis. Quia εὐπαίδευτος erat in usu, εὐπαιδευσίαν dicere potuit et *Euripides* teste *Polluce* IX, 161. Sed ἀλειτουργησία· ἀκοινωνησία· ἀτιμωρησία· εὐεμπτωσία· et similia non legerentur, nisi adiectivum ἀλειτούργητος etc. in usum fuissent recepta: par ratio est in εὐοργησία ab εὐόργητος formato: sed quum neque εὐόρκητος nec quidquam simile fuerit in usu, videri quoque potuisset εὐορκησία
E prorsus fuisse inusitatum: *qui sancte colit iusiurandum* dicitur εὔορκος et εὐορκεῖν· Sed quid hic tandem significabit εὐορκησίᾳ; Εὐοργησία *morum* erat *atque ingenii bonitas*, qua suam se patri speraverat Hippolytus innocentiam potius probaturum, quam iurandi formulis: morum etiam lenitate commendabilis εὐόργητος dicebatur: deleta vocula οὐ, scribendum apud *Plutarch.* T. II, p. 413.

413. C. εὐόργητος γάρ ἐστι καὶ πρᾶος. As- A per in alios, qui facile tamen ferebat adulantium dicta, Dionysius *Eubulo* fuisse dicitur:

> Καὶ τοῖς κόλαξι πᾶσι τοῖς σκώπτουσί τε
> Ἑαυτὸν εὐόργητος·

apud *Athen.* VI, p. 260 D. conf. *Casaub.* Anim. p. 454. et inprimis eximii Medici Nostratis *Adr. Heringae* Observ. c. VI, p. 49. Praeter ceteros, Ὀρ- B γὴν de moribus et ingenio, frequenter dixit *Theognis.*

Vs. 1043. Ἔκτεινά τοι σ' ἄν, κοὐ φυγαῖς ἐζημίουν,] In Flor. Cod. legitur, Ἔκτεινά τις ἄν, κοὐ φυγῆς ἐζημίουν· in aliis si φυγῆς etiam inveniretur, velut diversa lectio considerari posset, κοὐ φυγῇ σ' ἐζημίουν, *morte te, non exilio multarem.* *Eurip.* Oreste v. 898, Οὗτος κτανεῖν μὲν C οὔτέ σ', οὔτε σύγγονον Εἴα, φυγῇ δὲ ζημιοῦντας εὐσεβεῖν. in Med. v. 454, Πᾶν κέρδος ἡγοῦ ζημιουμένη φυγῇ. sed et unius exilium vocat φυγὰς in Or. v. 514, *homicidam statuere* φυγαῖσι δ' ὁστισοῦν, ἀνταποκτεῖναι δὲ μή. Theseus *Euripidis* apud *Plutarch.* T. II. p. 112. D.

> φυγάς τ' ἐμαυτῷ προστιθεὶς πάτρας ἐμῆς.

illic scribitur πάτρας ἐμᾶς, alibi πάτρης ἐμῆς· utrumque vitiose.

Vs. 1045. — οὐχ οὕτω θανῇ· — 1047. Ταχὺς γὰρ ᾅδης ῥᾷστος ἀνδρὶ δυστυχεῖ·] Ἀνδρὶ δυσσεβεῖ, quod et hic legitur in Paris. Cod. fluxit ex v. 1050. — Thesei Euripidei sententiam accurate *Horatius* expressit Epoda XVII, 62,

> *Sed tardiora fata te votis manent:*
> *Ingrata misero vita ducenda est in hoc,*
> *Novis ut usque suppetas laboribus.*

Eamdem adhibuit *Seneca* Tragicus; in Hippol. v. 713. Herc. in Oeta v. 111. Agam. v. 995,

> *Mortem aliquid ultra est? Vita, si cupias mori.*

Ovidius in Ibin v. 124,

> *Optatam fugiat vita coacta necem.*

Vs. 1048. Ἀλλ' ἐκ πατρῴας φυγὰς ἀλητεύων χθονὸς Ξένην ἐπ' αἶαν λυπρὸν ἀντλήσεις βίον] Hunc quoque versum supra iam dederat 898, ubi in Hippolytum absentem Theseus, Ἢ τῆσδε χώρας ἐκπεσὼν, ἀλώμενος Ξένην ἐπ' αἶαν, λυπρὸν ἀντλήσει βίον. sic solet interdum *Euripides* in eodem etiam dramate leviter mutatos eosdem repetere senarios: vid. Alc. v. 419, 782. Herc. Fur. 733, 756. His non sane vereor ne quis abutatur ad labefactanda quae supra dicta sunt ad versum 1029, cuius est longe diversa ratio. Virbius *Ovidii* XV, 504, suum olim Hippolyti fatum enarrans, *immeritum*, inquit, *me pater proiecit ab urbe, Hostilique caput prece detestatur euntis.* Medea *Senecae* v. 19, morte

> *Mihi peius aliquid, quod precer sponso malum;*
> *Vivat: per urbes erret ignotas egens,*
> *Exul, pavens, invisus, incerti laris.*

In seq. v. 1050 vocem alio positam ordine dat Paris Cod. Μισθὸς γὰρ οὗτός ἐστιν ἀνδρὶ δυσσεβεῖ.

D

Vs. 1053. Πέραν γε πόντου, τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν,] Theseus *Racinii*:

> *Fusses-tu par de-là les Colonnes d'Alcide,*
> *Je me croirois encor trop voisin d'un perfide.*

In Edd. legebatur, Πέραν γε πόντου καὶ τόπων Ἀτλαντικῶν· quod etiam Codices E aliquot exhibent scripti; τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν in duobus a se Codd. inventum restituit *Musgravius:* ad hos duo Codices accedunt Flor. et Paris. e quibus tamen illud non primus recepissem. Est illa quidem optima lectio: supra quoque v. 746 memorat τέρμονα — οὐρανοῦ, τὸν Ἄτλας ἔχει. in Herc. Fur. v. 234, Ἀτλαντικῶν πέρα φεύγειν ὅρων. Sed est Hippolyti versus tertius,

O-

Ὅσοι τε πόντου, τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν
Ναίουσιν εἴσω·

cuius recordatus aut actor aut lector *Euripidis* hic quoque dare potuit *τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν·* ubi Poëta posuerat alterum illud. Nihilque adeo est cur *τόπων Ἀτλαντικῶν* minus videatur Euripideum; quum in talibus frequenter *τόπων* meminerint Tragici, praesertim *Aeschylus*; ex quo *Σαλαμῖνος τόπους· Αὐλίδος τόπους· Πέλοπος τόπον* enotavit Clar. *Abresch.* Anim. ad *Aesch.* I, c. 32, p. 232. *Euripides* apud *Strabon.* XIII, p. 916. A. Marsyam dicit *τὰς δι̇ωνομασμένας* — Legendum puto,

τὰς μὲν ὠνομασμένας
Ναίειν Κελαινὰς ἐσχάτοις Ἴδης τόποις.

Seneca Agam. v. 436,

Juvat videre nuda Troiae litora,
Juvat relicti sola Sigéi loca.

In *Sophoclis* Trach. v. 1116, confecisse dicitur Hercules aureorum

Δράκοντα μήλων φύλακ' ἐπ' ἐσχάτοις τόποις·

id est *ἐπ' Ἀτλαντικοῖς τόποις·* aureis enim malis dives hortus *ad Atlantem usque montem pertingens*, *Hygin.* Poët. Astr. II, c. 3, *ἦν παρὰ τῷ Ἄτλαντι*, iuxta *Eratosthenem* in Catast. c. III; huic, ut et aliis, puellae Hesperides ipsius sunt Atlantis filiae; cuius etiam hortus habebatur:

solidis pomaria clauserat Atlas
Moenibus, et vasto dederat servanda draconi,

Ovid. Met. IV, 645. In *Aeschyli* Prom. V. v. 348, *coelifer* (*N. Heins.* vid. in *Ovid.* V. Fast. v. 83,) *Atlas πρὸς ἑσπέρους τόπους* (*πρὸς ἑσπέροις τόποις* scripsisse potius videtur) *Ἕστηκε, κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς Ὤμοις ἐρείδων.* His addantur *Virgiliana* ex Aen. IV, 380, *Ultimus Aethiopum locus est, ubi maximus Atlas Axem humero torquet.* — His lectis neminem opinor futurum, qui vulgatam ante lectionem hoc in versu, *καὶ τόπων Ἀτλαντι-*

A *κῶν*, ex errore librariorum natam censuerit. Forsan utraque scriptio nunc *Euripidi* videbitur contribuenda; *τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν* si dederat in prima Ed. causa poterit excogitari facilis, cur alterum in secunda praetulerit. — Paene omisissem Thesei *Senecae* similia quaedam ad filium Hipp. v. 930,

profugus ignotas procul
B *Percurre gentes: te licet terra ultimo*
Summota mundo dirimat Oceani plagis, etc.

Vs. 1057. *Ἡ δέλτος ἥδε, κλῆρον οὐ δεδεγμένη, Κατηγορεῖ σου πιστά.*] in versu, qui praecedit, *Φήμας ἐλέγχων* est in Cod. Paris. *ἤλεγξας* est in eadem re infra v. 1322. — His ista mihi significari videntur; *Tabella haecce, quae sortes incer-*
C *tas sibi non accepit inscriptas, sic te accusat, ut firmissimum praebeat ad crimen probandum argumentum.* Respondent ad illud Hippolyti,

Οὐδ' ὅρκον, οὐδὲ πίστιν, οὐδὲ μάντεων
Φήμας ἐλέγξας, ἄκριτον ἐκβαλεῖς με γῆς;

ubi per *πίστιν argumenta* sunt intelligenda, quibus, praeter iusiurandum, utebantur in iudicio *ad crimen probandum.*
D Hic, vocem adhibens *κλῆρον*, *sortitionem* proprie sic dictam respexisse videtur, et *notas κλήρους* etiam dictas, quas tabellis vaticiniis augures ex observatis suis habebant inaratas. In sorte proprie sic dicta casus plurimum valet incertus: hinc *fortunae filiolus*,

Ὁ τῆς τύχης παῖς κλῆρος

in perdito dramate, ni fallor, *Euripidi*
E dicebatur ap. *Plutarch.* T. II, p. 965. E. p. 644. D. ubi *ψυχῆς* perperam vulgatur: Augurum *κλήρους*, sive tabellis inscriptas notas, memorat in Phoeniss. *Euripidis* Tiresias v. 845,

Κλήρους τέ μοι φύλασσε παρθένῳ χερὶ,
Οὓς ἔλαβον, οἰωνίσματ' ὀρνίθων μαθὼν
Θάκοισιν ἐν ἱεροῖσιν.

— Nostrum etiam ex Hippolyto versum

sum ob κλῆρον, et *Scholiastae* verba, *Jos. Scaliger* adhibuit in *Tibull.* p. 131. conf. *Ez. Spanhem.* in *Callim.* p. 626. — Quomodo ceperit, aut sua voluerit intellecta *Conditor* mirifici dramatis Χρ. Π. non equidem exputo: haec ille chorum facit de Virgine matre dicentem v. 562,

> Μαιευσάσης χεὶρ, κλῆρον οὐ δεδεγμένη,
> Κατηγόρησε πιστὰ σοῦ θεῖος τόκος.

— Augurum κλήρους, velut sortes incertas, et totam disciplinam auguralem hoc quidem articulo temporis Theseus habebat despicatui; quod monstrant proxima,

> τοὺς δ' ὕπερ κάρα
> Φοιτῶντας ὄρνις πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω.

Ex animi quoque sui sententia scripsit *Euripides* in Helenae v. 753,

> εὔηθες δέ τοι,
> Τὸ καὶ δοκεῖν ὄρνιθας ὠφελεῖν βροτούς.

Legitur in Oed. T. *Sophoclis* v. 974,

> τί δῆτ' ἄν, ὦ γύναι, σκοποῖτό τις
> Τὴν πυθόμαντιν ἑστίαν, ἢ τοὺς ἄνω
> Κλάζοντας ὄρνις.

Vs. 1062. Οὐ δῆτα· πάντως οὐ πίθοιμ' ἂν οὕς με δεῖ, Μάτην δ' ἂν ὅρκους συγχέαιμ', οὓς ὤμοσα.] *Absit ut hoc faciam: neque enim omnino moverem, quos flectere me oportebat*, (praeferrem, οὕς μ' ἔδει) *Et quam dedi fidem iuratam frustra violarem.* Quae dedit *Heathius* neque hic conveniunt, nec verbo activo πείθειν. Quod pro οἷς με δεῖ praeter Ed. primam Flor. Codex dabat Paris, οὕς με δεῖ recepi (*Reiskio* detectum absque Codicis auxilio;) non item quod Flor. συγχέοιμ'· quia συγχέαι frequentatur Atticis, et πείθειν ista structura: πάντως οὐκ ἂν πίθοιμι οὕς με πείθειν ἔδει. Simile videtur, neque est tamen, in *Soph.* Oed. in Col. v. 1438, Μὴ πεῖθ' ἃ μὴ δεῖ· significant enim, *suadere noli quae minus decent.* Sed et aliquid alteri persuadere dicitur πείθειν τινὰ, ex gr. *Isocrati* p. 155. D. p.

A 166. C. 343. B. 365. C. ὥς γ' ἐμαυτὸν πείθω, *Demosthenis* est p. 442. *Euripides* Alc. v. 827, ἀλλ' ἐπειδέ με Λέγων. huius generis quaedam adscripta sunt *Herodoto* P. 254 f. — Ut hic συγχέοιμι erat in Flor. idem ille Codex dabat in Medeae v. 794, Δόμον τε πάντα συγχέους' [id est συγχέουσ'] Ἰάσονος Ἔξειμι γαίας· hic quoque praestat συγχέασ' Ἰάσονος· neque, opinor, causae quidquam erat cur B in *Aristoph.* Pace v. 1241, τῷ ἐγχέας, ἐγχέων substitueret *Dawesius* in Miscell. Crit. p. 238. Ἐκχέας est in *Aeschyli* Choëph. v. 518. ex *Euripidis* Philoctetis Prologo, — μόχθων τῶν πρὶν ἐκχέαι χάριν, *Dion. Chrysost.* explicat, διαφθεῖραι τὴν ἐπὶ τοῖς ἔμπροσθεν γεγονόσιν εὔκλειαν. — Συγχέαι τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα scribit *Herodotus* VII, c. 136. ξυγχέαι — τὰς σπονδὰς, *Thucydides* V, c. 39. C συγχέαι τὰς ψήφους, *Isaeus* p. 52, 26.

Vs. 1064. Οἴμοι, τὸ σεμνὸν ὥς μ' ἀποκτείνει τὸ σόν.] *Ah! tristis ista vultus tui et ficta severitas quam me enecat!* Est in talibus τὸ σεμνὸν quod *Terentio* dicitur, *Tristis severitas inest in vultu; Ovidio*, (*non*) *est ficto vultus mihi tristis in ore.* — Pro ἀποκτενεῖ hic ex uno Cod. Paris. tempus convenientius admisi ἀποκτείD νει. Ἀποκναίει, Atticis in eumdem sensum adhibitum, hic quoque scribendum videbatur *Jo. Piersono* ad *Moer.* Att. p. 74, haud sanequam alterum ignoranti, et ne quidem *Antiphanis* illud apud *Athen.* X, p. 449, B. Ἡράκλεις, ἀποκτενεῖς Ἀρά μ', εἰ μὴ γνωρίμως μοι πάνυ φράσεις κρεῶν χύτραν. *Grotius* in Exc. p. 604, *Aedepol, plane me enecas*; ex *Terent.* Andr. IV, 1, 36, *Cur me enecas? AE chilles Tat.* I p. 27, ἀποκτείνεις, εἶπεν, σιωπῶν· τί σε λυπεῖ. *occidis me silentio tuo.* de iis qui importuna essent loquacitate molesti frequentius adhibebantur talia: *Aristoph.* Pluto v. 390, Οἴμοι τῶν κακῶν, Ἀπολεῖς. *Enecas me*, *Berglerus*; *Luciani* Iupiter in Iove Trag. §. 43, Σὺ ἡμᾶς ἐπισφάττεις, ὦ Μῶμε, οὐκ ἐν καιρῷ νῦν ἐπιτιμῶν. his in literis maximi facio iudicium *Piersoni*; hic tamen ob is-

ista quae dedi servandum omnino videbitur ἀποκτείνεις.

Vs. 1065. Οὐκ εἶ πατρῴας ἐκτὸς ὡς τάχιστα γῆς;] Sic versus etiam legitur in Codd. Flor. et Paris. qui ad εἶ recte habet adscriptum πορεύσῃ. Pro πορεύσομαι vel ἐλεύσομαι· ἀπελεύσομαι· ἐξελεύσομαι· εἰσελεύσομαι· Atticis potius adhibebantur εἶμι· ἄπειμι· ἔξειμι· ἔσειμι· quod legitur mox versu 1067, ἔσει, *ingredieris*, non intellectum in *Aristoph.* Vesp. v. 186. *Suidas:* Ἔξειμι, οὐκ ἐξελεύσομαι, λέγουσιν Ἀττικοί. In rem satis vulgatam minime tamen vulgata dedit *T. H.* ad. *Thomam M.* in Ἐπεξελευσόμενος.

Vs. 1066. Ποῖ δῆθ' ὁ τλήμων τρέψομαι;] Hippolytus *Racinii:*

Chargé du crime affreux, dont vous me soupçonnez,
Quels amis me plaindront, quand vous m'abandonnez?

Medeae *Euripidis* v. 502, Νῦν ποῖ τράπωμαι; *Ennius* reddidit, *Quo nunc me vortam, quo iter incipiam ingredi?* comparavit et alia Nobiliss. *Janus Dousa* Filius Coniectan. in *Catull.* c. VI, p. 38. Hoc nostro loco vulgata, Ποῖ δῆτα τλήμων, ex uno Cod. Paris. mutavi in Ποῖ δῆθ' ὁ τλήμων· τλάμων erat in Flor. In Or. v. 293 legitur, Ἐγὼ δ' ὁ τλήμων· v. 1033, Τέθνηχ' ὁ τλήμων· in Herc. Fur. v. 1013. etc. — In vs. 1069, ad ξυνοικουροὺς κακῶν adscriptum in Paris. συνεργάτας· quod est et in *Scholiis.* Supra Noster v. 417, Οὐδὲ σκότον φρίσσουσι τὸν ξυνεργάτην. in Bacch. v. 1144, Τὸν ξυγκύναγον, τὸν ξυνεργάτην ἄγρας. Quia dixerat γυναικῶν λυμεῶνας, quas decebat esse οἰκουροὺς, domi simul cum aliis mala patrantes dixisse videtur ξυνοικουροὺς κακῶν.

Vs. 1070. Αἶ, αἶ· πρὸς ἧπαρ, δακρύων τ' ἐγγὺς τόδε.] Mihi quoque dudum quod *Reiskio* fuit visum, verbum hic aliquod requiri, unde penderent ista πρὸς ἧπαρ· Ille, literis gemitus indicibus, αἶ, αἶ, extra versum collocatis, supplendum

A suspicabatur, Ἕρπει πρὸς ἧπαρ· mihi verbum illud hinc alienius, aptum hac in sede videbatur, et a literis istis αἶ αἶ facile absorptum,

Δύνει πρὸς ἧπαρ, δακρύων τ' ἐγγὺς τόδε.

Hoc ad viscera usque permanat, sive *penetrat, et lacrymas mihi prope exprimit.* Non libidinis tantum et irae, sed quorumcunque dolorum, qui mentem

B penetrabant, sedem Poëtae posuerunt in iecore; certe sensum illorum penetrare dicebant ad iecur usque. Tragici sat exemplorum praebebunt: *Sophocles* Aj. v. 951,

Χωρεῖ πρὸς ἧπαρ, οἶδα, γενναία δύη·

vehemens haec aegritudo permanat ad iecur usque. Aeschylus in Agam. v. 442, Πολλὰ γοῦν θιγγάνει πρὸς ἧπαρ. v. 800,

C *quisque paratus est gemere cum infortunatis*,

δῆγμα δὲ λύπης
Οὐδὲν ἐφ' ἧπαρ προσικνεῖται

sed illorum iecur nullus ulcerat doloris morsus. versum 1173 egregie correxit *G. Canterus*, Πέπληγμαι δ' ἧπαρ δήγματι φοινίῳ. *Auctor* Rhesi v. 425, Λύπῃ πρὸς ἧπαρ δυσφορῶν ἐτειρόμην. — Hic nostro

D versu scribi quoque potuit Χωρεῖ, vel Θίγγει, vel, quod malim, Δύνει πρὸς ἧπαρ. — *Homer.* Od. Λ, 578 Γῦπε δέ μοι — ἧπαρ ἔκειρον Δέρτρον ἔσω δύνοντες. *Apollon. Rhod.* III, 763, Ἔνθ' ἀλεγεινότατον δύνει ἄχος. In Eumen. *Aeschyli* v. 846, ὑποδύεται Πλευρὰς ὀδύνα. conf. *Eurip.* Ion. v. 766. *Horatii* aliorumque dicta, quibus iecur ut amoris et irae sedes consideratur, collegit *Lambinus* ad

E *Horat.* I Carm. XIII, 4. et IV Carm. Od. I, 12. Duo de Aeschyleis dictis cum formulis Orientalium contulit vir in suo genere literarum Summus *Alb. Schultensius* in *Jobi* XVI, 13.

Vs. 1071. Εἰ δὴ κακός γε φαίνομαι, δοκῶ τέ σοι] Pro τε voculam γε hic quoque dabant Flor. et Paris. Non scripta mallem quae dedit *R.* Non sane φαίνεσθαι

σθαι et δοκεῖν, sed opposita sunt δοκεῖν et εἶναι. Qui malus et aliis videri poterat, patri certe videbatur, erat tamen vir optimus Hippolytus. — Sequenti versui, ante ἐχρῆν, literam σ' interieci ex Codd. Flor. et Paris. quam ex aliis etiam insertam voluit *Musgrav.* Sententiam dat eamdem Elec. *Eur.* v. 1111, Ὀψὲ στενάζεις, ἡνίκ' οὐκ ἔχεις ἄκη.

Vs. 1074. Ὦ δώματ', εἴθε φθέγμα γηρύσαισθέ μοι,] Ex diversis verbi lectionibus optimam hic meo iudicio *Musgravius* elegit γηρύσαισθε, et mox μαρτυρήσαιτ'· γηρύσεσθέ με legitur in Flor. γηρύεσθε μοι in Paris. γηρύσεσθέ μοι Καὶ μαρτυρήσετ' in Ed. prima Flor. Supra v. 213, Οὐ μὴ παρ' ὄχλῳ τάδε γηρύσῃ, *ne dicas*. *Aesch.* Suppl. v. 469, Λέξον, τίν' αὐδὴν τήνδε γηρυθεῖσ' ἔσῃ; — Ad sententiam respondent ista Hipp. v. 418, Τέρεμνα [τ'] οἴκων μή ποτε φθογγὴν ἀφῇ. in Phoen. v. 1351, Ὦ δώματ' εἰσηκούσατ' Οἰδίπου τάδε.

Vs. 1076. Εἰς τοὺς ἀφώνους μάρτυρας φεύγεις; σαφῶς Τόδ' ἔργον οὐ λέγον σε μηνύει κακόν.] *Scholiastae* memorata lectio, in duobus etiam inventa Codd. σοφῶς· *Marklando* placuit, scribenti praeterea, σοφῶς. Τὸ δ' ἔργον. sic sensus erit: *Mutos tu testes invocas: callide.* Est tamen commodus etiam sensus in vulgatis: *Ad mutos testes confugis?* ἔργον τόδε, οὐ λέγον, (atque adeo ἄφωνον) σαφῶς μηνύει σε κακόν. *hanc ecce tibi tabellam*, hoc cadaver novercae, *quae* dum tacet clamat, sive *perspicuis verbis te malum indicat.* Eleganter *Achilles Tatius* V, p. 285, Φιλομήλας, inquit, τέχνη σιωπῶσαν εὕρηκε φωνήν. μηνυτῆρος ἀφθέγκτου meminit *Aeschylus* Eumen. v. 245. Est et hic ὀξύμωρον in istis οὐ λέγον λέγει, vel φράζει σαφῶς, sive μηνύει. Potuerat indicium obscuris esse verbis aut perplexe scriptum; sed plane verbisque perspicuis Hippolytus indicabatur in tabella. Propterea σαφῶς μηνύει hic retinuerim: *plane et perspicue dicere* σαφῶς λέγειν est in *Sophoclis* Phil. v. 597, v. 1332. et

A in similibus σαφῶς in Oed. T. v. 106, 612, 712, 1075 etc. σαφῶς φράσω *Antiphanis Athen.* X, p. 450. D. 459. D. σαφῶς δεῖξαι *Diodori Sinopensis* ibid. VI, p. 239. B. Frequenter tamen etiam, nec mirum, σαφῶς et σοφῶς a librariis fuere permutata, etiam apud illos, quos nominabam: σοφῶς scribendum in *Soph.* Phil. v. 424. et in versu *Alexidis Athen.* III, p. 107. D. — Sequentes duo versus

B Hippolyti 1078, 79, mihi quoque videntur, ut *Marklando*, obscuriores: tentarunt illos explicare *Heathius* et *Reiskius*. In margine primae Ed. Flor. vir doctus hanc adscripserat interpretationem: *Utinam hic esset aliquis, qui meas lacrymas et mea mala respiceret.* Forsan indignum videbatur Hippolyto, si suam ipse calamitatem, in quam innocens inciderat fraude novercae patrisque

C credulitate, lacrymis et fletu prosequeretur; ut adeo significatum voluerit, tum vero lacrymas se fuisse profusurum, si *tanquam alter idem* in eadem incidisset mala.

Vs. 1080. Πολλῷ γε μᾶλλον σαυτὸν ἤσκησας σέβειν, Ἢ τοὺς τεκόντας ὅσια δρᾶν, δίκαιος ὤν.] *Temet ipse multo magis colere studuisti, quam iustus esse, et pa-*

D *rentes qua decebat veneratione prosequi:* ἤ, δίκαιος ὤν, τοὺς τεκόντας ὅσια δρᾶν. Eximie dicebant θεοὺς σέβειν· in hominum societate τὰ δίκαια καὶ ὅσια ποιεῖν· Viro Clariss. δίκαιος ὢν δρᾶν hic significare videtur, *cum hoc deberes facere:* saepe quidem *Plato* aliique Scriptores optimi vocem δίκαιος, infinitivo iunctam hunc in sensum adhibent: δίκαιος εἶ vel εἰμὶ εἰπεῖν. δίκαιος εἶ ἀντιχαρίζε-

E σθαι. δίκαιος ἦν τὴν πόλιν εὖ ποιεῖν. οὐ γὰρ ἐσμὲν ἀφαιρεθῆναι δίκαιοι. Sed δίκαιος ὢν isto sensu paulo videretur insolentius, et δίκαιος apud Tragicos rarissime sic adhibetur: *Soph.* Antig. v. 406. *Eurip.* v. 186.

Vs. 1085. — οὐκ ἀκούετε Πάλαι ξενοῦσθαι τόνδε προὐννέποντά με;] *An non audiistis modo me palam edicentem, ut hic-*

hisce in exilium abiret. τῷδε προὐννέποντά με sola praebet Ed. Flor. Πάλαι προὐννέποντα iungenda sunt, et in talibus locutionibus apud Atticos Scriptores, ut apud Latinos *dudum*, nonnunquam πάλαι ponitur *de re modo praeterita.* Ἴσμεν, inquit *Eustathius*, in Il. I, p. 677, 24, ὅτι ἡ Ἀτθὶς Πάλαι οἶδε λέγειν, οὐ μόνον τὸ ἀφ' ἱκανοῦ χρόνου, ἀλλὰ καὶ τὸ πρὸ ὥρας, ἢ καὶ στιγμῆς. eam in rem in Il. Θ, p. 584, 15, *Eustath. Sophocleum* excitat νῦν τε καὶ πάλαι λέγω· — νῦν μὲν γὰρ ἔφη τὸ προσεχῶς ἄρτι· πάλαι δὲ τὸ ἐν τῷ ἀνωτέρῳ ἐκεῖ προσεχεῖ στίχῳ. sic in *Aristoph.* Pluto v. 1040, Οὕπερ πάλαι κατηγοροῦσα τυγχάνω. recte *Schol.* Πάλαι, πρὸ ὀλίγου. *Photius* Lex. *MS.* in Πάλαι. τὸ ἤδη λέγειν εἰώθασι Πάλαι. — Verbum Ξενοῦσθαι si vel isto significatu nusquam legeretur, nemo tamen adsentietur *R.* qui verbum prorsus inauditum hic nobis comminiscitur. Ἀποξενοῦσθαι usitatius: Φυγὰς Ἀπεξενοῦτο *Sophoclis* est in Elec. v. 779. Apud *Clem. Alex.* Strom. VI, p. 742, 19, *Euripides* Aegeo,

Ποίαν σε φῶμεν γαῖαν ἐκλελοιπότα
Πολυξενοῦσθαι;

illic *Sylburg.* tentabat corrigere Ποτιξενοῦσθαι· quod in Attico certe senario ferri posse negabit *Heathius*; cui meum fortasse Πάλαι ξενοῦσθαι minus alienum videbitur, πάλαι cum ἐκλελοιπότα iungendum esse cogitanti. hic ξενοῦσθαι significaret ἐπὶ ξένης εἶναι· ut sensus esset, *Qua te terra dudum relicta dicemus peregrinari?* Fatebitur certe *H.* apud *Philostratum* de V. S. p. 600. a. pro τῶν πολυτεφῶν, corrigendum, τῶν πάλαι σοφῶν ἐνίους πολλὰ καὶ ἀνελεύθερα ὑπὲρ χρημάτων πράξαντας. — Versus sequens, E

Κλαίων τις αὐτῶν ἆρ' ἐμοῦ γε θίξεται·

formulam dat comminantis satis notam: Androm. *Eurip.* v. 758, τίς ὑμῶν ἅψεται; κλαίων ἄρα ψαύσει. In *Aesch* Suppl. v. 933, Κλάοις ἂν εἰ ψαύσειας. In illa formula saepe, pro κλαίων, οὔτι χαίρων· ut apud alios legitur; sic et apud *Euripidem.* —— In vs. 1089, Οὐ γάρ τις

A οἶκτος σῆς μ' ὑπέρχεται φυγῆς· vulgatum ὑπέρχεται scriptae lectioni Cod. Paris. ἐπέρχεται praetuli in *Eur.* Phoen. p. 463.

Vs. 1090. Ἄρηρεν, ὡς ἔοικεν,] *Firmiter decretum est, ut videtur;* Ἄρηρε, sive Ἄραρεν, in Lexico Tragico redditum videtur παγίως δέδοκται· ut recte corrigunt in *Hesychio* viri Docti. Ut alias nonnullas, huius etiam Ἄρηρε for-
B mam Doricam, atque idcirco producto α medio, Ἄραρε Tragici mihi suos in senarios admisisse videntur, diversos in usus adhibitum: Ἄραρεν est in *Aesch.* Prom. v. 60. in *Eur.* Med. v. 1609, Or. 1334, ubi pro Ἄραρεν· ἀνάγκης· ex duobus Codd. Leid. scribendum,

Ἄραρ'· ἀνάγκης δ' εἰς ζυγὸν καθέσταμεν.

Nostro versu Hipp. legitur in Paris.
C Cod. Ἄραρεν. ut in Dram. Χρ. Π, v. 837, Ἄραρεν, ὡς ἔοικεν. ὦ τάλαιν' ἐγώ. quod in eodem est dramate v. 1274, Ὡς ταῦτ' ἄραρεν· ex *Eurip.* Med. petitum v. 322, ubi nostris in Edd. vulgatur, Ὡς ταῦτ' ἄρηρε. cuius vice illic v. 1236, δέδοκται τοὔργον, et alibi frequenter legitur: in Med. v. 745, ἄραρε legit etiam *Auctor* Χρ. Π, v. 761. Aliis in locis *Euripidae* vulgatur ἄρηρεν· ut in Androm. v. 254,
D Ὡς τοῦτ' ἄρηρεν· id est δέδοκται. Heraclid. v. 399. Nisi scripserit in Elec. v. 948, Κάλλει τε χαίρων. quod vulgatur ἀραρὼν saltem cum viro D. mutandum est in ἀραρὼς· unde formatum ἀραρότως· quod Cod. dat Flor. in *Eur.* Med. pro ἀρηρότως v. 1193. *Hesychio* Ἀραρότως redditur ἁρμοδίως, ἀσφαλῶς· ubi plura notantur, et a Clar. *Ruhnken.* in *Timaei* Lex. *Platon.* p. 35.

Vs. 1092. Λητοῦς κόρη, Σύνθακε, συγκύναγε, Φευξούμεσθα δή] Quia nusquam in senariis Tragicorum Doricum legitur κόρα· hic quoque κόρη Doricae fuit formae substitutum ex Cod. Paris. qui aeque ac Flor. cum, pro Φευξόμεσθα, daret Φευξούμεσθα· ne hoc quidem restituere dubitavi; quia Φευξοῦμαι Atticis etiam placuisse recordabar, saepius apud Tra-

 gi-

gicos obvium. Θάκος iisdem aeque fuit usitatum ac Θῶκος. — Saepius autem Diana dicitur Λατοῦς κόρα· τὰν Διὸς κόραν Κλῄσαμεν Ἄρτεμιν, ipsius est *Euripidis* Iph. in Aul. v. 1520, sed in carmine Chori. Hic vero κόρα nemini temere videbitur mutatum, quum relicta forma sit Dorica συγκύναγε· qui quidem *Phrynichi* legerit observationem in Ecl. p. 190, aut ad Phoen. notata p. 8. *Eur.* Iph. in T. v. 709, Ὦ συγκύναγε, καὶ συνεκτραφεὶς ἐμοὶ, Ὦ πόλλ' etc. In istam classem forte Γαπόνος referendum, non nolente *Marklando* in *Eurip.* Suppl. v. 420. Γάπεδον certe Doricum Tragicos probasse testis *Stephanus* est *Byz.* in Γῆ· γήπεδον, ὅπερ οἱ Τραγικοὶ διὰ τοῦ α φασὶ Δωρίζοντες.

Vs. 1095. Ὦ πέδον Τροιζήνιον, ὡς ἐγκαθηβᾷν πόλλ' ἔχεις εὐδαίμονα] In Epigrammate *Rhiani* Anthologiae *Stratonis*,

Ἡ Τροίζην ἀγαθὴ κουροτρόφος,

alio longe sensu dicitur, quam pudico Hippolyto multa terra praebere Troezenia loca iucundissima, in quibus quis possit ἐγκαθηβᾷν, *tempus iuventutis utiliter consumere.* Iuvenibus bene moratis ἡβητήρια erant *gymnasia*, quae hic vel inprimis respicit Hippolytus: pars stadii, Ἱππολύτου καλουμένου, supererat et aetate *Pausaniae* II, p 187. Aliis *loca voluptaria*, et *amoeni secessus* dicebantur ἡβητήρια· quae *Herodoto* sunt ἐνηβητήρια II, c. 133. ubi quaedam notata sunt. Quandoquidem *Longus* alibi verbum adhibuit ἐνηβῆσαι, III, p. 79, suspicor idem illud posuisse L. II: p. 41, ubi, praeter alia, in ora Mitylenes maritima fuisse dicuntur λουτρὰ συνεχῆ, παράδεισοί τε καὶ ἄλση, τὰ μὲν φύσεως ἔργα, τὰ δὲ ἀνθρώπων τέχνη· πάντα ἐνεικῆσαι καλά. corrigo τέχνης, πάντα ἐνηβῆσαι καλά· *cuncta oportuna voluptati iuvenili:* illuc enim nave vecti paulo ante iuvenes venisse dicuntur opulenti Methymnaei, διαθέσθαι τὸν τρυγητὸν ἐν ξενικῇ τέρψει θελήσαντες.

Vs. 1099. Προσείπαθ' ἡμᾶς, καὶ προπέμψατε χθονός] Hunc quoque versum satis absurde *Scriptor* adhibuit Χρ. Π, v. 1504,

A

Δεῦτ' ἴτε, κοῦραι, καὶ κατιδοῦσαι νέκυν
Προσείπατ' αὐτὸν, καὶ προπέμψατε χθονός,
Ὡς οὔποτ' ἄλλον τοῦ γένους ῥύστην, ἰὼ,
Ὄψεσθε κείμενον.

rectius eumdem supra posuerat v. 686. —— Paulo ante cum *M.* προσφθέγγομαι recepi pro futuro, quia Codices in illam

B lectionem conspirabant.

Vs. 1102. Ἦ μέγα μοι τὰ θεῶν μελεδήμαθ', ὅταν φρένας ἔλθῃ, Λύπας παραιρεῖ] Παραινεῖ, quod est in Codd. Flor. et Paris. vitiosum quidem, oriri tamen potuit ex alia lectione Παραλύνται· atque ad illam versus in anstrophe olim accommodari: activum certe παραιρεῖ raro reperietur: *Hesychius* Παραλύνται, ὀλίγῳ

C (leg. ὀλίγου) ἀφαιρεῖται· *propemodum aufert.* — Ista satis clara sunt, et sequentium sententiam bene mihi *Heathius* sic videtur expressisse: *Et cum spem conceperim me aliquid circa divinam providentiam certi intelligere, spes ista rursus me frustratur, cum in fortunas et facta mortalium intueor.* Ξύνεσιν δέ τιν' ἐλπίδι κεύθων, / Λείπομαι ἔν τε τύχαις / θνατῶν, καὶ ἐν ἔργμασι λεύσσων. sic

D hi versus, quique his in antistrophe respondent, dispositi leguntur in Cod. Paris. — In versum 7 strophes, pro ἄλλοτ' ἀμείβεται, recepi ἄλλοθεν ἀμ. ex Codd. Flor. et Paris. — Velut piam *Euripidis* sententiam tres primos huius strophes versus excitat *Sholiastes* in Agam. *Aeschyli* v. 171. Rectius illorum et sequentium sensum Latinus Tragicus percepit, qui horum similia Chorum facit in Hip-

E polyto dicentem, ista quoque in mundi rectorem v. 974,

hominum nimium
Securus abes; non sollicitus
Prodesse bonis, nocuisse malis:
Res humanas ordine nullo
Fortuna regit, spargitque manu
Munera coeca, peiora fovens.

Eadem semper cum fuerit infortunatorum

rum querela, non mirum est aliquoties obviam in *Euripidis* tragoediis, quem recte *Scholiastes* animadvertit in hac stropha loquentem ex sua persona, atque ea dicentem quae mulieribus certe Troezeniis minus convenirent. In *Eurip.* Hecuba v. 486 et seqq. huius similis legitur de divina Providentia dubitatio: *Athenagoras* Leg. p. 102, τὸ παρ' ἐλπίδα καὶ δίκην εὖ πράττειν ἢ κακῶς ἐν ἀφασίᾳ τὸν Εὐριπίδην ἐποίησε, τίνος ἡ τοιαύτη τῶν περιγείων διοίκησις. habet ibidem ex perdito dramate *Eur.* hanc sententiam:

Πολλάκι μοι πραπίδων διῆλθε φροντὶς,
Εἴτε Τύχα, εἴτε Δαίμων τὰ βρότεια κραίνει,

quam mihi satis liquet obversatam *Claudiano* sua scribenti,

Saepe mihi dubiam traxit sententia mentem, etc.

Nota quoque sunt de Graecis quae Latina fecit *Ennius:*

Ego Deûm genus esse semper dixi et dicam coelitum;
Sed eos non curare opinor, quid agat humanum genus:
Nam si curent, bene bonis sit, male malis; quod nunc abest.

De Dei tamen providentia, lenta quidem, sed certa scelerum vindice, dicta sunt *Euripidis* peregregia: Troasin v. 887,

πάντα γὰρ δι' ἀψόφου
Βαίνων κελεύθου κατὰ δίκην τὰ θνήτ' ἄγεις.

quo *Plutarchus*, *Themistius*, aliique saepe respiciunt: vid. elegantiss. vir ingenii, quem his literis gratulamur, *Jo. Toupius* Em. in *Suid.* I, p. 104. ἡ Δίκη,

σῖγα καὶ βραδεῖ ποδὶ
Στείχουσα, μάρπτει τοὺς κακοὺς ἀεὶ βροτῶν,

Eurip. in *Stobaei* Ecl. p. 9. ed. *Grot.* p. 123. In eiusdem Florilegio plura sunt ex perditis Tragoediis *Euripidis* in eamdem sententiam dicta.

Vs. 1114. Καὶ ἀκήρατον ἄλγεσι θυμόν·]

A Quam ex uno Cod. *Musgravius* pro ἀγήραον restituit, vocem ἀκήρατον praebent Flor. et Paris. in quo adscripta leguntur interpretamenta, ἄφθορον, ἀήττητον· *Animum curis vacuum* sic dicere potuit, vel *ab omni luctu purum*, et *incorruptum;* qua postrema voce *Cicero Platonis* ἀκήρατον interpretatur in Timaeo. Post hanc vitam beatis futura dicitur ἀκήρατος ἀλυπία *Aeschini* Socr. III, p. 164. B ὅταν ἀκήρατος καὶ καθαρὸς ὁ νοῦς ἐκκριθῇ· ut scripsisse suspicor *Xenophontem* K. Π. VIII, p. 140, 10. quae *Cicero* sic Latina fecit de Senect. c. 23, *cum omni admixtione corporis* (animus) *liberatus, purus et integer esse coepisset.* ἁ δέ γε τῶ σώματος κρᾶσις μιχίνει τὸ καθαρὸν τᾶς ψυχᾶς, ut ait *Onatus* in *Stobaei* Ecl. p. 4. f. Κῆρες animi, suo carcere clausi, sunt *corporeae pestes*, quaeque dicitur *concreta labes Virgilio* Aen. VI, 737, et 746. C his liberatus animus evadit ἀκήρατος. Eximie mens divina dicebatur ἀκήρατος· et *Timaeo Locro* p. 547, v. 7, τὸ τῶ παντὸς σῶμα ἀκήρατον τῶν ἐκτὸς κηρῶν. ubi scripsisse videbitur, ut infra scribit p. 561, m. πολλαὶ δὲ κᾶρες ζωᾶς· sed et in *Hipparchi* Fragm. *Stobaeano* p. 574, 47, πολλαὶ κῆρες κατὰ πάντα τὸν βίον πεφύκαντι. *Democritus* apud Eumdem p. 584, 4, D *brevem* vitam humanam dixit πολλοῖσι (πολλῇσι scribendum ex *Stobaei* Cod. *MS.* Paris.) τε κηρσὶ συμπεφυρμένην καὶ ἀμηχανίῃσι. *Plato* L. XI de LL. p. 937. D. Πολλῶν ὄντων καὶ καλῶν ἐν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ, τοῖς πλείστοις αὐτῶν οἷον κῆρες ἐπιπεφύκασιν αἳ καταμιαίνουσί τε καὶ καταῤῥυπαίνουσιν αὐτά. *Homerea* in Il. M, 322 et seqq. velut interpretatus *Theopompus* ap. *Clem. Alex.* Strom. VI, p. 749, 10, τοσαῦται, inquit, κῆρες τῷ βίῳ παραπεφύκασιν. E Sed *Platonis* illud plures expresserunt. Vocem tractans ἀκήρατος Clar. *D. Ruhnkenius* ad *Timaei* Lex. p. 11, 12, duobus illam epigrammatis eximendam putabat, ἀγηράντους et ἀγήραντον corrigens; in quibus ἀκηρατίους et ἀκηράσιον legendum monuit *J. Toupius* Emend. in *Suidam* ad v. Ἀκήρατον.

Vs. 1115. Δόξα δὲ μήτ' ἀτρεκὴς Μήτ' αὖ παράσημος ἐνείη.] Ad ἀτρεκὴς adscriptum in Paris. Cod. ἀκριβής· Huic mulierum vel ipsius *Euripidis* optato rationem addidit *Grotius* in Exc. p. 220,

Nec nomen lateat meum,
Nec claro nimium loco
Splendens invidiam trahat.

Quod expertam se significat *Euripidis* B Medea v. 292,

οὐ νῦν με πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις,
Ἔβλαψε δόξα, μεγάλα τ' εἴργασται κακά.

virtutibus et sapientia clari, v. 298, Φθόνον πρὸς ἀστῶν ἀλφανοῦσι δυσμενῆ. — Βιότου δ' ἀτρεκεῖς ἐπιτηδεύσεις neque Phaedrae placebant nutrici Hipp. v. 261. — Sed hic ἀτρεκὴς δόξα est ἐπίσημος· cui παράσημος opponitur: vid. *Schol.* in *Eurip.* Hec. v. C 378, ubi vere παράσημον ἀργύριον κυρίως esse dicitur παρακεχαραγμένον. *Nummi* sic *adulterini* proprie vocabantur: *Hesychius*, τῶν νομισμάτων τὰ κίβδηλα Παράσημα λέγεται. alias dicti νομίσματα παρακεκομμένα· παράτυπα· παραπεποιημένα· quae cum similibus ad alia transferuntur; ad homines etiam indicandos, qui quidem sint τοῦ πονηροῦ κόμματος. — In sequentibus, Ῥάδια δ' ἤθεα τὸν αὔριον Μεταβαλλο- D μένα χρόνον αἰεὶ Βίον συνευτυχοίην· quorum sensum *Grotius* expressit eleganter,

Mores sed faciles habens,
Et quos crastina molliter
Immutet veniens dies,
Tuto perfruar otio.

ultimum τῷ διευτυχοίην aptius congrueret: sed alterum, quod retinent Codices, explicant et *Scholiastae:* Ad Μεταβαλ- E λομένα legitur et in Paris. Cod. ἀντὶ τοῦ μεταβάλλουσα. — Τὴν αὔριον, *crastinum diem* frequenter etiam Tragici memorant, quos nusquam arbitror dixisse τὸν αὔριον χρόνον. sed nec ὥριον forte χρόνον dixerunt; pulcra tamen Clar. *Musgravii* videbitur coniectura legentis, Ῥάδια δ' ἤθεα τὸν ὥριον Μεταβαλλομένα χρόνον αἰεὶ — *mores flexiles tempestive semper immutans*, Exercit. in *Eurip.* II, c. IV, f.

Vs. 1120. Οὐκέτι γὰρ καθαρὰν φρέν' ἔχω' παρὰ δ' ἐλπίδα λεύσσω] In Par. Cod. et Flor. in aliis etiam legitur, παρ' ἐλπίδα λεύσσων· male; recte in eodem adscriptum ad καθαρὰν, ἀτάραχον· quod et *Scholia* praebent vulgata: παρὰ δ' ἐλπίδα λεύσσω, perperam intellecta, *Heathius* explicuit, ut oportebat, *praeter exspectationem autem res evenire video:* idem monuit *Reiskius.* Apud *Athenag.* Leg. p. 102, *Euripides*, *sive Deus*, inquit, *seu Fortuna*,

Παρά τ' ἐλπίδα καὶ παρὰ δίκαν
Τοὺς μὲν ἀπ' οἴκων ἀναπίπτοντας
Ἄτερ βίου, τοὺς δ' εὐτυχοῦντας ἄγει.

Vs. 1122. Ἐπεὶ τὸν Ἑλλανίας φανερώτατον ἀστέρ' Ἀθάνας Εἴδομεν εἴδομεν ἐκ πατρὸς ὀργᾶς Ἄλλαν ἐπ' αἶαν ἱέμενον.] Ad φανερώτατον adscribitur in Paris. Cod. ἐπιφανέστατον. Ἀθάνας, pro Ἀθήνας, praebuit *Eustath.* in Il. E, p. 388, 49, ubi, ἡ δὲ Τραγῳδία, inquit, τοῦτο (τὸ ἀλίγκιον ἀστέρι καλῷ) παραποιήσασα φησί τινα Ἑλλανίας φανερώτατον ἀστέρ' Ἀθάνας, ἤγουν ἀστέρα τῆς παρ' Ἕλλησιν Ἀθήνας, ταυτὸν δ' εἰπεῖν, διάδηλον ἐν Ἀθήναις αἳ παρονομάζονται τῇ Ἀθηνᾷ. Verborum sensum recte expressit. — Formam Doricam nominis Minervae Ἀθάνας Tragici quoque suis in senariis adhibuisse monitum fuit ad *Eur.* Phoen. p. 8. — Ἑλλανίας meminit Ἀθάνας· ut Corinthius Sosicles *Herodoti* V, c. 92, θεοὺς dixit τοὺς Ἑλληνίους· *Aelianus* etiam in V. H. VI, c. 1, p. 444. XII, c. 1, p. 714. — Nisi Ἑλλανίας dixisset *Euripides*, non absurda videri potuerat lectio Codicis Flor. φανερώτατον ἀστέρ' Ἀθήναις. sic φέγγος Ἀθήναις dixisse videtur *Aristophanes*, cuius in Equit. versus 1316 vitiosissime vulgatus,

Ὦ ταῖς ἱεραῖς νήσοις ἐπίκουρε, καὶ φέγγος Ἀθήναις·

audaciori forte coniectura hunc in modum redintegrabitur:

Ταῖς ἡμετέραις ἐπίκουρε φανεὶς νήσοις, καὶ φέγγος Ἀθήναις.

ex

ex ἡμετέραις tantum relictum τέραις cetera corrupisse videtur, φανεὶς sic legitur v. 832, et saepius alibi. — Sed procul dubio rectum est ἀστέρ' Ἀθάνας. *Homerum* sic Μουσάων ἀστέρα καὶ Χαρίτων dixit *Alcaeus* Epigrammatographus Anthol. III, c. XXV, ep. 1. *Antipater* ep. 6, Μουσᾶν φέγγος Ὅμηρον. et *Sophoclem* incertus ep. 42, Τὸν τραγικῆς Μούσης ἀστέρα Κεκρόπιον. *Menandrum* dixerunt ἀστέρα τῆς νέας κωμῳδίας. Ex Epigrammatis ineditis unum adponam brevissimum *Meleagri*:

> Ἀβροὺς, ναὶ τὸν Ἔρωτα, τρέφει Τύρος,
> ἀλλὰ Μυΐσκος
> Ἔσβεσεν ἐκλάμψας ἀστέρας ἥλιος.

Vs. 1126. Ὦ ψάμαθοι πολιήτιδος ἀκτᾶς.] *Arenas vicini litoris* intelligo, non *cani*, cum *Eustathio* in Il. Δ, p. 357, 9, τὴν πολιὴν θῖνα — πολιῆτιν ἀκτὴν Εὐριπίδης φησὶ περιφραστικῶς ἐν τῷ, ψάμαθοι πολιήτιδος ἀκτῆς, ἤγουν λευκῆς κατὰ τοὺς παλαιούς· καὶ ἔοικεν ἐκεῖνος πρῶτα μὲν πολίτην (L. πολῖτιν) εἰπεῖν τὴν πολιὰν, εἶτα Ὁμηρικῶς πλεονασμῷ τοῦ ἡ. A πολιὰ non videtur formari potuisse πολιῆτις· sed esse foemininum ab Homerico πολιήτης· et maris litus Troezeni vicinum, atque adeo *eiusdem regionis*, Euripideis Troezeniis dictum πολιῆτις ἀκτά. In *Scholio* ad Il. Π, 233, in Animadv. ad *Ammon.* vulgato p. 246, Εἰκότως τὸν πολίτην καὶ γείτονα καὶ προπάτορα θεὸν ἐπικαλεῖται, ὡς καὶ — τὸν Λυκογενῆ Πάνδαρος. sic legendum. — Ut vini circa Acanthum nati Acanthius quidam istius dicitur Οἴνου πολίτης *Amphidi* apud *Athen.* I, p. 30. F. In *Dionysii Halic.* vel alterius Arte Rhetor. legitur p. 76, 4, *si peregrini nomina sua profitentur inter certaminis candidatos*, πολλῷ δήπου μᾶλλον σπουδαστέον (sic legendum arbitror) περὶ αὐτὸν τοῖς, ὡς ἂν εἴποι τὶς, πολίταις τοῦ ἀγῶνος οὖσιν, *in eadem regione natis, in qua certamen fuit institutum.* Cophinum plenum carbonibus Acharnenses, carbonarii plerique, suum vocant δημότην *popularem*, in *Aristoph.* Ἀχ. v. 332. conf. *H. Vales.* in

A *Mauss.* ad *Harp.* p. 302, et *A. Dounaeum* in *Demosth.* p. 36. — Πολιῆτιν autem ἀκτὰν dixerit, ut ἄκραν τὴν Τεμενῖτιν καλουμένην *Thucyd.* VII, p. 448, 78; sic enim ibi scribendum ex duobus est Codd. non Τεμενίτην· et pro δραπέτην recte *Sylburgius* apud *Etymol.* p. 393, 43, in *Sophoclis* versu restituit:

> Εὐναῖος εἴη δραπέτιν στέγην ἔχων·

B ubi scribi poterit, — λαγὼς ἢ Εὐναῖος εἴη — ex *Hesychio* in Εὐναῖος.

Vs. 1127. Δρυμός τ' ὄρειος, ὅθι κυνῶν Ὠκυπόδων ἐπέβας Θεᾶς μετὰ θῆρας ἐναίρων,] In Paris. Cod. legitur Ὦ δρυμοὶ, ὄρειος ὅθι — in Flor. Δρυμὸς ὄρειος, ὅθι — Nisi cum *Scholiaste* praepositio μετὰ traiecta statuatur, ista commode nequeunt explicari; sic ille, ὅθι μετὰ (sic leg.) κυ-

C νῶν ἐπέβης ὠκυπόδων, θεᾶς θῆρας ἐναίρων. Mira hic comminiscitur et inaudita Cl. *R.* ἐπέτα, et θοὰς θῆρας —.

Vs. 1131. Οὐκ ἔτι συζυγίαν Πώλων Ἐνετᾶν ἐπιβάσῃ] *Non amplius currum inscendes, cui duae iungi solebant equae Venetae.* συζυγίαν dixit, quam alias ξυνωρίδα vocant. Supra Hipp. v. 228,

D
> Δέσποιν' ἁλίας Ἄρτεμι Λίμνας,
> Καὶ γυμνασίων τῶν ἱπποκρότων,
> Εἴθε γενοίμαν ἐν σοῖς δαπέδοις
> Πώλους Ἐνέτας δαμαλιζομένα.

ubi de stadio quaedam dicta sunt, quod hic vocat Τὸν ἀμφὶ Λίμνας τρόχον· et in quo non amplius in posterum *equos ageret exercitatos*: Οὐκ ἔτι συζυγίαν Πώλων Ἐνετᾶν ἐπιβάσῃ, (κατὰ) τὸν ἀμφὶ Λίμνας τρόχον Κατέχων ποδὶ γυμνάδας ἵππους. ad

E ultima pertinent in Scholiis, τοὺς γυμναστικοὺς τόπους (ἵππους legendum arbitror) κατέχων τῷ ποδὶ καὶ γυμνάζων *pede cohibens equos in cursum exercitatos*: Hippolytus ad famulos v. 110, καταψήχειν χρεὼ Ἵππους, ὅπως ἂν ἅρμασι ζεύξας ὕπο — γυμνάσω τὰ πρόσφορα. Longe aliter haec accipienda censuerunt viri Doctissimi, legentes, γυμνάδος ἵππου· — In sequentibus, Μοῦσα δ' ἄϋπνος ὑπ' ἄντυγι χορ-

χορδᾶν λήξει πατρῷον ἀνὰ δόμον· pro ἄϋπνος A in Codd. Flor. et Paris. μὲν ὕπνος· et, pro δόμον, legitur in iisdem δρόμον· Attigit haec *Euripidis Eustath.* in Il. E, p. 456, 18. Ἄντυξ — οὐ μόνον ἐπὶ ἅρματος — ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ζυγοῦ κιθάρας κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἢ πήχεως, καθ' ὃ σημαινόμενον Ἄντυγα χορδῶν Εὐριπίδης φησὶν ἐν Ἱππολύτῳ. Inter Lyrae partes ζυγοῦ meminit et πήχεως *Eratosthenes* Catast. c. XXV, cuius Graeca deërant *Scaligero* Latina B tractanti *Hygini* et *Schol. Germanici* ad *Manil.* p. 422. Rem de lyrae quoque partibus intricatam esse significavit Clar. *T. H.* in *Lucian.* p. 223. — Versus huius antistrophes 9 et 10 *mutili Marklando* videbantur et sine Codicibus *vix restituendi:* vox λέχη abest a Flor. In Cod. Paris. sic dispositi leguntur (9) Νυμφίδια δ' ἀπόλωλε λέχη (10) Φυγᾷ σᾷ (11) Λέκτρων ἅμιλλα κούραις. Sententiam C ista mihi satis aptam hanc praebere videntur: *Lecti tui sponsalis, super quo certabant inter se, puellis spes exilio tuo omnis ablata periit:* Νυμφίδια δὲ λέχη, Λέκτρων ἅμιλλα κόραις, ἀπόλωλε φυγᾷ σᾷ. atque in hunc ista sensum cepisse quoque videntur Grammatici Graeci, quorum haec sunt in *Scholiis:* διὰ τὴν φυγὴν οὐκ ἔτι ἀμεληθήσονται αἱ παρθένοι ὑπὲρ τοῦ γάμου, τίς σοι δεθήσεται γυνή· quae sequuntur D illic, verbis diversa, in eamdem conspirant sententiam; sed in istis, quae posui, ἀμεληθήσονται non cum *Heathio* in μεληθήσονται, vel ἐπιμεληθήσονται, sed mutandum est in ἁμιλληθήσονται, *certabunt.* Thiodamanteum Hylam ubi Nymphae fontanae proprium dicat Iuno *Valerii Flacci* III, 542,

Hunc tibi, vel posito venantem pectine Phoebum E
Crede dari; quae spes Nymphis aufertur Achaeis.

Achillem *Statii* Ach. II, 40, 44,

non alias rediturum ad Thessala Tempe,
Jam tristis Pholoë, iam nubilus ingemit Othrys;
Et sperata diu plorant connubia Nymphae.

Vs. 1144. — ὦ τάλαινα Μᾶτερ, ἔτεκες ἀνόνητα·] Vitiosum in Flor. ἀνόνχντα· forsan est ex ἀνόνατα· quod dat Paris. forma Dorica. Ad *Aristoph.* Vesp. v. 312, Τί με δῆτ' ὦ μελέα μῆτερ ἔτικτες; — 313 Ἀνόνητον ἄρ' σ' — εἶχον ἄγαλμα· in *Scholiis* utrumque dicitur ex *Euripidis* Theseo petitum, quorum prius ibi pueri dixerint Minotauro obiiciendi; quum Hippolytus in eodem dixerit dramate, Ἀνόνητον ἄγαλμα, πάτερ, οἴκοισι τεκών. In *Eurip.* Hec. v. 765, quaerenti Regi, Ἦ γάρ τιν' ἄλλον ἔτεκες; respondet Hecuba,

Ἀνόνητά γ', ὡς ἔοικε, τόνδ' ὃν εἰσορᾷς.

In proximis, Μανίω θεοῖσιν, rarior forma his in Choricis carminibus Dorica; qualis et Μάνυσον videtur in Hecubae v. 192. In Flor. Cod. pro Μανίω legitur μὰν ἰὼ — In versu sequente συζυγίαι χάριτες explicantur in Cod. Paris. αἱ συζευγνύουσαι, ὅ ἐστι γαμήλιοι.

Vs. 1151. Καὶ μὴν ὀπαδῶν Ἱππολύτου τόνδ' εἰσορῶ, Σπουδῇ σκυθρωπὸν πρὸς δόμους ὁρμώμενον] Hinc Chorus in Hipp. *Senecae*, v, 989,

Sed quid citato nuncius portat gradu,
Rigatque moestis lugubrem vultum genis?

Vulgatae voci ὀπαδὸν, etiam absque Codicum auctoritate, substituere non dubitavi ὀπαδῶν· τόνδε ὀπαδῶν, *huncce famulorum Hippolyti*, qui supra v. 108, Χωρεῖτ', ait, ὀπαδοί. Mecum legit *Auctor* dramatis Χρ. Π. v. 1866,

Καὶ μὴν ὀπαδῶν τιν' εἰσορᾶν δοκῶ
(f. scribendum, εἰσορᾶν τιν' αὖ δοκῶ)
Σπουδῇ σκυθρωπὸν ἐνθάδ' ἐφωρμημένον.
Δοκεῖ δὲ καινῶν ἄγγελος μηνυμάτων.

In *Euripidis* leguntur ista Medea v. 1118,

Καὶ τοι δέδορκα τόνδε τῶν Ἰάσονος
Στείχοντ' ὀπαδῶν.

ubi est in Cod. Flor. Καὶ δὴ (L. Καὶ μὴν) δ. τόνδε τὸν Ἰάσονος Στ. ὀπαδὸν, — vi-

vitiose: nobiscum et ista eadem legisse falsum *Gregorium* Χρ. Π. monstrat v. 123, Καί τοι δέδορκ' ἐνθάδε τὸν (L. τῶν) παῖδάς τινα Στείχοντ' ὀπαδῶν. In *Eurip.* Alcest. v. 134, Ἀλλ' ἥδ' ὀπαδῶν ἐκ δόμων τις ἔρχεται Δακρυῤῥοοῦσα. Apud *Achill. Tat.* I. 43, παῖς εἰστρέχει τῶν τοῦ Χαρικλέους οἰκετῶν, ἔχων ἐπὶ τοῦ προσώπου τὴν ἀγγελίαν τοῦ κακοῦ.

Vs. 1153. Ποῖ γῆς ἄνακτα τῆςδε Θησέα μολὼν Εὕροιμ' ἄν.] Perperam in Flor. Cod. legitur τόνδε Θησέα· Vivebat quidem Pittheus, (v. 794,) sed senex regionem Troezeniam ex filia nato Theseo dederat regendam; ut Thebanum regnum Cadmus

Πενθεῖ δίδωσι, θυγατρὸς ἐκπεφυκότι,

Eurip. Bacch. v. 44. — Nostra haec in suum drama Χρ. Π. sic transsumsit *Auctor* v. 1869,

Πῆ νῦν μολὼν εὕροιμ' Ἰησοῦ μητέρα,
Εἴπατέ μοι, γυναῖκες, εἴπερ ἴστε, μοι
Σημήνατ', ἆρα τῶνδε δωμάτων ἔσω;

Respondet ad ista chorus:

Ἥδ', αὐτὸς ἀθρεῖς, δωμάτων ἐκτὸς μένει.

Euripidis v. 1156, Ὅδ' αὐτὸς ἔξω δωμάτων πορεύεται· choro recte quoque tribuitur; ac si verba essent Thesei, πορεύομαι legitur in Cod. Flor. Ista talia sunt in Tragoediis plerumque chori verba; in *Soph.* Antig. v. 392. Oed. in Col. v. 542. Oed. T. v. 539, ubi eadem paene leguntur,

Αὐτὸς δὅδ' ἤδη δωμάτων ἔξω περᾷ.

Vs. 1157. Θησεῦ, μερίμνης ἄξιον φέρω λόγον Σοὶ καὶ πολίταις] In eodem *Dramate* Christ. haec quoque leguntur v. 1874, Καὶ νῦν μερίμνης ἄξιον φέρω λόγον (Est et versus illic 643) Σοὶ καὶ μαθηταῖς· respondet ἡ θεοτόκος· Εἰς καιρὸν ἥκεις καίπερ ἀγγέλλων φόβον. Τί δ' ἐστί; μῶν τις συμφορὰ νεωτέρα. — Theseus vs. 1160, Τί δ' ἐστί; μῶν τις συμφορὰ νεωτέρα Διssὰς κατείληφ' ἀστυγείτονας πόλεις; *Senecae* Theseus Hipp. v. 993,

A *Ne metue clades fortiter fari asperas;*
Non imparatum pectus aerumnis gero. —
Proloquere, quae sors aggravet quassam domum.

Nuncius respondet,

Hippolytus (heu me!) flebili letho occubat.

Nuncius *Euripidis*

B Vs. 1162. Ἱππόλυτος οὐκ ἔτ' ἐστὶν, ὡς εἰπεῖν ἔπος· Δέδορκε μέν τοι φῶς ἐπὶ σμικρᾶς ῥοπῆς.] Totidem verba sunt in Χρ. Π, v. 649, 50, nisi quod nomini Hippolyti substituerit auctor, Παῖς νῦν σὸς οὐκ ἔτ' ἐ. — Quia formula usitatissima, Οὐκ ἔτ' ἐστὶν, idem significat ac τέθνηκε, vel ὄλωλεν, ab *Euripidis* Theseo vs. 1164 dici potuit, Πρὸς τοῦ; *a quonam interfectus periit?* Πρὸς τοῦ τέθνηκεν;
C *Sophoclis* est in Trach. v. 1147. Πρὸς τοῦ δ' ὄλωλεν; in Aj. v. 1052. Talia dantur plurima: rarius illud ex *Euripidis* Scyriis *Sexto* servatum *Empir.* Ἀντιῤῥ. I, §. 308,

Α. Ἡ παῖς νοσεῖ σοῦ κἀπικινδύνως ἔχει.
ΑΥ Πρὸς τοῦ; τίς αὐτὴν πημονὴ δαμάζεται;

—— Ex vs. 1166, ἁρμάτων ὄχον attigit
D *G. Cuperus* Obs. II, c. X. — Ex vs. 1168, Πόντου κρέοντα *Eustathius* In il. Δ, p. 381, 38, ὁ κρείων καὶ κρέων λέγεται, ὅθεν Πόντου κρέων ὁ Ποσειδῶν παρ' Εὐριπίδῃ· huc quoque spectat in Il. Γ, p. 303, 48, vel *Eurip.* Elec. v. 1262, Πόντου κρέοντος παῖδα. Ista forma vocis simplicior est et in *Aesch.* Suppl. v. 583, et quivis *Reges Pindaro* saepe κρέοντες dicuntur Π, VIII, 43. N. V, 22. VII, 66. In
E Nem. III, 17, κρέοντι a *Scaligero* in libri margine egregie mutatur in Κρεοντί. Poëtis usitatior forma restituenda *Rhiano Stobaei* p. 54, 25,

Ζηνὶ θεῶν κρείοντι.

pro κριδεντι· in θεῷ κρυδεντι, *Gesnero* mutatum, et *Grotio* p. 33. In Epigrammate inter vulgata *Reiskio* 432, Ἑρμῇ τῷ κλείοντι perperam legitur; κρείοντι recte Co-

Codex dat *MS.* et in ep. 403,

> Ἀλὸς τύραννε, σοὶ, Πόσειδον, Ἀρχικλῆς
> Ἔθηκε.

Is alibi Ποντομέδων, et πόντου dicitur *ἀνάκτωρ Euripidi*, *Rector aquarum* Poëtis Latinis.

Vs. 1169. *Ὦ θεοὶ, Πόσειδόν θ', ὡς ἄρ' ἦσθ' ἐμὸς πατὴρ Ὀρθῶς,*] Sic ista *Marklandus* et *Reiskius* distinguenda monuerunt. *Πόσειδόν θ', ὡς* ex Codd. procul dubio dedit *Musgravius*, inventum in Paris. In *dramate* Christ. v. 1442,

> *Ὦ τέκνον, ὡς ἄρ' ἔστι σοι πατὴρ μέγας,*
> *Ὀρθῶς ἀκούσας τῶν ἐμῶν κατευγμάτων.*

In versu illic sequente,

> *Ἔπαισεν αὐτὸν ῥόπτρον ὡς προδόντα σε·*

perperam vocem Auctor omisit Euripideam, ad sententiam explendam omnino necessariam, *Δίκης· Δίκη* quidem simpliciter *malos* dicitur *παῖσαι·* sed quid significabit *Ἔπαισεν αὐτὸν ῥόπτρον*; — *Euripides* vs. 1171, *τῷ τρόπῳ Δίκης Ἔπαισεν αὐτὸν ῥόπτρον αἰσχύναντά με*; Hoc inter *Euripidi ἅπαξ λεγόμενα* adnotavit *Eustathius* in *Hom.* Il. Γ, p. 288, 41, *καὶ ῥόπτρον δέ φησι Δίκης ἔπαισέ τινα, ἤγουν θεόθεν τιμωρία.* in Il. Δ, p. 382, 33, *ῥόπτρον, — δηλοῖ οὐ μόνον εἶδός τι ξίφους καὶ πάγης κατὰ τὸ, Δίκης Ἔπαισεν αὐτὸν ῥόπτρον, ἀλλὰ καὶ θύρας ἐπίσπαστρον*, de quo significatu plura dedit priori loco. Iudice Theseo Tragico Iustitiae laqueus irretitum oppresserat Hippolytum. Figuram mihi Tragicus ab usu transtulisse videtur *Archilochi*, qui *paxillum in decipula*, quo moto irretiuntur animantia aut retinentur, *ῥόπτρον* appellavit. *Etymologus* p. 715, 44, *Σκανδάληθρον, τὸ πέταυρον τῶν παγίδων, ἀπὸ τοῦ σκαζόμενον συμπίπτειν καὶ κρατεῖν τὸ ἐμπεσόν· ἔστι δὲ τὸ ἐν τῇ παγίδι καμπύλον ξύλον, ᾧ ἐρείδεται. Ἀρχίλοχος δὲ ῥόπτρον ἔφη.* sic in Cod. Leid. MS. recte legi, ubi vulgatur nomen *Ἀρίσταρχος*, monstrat *Schol.* in *Aristoph.* Acharn. v. 687, sive *Suidas* in v. *Σκανδάληθρα*. Clar. *Ruhnkenius* in Praefat. ad *Hesychii* T. II, p. VII,

A docte nomen *Aristarchi Hesychio* restituit aliisque pro nomine *Archilochi*. vulgatur apud *Hesychium* in v. *Ἀνθρήνη* contra *Ἀρίσταρχος·* ubi dubitari nequit, quin scribi debeat *Ἀριστοφάνης*.

Vs. 1174. *Ψήκτραισιν ἵππων ἐκτενίζομεν τρίχας*] Huc respiciens *Eustath.* in Il. Θ, p. 577, 13, *Καλλίτριχες*, inquit, *λέγονται ἵπποι, οἷς καὶ ψήκτραις αἱ τρίχες κτενίζονται κατά τινα Τραγικόν.*
B Supra *Καταψήχειν ἵππους* in v. 110 explicatur in Cod. Paris. *ψηκτρίζειν·* id hic dicitur *ἵππων τρίχας κτενίζειν ψήκτραις*, *equorum crines pectere strigilibus.* *ψήκτρην, ἵππων ἐρυσίτριχα Philodemus* dixit in Epigramm. Anthol. VI, c. 2, 1. in alio epigrammate memoratur *πριστὸν ψήκτρης κνῆσμα σιδηροδέτου·* utrumque *Suidas* adnotavit in v. *ψῆκτρα·* de pectine loquens *Lucia-*
C *nus* capillis pectendis inserviente, *πριστοῦ κτενὸς ἐντομὰς* dixit *κόμην καταψήχειν δυναμένας*, in Amor. T. II, p. 447. — In versum 1176, *ἀναστρέψοι*, pro *ἀναστρέφοι*, cum *Musgravio* recepi. Ceterum minime miror longam de morte Hippolyti narrationem, etiam in Gallica Tragoedia tot ornamentis insignitam, quibusdam idoneis in Gallia iudicibus nimiam fuisse visam. Dignissima sunt lec-
D tu quae cogitate scripsit *M. A. Racinius dans les Memoires de L'Acad. R. des Inscr.* T. VIII, p. 311.

Vs. 1177. — *ἐκ σοῦ τλήμονας φυγὰς ἔχων*] Melior mihi scriptura videtur Cod. Paris. *ἐκ σοῦ τλήμονος·* —— In proximo versu 1178, *Ὁ δ' ἦλθε ταὐτὸ δακρύων φέρων μέλος·* pro vulgato *ταυτὸν*, *ταὐτὸ* recepi ex Cod. Flor. et Paris.
E quorum hic cum Ed. Flor. prima praeterea dabat *ἔχων μέλος·* alter *ἔχον μέλος.* In aliis si Codd. *ἔχων* legeretur, suspicari liceret, *Euripidem* hoc in versu participium *ἔχων*, *φέρων* in versu posuisse qui praecedit, atque adeo, — *ἐκ σοῦ τλήμονος φυγὰς φέρων· Ὁ δ' ἦλθε ταὐτὸ δακρύων ἔχων μέλος Ἡμῖν·* Hic subsistendum arbitror; neque enim dici commode potest Hippolytus *ἐλθεῖν* — *ἐπ'*

ἀκ-

ἀκταῖς· qui venerit ad gymnasium litori proximum; sed ἐπ' ἀκταῖς μυρία δ' (μυρίων δ' est in Ed. Flor. prima,) ὀπισθόπους Φίλων ἅμ' ἔστειχ' ἡλίκων ὁμήγυρις. — Versus 1181, 82, ad institutum leviter immutatos sic adhibuit *Gregor.* qui vocatur in Χρ. Π. v. 1241,

Χρόνῳ δ' ἀπαλλαγεῖσα τῶν γόων ἔφη,
Τί ταῦτ' ἀλύω; πειστέον παιδὸς λόγοις.

Vs. 1183. Ἐντύνεθ' ἵππους ἅρμασι ζυγηφόρους, Δμῶες·] Ἐντύναθ' est in Paris. Cod. *Orpheus* qui dicitur in Argon. v. 786, δμωσὶν δέ οἱ ὧκ' ἐπέτελλεν Ἵππους ἐντύνειν, ὑπὸ δὲ ζεύξασθαι ἀπήνην. — Verbum ἐντύνειν, *parare*, Poëtis satis frequentatum fuit; quod vero Lexicographi praebent, Ἐπεντύνειν uno nititur *Sophoclis* in Aj. versu 251, quo non ἐπεντύνοντ', at scripsisse Poëta videtur:

Ἤδη μ' ἐπ' αὐτοῖς χεῖρ' ἐπευθύνοντ' ἐμὴν
Ἔσφηλεν·

confer Aj. v. 72, 541, 1088, etc. — In hoc ferme loco prioris Editionis Hippolyti sedem arbitror invenisse, quod ad στάσιν ἵππων adfert *Euripidis* ex Hippolyto Καλυπτομένῳ *Pollux* IX, 50,

πρὸς ἵππων εὐθὺς ἑρμήσας στάσιν.

Quae ex *Lysiae* oratione *Pollux* excitat, ἱππόστασιν in *Euripidis* etiam Phaëthonte invenisset,

Ἔω φαεννὰν ἡλίου θ' ἱπποστάσεις.

Vs. 1186. — θᾶσσον ἢ λέγοι τις] *Dicto citius*. Pro λέγει recte *Musgrav.* posuit λέγοι ex Codd. quibus accedunt Flor. et Paris. Olim satis videbatur dixisse, ἅμ' ἔπος τε καὶ ἔργον. *Herodotus* III, c. 135, ἅμα τε ἔπος ἔφατο καὶ ἔργον ἐποίεε. ubi quaedam sunt notata. Ad facti celeritatem demonstrandam postea diversas adhibuere formulas hyperbolicas: λόγου θᾶσσον· et θᾶττον ἢ λόγος· θᾶττον νοήματος· quae frequenter occurrunt apud Sophistas; egregie *Xenophonti* Ἀπομν. IV, p. 467, 21, omnia in hoc uni-A verso rectori Deo dicuntur θᾶττον νοήματος ὑπηρετοῦντα. Attica formula Θᾶττον ἢ Βούτης vix nisi Athenis adhiberi potuit, nobis ex *Zenobio* narratis nota Cent. IV, Pr. 28. *Nictu oculi citius* famulus in *Eurip.* Bacch. sic expressit v. 745, Θᾶσσον —

Ἢ σὺ ξυνάψαις βλέφαρα βασιλείοις κόραις.

θᾶττον ἢ καταμῦσαι dixit *Philostratus* in B Her. p. 675 f.

Vs. 1188. Μάρπτει δὲ χερσὶν ἡνίας ἀπ' ἄντυγος, Αὐταῖσιν ἀρβύλῃσιν ἁρμόσας πόδας.] Miror equidem non in Edd. tantum, sed et Codicibus huc usque collatis plerisque, quin et apud Grammaticos, hunc versum excitantes, πόδα scriptum legi, non πόδας. Si calcei hic sunt intelligendi, qualibus venator Hippolytus C uti solebat ad cursum aptis, et velut ἐνδρομίσιν (ἀρβύλας *calcei* fuisse *venatorii genus expeditum* monuit *T. H.* in argum. Pluti *Aristoph.* p. 6,) non alterum certe pedem fuit ἀνάρβυλος, ut Aetolos processisse venatores in Meleagro testatus est *Euripides* apud *Macrob.* in Saturn. p. 508. Videtur itaque scribi debuisse πόδας, quod ex duobus Codd. et Ed. Flor. recepit in suam *Musgra*-D *vius.* — *Schol.* in *Eurip.* Phoen. v. 3, in exemplum omissae praepositionis σὺν haec, meo iudicio valde aliena, citat ex *Eurip.* Hipp. Αὐτῇσιν ἀρβύλῃσιν ἁρμόσας πόδα. Apud *Etymologum* legitur p. 135, 12, Ἀρβύλη] Εὐριπίδης, Αὐταῖσιν ἀρβύλῃσιν ἁρμόσας πόδα. — ἔστι δὲ εἶδος ὑποδήματος περισσῶς εἰργασμένον. ubi saltem scribendum ἀπερίσσως· fuisse enim ἀρβύλην, ὑπόδημα εὐτελὲς τὴν ἐργασίαν tra-E dit et *Pollux* VII, 86. Sed in *Etymologico MS. D'Orvilliano* legebatur, Ἀρβύλη, Εὐριπίδης Ἱππολύτῳ, αὐταῖσιν ἀρβ. unde suspicari licet *Euripidem* scripsisse,

Αὐταῖς ἐν ἀρβύλῃσιν ἁρμόσας πόδας.

Contrarium huic vitium insidere versum videtur Hippolyti 1219. Nota quidem ellipsi scribi potuit a *Theocrito*,

quod vulgatur Eid. VII, 70, *Αὐταῖσιν κυλίκεσσι*· mihi tamen ut elegantius scripsisse videtur,

> *μεμναμένος Ἀγεάνακτος*
> *Αὐταῖς ἐν κυλίκεσσιν*·

amici *memor inter ipsa pocula:* quo sensu dederat, credo, *Callimachus* Epigr. 37,

> *ἐν δ' οἴνῳ καίρια συγγελάσαι.*

— Sed hoc Hippolyti loco causam equidem comminisci nequeo, cur hic quorumcunque tandem calceorum facta fuisset mentio; et verum arbitror, quod, obscurius *Scholiasta*, magis perspicue tradidit *Eustathius*, partem currus hic fuisse designatam, in qua stabat auriga. Ista leguntur in *Scholiis:* Αὐταῖσιν ἀρβύλῃσιν] *Ταῖς τοῦ ἅρματος περὶ τὴν ἄντυγα, ἔνθα τὴν στάσιν ἔχει ὁ ἡνίοχος. Eustathius* in Il. Ε, p. 456, 19, *ἄντυγα χορδῶν* Εὐριπίδης *φησὶν ἐν* Ἱππολύτῳ, *ἔνθα κεῖται καὶ* Ἀρβύλη *οὐκ ἐπὶ ὑποδήματος ἐν τῷ,* Αὐταῖσιν *ἀρβύλαισιν ἁρμόσας πόδα· αἳ δηλοῦσι τὸ περὶ τὴν ἄντυγα τοῦ ἅρματος μέρος, ἔνθα, φασὶν, ἡ τοῦ ἡνιόχου στάσις ἐστί.* Prodibit forsan aliquando, qui hanc currus partem nobis demonstret, ac tam clare ponat ob oculos, quam *ἄντυγα* nobis monstravit *Ti. Hemsterhuis* in *Luciani* T. I, p. 279, excitans proximum etiam ex Hipp. versum,

> Μάρπτει δὲ χερσὶν ἡνίας ἀπ' ἄντυγος·

antygi habenas (curru consistente) *circumligatas manu corripit.* Ubi dixerat ad Phaëthonta Pater in *Ovidii* Met. II, 145, *Corripe lora manu*, secundum *Euripidem* in Phaëthonte, *Τοιαῦτ' ἀκούσας παῖς ἔμαρψεν ἡνίας. Spe subita fervidus Virgilii* Turnus Aen. XII, 326,

> *Poscit equos, atque arma simul, saltuque superbus*
> *Emicat in currum, et manibus molitur habenas.*

eamdem Phaëthontis imaginem pinxit *Ovidius.* Quod secundum Graecum Poëtam famulorum fuerat Hippolyti

A munus, ipsi tribuit Hippolyto *Seneca* v. 1002,

> *Celsos sonipedes ocius subigit iugo,*
> *Et ora frenis domita substrictis ligat.*

Vs. 1190. Καὶ *πρῶτα μὲν θεοῖς εἶπ' ἀναπτύξας χέρας*] Ἀνατείνας adscriptum in Cod. Paris. quod est et in *Scholiis* editis. *Eustathio* in Il. Δ, Homericum v.
B 523 *πετάσαι τὰς χεῖρας* — videtur *ἀκριβέστερον τοῦ ἀναπτύξας χεῖρας, εἰς εὐχὴν δηλαδὴ, κατὰ τὴν Τραγῳδίαν, ὅπερ* Ὅμηρος *ἀνασχεῖν χεῖρας φησίν.*

Vs. 1194. Κἂν *τῷδ' ἐπῆγε κέντρον εἰς χεῖρας λαβὼν* Πώλοις]

> *Acerque habenis lora permissis quatit,*

Seneca Hipp. v. 1006. Vocem *ὁμαρτῇ*
C *Marklandus* optime retulit ad sequentia. In istis, quod saepius, locum invenit, ut vox *κέντρον* aeque ad *ἐπῆγε πώλοις* pertineat, quam ad phrasin *εἰς χεῖρας λαβών. Atque interea flagello, quod in manum sumserat, admoto equos ad cursum concitabat. Flagellum κέντρον* dixit Ὁμηρικῶς· ad *κέντρον* adscribitur in Par. Cod. *μάστιγα. Homero* dicitur Antilochus Κέν*τρῳ ἐπισπέρχων*, Il Ψ, 430. et Troiani
D aliique Κέντορες *ἵππων*· ipsi etiam equi *flagello morigeri κεντρηνεκέες.* In Il. Θ, v. 392, *Eustath.* p. 608, 26, *τὸ,* — *μάστιγι θοῶς ἐπεμαίετο ἵππους*, explicat, *ἐμάστιξεν·* Εὐριπίδης *δ' ἂν εἴποι, κέντρον ἐπῆγεν ἵπποις.* — Hinc multum distat in *Eurip.* Heraclid. v. 846,

> *Λαβὼν δὲ χερσὶν ἡνίας,* Εὐρυσθέως
> Πώλοις *ἐπεῖχε.*

E *Κέντρον*, quo hic in Hipp. sensu, legitur in *Eurip.* Herc. ubi furens v. 947,

> *ἅρματ' οὐκ ἔχων, ἔχειν*
> Ἔφασκε, *δίφρου τ' εἰσεβαίνειν ἄντυγα,*
> Κἄθεινε, *κέντρῳ δῆθεν ὡς θένων χερί.*

Nihil in his adeo desideraremus, *θένων χερὶ, ὡς δῆθεν κέντρῳ.* sed lectiones istius loci praebet *Dion. Chrys.* Or. XXXII, p. 391. C. minime contemnendas,

εἰσ-

εἰσέβαινεν ἄντυγας,
Κἄθεινε, κέντρον δῆθεν ὡς ἔχων χερί.

— In proximis, ὁμαρτῇ πρόσπολοι δ' ὑφ' ἅρματος Πέλας χαλινῶν εἰπόμεσθα δεσπότῃ· vitiosas praebent lectiones, ἐφ' ἅρματι Paris. Cod. ἐμφ' ἅρματος, Cod. Flor.

Vs. 1197. Τὴν εὐθὺς Ἄργους κἀπιδαυρίαν ὁδόν.] Hoc Codices dabant Flor. et Paris. pro κἀπιδαυρίας· suspicor id ipsum in aliis etiam repertum iri: notam excitat Clar. *D. Ruhnken.* in *Timaei* Lex. p. 92, ex *Photii Lex. MS.* in Εὐθὺ Λυκείου, reprehendentis *Euripidem*, qui scripserit, ubi εὐθὺ fuerat dicendum, Τὴν εὐθὺς Ἄργους καὶ Ἐπιδαυρίην ὁδόν. *Pausanias* II, p. 169 f. ἔχεται τῆς Ἀργείας ἡ Ἐπιδαυρίων. p. 181. f. τῆς δὲ Ἐπιδαυρίας ἔχονται Τροιζήνιοι. *Via* itaque ex Troezenia regione, primum ducens Epidaurum, Argos usque pertingebat. Illam dixisse Poëta videtur, τὴν εὐθὺ vel εὐθὺς Ἄργους ὁδὸν, καὶ Ἐπιδαυρίαν sc. καλουμένην· nisi forte scripserit;

Τὴν εὐθὺς Ἄργους κατ' Ἐπιδαυρίαν ὁδόν.

viam quae Troezene per Epidauriam regionem recta ducit Argos. Qui dramatis sui scenam Athenis constituit in Hippol. *Seneca*, huius *ad Argos viae* mentionem omittere debuerat v. 1057. Hiatum hic evitare maluit *Euripides*, quam usitato more scribere Τὴν εὐθὺ Ἄργους. conf. Clar. *Abresch* Diluc. *Thucyd.* p. 798. — Mox famulo vs. 1199 dicitur esse Ἀκτή τις — τοὐπέκεινα τῆσδε γῆς, (*ultra hanc regionem*, recte *Heathius* interpretatur) Πρὸς πόντον ἤδη κειμένη Σαρωνικόν· in quibus cum eodem mihi *H.* ἤδη servandum videtur, neque in ἧδε cum viro Clar. mutandum; alienissimum hinc Σαρδονικὸν Codex dat Flor. *Callimach.* h. in Del. v. 41,

Πολλάκι σ' ἐκ Τροιζῆνος ἀλιξάντοιο πολίχνης
Ἐρχόμενοι Ἐφύρηνδε, Σαρωνικοῦ ἔνδοθι κόλπου
Ναῦται ἐπεσκέψαντο.

sic vulgatas literas ἀπὸ Ξάνθοιο felicissime correxit *Ruhnkenius*, V. C. de sinu,

A sive ponto Saronico notavit illic Ill. *Ez. Spanhemius.*

Vs. 1201. Ἔνθεν τις ἠχὼ, χθόνιος ὡς βροντὴ Διὸς, Βαρὺν βρόμον μεθῆκε,] *Musgravium* sequutus et *Marklandum*, pro Φωνὴ Διὸς, recepi βροντὴ Διὸς, praeterquam a ceteris adfirmatum a Codd. Flor. et Paris. quae hic χθόνιος βροντὴ Διὸς, in *Euripidis* Electra dicitur νερτέρα βροντὴ Διὸς, v. 748. Istiusmodi velut mugientis terrae fragorem βροντὴν ubi dixerat *Sophocles* Oed. in Col. v. 1457, versu scribit 1602,

Κτύπησε μὲν Ζεὺς χθόνιος, αἱ δὲ παρθένοι
Ῥίγησαν ὡς ἤκουσαν.

Scholiastes ibi, μύκημα, inquit, ἐγένετο, καὶ ἐσείσθη ἡ γῆ. Ex Atthide *Melanthii* C haec nobis excitantur, σεισμὸς γέγονε καὶ ἔγρυπεν ἡ γῆ· apud *Harpocr.* in Γρυπάνιον, *Suidam* in Ἔγρυπεν. Inter *Attii* Tragici reliquias hoc quoque Dramatis fragmentum praebet *P. Scriverius* p. 149,

Sed utrum terrae motus, sonitusve inferûm
Pervasit aures inter tonitrua et turbines?

D *Claudian.* de R. P. II, 152, *Ecce repens mugire fragor*, etc. 173, — *Siculae tonuere cavernae.* Hae forsan erant in *Sophoclis* Phaedra Ἀελλάδες φωναί. *Etymologicon MS.* Bibl. Leid. Ἀελλάδες φωναὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Φαίδρᾳ. — In sequentem versum 1203 Ὀρθὸν δὲ κρᾶτ' ex Codd. recepi Flor. et Paris. ubi et in illis erat, εὖς δ' ἐς, vel οὖς δ' εἰς οὐρανὸν. literam reliqui vulgatam. — Litora, ad E quae se fluctus allidentes sonitum edunt v. 1005, ἀλιβρόθους vocat Ἀκτάς· neque ἀλίρροος sed ἀκτή τις ἀλιῤῥόθος scripsisse *Moschus* in Europa videtur v. 128.

Vs. 1206. ἱερὸν εἴδομεν Κῦμ' οὐρανῷ στηρίζον,] *Ingentem vidimus fluctum ad coelum usque pertingentem*; sive *qui erectus in coelum usque crescebat. Seneca* Hipp. v. 1007,

subito vastum tumuit ex alto mare,
Crevitque in astra.

In eius Agam. v. 471, *In astra pontus tollitur.* Bellua *Manilio* V, 603, 4, *Efflat et in coelum pelagus, — pontumque extollit in astra.* *Ovidio* Met. XI, 497, *Fluctibus erigitur coelumque aequare videtur Pontus, et inductas adspergine tinguere nubes.* Haec et similia quum satis vulgata sint apud Poëtas, probabiliter nusquam alibi praeterquam hoc *Euripidis* loco reperietur Κῦμ' οὐρανῷ στηρίζον. Transsumsit loquutionem ab *Homero*, cuius Ἔρις, *Discordia*, *Parva metu primo, mox sese attollit in auras, — et caput inter nubila condit;* in Il. Ξ, 443,

ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη.

in *Scholiis* ἐστήριξε redditur προσεπέλασεν, ἤγγισεν· *Eustathii* diligentiam, in multis sollerter comparandis incredibilem, *Euripidis* locus non praeteriit. P. 378, 3, Εὐριπίδης, inquit, ἐν τῷ, κῦμα οὐρανὸν στηρίζον, ὑπερβολικῶς τε ἔφη κατὰ ἀφέλειαν τοῦ λαλοῦντος προσώπου. καὶ οὐδὲ ἀνελλιπῶς· εἰ μή τις τὸ Στηρίζον ἀντὶ τοῦ ἐγγίζον εἴπῃ, καὶ στηριζόμενον. In Euripideis non οὐρανὸν sed scripsisse videtur *Eustathius*, quod vulgatur, οὐρανῷ. sive autem dicatur Κῦμ' οὐρανῷ στηρίζον· sive ἐς οὐρανὸν στηρίζον· seu tandem πρὸς οὐρανὸν στηριζόμενον, ad sensum nihil equidem arbitror interesse: οὐρανῷ στηρίζον hic scripsit ut in Bacchabus v. 970,

Ὥστ' οὐρανῷ στηρίζον εὑρήσεις κλέος·

unde suum versum efformavit *Auctor* Χρ. Π, 1538, Κἂν τῇ χθονὶ στηρίζων (στηρίζον) εὑρήσεις κλέος. Est autem οὐρανῷ στηρίζον eiusdem generis et propemodum significatus, ac αἰθέρι κῦρον *Callimachi* et *Apollonii*, quin et *Aeschyli*, de quo supra dictum fuit in vs 744. *Aeschyli* θυμὸς — οὐρανῷ κύρων ἄνω· videtur obversatus *Virgilio* scribenti in Aen. X, 548,

Dixerat ille aliquid magnum;
coeloque animum fortasse ferebat:

A in Aen. III, 678 dixit *Aetnaeos fratres, coelo capita alta ferentes;* et *coelo*, pro in coelum, etiam Aen. II, 186. VI, 178. conf. Aen. I, 167. Ad στηρίζειν proxime accedit significandi potestate verbum ἐρείδειν. diciturque non tantum quis εἰς γῆν ἐρείσας ὄμμα· sed et τῇ γῇ τὴν ὄψιν ἐρείσας, et πρὸς τὴν γῆν. similiter στηρίζειν et στηρίζεσθαι. *Eurip.* Bacch. v. 1071,

B Ὀρθὴ δ' ἐς ὀρθὸν αἰθέρ' ἐστηρίζετο,

nempe ἡ ἐλάτη. Tertiae quoque quam dicebam structurae praebet exemplum eiusdem Tragoediae v. 1080,

Καὶ ταῦθ' ἅμ' ἠγόρευε, καὶ πρὸς οὐρανὸν
Καὶ γαῖαν ἐστήριζε φῶς σεμνοῦ πυρός.

ubi ponitur ἐστήριζε, pro ἐστήριζεν ἑαυτό; sicut nostro versu στηρίζον. Rariori usu C verbum adhibuit *Thucyd.* II, p. 128, 92, vis morbi, sive praecipuus dolor, ὁπότε ἐς τὴν καρδίαν στηρίξαι, *quum sedem suam fixerat in corde:* — *ubi*

Morbida vis in cor moestum confluxerat aegris,

Lucretio VI, 1150. — Initio huius adnotationis quem *ingentem* dicebam, *sacrum* etiam *fluctum* licet interpretari: D ἱερὰ κύματα dixit *Eurip.* in Cycl. v. 264. ἱερὰ χεύματα πόντου, *Dionys.* Perig. v. 1181. conf. *Ez. Spanhem.* in *Callim.* h. Apoll. v. 112. Hic vero fluctus divinitus concitatus peculiari quoque ratione famulo videri potuit *sacer*.

Vs. 1207. — ὥστ' ἀφῃρέθη Σκείρωνος ἀκτὰς ὄμμα τοὐμὸν εἰσορᾷν· Ἔκρυπτε δ' Ἰσθμὸν καὶ πέτραν Ἀσκληπιοῦ.] In ὥστ' ἀφ. E cum Codice *Musgravio* memorato conspirant Flor. et Paris. — Haec *Euripidis*, in ista scena satis aliena, *Seneca* nobis expressit in Hippol. v. 1022,

Latuere rupes, numen Epidauri Dei,
Et scelere petrae nobiles Scironides,
Et quae duobus terra comprimitur fretis.

sic ista legenda censuit *J. F. Gronovius*, per

per *rupes*, dictas *numen Epidaurii Dei*, intelligens ipsam *Epidaurum*, *ubi colitur Aesculapius;* sed per *πέτραν Ἀσκληπιοῦ* Epidaurus *Euripidi* non potuit designari, cuius sane prospectus per fluctum maris Saronici non potuit auferri ex Troezenia euntibus viâ, quae ducebat Argos. Altus itaque scopulus in Saronico sinu, ab Epidauro non longe remotus, de nomine Dei sic appellatus Epidaurii, dictus videtur *Euripidi πέτρα Ἀσκληπιοῦ*, *Senecae — rupes nomine Epidauri Dei:* hanc enim ex diversis *Gronovio* memoratis lectionibus veram arbitror. — Illud vero mirum videbitur, sic hoc in loco iunctim *petras Scironidas*, *Isthmum*, sive *Acrocorinthium*, et *Aesculapii rupem* memorari, ac si in ista quoque loca, tanta maris intercapedine dissita, hinc alias patuerit C prospectus. —— *Σκείρωνος* autem sive *Σκειρωνίδες πέτραι* hic paulo dicuntur insolentius *Σκείρωνες ἀκταί*. *Σκείρωνος ὄρη* dixit *Nicander* Ther. v. 315. vid. de his *T. H.* in *Lucian.* p. 307.

Vs. 1210. Κἄπειτ' ἀνοιδῆσάν τε, καὶ πέριξ ἀφρὸν Πολὺν καχλάζον ποντίῳ φυσήματι Χωρεῖ πρὸς ἀκτὰς,] Latinis ista Poëtis rem eamdem vel similem fabulam narrantibus, expressa sunt: *Senecae* quidem in Hipp. v. 1015,

> *Consurgit ingens pontus in vastum aggerem*
> *Tumidumque monstro pelagus in terram ruit.*

Ovidio Met. XV, 508, ubi loquitur Hippolytus in Virbium versus,

> *mare surrexit, cumulusque immanis aquarum*
> *In montis speciem curvari et crescere visus;*
> *Et dare mugitus.*

De bellua loquens marina *Manilius*, cui tanquam praeda destinata fuerat Andromeda, L. V, 579, *gravidus*, inquit, *jam surgere pontus Coeperat, et longo fugiebant agmine fluctus Impellen-* A *tis onus monstri.* — In his Euripideis *καχάζων* exhibetur in *Scaligeri* Castigat. in *Catull.* p. 79, ubi vir Magnus haec admovit *undis Catulli* Carm. LXIII, 272,

> *Quae tarde primum clementi flamine pulsae*
> *Procedunt, leni et resonant plangore cachinni,*

B scribi malim, cum *Jano Dousa* Filio Coniect. in *Catull.* p. 42, *clangore cachinni:* sic *Excita saxis saeva Celaeno Cripitu* (*cum crepitu* leg. cum *Jano Dousa*) *clangente cachinnat*, in fragmento Phinidarum *Attii*, quod emendavit ea ratione *Bentlej.* in Epist. ad *J. Mill.* p. 27. Sunt vero *leni clangore cachinni resonantes undae*, *Theocriti κύματα — Ἅσυχα καχλάζοντα*, Eid. VI, 11. et *Dio-* C *nysius* in Perieg. v. 836, meminit Καΰστρου Ἥσυχα καχλάζοντος, *Caystri leni strepitu labentis:* Phasis Argoae navi Καχλάζων ὑπόεικεν, *Apollon. Rhod.* II, 1270. *leni susurro manantes undae*, *καχλάζοντα νάματα* sunt in epigramm. *Platonis* Anthol. I, c. XX, 13. *Euripidis* vero fluctus non sane velut risu tremulo concussus leniter *cachinnabat*; sed *in altum consurgens magno cum fremitu concitasse* D dicitur *spumas*, *circumquaque fluctu marino pulsas*, ἀνοιδῆσάν τε, καὶ πέριξ ἀφρὸν Πολὺν καχλάζον ποντίῳ φυσήματι· ubi non dicitur usitato more *καχλάζον κῦμα*, sed ἀφρὸν Πολὺν καχλάζον. in quibus *καχάζον* a *Scaligero* praeferri non potuit, qui optime noverat ab Atticis ista talia Poëtis corripi, et formam esse verbi sinceram Καχλάζειν, hac etiam in re velut propriam. De hominibus *cachinnum* E *edentibus* in usu fuere verba Καχάζειν· Καγχάζειν· et Κακχάζειν. Vid. *T. H.* in Auctario Em. ad *Hesychii* Κακχάζει. et *Jo. Pierson.* in *Moer.* Attic. p. 215. De undarum non *leni* tantum murmure, sed et commoti maris maximo fragore, fluctuum albicantium, litori vel in litoris lapillos, *κάχληκας* dictos, illisorum strepitu, Καχλάζειν fuit adhibitum; quum *spumea circum Saxa fremunt*, *late-*

laterique illisa refunditur alga, *Virg.* A Aen. VI, 589. *Apollon. Rhod.* IV, 943, ἀμφὶ δὲ κῦμα Λάβρον ἀειρόμενον πέτραις ἔπι καχλάζεσκεν. L. II, 572, ὑψόθι δ' ὄχθης Λευκὴ καχλάζοντος ἀνέπτυε κύματος ἄχνη. haec verba restitui potuerunt in *Etymol. M.* p. 494, 11, ubi hic locus et verbum explicatur Καχλάζω· quod sic scriptum, ut in his locis exhibui, suis in Codd. invenit Grammaticus. Imber magno cum strepitu decidens Ζηνὸς καχλάζων νασμὸς B est in *Lycophronis* Alex. v. 80.

Vs. 1214. Κῦμ' ἐξέθηκε ταῦρον, ἄγριον τέρας] *Inhorruit concussus undarum globus*, *Solvitque sese*, *Seneca* Hipp. v, 1031.

Corniger hinc taurus ruptis expellitur undis,

Ovidius Met. XV, 511. *Phocam Servius* C vocat in *Virg.* Aen. VI, 445. VII, 761, qui *patrem* illic scripsisse videtur, non *Aegeum patrem.* In eadem Aen. VII, 780, Hippolytum equi —— *monstris pavidi effudere marinis*; hoc quoque *Propertii* II El. XXI, 23, *Andromede monstris fuerat devota marinis*, commendare videbuntur in his Euripideis excogitatam ab *Is. Vossio* lectionem: adnotata Codicis lectione Flor. ταύριον D ἀγαῖον τέρας, adscripsit *Is. Voss.* „ forte „ leg. Κῦμ' ἐξέθηκε ταῦρον Αἰγαῖον τέρας." *Ruptus fluctus taurum exposuit marinum monstrum.* Ταῦρον, Αἰγαίου τέρας, docte corrigebat vir Summus *J. F. Gronovius*; quam avi sui coniecturam mecum communicavit Clar. *Abr. Gronovius*: sic *Aegaei*, nempe *maris*, *monstrum taurus* diceretur: ἐνάλιον τέρας non sane mirarer a vicino Graecis mari dic- E tum *Aegaeum Euripidi*; vid. *T. H.* in *Hesych.* ad v. Αἰγαίοις. ἅλιον autem τέρας, et ἐνάλιον alibi quoque memorantur; in *Apollon. Rhod.* IV, 1598, Εἴτε σύγε Τρίτων ἅλιον τέρας. quia scilicet Triton τὰ μὲν ἀνδρὸς εἶχε, τὰ δὲ κήτους. In epigr. *Antipatri*, inter illa quae *Reiskius* publicavit, 473, piscator dicitur Δαίμοσιν εἰναλίοις δοὺς τέρας εἰνάλιον. — Nihil tamen adeo causae est, cur vulgatam hic lectionem mutaremus: *ferum* certe *monstrum* dici potuit ἄγριον τέρας· ut dicitur *Hom.* h. Apoll. v. 302. conf. *Oppian.* Κυν. II, 564. — In vs. 1216, Οὐ πᾶσα μὲν χθὼν φθέγματος πληρουμένη Φρικῶδες ἀντεφθέγγετ'· ἀντεφθέγξατ' exhibent Cod. Flor. et *Drama* Χρ. Π, v. 857, ubi reliqua totidem literis eadem leguntur. *Seneca* Hipp. v. 1225, *en totum mare Immugit; omnes undique scopuli adstrepunt. Pacuvius* apud *Non. Marc.* in v. *Bount*,

Clamore et sonitu colles resonantes bount.

Vs. 1216 —— εἰσορῶσι δὲ Κρεῖσσον θέαμα δεργμάτων ἐφαίνετο.] Non aliter legisse videtur falsus *Gregorius* in Χρ. Π. ubi versus est 858, Θέαμα κρεῖσσον ὀμμάτων ἐφαίνετο. Quia dedit in Hipp. *Seneca* v. 1032, *Euripidis* illic vestigia sequutus,

litori invexit malum
Maius timore,

suspicabar illum legisse, et scripsisse *Euripidem*,

Κρεῖσσον θέαμα δειμάτων ἐφαίνετο.

hanc suspicionem indicavi in *Eurip.* Phoen. v. 896. visam fortasse probasset *Musgravius*, cui venit in mentem Κρεῖσσον θέαμα φθεγμάτων· Neutrius memorata lectione, nihil immutandum statuit *Heathius*; sententiam enim esse, *Monstrum forma adeo horrendum fuisse, ut ne aspectum eius quidem sustinere possent. Reiskii* eadem est opinio. Nec diffiteor sententiam satis accommodam; sed ut illam veram crederemus et Euripideam, debebat similibus quibusdam exemplis communiri, quale mihi quidem se nullum hactenus obtulit. Quaecunque rebus aliis *maiora* sunt vel *potentiora*, Scriptoribus Atticis τούτων κρείσσω sive κρείττω esse dicuntur; quique alios *vincunt* vel quacunque re *superant*, τῶν ἄλλων κρείσσονες sive κρείττους εἶναι· *Euripidi*; *Sophocli*; *Thucydidae* p. 196, 8, 13. p. 474, 40. 477, 44. *Xenophonti* p.

p. 112, 36. 171, 14. 375, 42. *Antiphonti* p. 127, 25. *Lycurgo* p. 165, 36. *Aeschini* Or. p. 55, 21, etc. Notus ille versus ex *Eurip.* Med. 1079,

Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων,

redditur ap. *Chalcidium* in Tim. *Platon.*

Sed vincit ira sanitatem pectoris.

Civitas, cuius res gestae famam superant, ἀκοῆς κρείσσων dicitur *Thucyd.* II, c. 41, 17. *Schol.* ὑπὲρ ἀκοὴν ἀνθρώπου. Quae sunt adeo magna, mira, metuenda, ut eorum magnitudo, vel admiratio, vel metus verbis exprimi nequeat, dicuntur illa κρείσσω, sive μείζω, λόγου· θαυμάτων· φόβου· atque adeo etiam δειμάτων. Ut *Thucyd.* II, c. 50, κρεῖσσον λόγου· *Xenophon* Ἀπομν. III, p. 456, 1, κρεῖσσον λόγου τὸ κάλλος τῆς γυναικός. In *Aristoph.* Av. v. 1703, ὦ μείζω λόγου. *Demosth.* p. 45, §. 14, ἔστι μείζω τὰ ἐκείνων ἔργα, ἢ ὡς τῷ λόγῳ τὶς ἂν εἴποι. Κρείσσον' ἢ λέξαι λόγῳ, et similia prostant ad *Herodot.* P. 201, quorum eodem tempore similia *Marklandus* dedit in *Eur.* Suppl. v. 844, cuius eximii viri mihi saepe consensum gratulor. In *Eurip.* Bacch. v. 666, δεινὰ memorantur, θαυμάτων τε κρείσσονα. In *Eurip.* Hel. v. 607, Θαῦμ' ἔστ', ἔλασσον τοὔνομ' ἢ τὸ πρᾶγμ' ἔχον. Proximum illud ex Bacchabus accedit Κρεῖσσον θέαμα δειμάτων. Recte *Thomae Mag.* p. 603, Μεῖζον φόβου πρᾶγμα explicatur τὸ ὑπερβολικὸν φόβον ποιοῦν. Κρεῖσσον δειγμάτων vel simile quid ubi nobis in istius aevi Scriptoribus monstraverint viri docti, hic illud etiam servabimus. Diversas huius etiam generis formulas apud Sophistas reperiri non ignoro; nihil tamen apud illos etiam inveni, quod hic vulgatae voci faveret.

Vs. 1219. Καὶ δεσπότης μὲν, ἱππικοῖς ἐν ἤθεσι Πολὺς ξυνοικῶν;] Dici fortasse poterat ἱππικοῖς ἐν ἤθεσιν Πολὺς μὲν οἰκῶν· sed Πολὺς ξυνοικῶν postulare videtur ἱππικοῖσιν ἤθεσιν. *Euripidis* est in Heraclid. v. 996, Ὅπως —— τὸ λοιπὸν μὴ ξυνοικοίην φόβῳ. Ad Alcibiadem Socrates *Platonis* T. II,

A p. 118. B. ἀμαθίᾳ ξυνοικεῖς, ὦ βέλτιστε, τῇ αἰσχίστῃ· plura dabit Clar. *Abresch.* Dilucid. *Thucyd.* p. 211. Equorum domitor Hippolytus, *in equorum indole sive ingeniis cognoscendis multum versatus*, vs. 1221,

ἥρπασ' ἡνίας χεροῖν,
Ἕλκει δὲ, κώπην ὥστε ναυβάτης ἀνὴρ,
Ἱμᾶσιν εἰς τοὔπισθεν ἀρτήσας δέμας,

B *Seneca* Hippol. v. 1054, *solus immunis metu Hippolytus artis continet frenis equos.* — v. 1057, *ora nunc pressis trahit Constricta frenis.* Propius ad Euripidea haec accedunt Hippolyti Latini *Ovid.* Met. XV, 519,

ego ducere vana
Frena manu, spumis albentibus oblita, luctor;
C *Et retro lentas tendo resupinus habenas.*

Euripidis Hippolytus ἡνίας Ἕλκει, κώπην ὥστε ναυβάτης ἀνὴρ, *habenas retro trahebat, ut remos impellit nauta resupinus.* Sequentis versum sensum Clar. *Heathius* recte videtur explicuisse.

D Vs. 1223. Αἱ δ', ἐνδακοῦσαι στόμια πυριγενῆ γναθμοῖς,] Hoc ex uno Cod. Paris. recepi, pro γνάθοις, ut hic aptius; et quia saepe talia fuerunt in his Poëtis a sciolis mutata; ex gr. ξυνηρετμεῖν in fine senarii *Soph.* in Aj. v. 1346, in ξυνηρεμεῖν alibi claudunt *Sophoclis* senarios ἀντίσταθμον· ἀνήριθμον. In Antig. v. 326, Τί δαί; ῥυθμίζεις — sciolos etiam offendit. —— Et alibi γναθμῶν fit mentio, et in *Eurip.* Med. v. 1201. Γνάθοις E tamen scribitur nostris in Edd. *Eurip.* Alc. v. 492, χαλινὸν ἐμβαλεῖν γνάθοις, (494) *ora frenare lupatis*, et Phoen. v. 1145. *Manilius* dixit V. 73,

moderantem quattuor ora
Spumigeris frenata lupis:

Ovid. Amor. I, El. II, 15, *Asper equus duris contunditur ora lupatis:* tandem paret domitori,

Et

Et placido duros accipit ore lupos:

hoc Graecis est Στόμια δέχεσθαι· quod felici translatione *Sophocles* usurpat in Elec. v. 1489. Imperio moderantis nondum obsequens *frena mordere* dicitur δακεῖν et ἐνδακεῖν στόμια. ad Promethea, Iovi Diisque frustra reluctantem, Mercurius *Aeschyli* Prom. v. 1008,

> δακὼν δὲ στόμιον, ὡς νεοζυγὴς
> Πῶλος, βιάζῃ καὶ πρὸς ἡνίας μάχῃ.

hoc *Euripidi* dicebatur in Theseo, σφαδάζειν — ὡς νεόζυγα Πῶλον, χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον.

> *ut iniecto eculei*
> *Freno repente tactu exagitantur novo,*

apud *Ciceron.* Tusc. III, c. 28. — Nostro *Euripidis* loco — ἐνδακοῦσαι στόμια πυριγενῆ γναθμοῖς Βίᾳ Φέρουσιν· hinc in *Senecae* Hipp. v. 1068,

> *Inobsequentes protinus frenis equi*
> *Rapuere currum.*

Βίᾳ Φέρουσι, nempe τὸν ὄχον, ut in *Sophoclis* Elec. v. 726, Αἰνιᾶνος ἀνδρὸς ἄστομοι Πῶλοι βίᾳ Φέρουσιν, *Aenianis equi frenis immorigeri currum rapiunt:* ἄστομοι, in Scholiis σκληρόστομοι, sunt *ore duro frena mordentes*, ἐνδακοῦσαι στόμια, *equi rigidae cervicis*, σκληροτράχηλοι· quales imperio legitimo reluctantes in libris nostris Sacris Iudaei dicuntur. Sophoclea ista cum forte legerentur apud *Plutarch.* T. II, p. 521, homines eruditos eorum sedem ignorantes fefellerunt: et saepenumero fuit etiam ab hominibus literatissimis in talibus peccatum. — Satis erat hic dixisse Βίᾳ Φέρουσιν, aut, si quis id malit, Φοροῦσι, quod dat in Sophocleis *Plutarchus;* — sed praeterea dicuntur equae apud *Euripidem*

> οὔτε ναυκλήρου χερὸς,
> Οὔθ' ἱπποδέσμων, οὔτε κολλητῶν ὄχων
> Μεταστρέφουσαι.

In *Senecae* Hipp. v. 1082,

> *Tum vero pavida sonipedes mente exciti*
> *Imperia solvunt, seque luctantur iugo*
> *Eripere.*

A Equorum et currus moderatorem, sive *aurigam*, in istis Ναύκληρον dictum, paulo post οἴακας ἔχοντα, navis contra *gubernatorem* ἡνίοχον νεὼς nemo mirabitur, qui vel ad similia vel ad haec attenderet *Ovidii* Trist. I El. IV, 11, etc. *Navita*

> *Iam sequitur victam, non regit arte, ratem.*
B
> *Utque parum validus non proficientia rector*
> *Cervicis rigidae frena remittit equo:*
> *Sic non quo voluit, sed quo rapit impetus undae,*
> *Aurigam video vela dedisse rati.*

Ex Marcipore *Varronis nautici equisones Nonio* memorantur in v. *Equisones.*

Vs. 1226. — καὶ μὲν ἐς τὰ μαλθακὰ
C Γαίας ἔχων οἴακας ἰθύνοι δρόμον,] In Cod. Paris. legitur ἐς τὰ μ. Γ. ἔ. οἴηκας (ut in Edd. prima Flor. et *Ald.*) εὐθύνοι· Hoc an illud probetur nihil interest; quum ἰθύνειν aeque ac εὐθύνειν, hoc tamen frequentius, apud Tragicos inveniatur; sed probari non debebat Ionicum οἴηκας. Οἴακας, πόρπακας, et similia, media quoque syllaba producta, semper adhibent hi Poëtae. Initio versus 726 Suppl.
D meminit *Aeschylus* Οἴακος εὐθυντῆρος· initio v. 3 Theb. Οἴακα νωμῶν legitur; ubi versus est 62,

> Σὺ δ' ὥστε νηὸς κεδνὸς οἰακοστρόφος,

totidem paene literis scriptus in *Eurip.* Med. v. 523. 'Αλλ' ὥστε ν. κ. ο. *Euripidis* versus est Iph. in Taur. 1357, Οἴακας ἐξηροῦμεν εὐπρύμνου νεώς. Οἰάκων Φύλαξ est in Helenae v. 1594. hic *currus moderator*,
E ἡνιοστρόφος, dicitur ἔχων οἴακας, id est οἰακοστρόφος. In *Eurip.* Hel. v. 1626,

> ἐπ' οἰάκων δὲ βὰς
> Ἄναξ ἐς Ἑλλάδ' εἶπεν εὐθύνειν δόρυ.

hinc gubernator etiam νεὼς ἰθυντὴρ, et εὐθυντήρ. conf. *Spanhem.* in *Iulian.* p. 181. *Senecae* Hippolytus v. 1072,

qua-

qualis turbido rector mari
Ratem retentat, ne det obliquum latus
Et arte fluctus fallit; haud aliter citos
Currus gubernat. — sequitur assiduus comes,
Nunc aequa carpens spatia, nunc contra obvius
Oberrat, omni parte terrorem movens,

Euripidi,

Ταῦρος, Φόβῳ τέτρωρον ἐκμαίνων ὄχον.

in quibus τέτρωρον ὄχον per τέθριππον ἅρμα *Eustath.* interpretatur in Il. Γ, p. 324, 36. — *Aequa spatia Senecae*, quaeque arduis opposita Latinis *plana* dicuntur sunt *Euripidis* τὰ μαλθακὰ Γαίας. hic etiam opponuntur πέτραι, *saxa*, *loca scopulosa;* Μαλθακὰ sunt proprie *mollia. Mollia sunt parvis prata terenda rotis:* τὰ λεῖα καὶ ἀναπεπταμένα δάπεδα *Themistio* p. 217. A.

Vs. 1233. Ἀψῖδα πέτρῳ προσβαλὼν ὀχήματος] *Cum rotae curvaturam in grande saxum impegisset, currum labi fecit et praecipitavit*, ἔσφηλε, κἀνεχαίτισεν· quorum hoc, figurate adhibitum *Demostheni* p. 13, 15, *Harpocration* recte per ἀνέτρεψεν interpretatur. Proprie *qui sessorem excutit* equus, ἐπὶ τοῖς ὀπισθίοις ἀνιστάμενος ποσὶ, dicitur ἀναχαιτίσας· hanc verbi vim spectabat *Seneca* Hipp. v. 1084, ubi

pavidi sonipedes
Imperia solvunt, seque luctantur iugo
Eripere, rectique in pedes iactant onus.

Equi Hippolyti *Praecipitant currum scopulis* in *Ovid.* Met. XV, 518, ubi v. 521,

Nec vires tamen has rabies superasset equorum,
Ni rota, perpetuum qua circumvertitur axem,
Stipitis occursu fracta ac disiecta fuisset.

In proximis vs. 1234, σύριγγές τ' ἄνω Τροχῶν ἐπήδων, ἀξόνων τ' ἐνήλατα, quam Clarissimus iuvenis Frisius *Jo. Piersonus*
A coniectura fuit adsequutus in Verisim. p. 64, lectionem ἐπήδων, pro ἐπεπήδων, praeter alios adhibitos *Musgravio*, Codices praebent Flor. et Paris. in quo ad Σύριγγες adscriptum αἱ χοινικίδες. ad Ἐνήλατα, πασσαλίσκοι. *Eustathius* in Il. E p. 455, quum multa dixisset de *rotarum fistulis*, sive *modiolis*, et *clavo* rotae continendae praefixo, *axisque* extremitati infixo, haec etiam attigit *Euripidis*,
B v. 40, Φασὶν (οἱ παλαιοὶ) ὅτι Σύριγγες, χοινικίδες, πλῆμναι· Ἐνήλατα δὲ, τὰ ταῖς χοινικίσιν ἐμβαλλόμενα, ἢ πασσαλίσκοι κωλύοντες ἐξιέναι τὸν τροχὸν, τὰ καλούμενα, φασὶν, ἁμαξηδόνια. Hinc ἁμαξηδόνια nobis enotarunt *H. Stephanus* in Thes. Gr. Ling. et *Jo. Schefferus* de Re Vehic. I, c. 5, p. 38. mihi quidem suspecta vocis est compositio, quam in *Scholiis* ad *Euripidem* inventam praebuit, qualem illic lege-
C rat, *Eustathius;* vera vocis scriptio fortasse videbitur Παραξόνια. *Pollux* I, 145, τὸ κωλῦον ἐκπίπτειν τὸν τροχὸν, ἐμπηγνύμενον τῷ ἄξονι, Παραξόνιον.

Vs. 1236. Αὐτὸς δ' ὁ τλήμων, ἡνίαισιν ἐμπλακεὶς, Δεσμὸν δυσεξήνυτον ἕλκεται δεθεὶς,] Legitur in Cod. Paris. δυσεξέλικτον, velut interpretamentum, opinor, vocis Euripideae δυσεξήνυστον· sic enim,
D ut syllaba produci possit, scribendum, recte mihi videtur Cl. *Heathius* animadvertisse: Ἀνήνυστον aeque fuit in usu, ac ἀνήνυτον. nec Δυσήνυτον tantum, sed et Δυσήνυστον invenisse videtur *Hesychius:* cui talia tamen erant notissima, δεσμὸς παρ' Εὐριπίδῃ δυσεξήνυτος memoratur *Eustathio* in Il. Γ, p. 290, 42. — Attigit Euripidea *Jer. Marklandus* in *Eurip.* Suppl. v. 689. Sed habenis implicitum
E Hippolytum hinc expresserunt etiam Poëtae Latini: Hippolytus *Ovidii* XV, 524, *Excutior curru: lorisque tenentibus artus Viscera viva trahi — videres.* Fast. VI, 743, *Exciderat curru; lorisque morantibus artus Hippolytus lacero corpore raptus erat.* Accurate *Seneca* Hipp. v. 1085,

Praeceps in ora fusus implicuit cadens A
Laqueo tenaci corpus; et, quanto magis
Pugnat, sequaces hoc magis nodos ligat.

Talis *Virgilio* Troïlus Aen. I, 480,

Fertur equis, curruque haeret resupinus inani,
Lora tenens tamen; huic cervixque, comaeque trahuntur
Per terram.

Infelix Hippolytus inani curru haerens B resupinus *Euripidi* pingitur —

Vs. 1238. Σποδούμενος μὲν πρὸς πέτρας φίλον κάρα, Θραύων δὲ σάρκας,] In Cod. Flor. legitur et Paris. πρὸς πέτραις· hoc in uno quoque Cod. *Musgravius* invenit, in ceteris πρὸς πέτρας· quod hic praestat: in aliis locutionibus illud ipsum πρὸς πέτραις reperietur apud *Aeschylum*, in *Sophocleis* etiam, et *Menandri* C reliquiis. Explicatius haec enarrat in Hipp. *Seneca* v. 1093,

Late cruentat arva, et illisum caput
Scopulis resultat: auferunt dumi comas:
Et ora durus pulcra populatur lapis, etc.

In Paris. Cod. Σποδούμενος explicatur συντριβόμενος· praeterea legitur in *Scholiis* κατακλώμενος τὴν κεφαλὴν ἐν ταῖς πέτραις. *Hesychii*, Σποδούμενος· τυπτόμενος, καὶ τὰ D ὅμοια· pertinuisse videtur ad *Eurip.* Androm. v. 1129,

Πυκνῇ δὲ νιφάδι πάντοθεν σποδούμενος.

alia prostant in nota ad *Hesych.* Κατεσποδημένοι sunt *occisi* in *Aesch.* VII c. Theb. v. 815. — Ceterum cum his et vicinis comparandus est *Sophocles* in Elec. v. 747, etc. ubi narratur Orestes v. 754,

Φορούμενος πρὸς οὖδας, ἄλλοτ᾽ οὐρανῷ
Σκέλη προφαίνων· ἔστε νιν —
Ἔλυσαν αἱματηρόν.

— Ex v. 1241, Μή μ᾽ ἐξαλείψητ᾽ attigit Clar. *P. Wesseling.* in *Diodor. Sic.* I, p. 207. Frequentatum *Platoni* Scriptoribusque optimis, verbum Ἐξαλεῖψαι ista significandi virtute rarius invenietur. Illic scribi quoque potuit,

Μή μ᾽ ἐξαλείψῃς ὦ πατρὸς τάλαιν᾽ ἀρά.

— In vs. 1246, voculam δὴ *Musgravius* interiecit ex Codd. repertam et in Flor. et Paris.

Vs. 1247. Ἵπποι δ᾽ ἔκρυφθεν, καὶ τὸ δύστηνον τέρας Ταύρου λεπαίας οὐ κάτοιδ᾽ ὅπου χθονός.] In his ὅπου χθονὸς Codicibus debetur et *Musgravio*, pro ὅπως χθονὸς recte restitutum: ὅπου legitur et in Paris. ὅποι in Flor. — Ex his duobus Codd. recepi τὸ δύστηνον τέρας Ταύρου· pro vulgato κάρα Ταύρου. in uno quoque Codicum Paris. πέρας invenisse videtur *Musgravius*. — Primum in his observabunt harum rerum studiosi iuvenes Ἔκρυφθεν, pro ἐκρύφθησαν, formam Homericam, aliis quidem illam Poëtis quibusvis usitatam, in primis *Apollonio Rhodio*; sed cuius exemplum apud hos Poëtas Atticos in senariis vix alibi reperietur. *Aeschylum* in Pers. v. 1005, (ubi vulgatur Ἔταφον, ἔταφον) scripsisse autumo Ἔταφεν, ἔταφεν· id est ἐτάφησαν. — Deinde pro κάρα restitutum ex Cod. δύστηνον τέρας Ταύρου, viris opinor eruditis facile probatum iri; nec non in oraculo veteri βοὸς τέρας ἀγραύλοιο· quo vulgatur βοὸς κέρας, in *Schol.* ad *Eurip.* Phoen. v. 641, et ad *Aristoph.* Ran. v. 1256, qui quidem alia legerint similia: *Eurip.* Or. 1001, Τὸ χρυσόμαλλον ἀρνὸς Ὁπότε γένοιτο τέρας ὀλοόν. *Eurip.* Phoen. v. 813, Οὔρειον τέρας Σφιγγός, — In talibus ubique τέρας, nusquam, quantum recordor, adhibent κάρα. — Praeterea hinc sumtum Λεπαία χθών, explicatur ἡ ὀρεινή, *Eustathio* in Il. Δ, p. 372, 22. — Tandem ὅπου χθονὸς hic praestare E videtur lectioni Cod. Flor. ὅποι χθονός· — Recte legitur ὅποι, *quo*, in *Eurip.* Heraclid. v. 595,

Οὐκ οἶδ᾽ ὅποι τις τρέψεται·

perperam in isto versu scribitur apud *Stobaeum* Οὐκ οἶδα πῇ· vid. *Aristoph.* Ἀχ. v. 206. Εἰρ. v. 71. Ὅπου scripserit *Euripides* Iph. in Taur. v. 119, an, quod vulgatur, Ὅποι, dubito,

χα-

χωρεῖν χρεὼν
Ὅποι χθονὸς κρύψαντε λήσομεν δέμας·

praestiterit tamen Ὅπου, *ubi*. Hos libros tractantibus ne minuta quidem talia negligenda sunt; qualia monere non neglexit vir eximius *Jo. Aug. Ernesti* in *Callim.* h. in Del. v. 117. conf. *R. Dawes Miscell.* Crit. p. 293.

Vs. 1250. Ἀτὰρ τοσοῦτόνγ' οὐ δυνήσομαί ποτε Τὸν σὸν πιθέσθαι παῖδ' ὅπως ἐστὶν κακὸς,] Cogitate Tragicus prolixam narrationem famulo Thesei contribuit; cuius illa personam multo mihi magis decere videtur, quam amicum et educatorem, quem *Jo. Racinius* finxit Theramenem; quidquid aequus iudex filius *Mich. Arnoldus Racinius* dixerit *dans les Memoires de L'Acad. des Inscr.* T. VIII, p. 311, 312. —— Ob verborum structuram haec *Euripidis* attulit *L. Kuster.* in *Aristoph.* Pl. v. 55. — Pro τοσοῦτον σὺ, *Musgr.* ex duo Cod. dedit τοσοῦτόγ' οὐ· ex duobus ego Flor. et Par. τοσοῦτόν γ' οὐ· nihil refert hoc an illud probetur; apud Tragicos tamen absque illa necessitate pro τοσοῦτο scribitur et τοσοῦτον. *Soph.* Aj. v. 441, Καί τοι τοσοῦτόν γ' ἐξεπίστασθαι δοκῶ· *Atqui hoc saltem unum planissime novisse videor.* Elec. v. 334, Καί τοι τοσοῦτόν γ' οἶδα· Oed. T. v. 1454. Philoct. v. 1299. Quam hic interieci literam requiri apud *Thucyd.* P. 82, 7, monstrabit similium comparatio. — Haec autem *Euripidis* et sequentia bis in dramate Χρ. Π, auctor παρῳδεῖ. ista dicit Maria v. 321,

Οὐ γὰρ τοσοῦτον σὺ δυνήσῃ πώποτε,
Οὐδ' εἰ (ἦν) γένος πᾶν δαιμόνων σοι συνδράμῃ,
Καὶ γῆν ἅπασαν ῥημάτων πλήσῃ κακῶν·
Ἐπεί μιν ἐσθλὸν ὄντ' ἐπίσταται κτίσις.

De Praeceptore suo Iosephus senator ad Mariam v. 1297,

Ἀτὰρ τοσοῦτον οὐ δυνήσομαί ποτε
Τὸν σὸν πιθέσθαι παῖδ' ὅπως οὐκ ἐσθλὸς ἦν·
Οὐ δ' εἰ τὸ (εἴγε) σύμπαν τὸ βροτῶν λέγῃ γένος,
Καὶ τὴν ὀρεινὴν γραμμάτων πλήσειέ τις
Ὕλην, ἐπεί μιν ἐσθλὸν ὄντ' ἐπίσταμαι.

A Vs. 1253. Καὶ τὴν ἐν Ἴδῃ γραμμάτων πλήσειέ τις Πεύκην, ἐπεί νιν ἐσθλὸν ὄντ' ἐπίσταμαι] Suum νὶν ex Codd. Par. et Flor. recepit Tragicus, cuius loco *Homericum* μὶν irrepserat: Νὶν *Hesychius* explicat αὐτὸν, αὐτὴν, αὐτό· quibus addere potuerat αὐτοὺς, αὐτὰς, αὐτά. his enim etiam significandis Νὶν apud Atticos interdum Poëtas inservit. — *H. Stephanus* Thes. L. G. T. III, p. 259. E. „Apud Eu-
B „ripidem, inquit, in Phaedra Πεύκη „ponitur pro pugillaribus sive codicillis e picea seu larice factis ante repertum chartae usum. Δέλτος ἐκ πευκίνου ξύλου, Eustath." Nituntur ista his apud *Eustath.* in Il. Z, p. 489, 53, Οἱ παλαιοὶ καὶ ἐν τῇ κατ' Εὐριπίδην Φαίδρᾳ, ἔνθα μνήμη Πεύκης κεῖται, φασὶ, (490) πεύκην ἐκεῖ ῥηθῆναι τὴν ἐν τῇ χειρὶ τῆς Φαίδρας δέλτον, τὴν κατὰ τοῦ Ἱππολύτου, ὡς ξυλί-
C νην οὖσαν καὶ ἴσως ἐκ πεύκης, διὰ τὸ τῆς γραφῆς ἐν τοιούτῳ ξύλῳ εὐτύπωτον. Alibi quoque Hippolytus *Euripidis* Phaedrae nomine citatur *Eustathio*; fierique adeo potest, ut in editione dramatis prima tabella Πεύκη fuerit dicta, qua credulum illa maritum decepit, et innocentem Hippolytum perdidit: hac in Editione dramatis secunda tabella Phaedrae nusquam nisi Δέλτος vocatur vss. 856, 865,
D 1057. Tales tabellas ligneas Πεύκην mihi dixisse videtur *Eurip.* Iphig. in Aul. v. 29, ubi senex ad Agamemnona quid caperet consilii prorsus incertum:

Δέλτον τε γράφεις
Τήνδ', ἣν πρὸ χερῶν ἔτι βαστάζεις,
Καὶ ταῦτα πάλιν γράμματα συγχεῖς,
Καὶ σφραγίζεις, λύεις τ' ὀπίσω,
Ῥίπτεις τε πέδῳ πεύκην, θαλερὸν
Κατὰ δάκρυ χέων.

E quam picturam iure velut admirabilem laudat ipse quoque Poëta *Michaël Arnoldus Racinius*, *dans les Memoires de Litterature de L'Academie R. des Inscript. et B. L.* T. VIII, p. 290. Euripidea, illinc, ut opinor, sumpta, feliciter *Ovidius* in sororem transtulit, illegitimum amorem suum fratri per epistolam indicaturam, Met. IX, 522,

Incipit; et dubitat; scribit; damnat-
que tabellas;
Et notat; et delet; mutat, culpatque, probatque;
Inque vicem sumtas ponit, positasque resumit.

In istis *Euripidis* quid per πεύκην praeter *tabellas*, quas abiicit Agamemnon, intelligi possit non video. Tabellas ex pinu factas propria adpellatione vocabant πινάκιον, et πινακίδα. Nec penes me dubium ullum est, quin ad Phaedrae tabellas famulus respexerit, dum, pro innocentia libere loquens, sibi quidem negat unquam persuasum iri, Hippolytum criminis reum esse, cuius in Phaedrae tabellis accusaretur; si vel omne genus muliebre laqueo vitam finiret, et non unam quis duntaxat ligneam tabellam, sed montis Idae piceas (*piceis ilicibusque frequens* mons erat Idae) omnes impleret accusationibus in Hippolytum incisis, quem integerrimum cognovisset. Haec mihi famuli Euripidei sententia, prorsusque aliena videntur quae nobis narrat *Eustathius*; illud quidem non male observans in Il. Λ, p. 766, 12, ὥσπερ Δρῦς ἅπαν δένδρον, ἤδη δὲ τὸ Πεύκη, ὡς καὶ Εὐριπίδης δηλοῖ ἐν τῷ, τὴν ἐν Ἴδῃ πεύκην. Sed non inspecto volumine Tragoediarum ista, partim olim excerpta sibi, scripsit *Eustath.* in Il. Z, p. 490, 13, postquam morem memorasset antiquum amicorum vel puellarum nomina corticibus arborum incidendi, ὅθεν, ait, λαβὼν Εὐριπίδης ἔφη τὸ, μὴ ἂν ἀγαθὰς εἰπεῖν τὰς γυναῖκας, οὐδ᾽ εἰ περὶ τούτου τὴν ἐν Ἴδῃ γραμμάτων πλήσειέ τις πεύκην· ἔνθα ὁ νοῦς μὲν, ὡς οὐκ ἂν εὐλογήσοι τὰ γυναικῶν, οὐδ᾽ εἰ πάντα τὰ Ἰδαῖα δένδρα καταγράφειεν Καλὰς εἶναι τὰς γυναῖκας. Haec ut ut aliena sint, veterem tamen istam consuetudinem hic quoque respexit *Euripides*; de qua notarunt *Is. Casaub.* Anim. in *Athen.* III, c. 7. Lect. *Theocr.* c. IX, et *R. Bentlejus* ad (Elegiae) *Callimachi* Fragm. CI, p. 466.

Vs. 1258. — νῦν δ᾽ αἰδούμενος] In Flor. Cod. scriptum, Λόγοισιν ἥσθην τοῖσδ᾽ ὁμοῦ μ᾽ αἰδούμενος· mox in Paris. Θεοὺς, ἐκεῖνον θ᾽ — tandem in hoc Cod. ἐπάχθομαι· in Flor. ἀπάχθομαι· quorum prius, absque Codd. excogitatum ingeniosissimo *Jo. Piersono* Verisim. p. 67, munitum auctoritate Codicum *Musgravius* restituit *Euripidi*, cui sane scribi potuit etiam:

Λόγοισιν ἥσθην τοῖσδ᾽· ὅμως δ᾽ αἰδούμενος
Θεοὺς, ἐκεῖνόν θ᾽, οὕνεκ᾽ ἐστὶν ἐξ᾽ ἐμοῦ,
Οὔθ᾽ ἥδομαι τοῖσδ᾽ οὔτ᾽ ἐπάχθομαι κακοῖς.

Ad hanc sententiam quam narrat historiam *Barnesius* minime pervulgatam hausit ex *G. Canteri* Annot. in *Lycophr.* Cass. v. 116, qui versum illic adhibuit *Euripidis*, et sua didicit a *Joanne Tzetze* in v. 124, ubi filios ab Hercule occisos Aegyptius Proteus cum intellexisset, οὐ γελᾷ μὲν ὅτι παῖδες ἦσαν αὐτοῦ, ὅτι δὲ ξενοκτόνοι οὐδὲ δακρύει. In Hipp. *Senecae* Theseus v. 1114,

o nimium potens,
Quanto parentes sanguinis vinclo tenes,
Natura! quam te colimus inviti quoque!
Occidere volui noxium; amissum fleo.

conf. *Soph.* Elec. v. 769, 773. In Gallica Tragoedia Theseus:

Je t'aimois. Et je sens que malgré ton offense
Mes entrailles pour toi se troublent par avanse.

Hac in parte quanto diversum ab Euripideo suum nobis Thesea expinxerit *Jo. Racinius*, huius filius demonstrat, ad Graecum Gallicum drama comparans, *dans les Memoires de L'Acad. des Inscr.* T. VIII, p. 310.

Vs. 1261. Πῶς οὖν; κομίζειν, ἢ τί χρὴ τὸν ἄθλιον Δράσαντας ἡμᾶς σῇ χαρίζεσθαι φρενί;] Voculas Πῶς οὖν; ad mentem *Marklandi* sic a reliquis separavi, prout alibi leguntur et in *Eurip.* Hel. v. 1282, Πῶς οὖν; ἐς οἶδμα τίνι τρόπῳ καθίετε; Hic

alius

aliis videri poterant illae cum verbo *Φρόντιζε* iungendae; *Φρόντιζε σὺν πῶς* — non mihi; quia tum *ὅπως* requireretur. *Berglerus* ista confert cum *Aristophaneis* in Pace v. 357. conf. *Aeschyli* Choëph. v. 682. *Soph.* Trach. v. 394. — Hos versus et sequentes ita *παρῳδεῖ Conditor* dramatis Χρ. Π, v. 1291,

Πῶς δ' οὖν; κομίζειν ἢ τί μὴ (χρὴ) δεδρακότας
Τὸν νεκρὸν ἡμᾶς σῇ χαρίζεσθαι Φρενὶ,
Φρόντιζ', ἐμοῖς δὲ χρωμένη βουλεύμασι,
Σιγῇ Φέρ'· ἔσται γὰρ τὸ σύμπαν εὐπρεπὲς,
Οὐδ' ὠμὸν εἰς σὸν παῖδα τεθνεῶτ' ἴδῃς.

Qui sequitur in Euripideis vs. 1265 est et illic v. 1486. — vs. 1266, 67, ordine leguntur inverso in Cod. Paris.

Vs. 1268. *Σὺ τὰν θεῶν ἄκαμπτον Φρένα Καὶ βροτῶν ἄγεις, Κύπρι, σὺν δ' Ὁ ποικιλόπτερος ἀμφιβαλὼν Ὠκυτάτῳ πτερῷ.*] Hoc quidem Chori cantico, ab hac certe parte dramatis satis alieno, nihil adeo continetur, quod non aut supra iam fuerit significatum, (v. 477, etc.) aut alibi huic quoque Tragico dictum, de Veneris imperio eiusque filioli latissime patente. Hic puerulus, *ἄρχων οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάττης*, si Iovem ipsum saepe coelo detraxit, non mirum est, si homines et animantia reliqua victa domat. Praeter ceteros huius *θεῶν τε κἀνθρώπων τυράννου* potentiam eleganter laudat *Oppianus* Ἁλ. IV, 34—39. — Carminis initio ad *θεῶν ἄκαμπτον Φρένα* adscriptum in Cod. Paris. *ἄκλιτον*. *Flectit Amor Deorum etiam mentem, quam alius nemo inflectat.* *Hesychio* Ἄκαμπτος recte redditur *ἀκατάκλαστος*· Ἀκαμπὴς, *σκληρός*. alibi *Hesych.* Ἄκναπτον, *ἀκατάκλαστον*. Reperiuntur et Ἄγναπτον et Ἄγναμπτον. quae formâ tantum distant. *Aeschylo* in Prom. V. v. 163 *Jupiter*

Θέμενος ἄγναμπτον νόον
Δάμναται οὐρανίαν γένναν.

et hunc ipsum tamen victum domat Amor. Hercules *ψυχὰν ἄκαμπτος* est in *Pindari* Ἰσθμ, IV, 89. feroci Medeae *ἀκαμπέα θυμὸν* dat falsus *Orpheus*

A Argon. v. 992. — Qui dicitur hic *Euripidi ποικιλόπτερος* est *versicoloribus alis* — *Amor* in epigramm. *Virgilii* Anthol. Lat. T. I, p. 38, ubi lectionem istam egregie tuetur Celeberr. *P. Burmannus Secundus*. — Quis primus Cupidinem pinxerit alatum ignorasse videntur veteres. *Schol.* in *Aristoph.* Av. v. 575, *Νεωτερικὸν, τὸ τὴν Νίκην καὶ τὸν Ἔρωτα ἐπτερῶσθαι*· *Simmias* quidem *Rhodius* Cu-
B pidinem Deorumque adeo antiquissimum *alatum* finxit: cum coelestem ille civitatem misceret, coelo dicitur eiectus, alis ante puero praecisis, ne in coelum revolaret, *Aristophonti* Comico ap. *Athen.* XII, p. 563. B. ubi praeterea Cupidini ablatas alas Dii dedisse dicuntur *τῇ Νίκῃ*· *Porphyrius* π. Ἀ. III, §. 16, *οἱ Ἕλληνες*, inquit, *τὰς Μούσας ἐπτέρωσαν, καὶ τὰς Σειρῆνας, κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ τήν τε Νί-*
C *κην, καὶ τὴν Ἶριν, καὶ τὸν Ἔρωτα, καὶ τὸν Ἑρμῆν.* *Eubulo* vel *Araroti* ridetur pictor, seu fictor, qui primus Amorem fecerit alatum, apud *Athen.* XIII, p. 562. C.

Τίς ἦν ὁ γράψας πρῶτος ἀνθρώπων ἄρα
Ἢ κηροπλαστήσας Ἔρωθ' ὑπόπτερον;

etc. sic ista legenda sunt. Laudatur *Propertio*, Comici Graeci locum respicienti, II El. IX, 1,

D *Quicunque ille fuit puerum qui pinxit Amorem, —*
Idem non frustra ventosas addidit alas.

Secundum *Cornutum* de N. D. p. 200, 6, *Πτερωτὸς* fingebatur, *ὅτι κουφόνους ποιεῖ.* sic corrigo vulgata *καὶ φόνους*· in MS. erat *κούφονας*. Comicorum loca, quae designavi, spectabat *Eustath.* in Il. Ξ, p. 979, 27. Epigrammata dantur pervenusta, quibus alatus Cupido pingitur in
E ea quoque parte *Anthalogiae*, quae scripta latet. *Πτανὸς* dicitur in hoc disticho *Meleagri*,

Οὐκ αὐτὸν τὸν Πτανὸν ἐπόμνυμι, οὔ ποτ' ἂν ἔγνως
Ἐκ μορφᾶς, τίς ἔφυ, Ζωΐλος, ἢ τίς Ἔρως;

in Cod. MS. legitur, *ἐπόμνυμαι* — et, *εἴ τις Ἔρως.* — Sic et in his *Euripideis* vs. 1275,

Θέλγει δ' Ἔρως,
Ὧι μαινομένα κραδίᾳ
Πτανὸς ἐφορμάσει·

ubi scribitur in Flor. ut in aliis Codicibus, ἐφορμάσῃ· in illo quoque μαινομέναν καρδίαν, sive κραδίαν· quorum illud vulgatae formae postponerem: vid. *Eur.* Phoen. v. 448. Or. v. 1553. sed praeferrem vulgatis ᾧ μαινομέναν κραδίαν Πτανὸς ἐφορμάσει· *cuius cor furens invaserit Pinniger:* neque enim Amoris est sed amantis μαινομένα κραδία· quale Medeae tribuitur in cognomine Trag. v. 433. — Pro αἰθόμενος ex Codd. Flor. et Paris. vs. 1279, αἰθομέναν Poëta recepit; γᾶ — Τὰν ἅλιος αἰθομέναν δέρκεται, *terra, quam sol aspicit splendore suo collustratam.*

Vs. 1285. Λητοῦς δὲ κόρη σ' Ἄρτεμις αὐδῶ, Θησεῦ· τί τάλας τοῖσδε συνήδῃ;] Pro αὐδᾷ, in versuum horum primum αὐδῶ recepi, Cod. Flor. auctoritate munitum; in altero υ tantum in γ mutato, pro συνήδῃ, scribendum arbitror,

τί τάλας τοῖσδε σύγ' ἥδῃ;

Nihil quidem est, cur αὐδᾷ suspectum videretur, nisi spectatae bonitatis Codex αὐδῶ praeberet, hoc autem *Euripidis* consuetudo confirmaret. Quae hic ex machina prodit in scenam Diana, *Te, Theseu*, inquit, *ego Latonae filia Diana compello.* Qui prodit in eius Oreste, ad Menelaum Apollo v. 1664,

Φοῖβός σ' ὁ Λητοῦς παῖς ὅδ' ἐγγὺς ὢν καλῶ.

Castores ad Aegypti Regem in Helenae v. 1660,

Θεοκλύμενε, γῆς τῆσδ' ἄναξ, δισσοὶ δέ σε
Διόσκουροι καλοῦμεν.

In Ione Minerva v. 1555, Ἐπώνυμος δὲ σῆς ἀφικόμην χθονὸς, Παλλάς. Eadem in Aj. *Soph.* v. 73, Αἴαντα φωνῶ. Nimis vero frequenter Poëta Philosophus vindice dignos nodos nexuit, quibus solvendis Deos Deasve introduceret. Hic quoque machina *D. Heinsio* displicuit

A ad init. Hipp. *Senecae*, cuius in *Horat.* conferri possunt Notae p. 84, 85. neque placuit illa *Michaëli Arnoldo Racinio*, nobilissimi Tragici Filio, illam tamen ex istius aevi moribus excusanti, *dans les Memoires de L'Acad. des Inscr.* T. VIII, p. 312, 313. — In istis, τί τάλας τοῖσδε συνήδῃ; compositum illud alienum, aptissimum simplex videtur, τί τάλας τοῖσδε σύγ' ἥδῃ; *quid tu*

B *miser hisce malis delectaris?* Supra dixerat Theseus v. 1258, 60, *ante* Λόγοισιν ἥσθην τοῖσδε· nunc tamen Οὔθ' ἥδομαι τοῖσδ' οὔτ' ἐπάχθομαι κακοῖς. *Soph.* Aj. v. 272,

Αὐτὸς μὲν ἥδεθ' οἷσιν εἴχετ' ἐν κακοῖς.

Nostrum ἥδῃ *Suidae* restituendum, ubi vulgatur, Ἥδῃ τέρπῃ σὺ, *Jam tu delectaris:* scribendum enim sine controversia Ἥδῃ, τέρπῃ σὺ, *tu delectaris.*

C Nemo nisi memor Euripidei versus intelliget quid sibi velint ista *Suidae:* Εἴσῃ· γνώσῃ· Εὐριπίδης, Εἰ σώσαιμί σ' ἐξ Ἀνδρομέδας. Interpres, *Si eripuero te ex Andromedae manibus.* Imo versus est ex *Euripidis* Andromeda: Ὦ παρθέν' εἰ σώσαιμί σ' εἴσῃ μοι χάριν. — Hoc in loco haerebit aptius simplex ἥδῃ· contra, quod hic vulgatur, verbum compositum libenter restituerem *Diodoro Siculo* XIII,

D p. 559, 26, καλὸν τὸ τῆς τύχης ἀντιπραττούσης ἔχειν τοὺς συναλγήσοντας, καὶ πάλιν ἐν τοῖς κατορθώμασι τοὺς συνησομένους· pro vulgato ἡσομένους. quibusvis Scriptoribus συναλγεῖν sive συνάχθεσθαι, et συνήδεσθαι sic opponuntur. Συνήδεσθαι significat *in alterius re laeta laetari:* ἐφήδεσθαι, *malis alicuius insultare.* Quibus hic σύγ' ἥδῃ placebit, pro συνήδῃ· his facile persuaserim pro συνεπείσθης *Luciano* restituendum ὅπως

E δὲ καὶ σύγ' ἐπείσθης, T. III, p. 289, 10.

Vs. 1288. Ψεύδεσι μύθοις ἀλόχου πεισθεὶς Ἀφανῆ, φανερὰν δ' ἔσχες ἄταν] Ablata litera versus sanabitur ex Ed. prima si scribatur, φανερὰν δ' ἔχες ἄταν. fietque paroemiacus; neque in anapaesticis ἔχες displicebit. Clar. *Musgravio* placuit φανερὰν δ' ἐσέβης ἄταν· qui trium Codicum auctoritate ἀλόχου πεισθεὶς, (quod est

est et in Paris.) legi maluit, quam πει- A θεὶς ἀλόχου. — Haesit in Ἀφανῆ *Aem. Portus*, censuitque tandem positum pro ἀφανῶς. verum vidit *Heathius*. Iungendum illud cum πεισθείς· πείθεσθαι τὰ δίκαια· οὐ πείθομαι ταῦτα, *ista mihi persuaderi non sino*, et similia sunt in usu: manifesta hic est oppositio inter τὸ πεισθῆναι ἀφανῆ, et φανερὰν ἔχειν ἄταν. in Rheso v. 743, οἷά τις ἡμᾶς Δράσας ἀφανῆ φροῦδος, φανερὸν Θρῄξὶν πένθος τολυπεύ- E σας. — Hic *falsis uxoris verbis obscura persuasus* Theseus *in manifestam calamitatem inciderat. Euripidis* sententiam sic expressit in Hipp. *Senecae* Theseus v. 1209.

> *dum falsum nefas*
> *Exsequor vindex severus, incidi in verum scelus.*

— In sequentem vs. 1290 literam ex Cod. Flor. restitui; Πῶς δ' οὐχ ὑπὸ γῆς τάρταρα κρύπτεις Δέμας αἰσχυνθείς; Ἦ, πτηνὸς ἄνω μεταβὰς βίοτον, Πήματος ἔξω πόδα τόνδ' ἀνέχεις; — In his ad Μεταβὰς adscribitur in Par. Cod. ἀντὶ τοῦ μεταβαλών. Pro πόδα τόνδ' ἀνέχεις, in Flor. Cod. legitur πόδα τῶνδ' ἀπέχεις· quam lectionem, probasse videtur, Cl. *J. F. Gronovius*. Ἀπέχεις est et in Paris. sed illic D etiam adnotatur altera lectio: γράφεται Ἀνέχεις, ἵν' ᾖ ἀντὶ τοῦ ἀναφέρεις, ἀνάγεις. — Ad Μεταβὰς βίοτον haec etiam pertinent in *Scholiis*, μεταβιβάσας, μεταβαλὼν, μεταλλάξας ζωὴν, καὶ ἀλλοιωθεὶς εἰς ὄρνεον. mihi πτηνὸς ἄνω μεταβὰς βίοτον videtur insolentius; quumque Πτηνὸς in Euripideis plerumque semper adhibeatur velut adiectivum, hic quoque scripsisse: E

> Πῶς δ' οὐχ ὑπὸ γῆς τάρταρα κρύπτεις
> Δέμας αἰσχυνθείς;
> Ἦ πτηνὸν ἄνω μεταβὰς βίοτον·

id esset εἰς πτηνὸν, sive ὄρνιθος, βίον μεταβαλὼν, seu μεταβαλλόμενος· sic loqui solitos monitum fuit in nota ad *Eurip.* Phoen. v. 1222. quae hic, eadem iunguntur in Medeae v. 1296,

> Δεῖ γάρ νυν ἤτοι γῆς σφε κρυφθῆναι κάτω
> Ἢ πτηνὸν ἆραι σῶμ' εἰς αἰθέρος βάθος,
> Εἰ μὴ τυράννων δώμασιν δώσει δίκην.

— In sequenti versu sincera lectio videtur vulgata, Πήματος ἔξω πόδα τόνδ' ἀνέχεις· id est ἀναφέρεις, ἀνάγεις, sive ἄνω ἔχεις. Ἀναφέρει πόδα, *pedem retrahit*, est in *Eur.* Phoen. v. 1419. in Troasin v. 332, Χόρευε μᾶτερ, χόρευε, Ἄναγε πόδα σόν. hic etiam Ἄνεχε scribi potuerat, *attolle pedem tuum:* vid. *Aristoph.* Av. v. 1717, et *Bergler.* Apud *Suidam* in Ἄνεχε Comici sunt ista *Theopompi*, (non historici,) Ἀνεχέ μοι τὴν χεῖρα· ut apud *Lucian.* T. 1, p. 783, 25, ἀνέχει αὐτοῦ τὴν χεῖρα. — Nostra *Stanlejus* attigit in *Aeschyli* Prom. V. v. 263. Ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα Ἔχει, παραινεῖν. — Ut *Homero* dicitur ἄνω — ἔεργει, pro ἀνείργει, notante *Suida* C in Ἄνω, ἀντὶ τοῦ ἀνά. contra nonnunquam et in aliis compositis et in Ἀνέχειν praepositio ἀνὰ adhibetur pro adverbio ἄνω. Idem *Suidas:* Ἀν' οὖς ἔχων, ἀντὶ τοῦ ἄνω τὸ οὖς ἔχων. καὶ Σοφοκλῆς· Τὸν οἰνωπ' ἀνέχουσα κισσόν· ἀντὶ τοῦ ἄνω ἔχουσα. vid. in hunc *Suidae* locum eruditiss. *Jo. Toupius* I, p. 44. — In vs. 1294, pro Ὡς τοῖς ἀγαθοῖς, tres Codices praeter *Schol.* (quibus accedunt Flor. et Paris.) *Musgravio* praebuerunt Ὡς ἔν τ' ἀγαθοῖς· cuius ille loco recte, mea quoque sententia, corrigenda censuit, Ὡς ἔν γ' ἀγαθοῖς ἀνδράσιν οὔ σοι Κτητὸν βιότου μέρος ἐστίν.

Vs. 1296. Ἄκουε, Θησεῦ, σῶν κακῶν κατάστασιν,] Ad hanc vocem adscriptum in Paris. διήγησιν· — Hinc in Χρ. Π. v. 259,

> Ἄκου', Ἰούδα, σῶν κακῶν κατάστασιν.
> Καί τοι προκόψω γ' οὐδέν

Ista vero, Καί τοι προκόψω γ' οὐδὲν, ἀλγυνῶ δέ σε· sive potius hinc expressa Menandrea videri queat respexisse *Terentius* in Andr. IV, 1, 16,

> *atque aliquis dicat, nihil promoveris;*
> *Multum molestus certe ei fuero.*

— In

— In v. 1298, 'Αλλ' εἰς τόδ' ἦλθον· vulgata contra *Barnesium* aliosque iam fuit adfirmata ad *Eurip.* Phoen. v. 1409. Male *Eustath.* in Il. A, p. 123, 23, εἴρηται παρ' Εὐριπίδῃ ἐν 'Ιππολύτῳ τὸ, Εἰς τόδε, ἀντὶ τοῦ ἕως τότε. significatur enim, *sed in illud*, vel *hunc in finem veni*, *ut* etc. (ὥστε) παιδὸς ἐκδεῖξαι Φρένα

Τοῦ σοῦ δικαίαν, ὡς ὑπ' εὐκλείας θάνῃ.

Ultimum praebuere Codd. Flor. et Paris. pro θάνοι. Modus optantis Deae minus congruit; et ὡς, pro ἵνα positum, subiunctivo quoque iungitur *Eurip.* Alc. v. 75. Or. v. 265, 797, 1634. In Hec. v. 712, Χρυσὸν ὡς ἔχοι κτανών· in *MSS.* Leid. est ἔχῃ· ut v. 1252, 'Αλλ' ὡς ἔχῃς τὸν χρυσόν. — Hic praeterea minus commodum videtur ὑπ' εὐκλείας θάνῃ· quia non tanquam causa mortis ἡ εὔκλεια consideratur; sed significatur, ὡς εὐκλεῶς vel εὐκλεὴς ἀποθάνῃ, *ut non inglorius moriatur:* placebit fortasse *Reiskii* coniectura legentis ἐπ' εὐκλείας. — In vs. sequenti, pro τρόπον τινὰ, Flor. Cod. dat τινὰ τρόπον· ut in fine versus τίνι τρόπῳ, Phoen. v. 417. Helenae v. 1282, *Aristoph.* Ach. v. 919. — vs. 1302 attigit *Eustath.* in Il. Δ, p. 383, 36, ἡ Παρθένειος ἡδονὴ ἐν 'Ιππολύτῳ τὴν εἰ δίφθογγον φιλεῖν λέγεται. D

Vs. 1303. Δηχθεῖσα κέντροις.] *Amoris*, sive *Veneris stimulis percussa* meo quidem iudicio dici debuit; neque ab *Euripide*, aut istius aetatis, vel proximae, Poëta dici potuit Phaedra Veneris *morsa stimulis:* Δηχθεῖσα κέντροις si vel in omnibus inveniatur exemplaribus scriptis, vocem suspicor iam ante hic quoque fuisse leviter vitiatam, quam Codices scriberentur qui supersunt. Fac una litera minus prave scriptum iam olim Δηχεῖσα· Hinc, ut Δηχθεῖσα facile potuit efformari, sic etiam potuerat effingi Πληγεῖσα· quod quidem in hanc sedem revocandum arbitror atque *Euripidi* velut suum restituendum. Suum dico, quia sic, praeter ceteros, loqui

A solet: supra Veneri Phaedra dicebatur Hipp. v. 38 στένουσα, καὶ πεπληγμένη Κέντροις Ἔρωτος· ubi quaedam prostant alia: in Aeolo *Antiphanes* apud *Athen.* X p. 444. C.

> *Μακαρεὺς ἔρωτι τῶν ὁμοσπόρων μιᾶς*
> *Πληγεὶς τέως μὲν ἐπεκράτει τῆς συμφορᾶς·*

quórum priora probabiliter ipsius sunt *Euripidis* ex Aeoli prologo verba: (vid. B *Aristoph.* Nub. v. 1574. *Schol.* in istum locum, et ad Ran. v. 873,) *Hermesianax Athen.* XIII, p. 538. A.

> Λύδης δ' Ἀντίμαχος Χρυσηΐδος ἐκ μὲν ἔρωτος
> Πληγείς.

Libanius T. I, p. 48. B. ὁ μοιχὸς ἔρωτι πληγεὶς ἔβλαψε μίαν οἰκίαν· δεινὸν μὲν, ἀλλ' ἐνὶ (L. ἐν ἑνὶ) τὸ κακὸν ἵσταται· *Amore percussum* Latini dixere Poëtae: C *Amore percussum gravi*, *Horatius* Epod. XI, 2.

> *magno laudum percussus amore*

Euryalus dicitur *Virg.* Aen. IX, 197. *percussus amore Venandi*, *Nemesian.* Cyneg. v. 97. Scripsisse potius *Propertius* videtur I El. VII, 15,

> *Te quoque si certo puer hic percusserit*
> *arcu;*

quam *concusserit*, quod vulgatur. *Inque cor hamata percussit arundine Ditem*, *Ovidius* Met. V, 384. *volucres* dictae sunt Veneris vi *percussae corda Lucretio* I, 13, stimulos et tela Veneris Amorisque calcaria memoranti: IV, 1046, *Veneris qui telis accipit ictum;* est V, 1074, *Pinnigeri calcaribus ictus Amoris: Veneris stimuli* sunt in L. IV, E 1219. ut in *Columellae* de R. R. X, 198,

> *Bacchatur Veneri, stimulisque Cupidinis actus:*

ictus esset πληγεὶς, *actus* est Ἔρωτος κέντρῳ ἐλαυνόμενος· *Agitor*, *stimulor*, *versor in amoris rota*, *Plautus* Cist. II, I, v. 4. sed *irae*, *invidiae*, *Amoris*, *stimulis agitari*, notissimae sunt locutio-

tiones. —— Iam vero Amoris, seu Veneris Δηχθεῖσα κέντροις, *Morsa stimulis*, mihi sane non videtur Euripidea locutio. Non eo tamen haec accipi velim, ac si *morsum* ignorarem *Amoris*. Dici quidem mulier potest ἔρωτι, sive ζηλοτυπίᾳ δηχθεῖσα (*Heliodor.* X, p. 503, 22,) neque Phaedra tamen, Veneris ictu gravissimo percussa, stimulisque Cupidinis vehementer agitata. In amore γλυκὺς ὁ ὀδοὺς τοῦ πόθου δάκνει, *Lucian.* T. II, p. 400. ἔρωτος δῆγμα *Sophocli* memoratur apud *Plutarch.* T. II, p. 619. A. Amans Iupiter

Πρὸς λέκτρον ἥει, καρδίαν ὠδαγμένος,

eidem *Sophocli* apud *Clem. Alex.* Strom. V, p. 716, 16. Amoris δῆγμα est in *Xenoph.* Ἀπομν. I, p. 422, 8. In eius Symp. Socrates p. 516, 12, ἐγὼ ὥσπερ ὑπὸ θηρίου τινὸς δεδηγμένος τόν τε ὦμον (quo humerum attigerat Critobuli) πλεῖον ἢ πέντε ἡμέρας ὤδαξον, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ ὥσπερ κνῆσμά τι ἐδόκουν ἔχειν. hinc in *Platonis* etiam Sympos. p. 218. A. δεδηγμένος explicandum. Apud *Athen.* Aspasia V, p. 219. C.

Σώκρατες οὐκ ἔλαθές με πόθῳ δηχθεὶς φρένα τὴν σὴν
Παιδὸς Δεινομάχης καὶ Κλεινίου.

Sed de amore toties loquutus *Euripides* nusquam dixit ἔρωτι δηχθῆναι, nedum Amoris Κέντροις δηχθῆναι, de furore insanientis amoris. Κέντρον *stimulus* est in Euripideis, sive *flagellum*, μάστιξ· et *Veneris*, Πληγεῖσα κέντροις, *Percussa stimulis.* Huc, opinor, non advocabitur ex *Eurip.* Med. v. 110. δηχθεῖσα κακοῖσιν· Alc. v. 1100, —— λύπῃ καρδίαν δηχθήσομαι· qualia quibusvis sunt Scriptoribus usitata: *Anxia curis Mordetur*, est in *Statii* Sylv. III Ecl. IV, 72. *Mordear opprobriis falsis*, *Horatii*, etc. quorum affatim collegit *Th. Gataker.* in *M. Antonin.* XI, 18. p. 333. Sunt enim haec et similia valde diversa. Neque hoc vereor ut quis sibi in animum inducat, posse tamen Phaedram dici *Veneris* δηχθεῖσαν κέντροις· cui velut apis

A Amor aculeum suum, κέντρον dictum, immiserit. Non nescio hic dici posse speciosa quaedam. Apud *Theocritum*, Amor, Venere quoque iudice, ἴσος ἐντὶ μελίσσαις· Ut apis suum spiculum cuti, sic Cupido suum quoque κέντρον in cor infigit:

Πικρὸν ἀεὶ κραδίᾳ κέντρον Ἔρωτος ἔχει,

est in ep. *Meleagri* Anthol. VII, 13.
B Apis spiculum infigens dicitur ἐγχρίσαι τὸ κέντρον et ἐγχρίψαι· hoc forsan et de Cupidinis telo fuerit adhibitum: apud *Apollon. Rhod.* III, 764, legitur in Cod. *MS.*

ὁππότ' ἀνίας
Ἀκάματοι πραπίδεσσιν ἐνιχρίμψωσιν Ἔρωτες,

Illud mirum in *Eustath.* de Ism. Amor. VII, p. 269, *os meum* ὡς ἐκ κεντρούσης μελίσσης πληγὲν φλεγμαίνει τοῖς πάθεσιν, li-
C teris ille saltem seiunctis dederat, ὡς ἐκ κέντρου σῆς μελίσσης πληγέν. Ne naturae quidem pictoris *Virgilii* pervenustum illud Georg. IV, 237,

venenum
Morsibus inspirant, et spicula coeca relinquunt,

nedum cetera mihi hic vulgatum Δηχθεῖσα tueri videntur.
D

Vs. 1306. Ὁ δ', ὥσπερ ἦν δίκαιον, οὐκ ἐφέσπετο Λόγοισιν] In Flor. ἐφέπετο· legitur in Par. Ὡς ὥσπερ ὢν δίκαιος οὐκ ἐφείπετο. De quibus ultimum, in alio quoque Cod. repertum, placuit viro Clar. tanquam usitatius: sed et alterum in senarios suos admiserunt Tragici: ξυνέσπετο et ἑσπόμην leguntur in *Soph.* Oed.
E T. v. 1512. Antig. 1210. Trach. v. 1091. Alterum si plures darent Codd. ὥσπερ ὢν δίκαιος, non deterius vulgato iudicaretur; haec enim sequuntur,

οὐδ' αὖ, πρὸς σέθεν κακούμενος,
Ὅρκων ἀφεῖλε πίστιν, εὐσεβὴς γεγώς.

Ista autem duo, ὢν δίκαιος, et εὐσεβὴς γεγὼς, omnia complectuntur officia Diis, hominibusque praestanda: *Aemathion*

thion aequi cultor, timidusque Deorum, *Aristophani* θεοσεβὴς καὶ δίκαιος ὢν ἀνήρ· in libris nostris Sacris talis δίκαιος dicitur καὶ εὐλαβής. —— In istis autem Οὐδ' αὖ —— Ὅρκων ἀφεῖλε πίστιν· probari non debebat verbum ἔσφηλε· quod versum pessumdat. —— In vs. 1311, Ἡ δ', εἰς ἔλεγχον μὴ πέσῃ, φοβουμένη, (*Indicis metu*, *Ovid.* Met. XV. 503.) ψευδεῖς γραφὰς ἔγραψε· Cod. Paris. praebet ψ. γ. ἔτευξε, fortasse genuinum. Quod hic Dianae dicitur, ipsa se fecisse confitetur in *Senecae* Hipp. Phaedra v. 1192,

> *falsa memoravi; et nefas,*
> *Quod ipsa demens pectore insano hauseram,*
> *Mentita finxi: vana punisti pater;*
> *Juvenisque castus crimine incestae iacet,*
> *Pudicus, insons.*

In vs. 1314, ὡς ἂν οἰμώξῃς πλέον, optime recepit ex Codd. *Musgravius*, pro vitioso οἰμώξῃ. —— Versui 1315 subiectam sustuli notam interrogandi: Ἆρα initio periodi saepe notat *utique:* Ἆρ' οἶσθα. *Nosti utique* vel *sane.* —— In v. 1319 ᾔνεσεν in Cod. Paris. redditur ἐπηγγείλατο.

Vs. 1321. Ὃς οὔτε πίστιν, οὔτε μάντεων ὄπα Ἔμεινας, οὐδ' ἤλεγξας, οὐ χρόνῳ μακρῷ Σκέψιν γ' ἔνειμας.] Quod est in Codd. Flor. et Paris. Σκέψιν παρέσχες· non sane natum ex interpretamento, sed prioris potius Editionis fuisse videtur lectio: Σκέψιν γ' ἔνειμας, ut elegantius, in secunda positum. In ἔμεινας et ἔνειμας *Eustatio* quaesita videbatur παρήχησις· in harum enim exemplum ad Il. Δ, p. 372, 20 profert καὶ τὸ Ἔμεινας καὶ Ἔνειμας παρ' Εὐριπίδῃ ἐν τῷ, —— οὐ μάντεως ὄπα Ἔμεινας, οὐ χρόνῳ μακρῷ σκέψιν (imo σκέψιν γ') ἔνειμας. Variis inservit loquendi formis Νέμειν, *tribuere. Nihil odio, nihil amicitiae tribuens Luciano* dicitur de Hist. Scrib. T. II, p. 55, οὐ (L. οὔ τι) μίσει, οὐδὲ φιλίᾳ νέμων. *Eidem* Socrates de Saltat. p. 282, μέγιστον νέμων εὐρυθμίᾳ καὶ εὐμουσίᾳ. *Sophocles* Aj. v. 28,

> Τὴν δ' οὖν ἐκείνῳ πᾶς τις αἰτίαν νέμει·

A *illi quisque culpam tribuit:* id est εἰς αὐτὸν τρέπει· hinc τρέπει vulgatas illic insidet Edd. ex vetustis et Codd. legendum Νέμει· in quod verbum frequentandum *Sophocles* fuit εὐεπίφορος. *Euripidis* Diana,

> οὐ χρόνῳ μακρῷ
> Σκέψιν γ' ἔνειμας·

non tu veritati explorandae tempus tri-
B *buisti;* sive potius, *non exspectasti, dum tempus tandem verum patefaceret.* quod supra dixerat Hippol. v. 1051, οὐδὲ μηνυτὴν χρόνον Δέξῃ καθ' ἡμῶν. *Sophoclis* est ex perdito dramate dictum,

> ὁ πάνθ' ὁρῶν
> Καὶ πάντ' ἀκούων πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος.

apud *Clem. Alex.* Strom. VI, p. 742, 6, *Stobaeum* Ecl. *Grot.* p. 143, *A. Gellium*
C N. A. XII, c. XI, ubi in *MS.* Cod. est ἅπανθ' ὁρῶν, ut apud *Stob.* sed ὁ πάνθ' ὁρῶν χρόνος etiam in *Soph.* Oed. T. v. 1222. Eiusdem est,

> Πάντ' ἐκκαλύπτων ὁ χρόνος εἰς τὸ φῶς ἄγει.

Pindaro dicitur ἐξελέγχων μόνος Ἀλάθειαν ἐτήτυμον χρόνος, Ol. X, 65. —— Priora Dianae Tragicae, οὔτε πίστιν οὔτε μάντεων ὄπα Ἔμεινας, οὐδ' ἤλεγξας· sic supra dixe-
D rat Hippolytus v. 1055,

> Οὐδ' ὅρκον, οὐδὲ πίστιν, οὐδὲ μάντεων
> Φήμας ἐλέγξας ἄκριτον ἐκβαλεῖς με γῆς;

Huc, opinor, spectabat ubi huius simillimam enarrans Atticam historiam *Heliodorus* I, p. 19, *credulus*, inquit, *pater* ταῦτα ὡς ἤκουσεν, οὐκ εἶπεν, (malim οὐδὲν εἶπεν,) οὐκ ἠρώτησεν, οὐκ ἀπολογίαν
E προὔθηκεν, ἀλλὰ πιστεύσας etc. Ad priorem *Euripidis* locum eiusdem *Heliodori* X, p. 474, ista comparari possunt: πᾶσα δίκη καὶ κρίσις δύο τὰς μεγίστας ἀποδείξεις οἶδε, τάς τε ἐγγράφους πίστεις, καὶ τὰς ἐκ τῶν μαρτύρων βεβαιώσεις. Non satis considerate hic πίστιν viro Docto visum fuit in πύστιν mutandum: ut *Euripides*, πίστιν dixit *Sophocles* in Elec. v. 893, Τίν', ὦ τάλαιν', ἰδοῦσα πίστιν —— θάλπῃ; *quo argumento nixa —— hoc tibi persuades.* In Attico

eo foro quaevis argumenta, quibus ad causam utebantur probandam, quasvis *probationes* πίστεις dicebant: τὰς μαρτυρίας — καὶ τοὺς νόμους, καὶ τὰς ἄλλας πίστεις ἑκατέρων (litigantium) memorat *Harpocration* in v. Διαιτηταὶ, et sic saepius Oratores: *Antiphon* p. 139, 18. p. 144, 34. *Isocrates* p. 28. B. p. 51. D. p. 227. D. οὐδεμίαν πίστιν (id est ἀπόδειξιν) εἴρηκας. *Isaeus* p. 74, 13. etc. ap. *Budaeum* C. L. G. p. 115, 116. Suas opiniones Christiani *Luciano* dicuntur ἄνευ τινὸς ἀκριβοῦς πίστεως παραδεξάμενοι T. III, p. 338. — Illud adnotare paene praetermiseram, quod praebet in Euripideis Cod. Paris. οὐκ ἤλεγξας· Flor. οὐ μακρῷ χρόνῳ. Neutrum, si legeretur etiam in aliis, spernerem: *Euripidis* est ex Palamede ap. *Stobaeum* p. 360, 6, *Imperator* Σοφὸς δ' ἂν εἷς τις, ἢ δύ', ἐν μακρῷ χρόνῳ. Alcest. v. 670. Γῆρας ψέγοντες καὶ μακρὸν C χρόνον βίου.

Vs. 1326. Ἔτ' ἐστὶ καὶ σοὶ τῶνδε συγγνώμης τυχεῖν·] In versu, qui praecedit, Ὀλοίμην, ut est in Ed. prima Flor. praetuli formae Doricae; hoc in versu dat Codex Paris. Ἔνεστι καὶ σοὶ —— Flor. τῶνδε συγγνώμην ἔχειν. Quorum prius Ἔνεστι καὶ σοὶ τῶνδε συγγνώμης τυχεῖν· placere poterit ut Atticum atque elegantius. D *Thomas M.* Ἔνεστι καὶ ἀντὶ τοῦ ἐνυπάρχει, καὶ ἀντὶ τοῦ δυνατόν ἐστιν. saepius illud infinitivo junctum sic legitur apud *Sophoclem*; Elec. v. 882, *malis* ἴασιν οὐκ ἔνεστ' ἰδεῖν· Antig. v. 219, Νόμῳ δὲ χρῆσθαι παντί που τ' ἔνεστί σοι. Phil. v. 1264, Οὔκουν ἔνεστι καὶ μεταγνῶναι πάλιν; etc. — Vulgata tamen hoc versu praebet Χρ. Π. v. 815,

Τί Πέτρε θρηνεῖς; δείν' ἔπραξας, ἀλλ' ὅμως E
Ἔτ' ἐστὶ καὶ σοὶ τῶνδε συγγνώμης τυχεῖν.

Horum quoque veniam impetrare poteris. Quantumvis autem qui veniam impetrat ab alio aeque dicatur συγγνώμην ἔχειν, quam qui dat alteri, atque utroque sensu phrasis frequentetur Tragicis, quin apud illos nusquam forte legatur συγγνώμης τυχεῖν, hoc tamen om- A nino hic servandum arbitror; alterum tanquam usitatius describentis effluxisse calamo. *Isocrateum* hoc, adhibitum *Heliodoro* I, p. 35. II, p. 72, legitur in his Comici *Philippidae* apud *Stobaeum* in Florileg. p. 164, 36, *Grot.* p. 99,

Οὐκ ἔστιν, ἐμεθύσθην πάτερ, λέγοντα νῦν,
Ἥμαρτον, ὥστε πρὸς ἐμὲ συγγνώμης τυχεῖν.

B In his, pro πρὸς σέ με· *Grotius* posuit πρὸς ἐμὲ, quod hac in structura mihi Graecum non videtur: πρὸς mutetur in πατρὸς, —— λέγοντα νῦν cum Cl. *Ruhnkenio* in οὐ δέον τὰ νῦν, sententia inerit commoda sic scriptis:

Π.... ἐμεθύσθην, πάτερ, οὐ δέον τὰ νῦν
Ἥμαρτον, ὥστε πατρὸς ἐμὲ συγγνώμης τυχεῖν.
Γ. Οὐκ ἔστιν ....
Ὁ γὰρ εἰς τὸν ἀσθενῆ βίᾳ τὶ, Πάμφιλε,
Ποιῶν, ὑβρίζειν, οὐχ ἁμαρτάνειν, δοκεῖ.

Vs. 1327. Κύπρις γὰρ ἤθελ' ὥστε γίγνεσθαι τάδε, Πληροῦσα θυμόν.] Τόδε legitur in Codd. Paris. et Flor. —— Superfluam hic, ut alibi, voculam ὥστε monuit *Marklandus* in *Eurip.* Suppl. v. 581. Sensus idem inesset sic scriptis, Κύπρις γὰρ εἰς τὸ πληρῶσαι τὸν θυμὸν οὕτω τάδε γίγνεσθαι ἠθέλησε. *Haec ita fieri voluit Venus, animum ut expleret suum.* Πληρώσασα θυμὸν, Dea dici potuit, quae *odiis exsaturata* quiescit: *Virgilii* Iuno θυμὸν gerebat ἄπληστον, *inexsaturabile pectus.* Hinc paulo diversum *Terentianum* illud; *sivi animum ut expleret suum*, est πληρῶσαι τὰς ἐπιθυμίας. ut et hoc *Lucilii* ex Satyr. L. V, ——

qui credimu' porro
Divitias ullas animum mî explere potesse.

Euripidis vero Πληρῶσαι θυμὸν, est *animum vindictae cupidum saturare*; quod *Virgilio* in Aen. II, 586, —— *animumque explesse iuvabit*; et *Attio* in Astyanacte apud *Nonium* in v. *Satias*,

Quorum crudelitatem nulla unquam explet satias sanguinis.

Thucydidi VII, c. 98, ἀποπλῆσαι τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον. *Platoni* ἀποπιμπλάναι τὸν θυμὸν, de LL. IV, p. 717. D. ubi, parentibus, inquit, θυμουμένοις ὑπείκειν δεῖ καὶ ἀποπιμπλᾶσι τὸν θυμόν. *Apollonio Rhodio* θυμὸν ἐπιπλῆσαι, IV, 233. Si Veneris odium potuit exsaturari, Hippolyto quidem Tragici, quo oderat mulieres, pectus erat inexsaturabile; ipso teste supra v. 664, μισῶν δ' οὔποτ' ἐμπλησθήσομαι Γυναῖκας. B

V. 1328. —— θεοῖσι δ' ὧδ' ἔχει νόμος· Οὐδεὶς ἀπαντᾷν βούλεται προθυμίᾳ Τῇ τοῦ θέλοντος.] Hanc Deorum legem sive consuetudinem vereor ne nobis confinxerit *Euripides*, ut oeconomiam sui dramatis tueretur: ut sane permulta finguntur his etiam Poëtis οἰκονομικῶς· aut, si lex fuit ista coelestibus, ab Homericis illa Diis saepe fuit violata; nam C *Mulciber in Troiam, pro Troia stabat Apollo; Aequa Venus Teucris, Pallas iniqua fuit,* etc. —— *Saepe ferox cautum petiit Neptunus Ulyssem; Eripuit patruo saepe Minerva suo, Ovid.* Trist. I, El. II, 5—10. Haec eadem tamen Minerva variis malis afflicto non ausa fuit Ulyssi opitulari, non illa Legis, sed Neptuni sive metu deterrita, sive potius patrui reverentiâ mota. *Homer.* D Od. Ζ, 331,

Παλλὰς Ἀθήνη·
Αὐτῷ δ' οὔπω φαίνετ' ἐναντίον· αἴδετο γάρ ῥα
Πατροκασίγνητον.

ab Ulysse propterea compellata hoc uno se tuetur argumento Dea, in Od. Ν, 341, Ἀλλά τοι οὐκ ἠθέλησα Ποσειδάωνι μάχεσθαι Πατροκασιγνήτῳ· Ad priorem locum *Eustathius* p. 266, 34, quaestionem E sibi ponit; Neptuno irato cur non obluctata fuerit Minerva; quam, me iudice, solvere debuerat ex adiectis *Homero*, αἴδετο γάρ ῥα Πατροκασίγνητον· solvit illam ex *Euripidi* memorata consuetudine: λύειν illam scribit *Euripidem* in Hippolyto suo, ἔνθα ἡ Ἄρτεμις ἔθος εἶναι θεοῖς φησὶν, μὴ ἀντικαθίστασθαι ἀλλήλοις ἂτε τινα βλάπτουσι, κἂν ὁ φίλτατος ἀνθρώπων A εἴη. καθὰ καὶ αὐτὴ οὐκ ἀντέπραξε τῇ Ἀφροδίτῃ ἐφ' οἷς ἐθανάτου τὸν φίλον Ἱππόλυτον. horum similia dedit in Od. Ν, p. 519, 28, ubi duo quoque profert *Euripidis* ex Hipp. versus, Οὐδεὶς ἀπαντᾷν βούλεται προθυμίᾳ Τῇ τοῦ θέλοντος, ἀλλ' ἀφιστάμεσθ' ἀεί. hos quidem versus dubium nullum est quin expresserit *Ovidius* Met. III, 236; cum irata Iuno Tiresiam coecasset,

ſater omnipotens (neque enim licet irrita cuiquam
Facta Dei fecisse Deo) pro lumine ademto
Scire futura dedit; poenamque levavit honore,

quae hinc sumta monuit etiam *Burmannus* vir Clar. L. XIV Met. v. 783,

Sola Venus portae cecidisse repagula sensit;
Et clausura fuit; nisi quod rescindere nunquam
Dîs licet acta Deûm.

— Quod addit ad Legem *Euripidis* Diana; Ἐπεὶ, σάφ' ἴσθι, Ζῆνα μὴ φοβουμένη, Οὐκ ἄν ποτ' ἦλθον εἰς τόδ' αἰσχύνης ἐγὼ, *ut virum mihi carissimum sic sinerem perire*; hoc propius accedit ad *Homericum* αἴδεσθαι; Cum ab infero Iove Proserpina raperetur apud *Claudian.* R. P. II, 232,

Invitae cessere Deae; compescuit arcum
Cum gemitu, talesque dedit Latonia voces:
Sis memor, ô, longumque vale; reverentia patris
Obstitit auxilio.

L. III, 291, Dianam et Minervam increpat Ceres:

ast illae (prohibet reverentia patris)
Aut reticent, aut nosse negant.

Vs. 1333. Ὥστ' ἄνδρα πάντων φίλτατον βροτῶν ἐμοὶ] In Paris. aliisque Codd. hoc ordine voces leguntur. Absque Codd. placere potuit ex viri Docti coniectura posita *Barnesio* lectio, φίλτατόν γ' ἐμοὶ βρο-

βροτῶν. alteram tamen illam facile quis ex similium comparatione detexisset: nam in Oreste dedit v. 723, *εἰσορῶ γὰρ τόνδε φίλτατον βροτῶν·* v. 730, *φίλταθ' ἡλίκων ἐμοί·* Herc. v. 1156, — *φιλτάτῳ ξένων ἐμῶν. Soph.* Elec. v. 1132, *Ὦ φιλτάτου μνημεῖον ἀνθρώπων ἐμοί.* —— In vs. 1336, quam ex aliis edidit *M.* literam quoque praebent Flor. et Paris *Ἔπειτα δ' ἡ θανοῦσ' ἀνάλωσεν γυνὴ Λόγων ἐλέγχους. Deinde vero mortua mulier morte sua sustulit verborum indicia, ex quibus verum exquiri potuisset.*

Vs. 1338. *Μάλιστα μὲν νῦν σοὶ τάδ' ἔῤῥωγεν κακὰ, Λύπη δὲ κἀμοί·*] *In te quidem nunc maxima cum vi haec eruperunt mala; mihi vero etiam pariunt aegritudinem.* Pro vulgata, *Μάλιστα νῦν σοί που,* recepi lectionem Codd. Flor. Paris. in aliis etiam inventam *Musgravio;* qui ex duobus hanc Profert, *Μάλιστα νῦν δή σοι·* ob sequens *δὲ* mihi sincerum videbatur *μὲν νῦν·* quod si quis pro *μὲν οὖν* positum malit accipere, scribi poterit *μέν νυν.* —— Quaecumque *magna cum vi eruperunt*, sive quae *vehementi cum impetu in obstantia quaevis* feruntur *illisa*, *ῥαγῆναι* dicuntur, sive *ἐῤῥωγέναι· ἐκραγῆναι· καταῤῥαγῆναι· κατεῤῥωγέναι.* Pervulgata sunt, *ὕδατος ἐξ οὐρανοῦ πολλοῦ καταῤῥαγέντος· ἐῤῥάγη ὄμβρος, imber nube rupta decidit: Polybiana, καταῤῥαγέντος ὄμβρου λάβρου καὶ συνεχοῦς, Livius* interpretatur XXXVIII, c. 15, *ni se — tanta vis aquae deiecisset: Aeschylus* Prometheo v. 367, *ἐκραγήσονταί ποτε Ποταμοὶ πυρὸς, ignes* ex Aetnae vertice *aliquando erumpent. Eurip.* Alc. v. 1068, *ἐκ δ' ὀμμάτων Πηγαὶ κατεῤῥώγασιν. Soph.* Trach. v. 865, *Ἔῤῥωγεν παγὰ δακρύων.* In eius Phil. v. 821, *παρέῤῥωγεν ποδὸς Αἱμοῤῥαγὴς φλέψ.* Ad multa transferuntur ista. *Odium* diu *compressum* ubi tandem *erupit*, *ἐκραγῆναι* dicitur *τὸ μῖσος. Livius* XXXVI, c. VII, §. 13, *solvamus eius vincula, et claustra refringamus, ut erumpere diu coërcitam iram in hostes communes possit.* sic enim legendum esse docuit vir Magnus *J. F. G.*

A in hunc ferme sensum *ἐξεῤῥάγη ἐς τὸ μέσον* capiendum apud *Herodot.* VII, P. 653, 98. Bellum nondum *ξυνεῤῥώγει, eruperat, Thucyd.* I, P. 43, v. 48. In *Aristoph.* Eq. v. 641,

Ἐξ οὗ γὰρ ἡμῖν ὁ πόλεμος κατεῤῥάγη.

Eadem etiam structura, qua hic apud *Euripidem*, in *Aeschyli* Persis v. 433,

κακῶν δὴ πέλαγος ἔῤῥωγεν μέγα
B *Πέρσαις.*

erupit in Persas, Schultensio in *Jobum* p. 606. Proxima haec *Euripidis* accedunt ista *Sophoclis* Oed. Tyr. v. 1289,

Τάδ' ἐκ δυεῖν ἔῤῥωγεν οὐ μόνου κακὰ,
Ἀλλ' ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ συμμιγῆ κακά·

quem versum, in eadem voce desinentem, sic a *Sophocle* scriptum non equidem opinor. In his autem forma *Ἔῤῥω-*
C *γεν* ut Attica commendatur: haec apud *Suidam* vulgata, *Ἀπέῤῥωγεν, οὐκ ἀπέῤῥηκται· καὶ Ἀπεῤῥώγη, καὶ σὺν τῷ νυ, Ἀπεῤῥώγην, τὸ τρίτον πρόσωπον. Κἆτ' ἀπεῤῥώγην ὁ πούς·* intacta quoque reliquerunt viri Docti, sic, nisi fallor, corrigenda: *καὶ Ἀπεῤῥώγει· καὶ σὺν τῷ ν Ἀπεῤῥώγειν, τὸ τρίτον πρόσωπον·*

κᾆτ' ἀπεῤῥώγειν ὁ πούς·

D *abruptus fuerat pes*: hoc Atticum, ex *Homeri* tamen more ductum: praeter *ᾔσκειν*, pro *ᾔσκεε, ᾔσκεεν Homero* positum, *εἱστήκειν* olim lectum quoque fuit Od. Σ, 343. de hoc more scribendi iam egerunt *H. Steph.* in lib. de Dialect. p. 44. *T. H.* ad *Schol.* in Plut. *Ar.* v. 696. et *J. Pierson* ad *Moer.* p. 174.

Vs. 1339. — *τοὺς γὰρ εὐσεβεῖς θεοὶ Θνή-*
E *σκοντας οὐ χαίρουσι·*] Usitato more loquitur Minerva *Sophoclis* Aj. v. 133. — *τοὺς δὲ σώφρονας* (*τοὺς ἐνάρετους Schol. MS.*)

Θεοὶ φιλοῦσι, καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς.

Castores in *Eurip.* Hel. v. 1694,

Τοὺς εὐγενεῖς γὰρ οὐ στυγοῦσι δαίμονες.

Insolentius hoc Euripideum; vulgo di-

A cebatur *χαίρειν φίλοις· κέρδεσι· γένει·* etc. Rarius etiam in *Eurip.* Ione v. 358, *Τὰ κοινὰ χαίρων, οὐ δίκαια δρᾷ, μόνος.* Hic *οὐ χαίρουσι* posuit pro *οὐ χαίροντες ὁρῶσι θνήσκοντας τοὺς εὐσεβεῖς. Pios non laeti Dii vident morientes. Cratinus* dixit *γέγηθα τὸν ἄνδρα*, pro *ὁρῶν γέγηθα*, sive *γηθῶν ὁρῶ.* Prope *Theocriti* accederet, Eid. IX, 36, de Musis suis dictum

οὓς γὰρ ὁρῶσαι
B *Γαθεῦσιν*,

ubi *bene habere vulgatam* scribit *Reiskius:* addere potuerat optimorum tamen Codicum lectiones esse praeferendas; sive quis malit, *οὓς γὰρ ὁρῆτε*, firmatum ab *Eustathio*,

Quem, tu Melpomene, semel
Nascentem placido lumine videris, etc.

C seu, quod mihi sincerum videtur,

οὓς γὰρ ὁρεῦντι
Γαθεῦσαι, τὼς οὔτι ποτῷ δαλήσατο Κίρκα.

Praeter Codices *Calliergi*, tres illud *ὁρεῦντι* commendare *Reiskio* debuerant *Medicei*, neque enim id, opinor, librariis imputabit. *Callimachus* Epigr. 22,

Μοῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμματι παῖδας
D *Μὴ λοξῷ πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους.*

quo nihil dici potest venustius: illic, in aliis libris cum diversa fuerit lectio, scribi quoque potuit, *Μειλιχίῳ, πολιοὺς* etc. in *Homeri* Il. I, 77,

τίς ἂν τάδε γηθήσειεν·

Eustathius p. 631, 18, *Ἀττικίζει*, inquit, *Ὅμηρος· — Φασὶ δὲ καὶ Κρατῖνον οὕτω που γράψαι, Γέγηθα τὸν ἄνδρα· τοιοῦ-* E *τον καὶ παρ' Εὐριπίδῃ τὸ, τοὺς εὐσεβεῖς θεοὶ θνήσκοντας οὐ χαίρουσι. καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ* (Philoct. v. 1308) *Ἥσθην (τε) πατέρα τὸν ἐμὸν εὐλογοῦντά σε. Laetus audivi patrem te meum laudantem. Hermippi* Comici versus est in Apparatu Sophistico *Phrynichi* in v. *Ἀνήδομαι*, (vid. supra Notata p. 259, I. E.)

Ἃ γὰρ τόθ' ἥσθην, ταῦτα νῦν ἀνήδομαι.

Verba neutra, quibus veteres Attici vim agendi tribuerint, perpauca reperientur: idcirco *Ἁγνεύετε τὴν πόλιν* ex *Isaeo Harpocration* adnotavit.

Vs. 1340. *Καὶ μὴν ὁ τάλας ὅδε δὴ στείχει Σάρκας νεκρὰς ξανθόν τε κάρα διαλυμανθείς.*] *Excarnificatam διαλελυμασμένην* dixit *Herodotus* IX, c. 112, quam Amestris, *τούς τε μαζοὺς ἀποταμοῦσα, — καὶ ῥῖνα, καὶ ὦτα, καὶ χείλεα, καὶ γλῶσσαν ἐκταμοῦσα*, sic crudelissime laceratam domum remisit. — Miratur *Heathius* in his cur vocem *νεκρὰς Marklandus* legi voluerit tanquam dissyllabam. Praeclarum virum loca moverunt quaedam Tragicorum, in quibus *νεκρὸς* legi videtur media producta; quae syllaba apud alios certe Poëtas hac in vocē corripitur: ut hic, in anapaesto legitur *Soph.* Antig. v. 163,

Νεκροῖσι θεῶν ἐπὶ συντυχίαις.

illic, Creonte prodeunte, Chorus, *Ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς χώρας.* In talibus *Euripidi* frequentatur *Καὶ μὴν* —— Androm. v. 1166, *Καὶ μὲν ὅδ' ἄναξ Φοράδην αὐτὸς* (Cod. Flor. *ἤδη φοράδην*) *Δελφίδος ἐκ γῆς δῶμα πελάζει.* —— Vs. 1345, *Οἷον ἐκράνθη*, pro *οἷος* receptum *Musgravio* dant Flor. et Paris. —— *Δίδυμον μελάθροις Πένθος θεόθεν καταληπτόν.* Horum priora *Marklandus* apposita contulit ad *Eurip.* Suppl. v. 1035, ultimum nunc forte servandum iudicabit: *luctum divinitus immissum*, an *acceptum*, reddamus, non multum interest.

Vs. 1352. *Διά μου κεφαλᾶς ᾄσσουσ' ὀδύναι*] Vitiosum hic *ἀΐσσουσ' ὀδ.* in dissyllabum mutavi: subscribi poterit, olim etiam saepius adiectum, *ἰῶτα*, originis index; sed apud *Platonem* aliosque scribitur *ἄττειν*, significans *cum impetu ruere*, vel *salire:* apud Atticos quidem Poëtas semper sunt dissyllaba *ᾄσσω· ᾄξω· ᾖξα·* etc. quod et vere monuit *Jo.* Noster *Piersonus* in *Moer.* p. 301. conf. nota in *Eurip.* Phoen. v. 1388. Quod hic, haeret idem vitium *Eurip.* Iph. in Aul. 8, *Πλειάδος ἀΐσσων*, ver-

versus modulus, ut hic, ἄσσων requirit. A Multa dici possent, quae hinc forsan aliena viderentur. — In seq. vs. 1353, literam γ' in δ' immutavi ex Paris. et Flor. atque ita dederat *Musgr.* —— In vs. quoque 1357 vulgatae literam praetuli, quam dabant iidem Codd. Διά μ' ἔφθειρας, κατὰ δ' ἔκτεινας. sic paulo post δ' est in v. 1361. tales, in senariis non vulgatas, Ionicas *Homeri* im ses supra quasdam attigi in vs. 934. hic positam B adhibuit Clar. *G. Koenius* in egregiis ad *Gregor.* de Dial. Adnotat. p. 211. — In vs. 1358, voces ἀτρέμας, δμῶες, prout illas transposuit *M.* exhibent quoque Flor. et Paris.

Vs. 1360. Τίς ἐφέστηκ' ἐνδέξια πλευροῖς;] Hanc ex uno Cod. Paris. scripturam recipere non dubitavi, pro vulgata, Τίς ἐφέστηκεν δεξιὰ πλευροῖς· quae, prout in- C terpretes illam ceperant, versum vitiabat. —— Qui recte sensum expressit *Heathius*, (vertit enim, *Quisnam lateri astitit a dextra!*) δεξιὰ positum censens pro κατὰ τὰ δεξιὰ, Codicis scripti lectionem mecum probabit. Ἐνδέξια sic et ἐπιδέξια dixerunt pro *ad dextram*: *Euripidis* Hippolytus dum ait, *Quis lateri meo adstat ad dextram*? hoc ipso ostendit *Euripides*, quomodo intellexe- D rit Homerica, θεοῖς ἐνδέξια πᾶσιν Ὠινοχόει· *nomen Atacis* praeco

Δεῖξ' ἐνδέξια πᾶσιν ἀριστήεσσιν·
Βῆ ῥ' ἴμεν αἰτήσων ἐνδέξια φῶτα ἕκαστον.

vid. viri Summi observata in Praefat. Praestantissimi *Dukeri* ad *Thucyd.* p. 11, ubi illud etiam est *Lysiae*, εἰσιόντων πρὸς τῇ Νεμέᾳ ἕστηκεν ἐπιδέξια. *Aristoph.* Pace E

Περίιθι τὸν βωμὸν ταχέως ἐπιδέξια.

vulgatur ἐπὶ δεξιὰ, hoc vero poni malim ubi scribitur ἐπιδέξια, in *Aristoph.* Av. v. 1565, illic enim opponuntur ἀρίστερα et δεξιὰ, vid. *Hesych.* in Ἐνδέξια. *Homer.* Od. Φ, v. 141, Ὄρνυσθ' ἑξείης ἐπιδέξια πάντες ἑταῖροι. In Eid. inter *Theocritea* XXV, 18,

Αὖλις δέ σφισιν ἧδε τεῆς ἐπιδέξια χειρός.

pro δεξιῶς vel ἐπιδεξίως, ut apud *Platonem*, ἐπιδέξια ponitur *Nicomacho Athenaei* VII, p. 291. C.

Vs. 1361. Πρόσφορά μ' αἴρετε, σύντονα δ' ἕλκετε Τὸν κακοδαίμονα, καὶ κατάρατον Πατρὸς ἀμπλακίαις.] Ultimum hoc positum ex Codd. Flor. et Par. pro ἀμπλακίᾳ. —— Priora sic adhibuit *Auctor* Trag. Χρ. Π, v. 1499, Καὶ πρόσφορ' αἴρεθ'; ἕλκετ' αὖ γε ξύντονα. Videtur et in iis quae praecedunt Ἐνδέξια legisse; nam haec prostant v. 1312, erige caput πῆχυν ἐνθεὶς αὐχένι, Ἐν δεξιᾷ πλευρὰν δὲ τοῦδ' ἀείρατε. Hercules acutissimis doloribus confectus in *Soph.* Trach. v. 1024, Πᾷ μου ψαύεις; ποῖ κλίνεις; Ἀπολεῖς μ', ἀπολεῖς. *Attii* Philoctetes:

Agite, ac, vulnus ne succusset gressus,
caute ingredimini.

—— In vs. 136 , legisse videtur *Scholiasta*, Πρόσφορα μ' αἴρετ' ἀσύντονα δ' ἕλκετε· siquidem scripsit ἀντὶ τοῦ ἀσυντόνως: *non intent. gradu incedentes* Sed in sequenti Scholio ἁρμοδίως pertinet ad Πρόσφορα· *commode corpus tollite*; ad σύντονα spectant, ni fallor reliqua, συμφώνως, μὴ ὁ μὲν ἄνω ὁ δὲ κάτω, ἀλλ' ἐξ ἴσου βαστάζετε. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν μουσικῶν τόνων. Saepe σύντονος et συντόνως reponenda sunt, ubi σύντομος et συντόμως vulgantur: nonnunquam dubites utrum aptius sit; quia utrumque etiam interdum iunxerunt, *Clemens Alex.* p 203, 11. *Plutarch.* II, p. 759. D. ceterique.

Vs. 1364. Ὅδ' ὁ σεμνὸς ἐγώ, καὶ θεοσέπτωρ,] *Praemia sunt pietatis ubi?* In *Ovidii* Amor. III, El. IX, 37, *Vive pius; moriere, pius cole sacra*; etc. sic ista potius interpungenda videntur:

Vive pius; moriere: pius cole sacra;
colentem
Mors gravis a templis in cava busta
trahit.

Hinc sumtum Θεοσέπτωρ *Hesychio* redditur

ditur θεοσεβής· ubi versum adnotavit *Euripidis* Cl. *Alberti*. Formas istiusmodi nominum in τωρ, sequutus *Aeschylum* hac etiam in parte, frequentavit *Euripides*. —— In vs. 1365. Ὃδ' ὁ σωφροσύνῃ πάντας ὑπερέχων, si quis ita velit, servari poterit ὑπερέχων· quia tamen σχὼν, σχὲς, et similia Tragicis frequenti sunt in usu, hic accommodatius videtur πάντας ὑπερσχὼν· *qui pudicitia supra omnes eminui.* Usitatior est verbi structura qua ponitur in *Xenoph.* Cyneg. p. 568, 31. Qua ὑπερέχειν *Euripidi*, Καθυπερέχειν adhibetur apud *Stobaeum Diotogeni* p. 330, 39, ἀεὶ γὰρ καθυπερέχων (Legendum, δεῖ γὰρ καθυπερέχεν) τὼς ἄλλως ἀρετᾷ, καὶ κατ' αὐτὰν ἄξιον κρίνεσθαι τὸ (L. τῶ) ἄρχεν. restituendum illud in Epistola *Theanus* p. 744, ταύτῃ γὰρ καὶ δυνατὸν ἀνδρὸς ἐξουσίαν καθυπερέχειν γυναικί. vulgatur ibi καθάπερ ἔχειν.

Vs. 1366. Προὖπτον ἐς ἀΐδαν στείχω, κατ' ἄκρας Ὀλέσας βίοτον·] Pro vulgata, ᾅδην, formam ex Cod. Paris. admisi ἀΐδαν, (ἀΐδην Ed. Flor.) obviam et in *Soph.* El. v. 836. Oed in Col. v. 1686. Quod praeter Paris. dabat Flor. στείχω κατὰ γᾶς· inventum in variis Codd. *Musgravio*, (quorum in uno alterove κατὰ γᾶν·) *Euripidi* paene restituissem: ab instituto me retraxit multiplex usus formulae κατ' ἄκρας, quam leviter attigit *Jac. Tollius* ad *Longin.* Π. Ὕ. p. 235, hoc etiam prolato loco. Si hic fuit ab *Euripide* posita, quod vix opinor, inter varias formulae interpretationes conveniret ἐξ αἰφνιδίου· *qui ex improviso vitam meam perdidi;* sed, nisi fallor, illa Tragicis est inusitata; atque adeo veram arbitror Codicum lectionem

Προὖπτον ἐς ἀΐδαν στείχω κατὰ γᾶς·

In manifestam mortem vado sub terram. Attio sub terram abditus, *Sophocli* dicitur,

(Ὦ) τὸν ἀεὶ κατὰ γᾶς σκότον εἱμένος,

Oed. in Col. v. 1699. *Sub terram* dicebatur et κατὰ γᾶς· non tantum in κρύ- A ψαι κατὰ γᾶς, vel κατὰ χθονὸς, quod usitatissimum, sed et in aliis locutionibus: *Aristoph.* Nub. v. 188. Pluto v. 238, κατώρυξέν με κατὰ τῆς γῆς. *Plato* Timaeo p. 25, D. ἔδυ κατὰ γῆς· et insula κατὰ τῆς θαλάσσης δῦσα ἠφανίσθη. *Herodot.* IV, P. 338, 19, ἢν μὴ — κατὰ γῆς καθαδύητε. *Xenoph.* K. 'A. VII, p. 232, 40. *Eustathius* in Od. Z, p. 250, 36, Τὸ εἶσι κατ' οὔρεος Ἀττικὴν ἔχει σύνταξιν, — ὡς καὶ τὸ B ὁρᾷν κατὰ γῆς. diversa confudit; est enim prius illud, ut ἅλλεσθαι κατὰ τοῦ τείχους· κατὰ κλίμακος καταβαίνειν· ὥρμησεν κατὰ τοῦ κρημνοῦ. — Atticum illud *Euripidis*. Προὖπτον (ἐς ἀΐδαν στείχω) similiter *Sophocles* adhibuit Oed. in Col. v. 1436, dixitque ὁρμώμενον Εἰς προὖπτον ᾅδην· *ruentem ad certum exitium: Phoenicides Stobaei* p. 80, 18. *Grot.* p. 45,

C Εἰς προὖπτον ἦλθον ἐμπεσοῦσα δὴ κακόν.

Thucyd. V, c. 99, οὗτοι — ἂν — ἡμᾶς ἐς προὖπτον κίνδυνον καταστήσειαν· a veteribus transsumserunt et illud Atticistae.

Vs. 1369. Μόχθους δ' ἄλλως / Τῆς εὐσεβίας / Εἰς ἀνθρώπους ἐπόνησα] Hic, ut in Cod. Paris. legebantur ista, versui paroemiaco basin anapaesticam praefixi. *Frustra* se *pium* fuisse significat Hippo- D lytus, cuius ista recordabatur *Virgilius*, ubi in *tristi multatam morte Camillam* haec dicuntur in Aen. XI, 843,

Nec tibi desertae in dumis coluisse
Dianam
Profuit.

—— Ex Ed. prima Flor. receptum εὐσεβίας, pro εὐσεβείας, cur posuerim iuve- E nes intelligent ex not. in Phoen. v. 1475. Ex altera Ed. Hippolyti haec habet *Stobaeus* p. 63, 41. *Grotius* p. 37, Ἦλθε γὰρ ἢ πρόσθ' ἢ μετόπισθεν Τῆς εὐσεβίης ἡ χάρις ἐσθλή. apud *Stobaeum* vulgatur εὐσεβείας χάρις. scribendum:

ἦλθε γὰρ ἢ πρόσθ'
Ἢ μετόπισθεν
Τῆς εὐσεβίας χάρις ἐσθλή.

Vs.

Vs. 1372. Μέθετέ με τάλανα Καί μοι θάνατος παιὰν ἔλθοι.] Μέθετέ με dant etiam Codd. Flor. et Paris. *Missum me miserum facite; Atque utinam mihi mors veniat* horum malorum *medicus!* vel his malis unicum *remedium*. Infelix hoc quoque tentamen est *G. Cuperi* Observ. I, c. I, quo legit, Καί μοι θανάτου παιὰν ἔλθοι· redditque ista, *et veniat mihi carmen lugubre*. Apollo Παιὰν et Παιὼν dicebatur; a medicorum Deo utrumque fuit a Tragicis ad *medicum* designandum translatum. *Mors*, in malis remedium, θάνατος, ut ἰατρὸς, et παιὰν invocabatur: *Aeschylus* in Philoctete ap. *Stob.* p. 602, 38,

> Ὦ θάνατε παιὰν, μή μ' ἀτιμάσῃς μολεῖν·
> Μόνος γὰρ εἶ σὺ τῶν ἀνηκέστων κακῶν
> Ἰατρός.

sic una litera in ποίαν mutata recte correxit *Th. Canter.* V. L. I, c. XIV. collato quoque incerti, forte *Sophoclis*, loco apud *Plutarch.* II, p. 106. D. Ὦ θάνατε παιὰν μόλοις· quod illic additur ad παιὰν, ἰατρὸς esse videtur ex interpretamento adjecto. *Sophoclis* Philoctetes v. 794,

> Ὦ θάνατε, θάνατε, πῶς, ἀεὶ καλούμενος
> Οὕτω κατ' ἦμαρ, οὐ δύνῃ μολεῖν ποτέ;

Mors Aeschylo apud *Plutarch.* l. c. dicitur μέγιστον ἴαμα τῶν πολλῶν κακῶν. *Diphilo* ap. *Clementem Alex.* Strom. VI, p. 744, 25, loquentem de vita humana malorum plena,

> Τούτων ὁ θάνατος, καθάπερ ἰατρὸς φανεὶς,
> Ἀπέλυσε τοὺς ἔχοντας ἀναπαύσας ὕπνῳ·

sic emendo verbum illic vulgatum Ἀνέπαυσε. *Sophocles* in perdita Philoctete *Stobaei* Flor. p. 602, 27, *Grot.* p. 492,

> Ἀλλ' ἔσθ' ὁ θάνατος λοῖσθος ἰατρὸς νόσων.

Eiusdem ex Eriphyle versus ap. *Clem. Alex.* p. 741, 24, hac videtur ratione scribendus,

> Ἄπελθ'· ἐκείνης ὕπνος ἰατρὸς νόσου.

In talibus promiscue usurpantur ἰατρὸς, [A] ἴαμα, παυστὴρ, παιὰν, et παιώνιος. Ipse etiam Apollo *Paean* invocabatur tanquam potentissimus malorum averruncus: *Eurip.* Androm. v. 900, Ὦ Φοῖβ' ἀκέστωρ, πημάτων δοίης λύσιν. in Herc. v. 820, Ὦ ναξ παιὰν, Ἀπότροπος γένοιό μοι τῶν πημάτων. in Alc. v. 91, Εἰ γὰρ μετακύμιος ἄτας, Ἰὼ Παιὰν, φανείης. v. 220, Ὦ ναξ Παιὰν, Ἔξευρε μηχανάν τιν' Ἀδμήτῳ κακῶν. In *Sophoclis* Philoct. v. 168, αὐ- [B] τῷ Παιῶνα κακῶν ἐπινωμᾷν, *Schol.* interpretatur, θεραπείαν ἐξευρίσκειν· in Trachiniis v. 1225 dixit *Soph.* παιώνιον Καὶ μοῦνον ἰατῆρα τῶν ἐμῶν κακῶν.

Vs. 1374. Προσαπόλλυτέ μ', ὄλλυτε τὸν δυσδαί-/μον'· ἀμφιτόμου λόγχας ἔραμαι/ Διαμοιράσαι.] Duabus literis bis scriptis eleganter ista *Marklandus*, ut versum efficeret anapaesticum, sic corrigere ten- [C] tabat, τὸν δυσδαί-/μονα μ'· ἀμφιτόμου λόγχας. Vocula transposita scribi malebat *Heathius*, Προσαπόλλυτέ μ', ὄλλυτε δυσδαίμονα/ Τόνδ'· ἀμφιτόμου λόγχας ἔραμαι. Tutissimum forte fuerit versus constituisse, prout leguntur in Cod. Paris.

> Προσαπόλλυτέ μ', ὄλλυτε τὸν
> Δυσδαίμον'· ἀμφιτόμου
> Λόγχας ἔραμαι διαμοιράσαι,
> Διά τ' εὐνάσαι τὸν ἐμὸν βιοτόν.

[D] Ultimum illud εὐνάσαι duabus non sane felicissimis coniecturis tentat vir D. Dubites scripseritne hic *Euripides* διαμοιράσαι, an διαμοιρᾶσθαι. Utramque formam adhibuit in Hecuba v. 717, Ὡς διεμοιράσω Χρόα, σιδαρέῳ Τεμὼν Φασγάνῳ Μέλεα τοῦδε παιδὸς· et v. 1079, Ποῖ, πᾷ φέρομαι, τέκν' ἔρημα λιπὼν Βάκχαις ᾅδου διαμοιράσαι. *Schol.* ὥστε διασπαράξαι καὶ δια- [E] μερίσαι μεληδόν. *Hesychius* praebet quidem Διαμοιράσαι, διαμερίσαι. sed et Διαμοιρωμένα, διαιροῦσα. et Διεμοιρήσαντο. Ut *Ennii* dicebat Hecuba, *date ferrum, quî me anima privem;* vehementissimis doloribus excarnificatus Hippolytus, *ensem*, inquit, *desidero ancipitem*, *quo me secem in partes*, *quodque mihi vitae superest eripiam*. Eleganter dixit *Euripides* διευνάσαι βίοτον, *oculos clausos in aeter-*

aeternum somnum consopire. *Sophoclis* est versus

Σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή·

vid. Hip. v. 562. In eius Trach. v. 1022, Ἔατέ με δύσμορον εὐνάσαι, Ἔατέ με ὕστατον εὐνάσαι. sic legisse videtur *Schol.* ὕστατον εὐνάσαι, est διευνάσαι βίοτον.

Vs. 1378. Ὦ πατρὸς ἐμοῦ δύστανος ἀρά·] Formam Doricam Cod. dabat Par. —— Sequentes duo versus sic transponendos *Heathius* et *Reiskius* probabiliter iudicarunt ut legerentur, Παλαιῶν προγεννητόρων Μιαιφόνων τε συγγόνων Ἐξορίζεται κακὸν, οὐδὲ μέλλει. Tantalus, Pelops, Atreus, et Thyestes hic recte *Heathio* intelliguntur: erat enim paternus Hippolyti proavus Pittheus, Παῖς, ὡς λέγουσι, Πέλοπος εὐσεβέστατος, *Eurip.* Med. v. 640. —— In vs. 1382, Flor. Cod. habebat Ἔμολ', ἔμολ', ἐπ' ἐμέ· Paris. Ἔμολ' ἐπ' ἐμέ. —— Ex vs. 1385 literam eieci, quam non agnoscebant isti duo Codd. quia hic superflua nullum usum praestare videbatur. —— In vs. 1387 Εἴθε με κοιμάσειε τὸν δυσδαίμονα· Cod. dat Paris. κοιμίσειε· sicut saepe variatur in his: vid. Clariss. *Ernestus* in *Callim.* h. in Del. v. 110. Sequentem versum a vulgato longe diversum sic exhibent: Ἀΐδου γε νυκτὸς δυστάλαιν' ἀνάγκα· sincerum utique est κοιμάσειε. Apud *Soph.* in Elec. v. 510, ποντισθεὶς Μυρτίλος ἐκοιμάθη· *in mare praecipitatus Myrtilus obdormivit*, ἀπέθανε. Talia dantur plurima, quorum nonnulla, hunc etiam Hippolyti locum, protulit vir minime vulgaris *A. Schulten* ad *Jobum* p. 67. —— Huius similia Herculis sunt in *Sophoclis* Trachin. vota, v. 1058, Ὦ γλυκὺς Ἀΐδας, Εὔνασον, εὔνασον, ὠκυπέτῃ μόρῳ Τὸν μέλεον φθίσας. illic vitiosa leguntur in v. 1102,

Ὦ ἄναξ ἀΐδη δέξαι μ', ὦ Διὸς ἀκτὶς παῖσον·

si versus fuit iambicus, scribi potuit — δέξαι με, Διὸς ἀκτὶς πέσον. et πέσον placuit etiam ill. *Bouhierio* in *Ciceron.* Tusc. II, c. 9, p 131. Sed mihi valde displicet, Ὦ ἄναξ ἀΐδη· ubi mox sequitur Ἔνσεισον ὦ ἄναξ —— Rex *Jupiter*, *mi pater.* Velut duo versus in *Ald.* Ed. interiiciuntur inter senarios ista. Scripseratne forsan,

Ὦ νὺξ, ἀΐδι δέξαι με, Διὸς ἀκτὶς πέσον.

O nox aeterna, in orcum me recipe. in *Soph.* est Aj. v. 669, Ἀλλ' αὐτὸ νὺξ ᾅδης τε σωζόντων κάτω.

Vs. 1389. Ὦ τλῆμον, οἵᾳ συμφορᾷ συνεζύγης] Ultimum illud *Euripidi* restitui Codicum auctoritate motus atque usu, pro προσεζύγης inusitato: alterum, in Codd. inventum *Musgravio*, praeter Ed. primam Flor. dabant Par. et Flor. in quibus etiam legebatur, οἵαις συμφοραῖς· et, pro διώλεσεν, versu seq. ἀπώλεσεν. His suo loco relictis, probandum tamen erat συνεζύγης· hinc acceptum in Χρ. Π. v. 806,

Ὦ τέκνον, οἵᾳ συμφορᾷ συνεζύγης·
Τὸ δ' εὐγενές σου τῶν φρενῶν σῶον μένει.

Hoc preterea commendat usus *Euripideus:* Androm. v. 98, δαίμον', ᾧ συνεζύγην· Helenae v. 262, τίνι πότμῳ συνεζύγην. Alc. v. 482. Ion. v. 343. Versus fertur ex *Euripidis* Andromeda,

Οἵῳ μ' ὁ δαίμων θηρίῳ ξυνῴκισεν.

συγκατοικίζειν est in Hippol. v. 646. Restituendum illud arbitror in versu, quem ex *Philoxeni* Cyclope servavit *Zenobius* Cent. V, Pr. 45.

Οἵῳ μ' ὁ δαίμων τέρατι συγκατῴκισεν.

quod ibi vulgatur, συγκαθεῖρξεν alteri forsan adscriptum fuerat ut interpretamentum: *Dion. Chrys.* Or. XXXII, p. 385. D. ὁ πατὴρ συγκαθεῖρξε τὴν παῖδα τῷ ἵππῳ· quod in isto versu *Philoxeni* scriptum voluit *Gatakerus* A. M. P. c. X, p. 522. E. συγκαθεῖρξατο Graecis, quibus nostra debemus monumenta, non opinor in usu fuisse: qua in re saepe peccant correctores. conf. *Casaub.* Anim. in *Athen.* III, c. 24, p. 203.

Vs. 1391. Ὦ θεῖον ὀδμῆς πνεῦμα· καὶ γὰρ

ἐν

ἐν κακοῖς Ὧν ᾐσθόμην σου, κἀνεκουφίσθην A
δέμας·] In sequentem versum ex uno Cod. τόποισι *Musgr.* accepit pro δόμοισι· quod ex Paris. etiam enotaverat *T. H.* hanc ego lectionem supra iam probavi ad vs. 53. —— In istis, quae posui, ex odore divino, quem Dea spirabat venatrix, Dianam venator adesse sensit Hippolytus: attigit odorem hunc divinum Ill. *Ez. Spanhem.* in *Callim.* h. Apoll. v. 38. Tribus ista vocibus mu- B
tatis in suum drama recepit *Auctor* Χρ. Π. v. 1333, ubi Maria de corpore filii:

Ὦ θεῖον ὀδμῆς ἄσθμα· καὶ γὰρ ἐν κακοῖς
Οὖσ' ᾐσθόμην σου, κἀνεκουφίσθην κέαρ·

neque enim censeri debet in suo Cod. legisse ἄσθμα· quod, hinc alienum, his Poëtis non fuit in usu, semel in *Aeschyleis* obvium: ex *Eurip.* Troasin v. 353, Ὦ χρωτὸς ἡδὺ πνεῦμα· habet et C
Trag. Χρ. Π. v. 1341. —— Haec, opinor, Hippolyti et Ulyssis in Aj. *Sophoclis* verba v. 15, etc. spectabat *Auctor* Rhesi v. 608, dum Ulyssem suum ista facit dicentem:

Δέσποιν' Ἀθάνα, φθέγματος γὰρ ᾐσθόμην
Τοῦ σοῦ συνήθη γῆρυν, ἐν πόνοισι γὰρ
Παροῦσ' ἀμύνεις τοῖς ἐμοῖς ἀεί ποτε.

D

Vs. 1398. Οὐ δῆτ'· ἀτάρ μοι προσφιλής γ' ἀπόλλυσαι.] Edidit *Musgravius* quod in tribus invenerat Codd. praebet id ipsum Cod Flor. ante vulgatis meo quoque iudicio melius: *Soph.* Antig. v. 910, *mortua spero* Φίλη μὲν ἥξεις πατρὶ, προσφιλὴς δέ σοι Μῆτερ. *Eurip.* Hec. v. 981, προσφιλὲς δέ μοι τόδε. *Aesch.* Theb. v. 586, Ἦ τοῖον ἔργον καὶ θεοῖσι προφιλές. — Sed cum vox δύσποτμος, non minus usi- E
tata Tragicis, Hippolyto congruat, neque ex errore describentis nasci potuisse videatur, suspicor illam ex Editione dramatis priori hic adnotatam hinc in aliquot Codicum contextum receptam fuisse. Sed ut erat in Edd. versus vulgatus,

Οὐ δῆτ'· ἀτάρ τοι δύσποτμός γ' ἀπόλλυσαι·

mea quidem sententia non potuit ab *Euripide* scribi. Quod si ad ista Hippolyti, Οὐκ ἔστι σοι κυναγὸς, οὐδ' ὑπηρέτης, Dea dixerit Tragica, Οὐ δῆτ'· ἐμοὶ γὰρ δύσποτμος γ' ἀπόλλυσαι· *Non sane; nam mihi quidem tristi morte peris.* Post οὐ δῆτ'· — ἀτὰρ — δύσποτμος non bene succedunt; commodum est γάρ. In Elec. *Soph.* v. 1203 interroganti,

Οὐδ' οὐ 'παρήξων, οὐθ' ὁ κωλύσων πάρα;

respondet Electra,

Οὐ δῆθ'. ὃς ἦν γάρ μοι σὺ προὔθηκας σποδόν.
Ὦ δύσποτμ' ὡς etc.

conf. Oed. T. v. 768. Oed. in Col. v. 425, 490. — In versu seq. moderator equorum est ἱππονώμας· transtulit in coelestis quadrigae rectorem *Comicus* in Nub. v. 571.

Vs. 1402. Τιμῆς ἐμέμφθη] Literam interserit *Reiskius*, Τιμῆς σ' ἐμέμφθη· quae censeri tum debet pro σὲ posita. Τιμῆς autem de honore neglecto, ut in *Homericis*, Οὔτ' ἄρ' ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, οὐθ' ἑκατόμβης. — Μεμφθῆναι autem hac ponitur *Euripidi* structura in his ex *Antiope*, Τὸ δ' ἀσθενές μου καὶ τὸ θῆλυ σώματος Κακῶς ἐμέμφθης. in Helena v. 470, Οὐ τοῦτ' ἐμέμφθην, τὰς δ' ἐμὰς στένω τύχας.

Vs. 1403. Τρεῖς ὄντας ἡμᾶς ὤλεσ', ᾔσθημαι, Κύπρις·] In duobus Codd. et in Ed. prima *Musgravius* invenit ὤλεσεν μία Κύπρις· scribi potuit, ὤλεσεν Κύπρις μία nam alteram illam in senario lectionem stare posse iure negavit *Heathius*; quod putat ortam *ex ingenio librarii captantis acumen*, non opinor. Neque *Heathius* librariis imputabit quae subiiciam: *Eurip.* Or. v. 741,

Ποῦ 'στιν, ἣ πλείστους Ἀχαιῶν ὤλεσεν,
γυνὴ μία;

Troas. v. 368,

Οἳ διὰ μίαν γυναῖκα καὶ μίαν Κύπριν,
Θηρῶντες Ἑλένην, μυρίους ἀπώλεσαν.

Aeschylo Helena dicitur Agam. v. 1464, μία τὰς πολλὰς — ψυχὰς Ὀλέσασ' ὑπὸ

Τρία. et v. 1474. Sed *Heathio* forsan acumen inesse videbitur in τρισὶν et μιᾷ· sic tamen *Eurip.* Or. v. 1249, Δότ' (Δὸς MSS. Leid.) εὐτυχῆσαι τῷδ', ἐμοί τε, τῇ δέ τε· Τρισσοῖς φίλοις γὰρ εἷς ἀγὼν, δίκη μία. In Iphig. Aul. dicenti Regi, ὦ — δαίμων ἐμός, respondet Clytaemn. v. 1137, Κἀμός τε, καὶ τῆσδ', εἷς τριῶν δυσδαιμόνων. In Iph. Taur. v. 1065,

Ὁρᾶτε δ' ὡς τρεῖς μία τύχη τοὺς φιλτάτους,
Ἢ γῆς πατρῴας νόστον ἢ θανεῖν, ἔχει.

ubi scribendum νόστος. Haec faciunt, ut suspicer, nostro quoque versu scriptum,

Τρεῖς ὄντας ἡμᾶς ὤλεσ', ᾔσθημαι, μία.

Plane intellexi; nos tres numero perdidit una; nempe Κύπρις, Dianae paulo ante memorata; ad μία adscriptum Κύπρις sedem non suam tandem occupavit. Secundum *Isocratem* in Helenae Laud. p. 211. B. Herculi quidem Iupiter ἰσχὺν ἔδωκεν, ἣ μία τῶν ἄλλων ἁπάντων κρατεῖν δύναται. sic litera mutata μία legendum arbitror, ubi βία legitur in Editionibus.

Vs. 1409. Στένω σὲ μᾶλλον, ἢ 'μὲ, τῆς ἁμαρτίας.] Haec et vicina sic leguntur in Χρ. Π. v. 895,

Στένω μὲ μᾶλλον ἢ σὲ γὰρ (L. τῆς) ἀπουσίας,
Ἀπώλεσας γὰρ μᾶλλον, ἢ κατέφθισο.
Εἰ γὰρ γενοίμην, τέκνον, ἀντὶ σοῦ νεκρὸς,
Ὄλωλα τέκνον, οὐδέ μοι χάρις βίου.

quorum versuum tertius et quartus sunt Hipp. 1410, 1408; secundus supra legitur Hipp. 839. — Quod est in istis γενοίμην et in Ed. prima Flor. v. 1410, substitui formae Doricae. — In vs. 1413, unam vellem literam mutatam, Τί δ'; ἔκτανες γ' ἄν μ', ὡς τότ' ἦσθ' ὠργισμένος. *Ain' tu? quinimo, ut tum eras iratus, me vel absque iis interfecisses.* Illud Τί δέ; rarius alibi, in colloquiis *Socraticis* ubique recurrens, attigit *L. Malaspina* in *Ciceron.* ad Att. VI Ep. I, p. 586. Hic commodum recordor *Demosthenis*, qui de Falsa Legat. p. 204, φὶ, τοῦτο μὲν, inquit, οὐδεὶς ἀνέγνω

A τῷ δήμῳ τὸ προβούλευμα, οὐδ' ἂν ἤκουσεν ὁ δῆμος· *nec legit quisquam, neque, si vel lectum fuisset, audire voluisset populus:* ἂν inserto sic ista sunt capienda, quae Clar. *Taylor* intacta reliquit.

Vs. 1415. Εἴθ' ἦν ἀρχαῖον δαίμοσιν βροτῶν γένος.] Exercuit hic versus viros eruditissimos. Ut inesset impia, quam hic invenere, sententia, verba sic forte col-
B locari debuerant,

Εἴθ' ἦν ἀραῖον δαιμόνων βροτοῖς γένος.

Desiderabat *Marklandus*, *ut alio modo, quam vulgo* fieret, *explicari posset hic locus.* Hoc fieri forte poterit unius literae mutatione. Nunc, quibus filium devoverat, execrationes libenter resecrasset Theseus; seque dicit ad malas istas preces nuncupandas, filiumque inno-
C centem puniendum, sana fuisse mente divinitus privatum: Δόξης ἂν ἦμεν πρὸς θεῶν ἐσφαλμένοι. Suspicor ad haec, ducto suspirio, cum indignatione dixisse Hippolytum: Εἶτ' ἦν ἀραῖον δαίμοσιν βροτῶν γένος; *Siccine vero mortale genus Diis erat execrabile?* plura quoque dicturum de sua nihil tale a Diis meriti innocentia, nisi dicentem interrupisset Diana. Notissimum illud Εἶτα indignantis, ali-
D quoties etiam adhibitum *Euripidi*; si non displicet interpretatio, non requirentur exempla, quibus illud εἶτα confirmetur.

Vs. 1416. Ἔασον· οὐ γὰρ οὐδὲ γῆς ὑπὸ ζόφον Θεᾶς ἄτιμοι Κύπριδος ἐκ προθυμίας Ὀργαὶ κατασκήπτουσιν εἰς τὸ σὸν δέμας,] Pro κατασκήπτουσιν erat in Parisino Cod. κατασκήψουσιν· κατασκήψωσιν in Flor. —
E In primo versu dabat Paris. οὐ γὰρ (sic recte *Barnes.* Ed.) οὐδὲ γῆς ὑπὸ ζόφῳ, quod in duobus etiam inventum *Musgravio*. Sed hinc habet *Drama* Χρ. Π. v. 1926, οὐ γὰρ ὑπὸ γῆς ζόφον. Ὑπὸ σκότου δ' ἐφεύγομεν, in *Eur.* est Or. v. 1512. — Dum haec scribebat *Euripides*, imitabatur, opinor, *Aeschylum*, cuius in Agamemn. Cassandra v. 1288,

Οὐ

Οὐ μὴν ἄτιμοί γ' ἐκ θεῶν τεθνήξομεν.
Ἥξει γὰρ ἡμῶν ἄλλος αὖ τιμάορος.

Non moriar inulta, *ἄτιμος*, id est *ἀτιμώρητος*· vid. Clar. *Abreschii* Animadv. p. 381. Hoc saepe morituris fuit solatium: — *neque enim moriemur inulti.* — *nunquam omnes hodie moriemur inulti.* Haec et sequentia *Euripidis* in animo habuisse videtur *Virgilius* ista scribens Aen. XI, in Camillam Dianae dilectam, v. 845,

Non tamen indecorem tua te Regina relinquet
Extrema iam in morte; neque hoc sine nomine letum
Per gentes erit; aut famam patieris inultae.

Ira Veneris, qua fuerat in Hippolytum grassata, non maneret inulta: *θεᾶς Κύπριδος ἐκ προθυμίας ὀργαὶ σὺ κατασκήπτουσιν*, aut si quis id malit, *σοῦ κατασκήψουσιν εἰς τὸ σὸν δέμας ἄτιμοι.* *Ovidii* Cydippe Her. Ep. XXI, 10,

Diana — memori te vindicat ira;
Talis in Hippolyto vix fuit illa suo.

Quem de Veneri dilectis iuvenibus irae suae ob Hippolytum peremptum satiandae confecerit Diana, non convenit inter interpretes: mihi dubium non est quin *Adonis* fuerit *Euripidi* designatus, ob *Apollodori* praesertim verba quae protulit *Muretus* V. L. V, c. VII. eumdem intelligunt *Victorius*, *Barnesius*, *Musgravius*. *Claudianus* p. 198,

Venus reversum spernat Adonidem;
Damnet reductum Cynthia Virbium.

Euripides vs. 1420, Ἐγὼ γὰρ αὐτῆς ἄλλον ἐξ ἐμῆς χερὸς, Ὃς ἂν μάλιστα φίλτατος κυρῇ βροτῶν Τόξοις ἀφύκτοις τοῖσδε τιμωρήσομαι. in quibus pro *κυροῖ* posuit ex Codd. *M.* *κυρῇ*, quod dant quoque Paris. et Flor. — Sua autem Cynthia non minus *certa tela* Veneris atque Amoris opponit Τόξοις ἀφύκτοις. — In *Euripidis* Med. v. 531, hanc praebet lectionem optimam Cod. Flor.

ὡς Ἔρως σ' ἠνάγκασε
Τόξοις ἀφύκτοις τοὐμὸν ἐκσῶσαι δέμας.

pro vulgatis Πόνων ἀφύκτων· prius illud *Scholia* quoque confirmant: Med. v. 635, Veneris memorat ἄφυκτον ὀϊστόν. et Herculis Ἰοὺς ἀφύκτους *Soph.* Phil. v. 105. *metuende certa Phoebe sagitta*, *Horat.* Carm. I, Od. XII, 23. *Senecae* Hipp. v. 56, Dianae *certis Petitur telis fera:* βέλος Ἀρτέμιδος — ἐξ ἀνικάτου φαρέτρας ὀρνύμενον, est in *Pindari* Π. IV, 160.

Vs. 1423. Σοὶ δ', ὦ ταλαίπωρ', ἀντὶ τῶνδε τῶν κακῶν, Τιμὰς μεγίστας ἐν πόλει Τροιζηνίᾳ Δώσω,] Velut heroa Troezenii, sub *aurigae* nomine coelo censentes illatum stellifero, sacris Hippolytum anniversariis coluerunt, templo quoque dignati: haec ubi tradidit *Pausan.* II, p. 186, δρῶσι δὲ, inquit, καὶ ἄλλο τοιόνδε· ἑκάστη παρθένος πλόκαμον ἀποκείρεταί οἱ πρὸ γάμου, κειραμένη δὲ ἀνέθηκεν ἐς τὸν ναὸν φέρουσα. attigerunt *Jo. Meursius* in Thes. c. XXI, et *Ez. Spanhemius* in *Callim.* h. in Pall. L. v. 101. Non puellis tantum sed et iuvenibus legem posuisse Troezenios, ut ante comae partem ponerent in honorem Hippolyti, quam inirent matrimonium, scribit *Auctor* libelli de Syria Dea inter *Lucianeos* T. III, p. 489, 490, Τροιζήνιοι (μοῦνοι Ἑλλήνων) τῇσι παρθένοισι καὶ τοῖσι ἠϊθέοισι νόμον ἐποιήσαντο, μή μιν ἄλλως γάμον ἰέναι, (μὴ μὲν ἀλλήλοισι γάμον εἶναι corrigit Clar. *Koenius* ad *Gregor.* de Dial. p. 223,) πρὶν Ἱππολύτῳ κόμας κείρασθαι· καὶ ὧδε ποιέουσι. Puellarum tantum virginum Diana meminit Tragica vs. 1425,

κόραι γὰρ ἄζυγες γάμων πάρος
Κόμας κεροῦνταί σοι δι' αἰῶνος μακροῦ,
Πένθη μέγιστα δακρύων καρπουμέναι.

Ultimum de his versibus adumbrasse *Lycophronem* hoc versu Alex. 1136,

Ἄλκαρ μέγιστον κτώμεναι νυμφευμάτων·

vere monuit *G. Canterus;* sed is nobis versus parum prodest ad Euripideum intelligendum; videturque difficultas non

sine correctione superabilis in versu *Lycophronis* 1131,

Κοῦραι δὲ παρθένειον ἐκφυγεῖν ζυγὸν
Ὅταν θέλωσι, νυμφίους ἀρνούμεναι,

ex uno Cod. lectio adnotatur, Ὅτ' οὐ θέλουσι· Non sane παρθένειον ἐκφυγεῖν ζυγὸν dixisse videtur Poëta; sed *coniugii iugum declinare*, vel *conjugale vinculum:* scripserat fortasse:

Κοῦραι δὲ παντέλειον ἐκφυγεῖν ζυγὸν,
Ὅταν θέλωσι, νυμφίους ἀρνούμεναι, —
Ἐμὸν περιπτύξουσιν ὠλέναις βρέτας,
Ἄλκαρ μέγιστον κτώμεναι νυμφευμάτων.

illud habentes contra nuptias maximum propugnaculum. Quomodo vero puellae dicentur Troezeniae, de capillis partem desecantes Hippolyto,

Πένθη μέγιστα δακρύων καρπούμεναι;

Scripseratne forsan *Euripides*,

Κόμας κεροῦνταί σοι, δι' αἰῶνος μακροῦ
Πένθη μέγιστα δακρύων καρπουμένῳ.

Σοὶ — καρπουμένῳ· *Tibi comas ponent earum sic lacrymis magni luctus indicibus in longum tempus fruituro.* Quae vocat alibi πένθιμα δάκρυα, sic dixerit πένθη δακρύων. Καρποῦσθαι notat *frui, habere, possidere:* κεκτῆσθαι καὶ καρποῦσθαι *Platoni* iunguntur T. III, p. 345. C. et alibi; ἄπαιδα καρποῦσθαι βίον *Euripidis* est ex Oenomao in *Stobaei* p. 451, 12. Καρποῦσθαι ἐλευθερίαν· εὔκλειαν· τὴν σοφίαν· τὰ καλά· τὰς ἡδονάς, et similia Scriptoribus optimis sunt usitata. — Athenis ipsa Diana erat a virginibus placanda, quae quidem nuptiale iugum subirent: quid illic diceretur ἀρκτεῦσαι ex solis ferme novimus Grammaticis. In epigrammate *Demageti* (Δημαγήτου) puella Regia Dianae comae suae partem dedicat:

Ἄρτεμι, τόξα λαχοῦσα καὶ ἀλκήεντας ὀϊστούς,
Σοὶ πλόκον οἰκείας τόνδε λέλοιπε κόμης
Ἀρσινόη θυόεν παρ' ἀνάκτορον, ἡ Πτολεμαίου
Παρθένος, ἱμερτοῦ κειραμένη πλοκάμου.

Est et illud inter epigr. quae *Reiskius* e-
A didit N. 495. — Ceterum de Hippolyto duplex ad Mythologos veteres et Poëtas fama pervenit; quarum alteram cum *Euripide* sequutus est *Horatius*; alteram, ab *Ovidii* Virbio venuste denarratam, praeter ceteros, attigit *Virgilius* Aen. VII, 767, *Hippolytum, postquam arte novercae Occiderit, — ad sidera rursus Aetheria et superas coeli venisse sub auras,*

B *Paeoniis revocatum herbis et amore Dianae.*

In dilecto sibi iuvene restituendo quo Diana fertur usa ministro, Aesculapium a Iovis fulmine tutum praestare non potuit. Ob mortuos in vitam a se revocatos (de quibus egit *T. H.* in *Luciani* T. I, p. 236, et suo quodam more *Jo. Jac. Wetstenius* in *Joann.* Apocal. II,
C 8,) Aesculapius secundum *Xenophontem* Cyneg. p. 569, 17, θεὸς ὡς (ὢν vulgatur,) παρ' ἀνθρώποις ἀείμνηστον κλέος ἔχει. ea de re locus est insignis *Platonis* L. II de Rep. p. 408. B. Ultimum vitae reddidisse ferebatur Hippolytum: de Aesculapio scripserat, opinor, *Eratosthenes* Catast. c. VI, οὕτω τέχνῃ ἰατρικῇ χρώμενον, ὡς καὶ τοὺς ἤδη τεθνηκότας ἐγείρειν· ἐν οἷς καὶ Ἱππόλυτον ἔσχατον τὸν τοῦ
D Θησέως. idem plures memoriae prodiderunt; illud forsan alius nemo eorum qui ad nos pervenere, quod in amoribus Deorum flagitiosis narrat *Scriptor Clement.* Homil. V, 15, [ὁ Ζεὺς Γανυμήδους ἐρᾷ,] — ὁ δὲ Ἀσκληπιὸς Ἱππολύτου. — Vere procul dubio *Horatius* IV Carm. VII, 23,

Non, Torquate, genus, non te facundia, non te
E *Restituet pietas:*
Infernis neque enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum.

Vs. 1432. λάβε σὸν παῖδ' ἐν ἀγκάλαισι, καὶ προσέλκυσαι]

Complectere artus, quodque de gnato est super,
Miserande moesto pectore incumbens fove,
Senc-

Seneca Hipp. v. 1254. Utrumque expressit Euripideum; est enim *προσέλκυσαι, ad pectus tuum applica; προσέλκυσον* hic ex duobus Codd. adnotatur: praestat alterum, *Eurip.* Iph. in Aul. v. 1452,

Προσέλκυσαί νιν ὕστατον θεωμένη.

Ex Hipp. versu Trag. Χρ. Π. v. 1309,

Ἐναγκάλισαι παῖδα καὶ προσέλκυσαι.

Nicanora Cassander *ἐπισπασάμενος ἐνηγκαλίσατο* apud *Polyaenum* IV, c. XI, 1, ubi sic legendum arbitror pro *εὐηγγελίσατο.* Nisi nimis esset audax mutatio, suspicarer *Callimachum* dedisse h. in L. P. v. 93,

Πάχεσιν ἀμφοτέροισι φίλον περὶ παῖδα λαβοῖσα.

hoc *Homero* Od. P. 38, *Ἀμφὶ δὲ παιδὶ φίλῳ βάλε πήχεε· περιπηχύνασθαι* alibi *Callimacho* dictum; forsan h. in Iov. v. 46, quod putabat Clar. *Ernesti.* —— Nostro Hippolyti versu praeter Ed. Flor. Cod. Paris. dat *ἀγκάλαισι.* iure formam tuetur vulgatam *Marklandus*; qualem in Phoenissas etiam recepi v. 62. Si formae sunt Ionicae dicendae, *ξεῖνος· μοῦνος· γούνατα· οὔνομα·* similesque, has in senarios suos admiserunt Attici Poëtae, quibus flexus iste in *ησι* satis etiam fuit usitatus, apud *Aeschylum* saepe conservatus: Eumen. v. 708. Pers. 460. Agam. v. 663. Choëph. v. 567. Theb. v. 609. Prom. v. 726, in cuius dramatis v. 355, pro *Σμερδναῖσι γαμφηλαῖσιν*, *Eustathius* praebet *Σμερδνῇσι γαμφηλῇσιν* in Il. E, p. 440, 17.

Vs. 1435. *ἀνθρώποισι δὲ, Θεῶν διδόντων, εἰκὸς ἐξαμαρτάνειν.*] Lenius sane *διδόντων* quam *ἀγόντων·* in hunc tamen illud sensum capiendum videtur: olim minime credulum Thesea coecaverat Venus, qui hac impellente peccaverat in filium. Apud *Aesch.* VII c. Theb. v. 725,

Θεῶν διδόντων, οὐκ ἂν ἐκφύγοι κακά.

significatur, *Si Dii mihi favent*, atque A adeo id permittunt. In Pers. v. 294,

Ὅμως δ' ἀνάγκη πημονὰς βροτοὺς φέρειν,
Θεῶν διδόντων·

Diis mala dantibus ferre mortalibus est necesse. Sophoclis Oedipus peccasse quidem se fatetur, sed *Diis impulsoribus* motum, Oed. Col. v. 992,

Τοιαῦτα μέν τοι καὐτὸς εἰσέβην κακὰ,
Θεῶν ἀγόντων.

B estque hoc in talibus proprium: vere *Thucyd.* III, c. LV, f. *οὐχ οἱ ἑπόμενοι αἴτιοι, — ἀλλ' οἱ ἄγοντες ἐπὶ τὰ μὴ ὀρθῶς ἔχοντα·* superbos aliosque facinorosos Deus in poenam impellens dicitur illuc *ἄγειν. Xenophon.* K. 'A. VI, p. 223, 3, *ὁ θεὸς ἴσως ἄγει οὕτως, ὃς τοὺς μεγαληγορήσαντας — ταπεινῶσαι βούλεται.* conf. 'Ελλ. VI, p. 347, 25. *Lycurgus* c. C Leocr. p. 159, 15, *οἶμαι θεῶν τινα αὐτὸν ἐπ' αὐτὴν ἀγαγεῖν τὴν τιμωρίαν.* conf. *Lysias* c. Andoc. p. 112, 10. — Qui sequitur, *Euripidis* versum 1435 respexit *Auctor* Χρ. Π, v. 826.

Vs. 1437. *Καὶ χαῖρ'· ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις φθιτοὺς ὁρᾷν Οὐδ' ὄμμα χραίνειν θανασίμοισιν ἐκπνοαῖς.*] Hic vellem Diana substitisset: sequens certe versus, cuiuscunque sit, friget in hac sede, lectus tamen D *Auctori* dramatis Χρ. Π. ubi est 849; sed alibi nunc non memini me legere, quae sunt in eadem Trag. v. 1640,

Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, (καὶ θανὼν ἐμοὶ δ' ὅμως
Τῶν φιλτάτων ἀεί γ' ἀριθμήσῃ πολὺ)
Χαῖρ'· ὕστατόν σε νῦν ἐγὼ προσφθέγγομαι.

qualia hic ne Dianam quidem Tragicam dedecerent. —— Pro *φθιτοὺς*, *νεκροὺς*, genuinae vocis interpretamentum, prae-E bent Codd. Flor. et duo Parisini. — In hanc sententiam *Euripidis* Apollo in Alc. v. 22,

Ἐγὼ δὲ, μὴ μίασμά μ' ἐν δόμοις κίχῃ,
Λείπω μελάθρων τῶνδε φιλτάτην στέγην.

hic in Scholiis *τῶνδε* legitur in istis. Rectius statuit *Sophoclis* Creon in Antig. v. 1055,

εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι
Θεοὺς μιαίνειν οὔτις ἀνθρώπων σθένει.

Nostrum ex Hippolyto locum bis attigit *Eustathius* in Il. Π, p. 1107, 9. et ad Odyss. X, p. 792, 43. ubi παρεῖναι, ait, νεκροῖς τὸ θεῖον οὐ θεμιτὸν ἐνόμιζον Ἕλληνες, ὅθεν καὶ Ἄρτεμις, ἐκλείποντος Ἱππολύτου παρ' Εὐριπίδῃ, ὑποχωρεῖ. — *Euripidis* hunc locum eleganter adhibuit *Aelianus* in operis de Providentia fragmento, quod exhibet *Suidas* in v. Φιλήμων. Narratur illic *Philemon* Comicus plus quam nonagenarius in somnio novem vidisse puellas aedibus suis exeuntes; causam cur exirent rogatas dixisse, μὴ εἶναι θεμιτὸν ἀκοῦσαι αὐτάς. nec multo post somnio narrato, *Philemon* ὑπεξέσχεν, *excessit e vita:* sic ibi corrigendum esse, pro ὑπερέσχε, liquebit vel *Suidam* hac in voce comparanti: statuit itaque *Aelianus*, scribenti novem Musas adfuisse *Philemoni*, digressas cum hora fatalis instaret; hac addita ratione: Θεοῖς γὰρ οὐδαμῆ θεμιτὸν ὁρᾶν ἔτι νεκροὺς, καὶ ἐὰν ὦσι πάνυ φίλοι, οὐδὲ ὄμμα χραίνειν θανασίμοισιν ἐκπνοαῖς. ex quibus literam si demas, versus redibit *Euripidis* adhibitus *Aeliano:*

Οὐδ' ὄμμα χραίνειν θανασίμοισιν ἐκπνοαῖς.

ultima verba paene eadem legebantur apud *Suidam* in v. Θεμιτόν· ubi *Aem. Portus* versus latere iambicos suspicabatur, quibus tamen rectius abstinuisset restituendis: ridet acumen *Porti Kusterus*, qui versus illic iambicos quaesiverit, *Euripidei* tum versus, totidem illic literis scripti, non recordatus.

Vs. 1441. Μακρὰν δὲ λείποις ῥᾳδίως ὁμιλίαν] Sic legi versus videtur et in Cod. Paris. ex variis Codd. λείπεις edidit *Musgravius*. Id Cod. Flor. cum invenisset, Μακρὰν δὲ λείποις δακρύων ῥᾳδίως ὁμιλίαν· *Is. Voss.* legendum suspicabatur, Μακρὰν δὲ λείποις δακρύουσ' ὁμιλίαν. Sed lacrymas profundere Deos non decebat, ipsa Diana teste v. 1396, κατ' ὄσσων δ' οὐ θέμις βαλεῖν δάκρυ. Qualis vulgatur, versum nostrum legisse videtur

A scriptor *Dramatis* Χρ. Π. ubi versus est 851,

Ναὶ, ναὶ, βλέπω κλίναντα πάντιμον κάρα,
Μακρὰν λιπόντα ῥᾳδίως ὁμιλίαν.

Quid itaque? si scripsit *Euripides* Μακρὰν, μακρὰ videbitur intelligenda συνήθεια, longa quam Dea cum venatore suo pudico habuerat consuetudo; atque adeo Hippolytus optasset, ut illâ se facile Dea exsolveret, neque sui desiderio se maceraret: quod equidem Dea minus dignum iudicarem. Videtur mihi potius his suis ad ultimum Deae dictum respexisse: ultimum vale dixerat Hippolyto Diana, ad cuius Χαῖρε respondit istis,

B

Χαίρουσα καὶ σὺ στεῖχε, παρθέν' ὀλβία.

ob ista Deae, sibi fas esse negantis ὄμμα χραίνειν θανασίμοισιν ἐκπνοαῖς, dixisse suspicor Hippolytum, non Μακρὰν, sed

C

Μιαρὰν δὲ λείποις ῥᾳδίως ὁμιλίαν.

Commode vero relinquas hunc coetum impurum, sive hunc *locum meo mox cadavere contaminandum:* Μιαρὰν facile potuit in μακρὰν degenerare, ut saepe μιαρὸν transiit in μικρόν. Ad Dianam *Euripidis* Auge apud *Clementem Alex.* Strom. VII, p. 841, 842,

D

σκῦλα μὲν βροτοφθόρα
Χαίρεις ὁρῶσα, καὶ νεκρῶν ἐρείπια,
Κοὐ μιαρά σοι ταῦτ' ἐστίν· εἰ δ' ἐγὼ ἔτεκον
Δεινὸν τόδ' ἡγῇ.

operarum errore μικρὰ legitur in Exc. *Grot.* p. 375. Μιαρὸς *Philemoni* pro μικρὸς restituit *Bentlejus* Em. p. 113. et μιαρὰν λίθον *Callimacho*, Ep. VII.

E

Vs. 1442. Λύω δὲ νεῖκος πατρὶ, χρῄζούσης σέθεν·] Λύσω legitur in Paris. in aliis si legeretur, forsan ne hic quidem esset reiiciendum. Λύω praebet et Drama Χρ. Π, v. 820,

Στείχουσα νῦν ἄπιθι, μῆτερ παρθένε·
Λύω δὲ Πέτρῳ σφάλμα, χρῄζούσης σέθεν·
Καὶ γὰρ πάροιθε σοῖς ἐπειθόμην λόγοις.

qui

qui versus est apud *Euripidem* sequens. — In isto dramate versus 900, Αἶ, αἶ, κατ' ὄσσων κιχάνει μ' ἤδη σκότος· est hinc Euripideus 1444, quo τυγχάνει perperam legitur in Flor. Cod. pro κιχάνει. Formula est Homerica de morientibus, *Virgilio*, *tenebris nigrescunt omnia circum*, Aen. XI, v. 824. σκοτεινὸν ὄμμα μου βαρύνεται, Alcestis *Eurip.* v. 385. Homericum autem Κιχάνειν, *consequi*, *assequi*, est et *Euripidis* eadem adhibitum structura in Alc. v. 23, 477. Suppl. v. 1069. Helenae v. 603. *Soph.* Aj. v. 572, Μέχρις ἂν μυχοὺς κίχωσι τοῦ κάτω θεοῦ. ut hic in *Aeschyli* Choëph. v. 620, Κιχάνει δέ μιν Ἑρμῆς· videlicet ὁ πεμπαῖος; sive *mors*. Incertus apud *Stobaeum* Flor. *Grot.* p. 199,

Πολλάκι δηϊοτῆτα φυγὼν καὶ δοῦπον ἀκόντων
Ἔρχεται, ἐν δ' οἴκῳ μοῖρα κίχεν θανάτου.

Mors et fugacem consequitur virum,

Horatius Carm. III, Od. II, 14, ubi Simonidea dedit Summus *Bentlejus* emendata,

Ὁ δ' αὖ θάνατος ἔκιχε τὸν φυγόμαχον.

apud *Stobaeum* enim in istis ἔφικε vulgatur p. 599, 23. *Grot.* p. 487, cuius loco scripsit ἐφῆκε *Muretus* V. L. IV, c. 9. Simonidea Praestantiss. *Marklandum* a coniectura retrahere potuerant.

Vs. 1445. Λαβοῦ πάτερ μου, καὶ κατόρθωσον δέμας] In Χρ. Π, v. 1310, Λαβοῦ, λαβοῦ νῦν, καὶ κατόρθωσον δέμας. Pro αἶρετ' εἰς ὀρθὸν πάλιν, in Troasin v. 465, Cod. dat. Flor. αἴρετ' εἰς ὀρθὸν δέμας. Sed vulgatam genuinam puto. — Versu seq. et 1454, reliqui Ὤμοι· ubi erat in Cod. Par. Οἴμοι· quod supra posui v. 1401. — vs. 1447 Ὄλωλα, καὶ δὴ νερτέρων ὁρῶ πύλας· ubi scribi quoque potuit κ' ἤδη. supra Venus iam dixerat v. 57, Hippolyto ἀνεωγμένας πύλας Ἅιδου. attigit et haec *Jobo* dignus Interpres *A. S.* p. 433.

Sed ecce diras carceris video fores,

Seneca Herc. in Oeta v. 1008. Cassan-
A dra moritura in *Aesch.* Agam. v. 1300,

Ἅιδου πύλας δὲ τάσδ' ἐγὼ προσεννέπω.

Vocant Graeci Poëtae νερτέρων et φθιτῶν et σκότου πύλας· Ἀΐδα πύλας et Ἀϊδωνῆος· Latini, *ostium Acherontis*; *ianuam Ditis* vel *Orci*; *Lethi portas*: *Theocr.* II, 160, τὰν Ἀΐδαο πύλαν (ναὶ) Μοίρας ἀραξεῖ.

Vs. 1450. Τί φῄς; ἀφίης αἵματός μ'
B ἐλεύθερον;] In Par. et Flor. in duobus etiam aliis Codd. legitur ἀφήσεις. Hic quidem futurum tempus minus convenit; sed de dicto iam ore elapso saepius est in *Euripideis*, Οἴμοι, τί λέξεις; — In versu qui praecedit, ἐπεί σε τοῦδ' ἐλευθερῶ φόνου· Codex dat Flor. φόβου· sic in *Eurip.* Hec. v. 868, Ἐγώ σε θήσω τοῦδ' ἐλεύθερον φόβου. *hoc te metu liberabo.* sed et alterum in *Aeschyli* Eumen. v.
C 606, ἡ δ' ἐλευθέρα φόνου. *thyrsum deponere*, quam quis manu gestat, ἐλευθέραν θύρσου χεῖρα μεθιέναι dixit *Eur.* in Bacch. v. 253. θεσφάτων ἐλεύθεροι sunt in Phoen. v. 1006, *oraculo non coacti*: ἐλεύθεραι αἶγες ἀρότρων apud *Zenob.* Cent. III, Prov. 69.

Vs. 1454. Ὦ μοι, φρενὸς σῆς εὐσεβοῦς τε κἀγαθῆς] In Par. Cod. vice τοῦ εὐσε-
D βοῦς legitur εὐλαβοῦς· errore describentis, qui viros pios saepius in Libris Sacris dictos legerat ἄνδρας εὐλαβεῖς. Sed hoc usu veteribus vox ista fuit ignota. In Χρ. Π, v. est 801, Οἴμοι φρενὸς σῆς εὐγενοῦς τε κἀγαθῆς· quam lectionem si Codices adfirmarent non spernerem. — Est in eodem *dramate* Christ. v. 822, Σῆς εὐσεβείας κἀγαθῆς φρενὸς χάριν, quem, ubi legitur inter Euripideos supra
E 1419, mallem omissum; inprimis cum hic eadem in eius laudem a patre suo loco dicantur.

Vs. 1458. Κρύψον δέ μου πρόσωπον ὡς τάχος πέπλοις] Quid hinc sibi persuaserit *R. Bentleius* in Epist. ad *Jo. Millium* p. 31, alibi iam fuit dictum: mihi, si Summo viro licet obloqui, nihil inesse huic versui videtur, cur inde no-

nomen inderetur Tragoediae: nihil enim continet nisi morem usitatissimum quo cadavera veste iniecta tegebantur; deformata facies praesertim velabatur: atque eam in rem protulit haec G. *Cuperus* Obs. II, c. IX. Recepta vulgo consuetudo saepe Tragicis commemoratur: Tecmessa de Ajacis cadavere in *Soph.* Aj. v. 927,

Οὔτοι θεατός· ἀλλά νιν περιπτυχεῖ
Φάρει καλύψω τῷδε παμπήδην, ἐπεὶ
Οὐδεὶς ἂν ὅστις καὶ φίλος τλαίη βλέπειν.

de Polyxenae cadavere Andromache in *Eurip.* Troasin v. 623,

Ἔκρυψα πέπλοις κἀπεκοψάμην νεκρόν.

illa mactanda in Eur. *Hec.* v. 430, Κόμιζ', Ὀδυσσεῦ, μ' ἀμφιθεὶς κάρα πέπλοις. in Heraclidis Macaria v. 560, σῇ γὰρ ἐνθανεῖν χερὶ Θέλω· πέπλοις δὲ σῶμ' ἐμὸν κρύψον παρών. conf. Elec. v. 1207. — Ex nostro versu suum efformavit *Conditor* Χρ. Π., 1461,

Κρύψατε γοῦν πρόσωπον ὡς τάχος πέπλοις·

Quae v. 1478 Josephum Senatorem dicentem facit unde hauserit nondum detexi:

Ἰδοὺ καλύπτρᾳ τῇδε σὴν κρύπτω κάραν
Τάδ' αἱμόφυρτα καὶ κατηυλακισμένα
Μέρη σὰ καὶ μέλη πέπλοις καινοῖς σκέπω·

Vs. 1465. Πολλῶν δακρύων ἔσται πίτυλος· Τῶν γὰρ μεγάλων ἀξιοπενθεῖς Φῆμαι μᾶλλον κατέχουσιν.] *Callinus* in Elegia ap. *Stobaeum*,

Λαῷ γὰρ σύμπαντι πόθος κρατερόφρονος
ἀνδρὸς θνήσκοντος.

Ad vocem πίτυλος, decies adhibitam *Euripidi*, hic illic etiam restituendam, in Par. Cod. adscripta sunt interpretamenta, ὁρμή, φορά, πλῆθος. — Minus protritum est, et nescio an usquam

A alibi apud Tragicos obvium, ultimum illud Φῆμαι κατέχουσιν: *Grotius* ultima Latina fecit: *Nam magnorum luctus procerum Maior quoque fama celebrat.* Sic illa quoque licet interpretari: *Lacrymarum magna vis profundetur; de magnorum enim virorum interitu luctuoso diu durans fama maxime percrebrescit. H. Stephanus* T. L. G. I, p. 1345. D. „ Κατέχειν dicitur λόγος interB „ dum, ut Latine sermo invaluisse aut „ etiam fama obtinuisse; — Thu„ cyd. I. ὅσον οἵτε ποιηταὶ εἰρήκασι, καὶ „ ὁ λόγος κατέχει," P. 9, 91. P. 11, 46, ὑποδεέστερα ὄντα τῆς φήμης, καὶ τοῦ νῦν περὶ αὐτῶν διὰ τοὺς ποιητὰς λόγου κατεσχηκότος· *inferiora famâ, et rumore, qui nunc per poëtas de illis percrebuit. Andocides* de Myst. p. 17, 10, κληδὼν ἐν ἁπάσῃ τῇ πόλει κατέσχεν,
C ὅτι Ἱππόνικος ἐν τῇ οἰκίᾳ ἀλιτήριον τρέφει. atque ita vulgo quoque loquebantur: *Zenobius* Cent. V, Pr. 63, φήμη τις κατέσχε, — ὡς — θησαυρὸν καταλέλοιπε. hinc nonnihil distat in *Schol.* ad *Eurip.* Or. v. 870, Ἡ πολλὴ δόξα κατέχει μὴ ἐλθεῖν τὸν Αἴγυπτον εἰς Ἄργος. Quem fama sive bona seu mala celebrat, hunc quoque φήμη dicitur κατέχειν. *Pindarus* Π, 1, 188,

D Ἐχθρὰ Φάλαριν κατέχει παντᾷ φάτις.

Exhibet anapaesticos aliquot versus ex Hippolyto *Stobaeus* p. 63, 39, *Grot.* p. 37. quibus priori mihi videtur Editioni finis impositus:

Ὦ μάκαρ, οἵας ἔλαχες τιμῆς
Ἱππόλυθ' Ἥρως, διὰ σωφροσύνην.
Οὔποτε θνητοῖς ἀρετῆς ἄλλη
E Δύναμις μείζων· ἦλθε γὰρ ἢ πρόσθ',
Ἢ μετόπισθεν
Τῆς εὐσεβίας χάρις ἐσθλή.

In hac Editione sic paroemiacum anapaestica basis praecedere potuerat.

F I N I S.

Lectio-

Lectiones Codicum Florentini et Parisini, Edit. etiam primae Florent. quae in Adnotationibus in Hippolytum non fuere memoratae, pleraeque omnes vitiosae.

vs.

26 Flor. Πανδίονος ἢ πρoς.

32 Flor. et Paris. 'Ε. ἔ. ἔκδηλον.

34 Flor. 'Επεὶ δὲ λοιπὸν Κ. λ. χ.

40 Paris. σύνοιδε, Flor. οὐδεὶς οἰκ. ν.

41 Flor. δεῖ π.

42 Flor. κἀναφανήσεται.

75 Flor. φέρβεις βροτά.

85 Flor. Σοὶ δὲ καὶ ξύνειμι.

103 Ed. Fl. ἐμβροτοῖς.

104 Flor. Ἄλλοισιν ἄλλως.

105 Par. Εὐδαιμινίοις.

109 Ed. Fl. Σ. μ. τερπνῶν.

110 Flor. καταλήψειν.

129 Flor. et Par. κατέβαλ' ὅθεν μ. αν.

130 Par. δεσποίνας. supra script. — αν.

139 Flor. et Par. Κρυπτῷ πένθει.

140 Paris. δύστηνον.

142 Flor. ἐκ πτανός.

151 Flor. ἢ π. τῶν 'Ε.

152 Flor. τὸν εὐπάτριδα.

180 Par. κοίτης.

183 Ed. Fl. σφάλῃ.

184 Ed. Fl. Οὐδὲν ἀρέσκει σοι τὸ π.

190 Flor. πόνος ἀνάπαυσις.

192 Par. κρύπτειν ν.

194 Ed. Fl. margo, ταῦθ' ὅτι τοῦτο.

200 Flor. et Par. πρόσπολοι.

vs.

207 Par. Μοχθεῖν βροτοῖσιν ἀ.

209 Par. ἀρυσαίμην.

211 Flor. Λειμῶνι δὲ κλ.

— Paris. ἀναπαυσαίμην.

215 Flor. Πέμπε μ' εἰς ὕ.

218 Ed. Fl. βαλείαις.

219 Flor. θωΐξαι.

220 abest a Flor. Cod.

— Par. παραχαίταν ξανθὴν.

221 Par. ὅρπηκ' ἐπίλογχον. Ed. Fl. ὅρπακ' ἐπίλοχον.

222 Flor. ἐν χεροῖς βέλος.

231 Flor. θαυμαζόμενα.

233 Flor. Νῦν μὲν ὄ.

239 Par. εἰργασάμην.

241 Par. ἄτῃ.

244 a Flor. abest μοι.

245 Flor. δάκρυα.

247 Par. γνώμην.

250 Flor. πότε μὴ θάνατος.

252 Ed. Flor. Πολλὰ δὲ διδάσκει μ' ὁ πολὺς βίος.

255 Flor. μυελεῖν.

256 Flor. Ἄλυτα (pro Εὔλυτα.)

258 a Flor. abest μίαν.

259 Par. ψυχὴν.

261 Flor. ἀτρεκὲς.

vs.

270 Par. καὶ λύειν (pro καὶ κλύειν.)

273 Flor. σιγῶ τάδε.

279 Ed. Fl. ἤδη πῆμα.

283 Flor. Νόσον πυθὴρ τῆσδε.

285 Flor. ἀρήσω.

— Ed. Fl. ἀνήσω γ' οὐδὲν νῦν π.

289 Flor. Λάθωμεν ἄ. κ. σὴ ἤδίην γ.

290 Flor. γνώμην ὁδόν.

291 Flor. Ἔγνωθ' ὅ. σ. μ. καλὴ τάδ' εἶπ.

293 Flor. νοσεῖν.

301 Flor. μοχθοῦμεν λόγους.

304 Flor. ναί τ' οὐ πείθεται.

305 Flor. Γίνου· Ed. Fl. Γίγνῃ θ.

312 Flor. αὖθι λίσσομαι.

319 Flor. ἀπόλλυσιν.

320 Flor. εἰς ἁμαρτίαν.

323 Flor. οὐ γὰρ εἰσι μ' ἁμαρτεῖν.

330 Par. ἱκνουμένης ἐμαί.

332 Flor. λέγουσά τι τιμιωτέραν Φ.

338 Flor. Ὃν ἔσχε ταῦρον.

344 Ed. Fl. Οὐδέν τοι μ.

360 Par. γίνεται.

363 Flor. θρεο αὐλὰς (pro θρεομένας.)

364 Ed. Fl. σὰν Φιλίαν.

370 ab Ed. Fl. abest δόμοις.

371 Par. τύχι. supra s. — α. Ed. F. τύχη.

376 Flor. Φ. ἐ. ἂν διέφθαρται· sed adscriptum erat ἦ.

380 Par. γινώσκομεν.

382 Flor. προσθέντες.

385 Flor. ἡμᾶς (pro ἡ μέν.)

387 Flor. ἔχον γε (pro ἔχοντε.)

402 Flor. βουλευμάτων.

406 Par. Γυνὴ δὲ π. τ. ο. ἐγίνωσκον.

407 Flor. Νόημα (pro Μίσημα.)

— Par. ὥστ' ὄλοιτο.

vs.

408 Flor. αἰσχύνειν λέγειν λέχη.

410 Par. γίνεσθαι.

420 Flor. ἐγὼ ἀλῶ.

422 Ed. Fl. θάλοντες.

424 Flor. τὶς εἶ.

425 Flor. Ὅταν ξυλειδῇ.

426 Flor. Φράστ' ἁμιλλᾶσθαι.

427 Flor. ὅτῳ παρῆν.

442 Flor. εἰς (pro εἰ) θανεῖν.

453 a Flor. abest Ζεῦς.

454 Flor. ἀνήρπασας.

470 Par. ποτ' ἂν pro πῶς ἂν.

483 Par. συμφορὰν.

484 Flor. et Par. δυστυχέστερος.

485 Flor. Τῶν τῆδε καὶ σὺ μ.

500 Flor. τῶν κακῶν.

503 Flor. ἃ pro εὖ.

505 Flor. λέγε (pro λέγῃς.)

506 Par. Φεύγων νῦν.

507 Flor. χρῆν μένουσ' ἁμαρτ. (pro χ. μὲν οὔ σ' ἁ.)

517 Flor. ὄνασαι (pro ὄνασθαι.)

524 Flor. ἀρκέσῃ.

526 Flor. πάθον.

529 Par. ἄρυθμος.

532 Par. τῆς Ἀφροδίτας.

533 Par. ἐκ χειρῶν.

535 Flor. Ἄλλους ἄλλως.

536 Ed. Fl. Φοίβου τ' ἐν Π.

538, 9. Flor. ἐρᾷς τὸν τᾶς Ἀ. absunt intermedia.

538 τὸν abest ab Parisino.

539 Par. τῆς Ἀφροδίτας.

544 Par. θνητοῖς.

544, 5, Flor. θνατοῖς ὅταν ἔλασθ' ἅτ' ἂν μὲν Οἰχ.

vs.

553 Par. ἔδωκεν (pro ἐξέδωκεν.)

557 Flor. Συνείπετ' ἂν εἶον.

569 Flor. αἶ αἶ bis tantum; ter in Parisino.

— Ed. Fl. Ἰώ μοι μοι.

575 Flor. τοῦδ' ἐπιστᾶσαι πόλεις.

576 Flor. κέλαδον.

578 Flor. πομπίμων.

585 Flor. σαφῶς.

592 Flor. φίλαν.

593 Par. Τί σοι μνήσομαι.

603 a Par. abest παῖ.

609 Flor. εἰ στεῤῥῶς (pro εἴπερ ὡς.)

625 Flor. αὔξασθαι (pro ἄξεσθαι.)

626 Flor. ἐκτιτεμένων.

627 Flor. Τούτων δὲ δ.

632 Fl. ἐκπλυνεῖ. supra scr. η (pro ἐκπονεῖ.)

636 δ' abest a Parisino.

641 [Ed. Fl. ἢ γυναῖκ' ἐχρῆν.]

651 Flor. ὦ κακὸν πατρὸς κάρα.

653 Flor. ἐξορμόξομαι.

671 Ed. Fl. Καθ' ἅμμα λύσιν λόγου Γ. (id est Γράφεται) λέγων.

673 Par. ἐξαλείξω.

676 Flor. ἔσαν (pro ἔργαν.)

679 abest ἐγὼ ab Ed. Fl.

693 Par. χ' ὅστις.

702 Ed. Fl. κοὐξαρκοῦντα.

703 Flor. Τρώσαντες ἡμᾶς.

705 Par. ἐκ τῶν ὥστε.

710 Par. Ἡμεῖς (pro Ὑμεῖς.)

711 Ed. Fl. παρέσχετ' ἐξ.

722 abest δὴ a Parisino.

732 Ed. Fl. ὑπαὶ κευθμῶσι.

736 Flor. Ἀνδρικνᾶς.

745 Flor. Ναύταις οὐδ' ἶδον νέμει.

vs.

753 Par. διαπόντιον.

755 Ed. Fl. Πόρευτας.

759 Flor. Ἡ Κρησίας αὐγὰς δύσ' ὄρνις.

762 Flor. Πλευκὰς.

773 Ed. Fl. τὰν εὔδοξον — φήμαν

775 Flor. φρεσὶν (pro φρενῶν.)

792 Flor. δόμοις.

793 Par. Πύλαις. Flor. ἀνοίξαντ'.

799 Par. ᾧ μοί.

816 ab Ed. Fl. abest vox τάλαιναν.

818 Par. τύχη.

823 Flor. et Par. ὡς μήποτ'.

830 Ed. Fl. μέλεα μέλεα τάδη πάθη.

831 Flor. Πρόσαθεν δὲ δέποθεν.

834 Par. τάδ' ἄναξ. Flor. ἐπῆλθε.

837 Ed. Fl. θανεῖ.

848 Ed. Fl. Ἔλιπες semel tantum.

855 ab Ed. Fl. abest πάλαι.

856 Par. τί παθ' absque δή.

867 Ed. Fl. Ἐπιφέρει θεὸς κακῶν.

869 Ed. Fl. ὀλουμένους.

879 Ed. Fl. ἐν γραφαῖσι.

880 Ed. Fl. τλῆμον.

888 Flor. μιᾶς κατείργασται.

890 Flor. φύγω.

891 Flor. ἀπόσχου.

892 Ed. Fl. πείθου.

899 Flor. εἰς καινὸν.

900 Flor. κακῶν (pro κακῆς.)

901 Flor. σῆσι.

904 Flor. βουλεύμαν.

909 et 910 absunt ad Ed. Fl.

910 Flor. βούλεται.

917 Par. διδάσκεται.

919 Par. ἐνθ' οὐκ ἐ.

920 Par. αἶσιν οὐκ ἔστι νοῦς.

vs.

924 [Flor. *ὑπερβάλλοι.*]

927 Flor. *ὅτις μὴ φ.* Ed. Fl. *ὅς τις μ. φ.*

932 Flor. *εἰς σὸν οὔσης με.*

937 Flor. *Τί τόλμα τόλμης.*

938 et 940 absunt a Flor. Cod.

943 [ad *Σκέψασθε* adscriptum in Paris. *ἀναβλέψατε.*]

950 Flor. et Ed. Fl. *πυθοίμην.*

956 Ed. Fl. *προσφωνῶ.*

958 Flor. *τοῦτό τ' ἐκσῶσαι.*

962 Flor. *Μισεῖν τε φήσαις.*

966 Par. *ἀνδράσι μὲν.*

967 Flor. *ἐμπέφυκας.*

970 Flor. *προκείμενον.*

976 Flor. *παρὼν γε.*

— Par. *ἡττηθήσομαι.*

979 Ed. Fl. *Σκιῤῥωνίδες.*

983 Flor. *ξύστασις τῶν σῶν φ.*

1003 [Ed. Flor. *ἐς τόδ' ἡ.* recte.]

1012 Ed. Fl. *οὐ φρηνῶν.*

1020 Flor. *Κρεῖσσον.*

1034 Par. *'Εσωφρόνησε δ'.*

1039 Par. *πέφυκ' ὅδε.*

1041 [Ed. Fl. *ταῦτα κάρτα.*]

1061 Flor. *ἡμῶν.*

1062 Par. *οὐ πύθοιμ' ἂν.* Ed. Fl. *οὐ πειθ.*

1063 Flor. *συγχέοιμ' ἂν οὗς ὤμυσα.*

1065 Ed. Fl. *Οὐκ εἶς*, pro *εἶ.*

1068 Flor. *λυμαιῶνας.*

1080 Flor. *Π. γε ἤσκησας μᾶλλον φεύγειν σε θύειν.*

1081 Flor. *ὅσε δρᾶν.*

1084 [a v. *δμῶες* ad vs. 1087 *Σὺ δ' αὐτὸς;*] absunt a Cod. Flor.

1103 Flor. *μελεθήματ'.*

1108 Par. *Ἄλλη.*

vs.

1110 Ed. Fl. *ἀεί.*

1111 Flor. et Par. *Εἴθε μοι δ' εὐξ.*

1114 Flor. *ἄλγεσθαι θ.*

1118 Flor. *καταλαμβανόμεναν.*

1125 Flor. *ἰόμενον.*

1128 Ed. Fl. *ἐπέβα.*

1129 Flor. *μέγα γῆρας.*

1131 Flor. *συζυγία.*

1144 ab Ed. Fl. abest *ὦ.*

1148 Flor. *Τί τόνον τάλαν'.*

1166 Par. *ἅρματος ὄχος.*

1172 Flor. *ῥόπτον αἰσχύναντ' ἐμέ.*

1182 Flor. *πιστέον.*

1200 Par. *κειμένην.* Ed. Fl. *Σαῤῥωνικὸν.*

1208 Flor. *Σκυθρωπὸς ἀκτὰς*, Ed. Flor. *Σκείῤῥωνος.*

1225 Flor. *κολλητῶν ὄχον.*

1228 [Flor. et Par. *εἰς τὸ πρόσθεν.*]

1230 [Flor. et Par. *εἰς πέτραν.*]

1232 Flor. *Εἰ τοῦθ' ἕως.*

1241 Flor. *ὦ πα πρὸς* (pro *ὦ πατρὸς*)

1246 Flor. *βραχεῖ δή!* Ed. Fl. *βραχὺν δὲ.*

1255 Flor. *κρέμανται συμφορᾷ.*

1257 Flor. *τοῦ πεσόντος τόδε.* Par. etiam *τόδε.*

1259 *θ'* abest ab Ed. Fl.

1269 Flor. *ἄγαις.*

1275 Flor. *Πανός.*

1280 Flor. *τε* pro *δέ.*

1282 Flor. *κρατύνεις.*

1285 Flor. *κόρης Ἄρτεμις σ' αὐδ.*

1288 Flor. *μύθων.*

1289 Flor. *'Αφανῆ φευκτέαν δείλ' ἄταν.*

1295 Flor. *βίου* (pro *βιότου.*)

1306 Par. *σημαίνειν νόσον.*

1307 Ed. Fl. *ὥσπερ οὖν δίκαιον.*

in Adnotationibus non memoratae:

vs.

1315 Flor. τε εἰς (pro τρεῖς) ἀρὰς

1319 [Flor. et Par. ἐχρῆν.]

1320 Flor. ἐκείνων.

1327 [Par. γίνεσθαι.]

1330 Par. ἀφιστάμεθ'.

1331 Ed. Fl. σάφ' οἶσθα.

1337 Ed. Fl. Λόγοις ἐλέγχουσ'.

1352 Ed. Fl. αἴσουσ'.

1354 Par. ἀπείρηκα.

1355 Ἒ ἒ absunt a Paris.

1356 Par. χειρός.

1359 Flor. χροσσ'. Par. ἅπτεσθαι.

1363 Flor. εἰσορᾷς.

1364 Flor. θεόπτωρ.

1369 Flor. Εἰς ἄνεος ἐπενόησα.

1370 In Par. αἶ ter repetitum.

1371 Flor. ὀδύναν μ' ὀδύναν.

1374 Flor. ὄλοιτε.

1377 Flor. εὐνῆσαι.

1378 Flor. ἀρᾷ.

vs.

1379 Flor. μιαιφόνον.

1380 Ed. Fl. προγεννητόρων.

1385 Ed. Fl. Πῶς δ' ἂν ἀλλάξω.

1387 Ed. Fl. Εἴθε δέ μοι κοιμ.

1395 Ed. Fl. Ὁρᾷς μ' ὦ δέσποιν'.

1398 Ed. Fl. δύσποτμός τ' ἀπ.

1404 Flor. ξυνέφρον τρίτην. Par. ξύναφρον (pro ξυνάορον.)

1407 Flor. πλήντερ (pro πάτερ.)

1413 a Parisino μ' abest.

1414 et 1415 absunt ab Ed. Fl.

1434 Flor. ἑκὼν pro εἰκός.

1442 Ed. Fl. Λ. δ. νεῖκος πατρὸς.

1448 Flor. ἐκλιπὼν χέρα.

1449 Flor. Φόβου.

1458 Par. ὡς τάχους πέπλοι.

1459 Par. Ὦ κλειν' Ἀθῆναι.

1460 Par. ὦ τλῆμον ἐγώ.

1462 Flor. Κοινὸν ἄχος.

INDEX

INDEX

SCRIPTORUM VETERUM,

quorum emendantur in transcursu loca vel tentantur in Adnotationibus in Hippolytum.

MAC.

INDEX SCRIPTORUM EMENDAT.

INDEX

RERUM ET VERBORUM,

quae in Adnotationibus in Hippolytum traduntur aut explicantur.

A.

Amo-

B.

Δεσπό-

E.

For-

Leges

M.

N.

R. P.

S. Σ.

Σεμνό-

T.

F I N I S.

LUD. CASP. VALCKENARI

DIATRIBE

IN

EURIPIDIS

PERDITORUM DRAMATUM RELIQUIAS.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD S. ET J. LUCHTMANS,
ACADEMIAE TYPOGRAPHOS,
MDCCCXXII.

ILLUSTRISSIMIS

A C A D E M I A E

L U G D U N O - B A T A V A E

C U R A T O R I B U S,

NATALIUM, MUNERUM, VIRTUTUM GLORIA SPLENDIDISSIMIS,

G U L I E L M O,

C O M I T I DE B E N T I N C K,

RHOONAE ET PENDRECHTAE DOMINO, EQUESTRI HOLLANDIAE ORDINI ADSCRIPTO, EIUSQUE NOMINE INTER DELEGATOS PRAEPOTENTIUM HOLLANDIAE ORDINUM PRINCIPEM LOCUM TENENTI, AGGERIBUS ET VIIS RHENOLANDIAE CURANDIS SEPTEMVIRO, ETC. ETC. ETC.

C O R N E L I O DE W I T T, I. C.

IAARSVELDIAE DOMINO, CIVITATIS DORDRACENAE SENATORI, ET CONSULI, ETC. ETC. ETC.

P E T R O S T E Y N, I. C.

PRAEPOTENTIUM HOLLANDIAE ORDINUM CONSILIARIO ET SYNDICO SUPREMO, MAGNI SIGILLI CUSTODI, SUPREMAE CURIAE FEUDALIS PRAESIDI, EIUSQUE TABULARII PRAEFECTO, AGGERIBUS ET VIIS RHENOLANDIAE CURANDIS SEPTEMVIRO, ETC. ETC. ETC.

EORUMQUE COLLEGIS,

NOBILISSIMIS AMPLISSIMISQUE

VIRIS

CIVITATIS LEIDENSIS CONSULIBUS,

IOANNI VAN DER MARCK, AEG. F. I. C.

IOANNI VAR DER MARCK, I. C.

ADRIANO CRUCIO, I. C.

PETRO CAAUW.

NEC NON

GRAVISSIMO, CONSULTISSIMOQUE

VIRO,

IANO VAN ROYEN,

DAVIDIS FILIO, I. C.

CIVITATIS LEIDENSIS SYNDICO, ILLUSTRI
ACADEMIAE CURATORUM CONSULUM-
QUE COLLEGIO AB ACTIS.

Qui mihi honorificum in Academia, quam sapienter moderamini, Lugduno-Batava locum adsignastis, VIRI PERILLUSTRES, ne hoc quidem meae erga vos observantiae quantulumcunque pignus accipere dedignabimini. Nec sane videri poterit libellus indignus qui vobis offeratur: continet enim exquisitas ante duo annorum millia clari Scriptoris sententias, quem virum longe sapientissimum fuisse judicabat, ne dicam Apollinem Delphicum, (quamvis et hoc memoriae sit proditum,) illud multo certius et veracius Amstelaedamensis civitatis oraculum, quod in administranda republica Vos hodieque, VIRI MAGNIFICI, frequenter adhibetis, Petrus Cornel. Hoofdius. Quique juvenis divini Poëtae prae reliquis vim mirabatur, Hugo Grotius, ad rempublicam vocatus in eodem erga Euripidem semper affectu perstitit. Danieli Heinsio videbatur *sapientiae non tam auctor bonus* Euripides, *quam oraculum, neque dux modo ad virtutem, sed certissimus prudentiae antistes.* In amabili Academiae Vestrae umbra a Iosepho Scaligero formati, natura quippe sua veterum admiratoris, Heinsii si vos forte minus movet auctoritas, tantam tamen in animis Vestris vim arbitror habiturum par illud popularium admirabile, ut Grotii Hoofdiique judicium centenis, quae fortasse proferri possent, laudum testimoniis anteferendum, atque Euripidem judicaturi sitis dignissimum, cujus ex perditis Tragoediis excellentia dicta Vobis dedicata ante offerantur, quam cum harum Literarum studiosis hominibus communicentur. Ea veterum fuit Poëtarum ratio, ut carminum suavitate homines alli-

cerent, ferosque mores ad humanitatis amorem cultumque emollirent. Prae omnibus Euripides sub fabularum velo eam sapientiae partem tractavit in Tragoediis, quae moribus civium formandis emendandisque, quaeque humanae societati in universum maxime esset accommodata. Qua claruit, aetas in pacis etiam artibus magnorum fuit inter Graecos ingeniorum feracissima. Praeter Periclem, Socratem, Anaxagoram, vidit illa Democritum, Hippocratem, Herodotum, Thucydidem, Sophoclem, Eupolin, Cratinum, Aristophanem, quorum vel unicus seculo sufficisset illustrando. Socratis familiaris gravissima quoque religionis capita frequenter attigit Euripides. Osor formidolosae superstitionis, quae cives etiam Atticos agitabat, de uno Deo universi conditore, de provida divinae mentis circa res humanas cura, de virtutis amore, de anima post funera superstite, de certo scelerum vindice, de praemiis piorum, de rebus divinis in universum sic sensit, ut in ista terrarum orbis caligine solus ille Poëtarum sapuisse, dignusque Socratis consortio fuerit visus Christianorum veterum eruditissimo Clementi Alexandrino, atque inter paucos proximus accessisse veritatem, quam Christiani profitemur. Morum disciplinae nullam equidem partem arbitror a Philosopho veteri excogitatam, quam ille non pertractaverit, verae virtutis et honesti laudator constantissimus. Suae aetatis et civitatis morum censor, reipublicae praesertim administrandae, sed et privatim quibusvis saluberrima dedit praecepta. Hujus autem in scena Philosophi dramata, olim Regum quoque deliciae, studiose legebantur ab Alexandro Macedone, Antigono, Ptolemaeo Euergete, Caesare Augusto, ut illinc regni administrandi praecepta peterent, aut in Musicis his elegantiis a negotiis vacui jucunde conquiescerent. Aequiora quidem ille posterorum, quam suae aetatis hominum expertus judicia, ab Archelao tamen Rege vocatus in Macedoniam et blande fuit exceptus, qui cum Poëta summam communicare consiliorum non dubitavit. Adeo rerum scena fuit mutata, ut hoc seculo cum Euripide praeclare agi arbitremur, si versuum illius dulcedine tanquam Sirene capti Graecis literis erudiendi, qui quidem indolis sint generosioris, ad amorem humanitatis veterisque Philosophiae se commoveri patiantur. Hanc vel in primis partem mihi a Vobis, VIRI PERILLUSTRES, demandatam credidi, dum Scriptores mihi Graecos in Academia Ves-

Vestra commisistis interpretandos; ut, qui meam se darent in disciplinam, non Graeci magis sermonis, quam veteris memoriae rerum priscaeque sapientiae cognitione quadam imbuerentur; non ut verborum ornamentis Rhetorumque formulis ditati ingenium tantum excolerent, aut doctiores evaderent; sed ut antiquitatis monumenta tractantes animum etiam emendarent, atque his in literis exercitati cives patriae quisque suae meliores evaderent. Haec in Academia Frisiaca per quinque et viginti annos mea fuit ratio, ut, veteris sapientiae fontibus demonstratis, observationum aliarum taedium rerum ab antiquis Scriptoribus traditarum jucunditate minuerem, juvenesque ad illa discenda cohortarer, quae viris etiam essent utilia futura. Poëtarum autem dicta in animos bene moratorum facilius influunt, et memoriae firmius inhaerent: a nugis vero, quibus rectam indolem sibi juvenes necari patiuntur, potente Poëtarum lenocinio sunt avocandi, atque hoc tanquam calcari ad amorem humanitatis exstimulandi. Et videri fortasse potueram pretium operae tulisse, nisi ingenio claros nonnullos, ab Anglis eruditis et Germanis laudum praemio honestatos, literarum commodis inimica mors rapuisset ante diem. Quantumvis autem

Vitae summa brevis spem nos vetet inchoare longam,

si Deus O. M. coeptis adspiraverit, in Academiae Vestrae frequentia damnum illud insigne erit aliquando reparabile. Iam nunc inveniuntur, qui severa lege his studiis invigilantes in hoc genere literarum viri sint futuri. Nam, quorum pectora semel percusserit honestus antiquitatis amor, ad haec studia deserenda nulla conditione, nullis verborum tormentis permovebuntur. Ea quidem est harum literarum, ea veri, quantulum illud cunque sit, delectatio, ut hoc sint earum cultores praemio contenti. Nihil tamen his literis in Academia Batava promovendis majus attulit incrementum et decus potenti patrocinio et benigno favore, quo vos, VIRI PERILLUSTRES, harum cultores et Professores, non ultimos Academiae decus promovisse judicantes, dignati semper fuistis atque etiam nunc dignamini. Quum ante hos triginta annos valde juvenis unum hic maxime mirarer Albert. Schultensium, Nobilissimorum Decessorum Vestrorum exquisita me benignitas ditavit; dum, aditu ad recondita Bibliothecae scrinia patefacto, amplissimam mihi fecere quascunque vellem veteres membranas contrectandi

di

di potestatem. Istius beneficii temporisque memoriam dum saepe recolo jucundissimam, gratus recordor Illustris Consulis IOANNIS VAN DEN BERGH, pacis bellique temporibus viri permagni, quique Illustrissimo Curatorum et Consulum erat consessui ab actis, excellentis etiam doctrina DAVIDIS ROYENI, qui, cum ad ceteras laudes eam homines adjicerent eruditissimi, ut Academiae literarumque commodis semper invigilarent, sua tum perfecerunt commendatione, ut hoc ego commodo per biennium perfruerer. Ingentis beneficii semper memori saepe mihi fuit occasio subnata de Leidensi Bibliotheca bene merendi, ex qua huic etiam libello quaedam accesserunt ornamenta minime pervulgata; in quo Poëtae Philosophi dicta disjecta componere, atque illuminare conatus, quibus longi temporis aetas obscuritatem quamdam intulerat, Philosophiam etiam Euripidis, tum alia tradidisse videor, quae harum rerum intelligentibus inexspectata sint neque injucunda futura. Hunc Vos libellum non dubito quin comiter et benigne sitis excepturi, cum etiam in finem editum, ut Academiae Batavae hac in parte decus meo quodam modulo nonnihil amplificaretur. Quod si quis forte tenue opusculum personis Vestris non satis dignum judicet, Vos, Maecenates optimi, levem tamen officii honorem, et gratum offerentis animum Humanissimi judices non adspernabimini,

ILLUSTRISSIMORUM

NOMINUM VESTRORUM

Scribebam Lugduni-Batav.

III. Id. Sept. CIↃIↃCCLXVII.

Cultoris devotissimi,

L. C. VALCKENAER.

LUDOV. CASP. VALCKENARI

D I A T R I B E

IN

E U R I P I D I S

PERDITORUM DRAMATUM RELIQUIAS.

C A P U T I.

De fragmentis perditorum Euripidis dramatum.

Euripidis perditarum Trag. reliquias praestare fragmentis aliorum Poëtarum. Barnesio negligenter tractatas. Pro Euripideis dedisse B. quae essent Grotii. In Barnesianis optima Bentlejo deberi. Latinorum Poëmatum fragmenta diligentius collecta, quam Graecorum. Reliquias tales colligere periculosum. Quid in Editore requiratur. Emendantur fragmenta quaedam Danaës Eurip. φθίνειν, *perire.* Προσφερὴς, *similis. Annuae commutationes,* ἔτειοι μεταλλαγαί. Ἔτειον ἑορτὴν *restitutum Xenophonti. Amorem* Ἔφηβον *dictum.* Τιμάορος· ξυνάορει. τίθεσθαι, *pro* ἡγεῖσθαι, νομίζειν.

Euripidis in scena Philosophi sententiae pleraeque, ad humanitatis virtutisque pulcritudinem commendandam, aut emendandos mores, vitamque bene informandam, aut rempublicam administrandam sunt comparatae; ex perditis autem tragoediis exquisitissimas quasque nobis veteres custodiverunt, huius inprimis Tragici versibus tanquam veris optimi

morum magistri praeceptis usi, vel tanquam sapientissimi viri testimo- A
niis. Hoc quum cadere nequeat in dubitationem, multum erraret opinione sua, qui reliquias dramatum Euripideorum cum cuiusvis Graeci Poëtae vel alterius Scriptoris fragmentis aequipararet, *Sophocleis* verbi gratia, vel *Callimachi*, vel *Nicandri*. Ut enim his similibusque soli delectantur antiquitatis amatores, quaeque his insumitur redintegrandis opera non magnam in universum praestare plerisque videtur utilitatem, Euripidea neminem arbitror vilipendere posse, qui quidem illa paulo propius cognoverit, atque usu didicerit, quantam in animis hominum bene moratorum vim habeant paucis expressa magnorum virorum dicta prae prolixis Philosophantium disputationibus; quique, praeter alios veteres Christianos, *Clementem* legerit *Alexandrinum*, atque ex locis, huic uni conservatis, perceperit, quam prope in isthac caligine superstitionis ad veritatis lucem *Euripides* accesserit.

Non vulgarem itaque laudem ab omnibus *Barnesius* fuisset prome- B
ritus, qui ex perditis illius Tragoediis sua nobis in Editione plusquam duo mille et quadringentos versus adnumeravit, si per tot libros veteres dispersas dramatum istorum reliquias, aut prout legerentur, aut emendate scriptas in unum libellum collegisset; et, si quid esset a se mutatum, et, qua in sede singulae legerentur, magna cum cura nobis adnotasset. Sed minimum duo millia horum versuum vir Illustris *H. Grotius* interpretatus Latine partim in *Stobaeo* suo dederat, partim in Excerptis ex Tragoediis et Comoediis Graecis, viamque demonstraverat, qua diversorum dramatum inveniri possent fragmenta, facillimam. Hanc viam *Barnesius* ingressus alteri tamen fragmentorum ex duobus istis libris describendorum munus demandavit; in qua re dici vix potest quanta ubique incuria Barnesianus ille amanuensis fuerit grassatus. Apud *Stobaeum* reperta sedis incertae fragmenta cum ad illud pleraque drama retulisset, e quo praecedens petitum diceretur, C
multa dedit velut ex perditis tragoediis, quae legerentur aut in tragoediis integris, aut ad alia loca pertinerent: postquam typis iam essent descripta, nonnunquam erratum *Barnesius* animadvertit, cuius in Cressas v. 21, Ion. v. 72, v. 80, notas inspicienti patebit quod dicebam; illud etiam, alterius hac in re opera usum Editorem, ob hanc negligentiam iure culpandum. Gravioribus negotiis occupato Doctori satius fuisset haec non attigisse, quae poscebant mentem ab omnibus aliis curis vacantem. Sive autem huic debeantur additamenta, seu alteri, quae accesserunt ad Grotiana, sunt illa oppido pauca; nam ne trecentos quidem versus conficiunt; quorum forte dimidia pars multo rectius fuisset praetermissa. Si veterum libros, ipsius etiam *Stobaei* Florilegium, diligentius tractassent, alia plurima reperiri potuerant, quae sine controversia de perditis essent *Euripidis* dramatibus repetita.

Se-

A Sedes fragmentorum a *Barnesio* raro fuit indicata; vix unquam prisca lectio versuum, a *Grotio* sic interpolatorum, ut vulgatas tamen ille lectiones in notis suis plerasque fideliter exhiberet. Utrumque autem in hoc instituto pernecessarium fuisse fatebuntur, quotquot harum rerum sunt scientes. Inimitabilis ille Graecorum Poëtarum interpres multa *Grotius* librariorum peccata feliciter emendavit, saepenumero tamen etiam in Euripideis *Virorum maximus legitimum Atticae scenae sermonem violavit*, quod sane verissimum iudicium ut omnibus adprobarem verbis proposui *Tiberii Hemsterhusii*, sic scribentis ad Scholion in *Lucian.* p. 556. In his *Euripidis* locum invenit vel inprimis, quod de Poëtis veteribus in universum scribit *Porphyrius* in Quaest. *Homer.* c. VIII, τὰ ποιήματα σχεδὸν ἀνάπλεω πάντα τυγχάνει ἁμαρτημάτων γραφικῶν, καὶ τῶν ἄλλων παραδιορθωμάτων πάνυ ἀγροίκων. Tantum non omnia τὰ τοῦ πάνυ παραδιορθώματα in versus admisit Euripideos *Barnesius*,
B recepitque tanquam senarios solutam interdum orationem, cui speciem quamdam versuum indiderat *Grotius*, velut in Oedipum v. 3 — 6, et alibi, quorum similes et ipse poëta tornavit in Stheneb. v. 11, Phryxi v. 33, Inc. Trag. v. 442, 443, etc. Ista talia si cautos lectores doctosque minime fallunt, quibus fontes accedere licet; alios tamen saepius in errores abduxerunt, velut Euripidea nobis excitantes, quae *Grotii* sint aut alterius. Olim quanto opere doctis hominibus illud facinus displiceret, praeter ceteros, fratres monstrant *Canteri*, *Gulielmus* Nov. Lect. VI, c. 23, *Theodorus* Var. Lect. II, c. 17; ex quibus Variarum Lectionum libris aestimare licet iuvenem eruditissimum in *Euripidis* aliorumque Tragicorum inter se comparandis reliquiis fuisse occupatum; qui, si hoc viveret aevo, unus omnium foret his tractandis aptissimus. Nec periit *Theodori Canteri* labor, Clariss. *Jacobo Philippo D'Orvillio* laudatus in Vanno Crit. p. 251, et hodiedum ornat Praestantissimi *Joan-*
C *nis D'Orvillii* Bibliothecam. Sed, ut illuc redeam, nihil in hac certe postrema parte protulit *Euripidis* Editor, quod absque illo homines ignorassent literati, et ne unicam quidem suam alicuius momenti correctionem. In quorum quidem manus nondum venisset illa *R. Bentleji* ad *Jo. Millium* Epistola, cum prodiret *Euripides Barnesii*, in his fragmentis nonnulla forte laudaverint velut nova, Ἀλκμαίωνα τὸν διὰ Ψωφίδος· diversa dramata inscripta Κρῆτες et Κρῆσσαι, et alia quaedam minime vulgata, *Barnesiis* certe ante incognita, quam ista, qui solus forte viderat, primus monuisset *Bentlejus* in perdocta Epistola; in qua cum haec scripserit p. 20, *non placere* sibi *eorum rationem, qui, cum merae corniculae sint, emendicatis hinc inde plumis germanos pavones se pollicentur*; quanta *Bentleji* debuit esse indignatio, cum sic a Populari suo, Graecae tamen Linguae peritissimo, dilaceratas Tragici videret reliquias, quas ipse, iuvenis, tam sollicita cura composuisset; nam ex

eadem didicimus Epistola, *fragmenta omnium Poëtarum Graecorum cum emendationibus et notis grande opus edere* olim *Bentlejum* constituisse. Hoc quale fuisset opus pars eius exigua demonstrat, quae publicata prostat, exhibens operum *Callimachi* perditorum reliquias; qua nihil in hoc genere praestantius prodiit aut magis elaboratum. In Lysiacis reliquiis colligendis *Bentleji* laudem aemulatus est, rebus nuper humanis, quod dolemus, ereptus, Clarissimus *Demosthenis* Editor *Joannes Taylor*. In Latinorum tamen Poëtarum aliorumque Scriptorum componendis fragmentis tanta cum cura versati sunt *Hier. Columna*, *Franc. Dousa*, *Jos. Scaliger*, *Jan. Rutgersius*, *Petr. Scriverius*, aliique, ut horum ad exemplum sua concinnasse videri queat *Bentlejus*; sed in Graecis plerique infra laudem istam substiterunt, a qua *Barnesius* quam longissime abfuit in Euripideis. In his plurimos errores nuper profligavit vir Clariss. *Benj. Heathius* Notis suis in *Euripidem*, cuius fragmentis Barnesianis eiecit multa, addidit etiam non pauca, de Tragicis in universum bene meritus. Sed *Heathius* etiam, vir doctissimus, variis exemplis monstravit, quam sit illud perditorum dramatum reliquias colligentis *Periculosae plenum opus aleae:* illorum specimen duae tresve operis utilissimi paginae praebere poterunt. Velut incertorum dramatum omissa *Barnesio* fragmenta posuit ex *Ammonio* verba Euripideae Antiopes; ex *Etymologico M.* mendosa, quae recte scripta praebet eiusdem libri p. 537, 34,

Κρήμνη σεαυτὴν ἐκ μέσης ἀντηρίδος.

praeterea verba Medeae *Euripidis* v. 1382. Ex *Scholiis* in *Pindarum*, quae prostant in Inone v. 15. Ex *Eustathio* quatuor fragmina; quorum primum exstat in *Eurip.* Phoen. v. 1471. (in Phoen. v. 70, et 965, leguntur prolata ex *Scholiis* in *Hesiodum* et *Plutarchi* T. II, p. 407. D.) secundum supra recte mecum ad Palamedem retulerat. Tertium,

Ἄλλοισιν ἄλλος θεῶν τε κἀνθρώπων μέλει,

Hippolyti versus est 104. Quartum tanquam ex *Euripidis* Polyido minus vitiosum *Scholion* exhibet ineditum in *Homer.* Il. Κ, v. 56. In istis suis ad *Homerum* commentariis centena nobis excitans Euripidea, unicum, quod mirandum est, ex *Aristophane* Grammatico tantum praebet senarium *Eustathius*, omnibus praetermissum, ex incerta Tragoedia deperdita petitum; hunc nimirum ad Il. Ε, p. 429, 52, qui proverbii vim obtinuit:

Ἔνδον γυναικῶν καὶ παρ᾽ οἰκέταις λόγος.

prout scribendum pro οἰκέτας. Quae tanquam *Euripidea Suidas* exhibet in

A in v. Λογισμὸς, *Sophoclis* esse monuit Clariss. *Jo. Toupius* Em. in *Suid.* II, p. 133. Dum egregia nobis in eadem pagina describeret ex *Strabone Heathius*, olim, ut equidem arbitror, in Cresphonte lecta, cur suavissimum versum omisit intermedium, neque interpreti animadversum, VIII, p. 563. B?

Παμισὸν, εἰς θάλασσαν ἐξορμώμενον.

In hac vero parte addendorum si permultum deficere dixero, qua est humanitate vir Clariss. moleste non feret, quam sibi sumit more suae gentis libertatem laudabilem aliis non denegaturus.

Quod si quis igitur, omnibus ad eam rem praesidiis instructus, his etiam brevioribus Tragicorum reliquiis edendis manum admoverit, multa reperiet, quae priores sibi peragenda reliquerint; a quo non sane postularem, ut incertae sedis fragmenta laboraret ad certam reducere, aut operose veterum nobis loca designaret, qui quidem ad singula Tragicorum dicta nobiliora respexerint tantum; quorum hoc in multis praestare potuisset Theologorum literatissimus *Th. Gatakerus*; utrumque non nisi a perpaucis, qui proximi *Bentlejum*, aut *Hemsterhusium* accessuri sint, exspectandum videtur: sed illud tamen requirerem, ut ex omnibus veterum libris, quibus sua *Grotius*, *Barnesius*, *Heathius*, derivarunt, aut etiam aliis collecta, in ordinem legitimum disposita, maxima cum fide, etiam depravatissima quaevis, nobis repraesentarentur. Huic inprimis ceterisque Φιλευριπιδείοις haec opella mea proderit; tametsi non deteriora dari potuissent in Sophocleis, Euripideis praesertim Fragmentis, hinc inde selectis, illuminandis emaculandisque dicata. Quando de *Barnesio* forte plura dixi quam necesse erat, is autem primo loco Danaës Euripideae collocavit ex *Stobaeo* reliquias, Danaës ἀποσπασματίῳ, quod *Hieron.* invenerat *Commelinus*, subiectas, de his primum pauca ponam, quibus a me dicta confirmentur.

Primos octo versus, *Plutarcho* servatos T. II, p. 306. A. *Grotius* in Excerptis ad Danaën retulit: *Grotium* sequutus *Barnes.* in nota, *Hunc*, ait, *locum alii ad Dictyn fabulam referendum putant:* cur *Bentlejum* non nominat? qui in Epist. ad *Jo. Millium*, *Barnesio* lecta, p. 15, solus monstraverat, locum ex *Euripidis* esse Dictye repetitum. Danaës ex *Stobaeo* fragmenta, qualia dederat *Grotius*, exhibuit pleraque *Barnes.* illius coniecturas, non *Euripidae* verba, nobis mox in primi fragmenti postremis versibus exhibens:

Οἱ ζῶσι σὺν κακοῖσιν, οἱ δ' ὄλβου μέτα·
Φθίνουσι δ' αὐτοὺς πρόσφοροι μεταλλαγαί.

His deceptus Clar. *Heathius* scribendum putabat, Φθίνουσι δ' αὖ τοὺς. —

ut, τοὺς pro τινὰς posito, sensus esset: *quosdam porro perdunt etiam mutationes istae, quae utilitatem adferre videntur.* Ne reliqua dicam, praeter insolentissimum illud τοὺς, quo nobis argumento persuadebunt, Φθίνειν verbum esse transitivum? Sua se *Grotius* e coniectura dedisse fatetur in Ecl. *Stob.* p. 141, pro vulgatis a *Cantero* p. 16, Ζῶσίν τε σὺν κακοῖσιν, — A

Φθίνουσ' αἰτίοις προσφόροις μετ' ἀλλαγαῖς.

Haec, sic legitimo more redintegrata, nobis, ut puto, restituent Euripidea:

Φθίνουσ', ἐτείοις προσφερεῖς μεταλλαγαῖς.

Intereunt, annuis similes commutationibus. Ponam et vicinos versus, prout legendi videntur:

Οὕτω δὲ θνητῶν σπέρμα, τῶν μὲν εὐτυχεῖ
Λαμπρᾷ γαλήνῃ· τῶ δὲ συννεφεῖ πάλιν, B
Ζῶσίν τε σὺν κακοῖσιν· οἱ δ' ὄλβου μέτα
Φθίνουσ', ἐτείοις προσφερεῖς μεταλλαγαῖς.

Φθίνειν non *perdere*, sed significat *perire*, sive *deficere:* ut in hac ipsa ῥήσει· Θάλλειν τε καὶ μὴ, ζῆν τε καὶ φθίνειν ποιεῖ. *Soph.* Oed. in Col. v. 603, Φθίνει μὲν ἰσχὺς γῆς, φθίνει δὲ σώματος. apud *Etymol.* p. 602, 2. et in *Euripideae* Inonis fragm. (v. 59.) quod partim ex *Stobaeo Gesn.* p. 561, 20. *Grot.* p. 435. *Plutarch.* II, p. 104. B. *Gataker.* in *M. Antonin.* VII, 40, sic debuerat vulgari:

Ἄνασσα πολλοῖς ἐστιν ἀνθρώπων κακά·
Τοῖς δ' ἄρτι λήγει· τοῖς δὲ κίνδυνος μολεῖν.
Κύκλος γὰρ αὑτὸς καρπίμοις τε γῆς φυτοῖς,
Θνητῶν τε γέννᾳ· τοῦ μὲν αὔξεται βίος, C
Τῶν δὲ φθίνει τε, καὶ θερίζεται πάλιν.

Interire dicuntur, ἐτείοις προσφερεῖς μεταλλαγαῖς, *anniversariis vicissitudinibus non dissimiles:* — *Similes* non tantum ἐμφερεῖς, παρεμφερεῖς, προσεμφερεῖς, sed et *Euripidi* dicuntur προσφερεῖς· Or. v. 408, νυκτὶ προσφερεῖς κόρας. Herc. v. 131. Cycl. v. 435. Helen. v. 566. 597, Ἑλένῃ προσφερὴς, quae transsumsit *Philostr.* de Vit. Soph. II, p. 570. — Ubi paulo ante mentio facta fuerat θέρους et χειμῶνος, facile patebat attendenti, ἐτείους μεταλλαγὰς esse τὰς τῶν ὡρῶν μεταβολὰς, *anniversarias vicissitudines*, *Ciceroni* de N. D. II, c. 38, *annuas commutationes*, de Invent. I, c. 34. *Herodot* II, c. 77, *in Aegypto* οὐ μεταλλάσσουσι αἱ ὧραι· ἐν γὰρ τῇσι μεταβολῇσι — τῶν ὡρέων etc. *Annuus*, ἐτήσιος, et ἐτέτειος, hic paulo insolentius dicitur ἔτειος. ut in Rhesi v. 435, *Pindaro* Ἰσθ. IV, 114. ὥρας ἐτείους praebet *Diogenes L.* IX, 10. *Suidas:* Ἔτειον, ἐνιαύσιον.

He-

A *Hesych.* Ἔτειον, τὸ κατ' ἔτος, ἐτήσιον. In Epist. *Socrat.* XVIII, *Xenophon* suos e schola Socratis sodales invitat in secessum Scilluntéum, ad agendum illic *festum diem anniversarium in honorem Deae venatricis;* ubi vulgatur: ἄγετε τις τὴν εὔιον ἑορτὴν τῇ Ἀρτέμιδι. *festum fortunatumque diem*, *L. Allatio;* unius literae mutatione scribendum, ἔτειον ἑορτήν· eodem errore in iisdem Epist. p. 73, v. 8. Ἀρόταν transiit in Ἀρύαν. Sed hic persequar Euripidea ex Danaës dramate in quorum versum 84, scripti Cod. Paris. lectio, Πρέπει, admitti posset, *Grotio* memorata; in versum 91, *Plutarchea*,

> Ἔρως γὰρ ἀργὸν, κἀπὶ τοιούτοις ἔφυ.
>
> (*Otia si tollas, periere Cupidinis arcus.*)

uti legendum vidit *B. Martinus* Var. Lect. II, c. 6, ante *Jo. Piersonum* Verisim. I, c. XI. p. 135. Ad vocem, τοιούτοις, quempiam
B adscripsisse reor τοῖς ἀργοῖς, atque inde natam lectionem, quae prostat in *Stobaei* Florilegio. Eiusdem loci versus, aliis etiam tentatus, sic forsan legi posset:

> Ἐν τοῖς δ' ἔχουσ' ἔφηβος ἐμπέφυχ' ὅδε.

Pro νὴ τὸν Ἔρωτα, *Meleager* in Epigr. inedito scripsit,

> Ναὶ τὸν ἁβρὸν ἔφηβον ἐπόμνυμαι, Ἀντίοχος μὲν
> Ἦν ἂν Ἔρως, ὁ δ' Ἔρως τοὔμπαλιν Ἀντίοχος.

Sed praestiterit fortasse versum, voce tantum transposita, cum *Joanne* Nostro *Luzacio* legisse:

> Ἐν τοῖς δ' ἔχουσι πέφυκεν ἡβητὴς ὅδε.

Huic senario qui proxime subiiciuntur apud *Stobaeum* p. 399, 5, tanquam
C eiusdem Poëtae, ad Danaën in Edit. *Barnesii* sunt relati: si illinc sumti sunt, a praecedentibus separari saltem debuerant.

Paulo post duo versus (106, 107,) collocantur ex *Stobaeo Grotii* p. 301, (Ed. *Gesn.* p. 432, 3.) ad quos alii duo recte adiiciuntur in Addendis: iunctos hos quatuor praebet *Stobaeus* p. 452, 38. *Grotii* p. 330,

> Γυνὴ μὲν, ἐξελθοῦσα πατρῴων δόμων
> Οὐ τῶν τεκόντων ἐστὶν, ἀλλὰ τοῦ λέχους·
> Τὸ δ' ἄρσεν ἕστηκ' ἐν δόμοις ἀεὶ γένος
> Θεῶν πατρῴων καὶ τάφων τιμάορον.

Τιμάορον corrigendum, pro τιμᾷ ὅρον, vidit *Th. Stanlej.* ad *Aeschyl.* in Choëph. v. 141. σοῦ, πάτερ, τιμάορον, *tui, pater, ultorem:* idem *H. Valesio* venit in mentem ad *Harpocrat.* p. 33, scribenti tamen τιμήορον, hoc velut suavius *Apollonius Rhod.* aliique probarunt: formam τιμάορον, ma-

magis congruam gravitati scenae tragicae, adhibuit *Aeschylus* l. c. in A Agam. v. 523. v. 1587. Suppl. v. 43. *Aeschylum* sequutus *Euripides*, *vindicem*, *τιμάορον*, *coniuges* (*συννόρους* aliis) *ξυναόρους* dixit; *uxorem* non tantum *ξυνάορον* in Or. v. 653. 1594. 1604. Phoen. vs. 1689. Alc. v. 824. et apud *Clem. Alex.* Strom. IV, p. 621, 22. sed et *maritos ξυναόρους*· in Or. v. 1141, Νύμφας [τ'] ἔθηκεν ὀρφανὰς ξυναόρων. illinc *Hesychius*: *Ξυναόρων*, *ἀνδρῶν*. *Idem*: *Ξυνάορον*, *τὴν συμβιοῦσαν γυναῖκα γαμετήν*. Ad eamdem rationem Τέτρωρον ἅρμα scribitur et *τετράορον*. est autem horum similiumque ut origo sic eadem significationis translatae ratio, attendenti non obscura.

Possent et alia quaedam ad Danaës fragmenta notari; sed unum nunc tantum attingam, sic vulgatum:

Φιλοῦσι μέν τοι τῶν μὲν ὀλβίων βροτοὶ
Σοφοὺς καλῆσαι τοὺς λόγους. B

Plerique plenum iudicant sapientia,
Quicquid profantur divites. — *Grotius.*

vulgaris quidem ista sententia, verbisque aliis *Euripidi* saepius expressa; eleganter in senario, quem dedit *Sextus Empir.* p. 277,

Κάλλιστα Μουσῶν φθέγγεται πλουτῶν ἀνήρ.

Sed, nisi egregie fallor, sibilis in Attica scena fuisset exceptum, doctis auribus inauditum, illud *καλῆσαι*, aeque ac *κομπῆσαι*, alibi male positum. Ubi vulgavit ista *Grotius* in *Stobaei* sui Tit. XCVII, p. 391, in notis, *Quia*, ait, *Euripidi asscribuntur hi versus, putavi καλῆσαι a Poëta scriptum: quod autem hic legitur ἡγεῖσθαι esse ex glossemate.* In *Stobaeo Gesneri* legerat p. 519, 40, C

Σοφοὺς ἡγεῖσθαι τοὺς λόγους. —

Sine cunctatione corrigendum arbitror:

Σοφοὺς τίθεσθαι τοὺς λόγους. —

Hic velut interpretamentum scribi potuit ad Τίθεσθαι] *ἡγεῖσθαι*, *νομίζειν*. potuit etiam genuina vox in illam depravari, ut saepe TI et H inter se male transmutata varia nobis loca corrupere. *Putare*, *reputare*, *τὸ ἡγεῖσθαι* saepe veteribus dicitur Τίθεσθαι ob eam rationem, quam indicarunt *Casaubonus*, et *Hemsterhusius* in Misc. Obs. V, 3, p. 66. — In versu Medeae 572, Τὰ *λῷστα καὶ κάλλιστα πολεμιώτατα* Τίθεσθε· scribi etiam ab *Euripide* potuit Ἡγεῖσθε· sic paulo ante, *πάντ' ἔχειν νομίζετε*. *Soph.* Elec. v. 1282, *Δαιμόνιον αὐτὸ τίθημ' ἐγώ*. Philoct. v. 513, *τὸ κείνων Κακὸν τῷδε κέρδος Μέγα τιθέμενος*· *illorum damnum huic velut in lucro ponens*,

A *nens*, vel *in lucri rationes referens*: proximum accedit ad illud hoc in *Xenophontis* qui dicitur Agesil. p. 66, ἐχθρὸν μὲν οὐδένα ἡγούμενος πολίτην, — σώζεσθαι δὲ πάντας κέρδος νομίζων, ζημίαν δὲ τιθεὶς εἰ καὶ ὁ μικροῦ ἄξιος ἀπόλοιτο. Sapiunt et ista Sophistam, qui meminerat ἡγεῖσθαι et τίθεσθαι vel τιθέναι in multis loquendi formis promiscue poni: *Heliodor.* VIII, p. 404, 30, Φιλίους μᾶλλον ἢ πολεμίους τοὺς ἐπιόντας ἐπιτιθεμένη· paulo post, pro τιθεσθαι. πείθεσθαι ex Codicibus, hic scribendum τιθεμένη· sic V, p. 210, 14, *malum* ἀγαθὸν μέγιστον τιθέμενοι. et VIII, p. 375, 29. *Pro nihilo ducere* Graecis dicebatur παρ' οὐδὲν ἄγειν· παρ' οὐδὲν ποιεῖσθαι· vel ἡγεῖσθαι, vel τίθεσθαι. quorum hoc est in *Aesch.* Agam. v. 238. *Lucian.* I, p. 528. παρ' οὐδὲν τίθεσαι τὸν εὐεργέτην. *Clem. Alex.* p. 539, 1, παρ' οὐδὲν ἡγοῦνται τὸ ζῆν· quod ἐν οὐδενὸς τίθεσθαι λόγῳ *Pausaniae* p. 875, 76, aliisque. *Aliquid* sive *aliquem* ἐν τιμῇ τίθεσθαι, vel ἐν αἰσχρῷ, sunt *Euripideae* phrases; aliorum, τίθεσθαι ἐν γενναίοις· ἐν Φιλοσόφοις· ἐν οὐδενί· ἐν
B λόγῳ πολλῷ· ἐν μεγάλῳ· *in magno habere*, *Sueton.* Caes. c. 23. *Casaub. in gloria ponebant*, *Livii* XXVI, c. 37. *Thomas Mag.* Ἐν σπανίοις ἐτίθει, κάλλιον, ἢ σπάνιον ἡγεῖτο.

CAPUT II.

De numero perditorum Euripidis dramatum.

Euripidis perdita dramata minimum LVI. *Multo plura vulgo numerari. Apollodori Chronica senariis scripta. Fuerintne* Ξάντριαι *Euripidis et* Κάδμος. *Schol. in Aristoph. et Pro-*
C *bus emend. Scripseritne Eurip. Atrea, Thyesten, Cercyona, Nioben, Sisyphum, Phrygas. Carcini Alopes fragmen em. Niobe Sophoclis et Aeschyli. Athenaei locus explic. Socratis amicus Eurip. Tentatur locus Aeliani. Indice dramatum Eurip. eiicienda nomina. Terea Sophoclis fuisse, non Eurip.* Βάκχαι ἢ Πενθεὺς *unum drama. Interlocutores dramatum saepe peperisse ficta nomina. Aufertur Diphilo Comoedia. Euripidis* Λικύμνιος. *Photii peccata ex dramatum nominibus Poëtas efformantis, Dictyn, Hypobolimaeum etc.*

Euripidem quinque et septuaginta Tragoedias scripsisse *M. Varro* testatur apud *A. Gellium* N. A. XVII, c. 4. Totidem nobis etiam innotuerunt: nam, praeter XIX quae supersunt dramata, (Rhesum etiam

etiam *Euripidi* tribuerunt) ex perditis tragoediis sex et quinquaginta pervenerunt ad nos fragmenta. Dramatum deperditorum, quae sine ulla dubitatione nobilissimo Tragico contribui debent, haec sunt nomina: A

Αἰγεύς.
Αἴολος.
Ἀλεξάνδρα, ἢ Ἀλέξανδρος.
Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος.
Ἀλκμήνη.
Ἀλόπη.
Ἀνδρομέδα.
Ἀντιγόνη.
Ἀντιόπη.
Ἀρχέλαος.
Αὔγη.
Αὐτόλυκος Σατυρικός.
Βελλεροφόντης.
Βούσιρις.
Γλαῦκος.
Δανάη.
Δίκτυς.
Ἐρεχθεύς.
Εὐρυσθεὺς Σατυρικός.
Θερισταὶ Σάτυροι.
Θησεύς.
Ἰνώ.
Ἰξίων.
Ἱππόλυτος καλυπτόμενος.
Κρεσφόντης.
Κρῆσσαι.
Κρῆτες.
Λαμία.
Λικύμνιος.
Μελανίππη ἡ σοφὴ, ἢ δεσμῶτις.
Μελέαγρος.
Οἰδίπους.
Οἰνεύς.
Οἰνόμαος.
Παλαμήδης.
Πειρίθους.
Πελιάδες.
Πηλεύς.
Πλεισθένης.
Πολύειδος.
Πρωτεσίλαος.
Ῥαδάμανθυς.
Σθενέβοια.
Σίσυφος Σατυρικός.
Σκείρων Σάτυρικός. B
Σκυρίοι.
Συλεύς.
Τήλεφος.
Τήμενος.
Τημενίδαι.
Ὑψιπύλη.
Φαέθων, ἢ Κλυμένη.
Φιλοκτήτης.
Φοίνιξ.
Φρίξος.
Χρύσιππος.

C

In hoc numero cum *Varrone* consentiunt ista *Suidae* in Εὐριπίδης· — δράματα δὲ αὐτοῦ κατὰ μεν τινας οέ. sed addit *Suidas*: κατὰ δὲ ἄλλους ἐνενήκοντα δύο· σώζονται δὲ οζ΄. quae postrema demonstrant antiquitatem Grammatici, cui debentur. Praeter ceteros, de numero Tragoediarum *Euripidis* probabiliter egerat in Chronicis *Apollodorus* Grammaticus nobilissimus; ex quibus ista de *Menandro* nobis servavit *A. Gellius* N. A. XVII, c. 4,

Κηφισιεὺς ὢν ἔκγε Διοπείθους πατρὸς,
Πρὸς τοῖσιν ἑκατὸν πέντε γράψας δράματα,
Ἐξέλιπε πεντήκοντα καὶ δυεῖν ἐτῶν.

vocem δυεῖν dedit MS. Franeq. pro ἐκ in versu primo scripsi ἔκγε. hinc

A hinc quoque liquet, quod ex *Stephano Byz.* noveramus, et ex *Diogenis Laërt.* VIII, 52, (ubi senarios latere primus forte vidit *Adrianus* noster *Heringa*,) Chronica sua versibus scripsisse senariis iambicis *Apollodorum*, quod disertis etiam verbis *Scymnus Chius* testatur in Periegesi v. 33. etc. cuius eam in rem testimonio *Th. Galeus* iam usus est in Dissert. de Script. Mythol. c. VI. — Numerum Tragoediarum etiam XCII explevit superavitque *Jo. Meursius* in *Euripide*; sed praeter istas LVI, a me designatas, quae *Meursio*, *Barnesio*, aliisque commemorantur velut *Euripidis* Tragoediae, aut nulla nituntur, aut certe dubia auctoritate. Harum classe tamen excipi duae fortasse poterunt, atque ad Euripideas LXXV adiici,

Κάδμος,
et
B Ξάντριαι.

Euripidis Ξαντρίας, *Asclepiadis* auctoritate munitas, nobis praebet, atque illinc decerptum fragmentum, *Scholion* in *Aristoph.* Ran. v. 1385. Νυμφαι ὀρεσιγονοι] Ἐκ τῶν Ξαντριῶν Εὐριπίδου φησὶν Ἀσκληπιάδης, — Νύμφαι ὀρεσιγόνιαι θεαῖσιν ἀγείρω Ἰνάχου Ἀργείου, ὑπὸ ποταμοῦ παισὶ βιοδώροις. In his literas primum ὑπὸ ex proximis male repetitas, delendasque mecum vidit elegantiss. *Jo. Piersonus.* Quaenam Tragico dicta fuerit ἀγειρουσα, latuisset, opinor, absque *Platone*, qui L. II de Republ. p. 381. D. *nec in tragoediis*, ait, *neque in aliis quis poëmatibus* εἰσαγέτω Ἥραν ἠλλοιωμένην ὡς ἱέρειαν, ἀγείρουσαν Ἰνάχου Ἀργείου ποταμοῦ παισὶ βιοδώροις. prout recte vulgavit pro βίου δῶρα *H. Stephanus.* Iunonem itaque, adsimilantem anum sacerdotem, quae *Nymphis montanis Deabus Inachi filiabus almis stipem cogeret*, ista Tragicus in scena fecerat dicen-
C tem, hoc forte modo constituenda:

Νύμφαισιν ὀρεσσιγόνοισι θεαῖς
Ἀγείρω Ἰνάχου ʼργείου
Ποταμοῦ παισὶν βιοδώροις.

Sed *Euripides* ista dixerit an *Aeschylus* dubitari poterit: *Aeschyli* Ξάντριαι citantur et aliis; Euripideae nusquam alibi; et similia *Aeschyli* peccata plura damnat etiam in vicinia *Plato*, p. 380. et p. 383; *Euripidis*, quod meminerim, nullum.

Velut ex *Euripidis Cadmo* quaedam excitat *Probus* in *Virgil.* Eclog. VI, v. 31. quae sic mendosa feruntur in Editionibus: „ *aëra — Euripides in Cadmo* Χάος *appellavit sic:* οὐρανὸς ὑπὲρ ἡμᾶς καινῶς φοιτῶν „ ἕδος δαιμόνιον, τόδ' ἐν μέσῳ τοῦ οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς οἱ μὲν ὀνομάζουσι „ χάος." his paulo emendatius scriptis usus est *Jos. Scaliger.* Conj. in

Varron. p. 81, οὐρανὸς ὑπὲρ ἡμᾶς κενὸς, Φώτων ἕδος δαιμόνιον. τὸ δ' ἐν A
μέσω οὐρανοῦ etc. ut erant, vitiosa protulit Clar. *Benj. Heathius* Not. in *Eurip.* Fragm. p. 171. Meliora quidem, necdum tamen sincere scripta prout olim prodierant, praestare ausim, si sic legantur:

οὐρανός θ' ἡμᾶς ὕπερ·
Καὶ Γῆ, βροτῶν κοινόν τε δαιμόνων θ' ἕδος·
Τὸ δ' ἐν μέσῳ τοῦ τ' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς
Χάος μὲν ὀνομάζουσιν.

Huius nominis si scripsit *Euripides* tragoediam, in illa forte Cadmus dixerit, dum in anguem mutaretur, quae velut Euripidea nobis servavit *Hermogenes* p. 226, et 227,

Οἴμοι· δράκων μου γίγνεται τόγ' ἥμισυ·
Τέκνον, περιπλάκηθι τῷ λοιπῷ πατρί.

Illic nullam quidem Rhetor Cadmi facit mentionem, sed p. 484, Κάδ- B
μος, inquit, δράκων ἐγένετο ἐξ ἀνθρώπου· et res manifesta est: Euripidea quinimo spectabat *Ovidius* IV Met. 584.

me tange, manumque
Accipe, dum manus est; dum non totum occupat anguis.

Dubia nituntur auctoritate, quae dicuntur *Euripidis*

Ἀτρεύς.	Νιόβη
Θυέστης	Σίσυφος.
Κερκύων.	Φρύγες.

Euripidis Atreo et *Thyestae* quae tribuuntur, desumta videntur ex eius *Cressis*, quarum argumentum ante ignotum plerisque, certe *Barnesio*, primus patefecit vir in hoc quoque genere literarum Maximus *R. Bent-* C
lejus in Epist. ad *Jo. Mill.* p. 23, 24. vid. Celeberr. *P. Burmannus* in *Ovid.* II Trist. v. 391. — *Euripidis* Κερκυόνα ex unico *J. A. Fabricius* memorat *Eustathii* loco, quinque vicibus citantis *Euripidem* ἐν Κερκυόνι, ad *Hom.* Il. Δ, p. 522, 15. Od. Θ, p. 324, 28. Ι, p 371, 46. Λ, p. 430, 38. Φ, p. 749, 7. Sed diversis istis locis, et ad Il. Φ, p. 1321, 31, ubi nomen tantum legitur Tragici, duo duntaxat attigit fragmina, Cercyonis filiam Alopen spectantia, ex Neptuni compressu -- γέμουσαν κύματος θεοσπόρου, in quem illa dixerit nativa simplicitate sua,

Πλήσας δὲ νηδὺν οὐδ' ὄναρ κατ' εὐφρόνην
Φίλοις ἔδειξεν αὐτόν.

Probabiliter Clar. *Heathius* ad *Euripidis Alopen* referenda censuit. Excitans autem ista veterum Scholiis in *Homerum Eustathius* nullam certe le-

A legerat *Euripidis* aut alterius Tragoediam, quae nobis perierit. — ὁ Καρκίνου ἐν τῇ Ἀλόπῃ Κερκύων nominatur *Aristoteli* Ethic. Eudem. VII, 7, p. 175, 3. in quibus errantes notavit *P. Leopard.* Em. XII, c. 21. hic, opinor, locus ex *Aristotelis* Eth. Eud. obversabatur *H. Valesio* ad *Harpocr.* in Καρκίνος, ubi ex Orat. *Lysiae* c. Mnesimachum laudatur Καρκίνος ὁ ποιητὴς, εἰπὼν, Οὐ (Νοῦ, *Vales.*) κεῖνος ἐξέστησε etc. vitia quando viri doctissimi reliquerunt intacta, egregiam *Carcini* Tragici sententiam, similem Euripideae in Bacch. v. 318, ponam hic emendatius scriptam, suoque modulo illigatam,

> Νοῦ κεῖνος ἐξέστηκε· τὰς γὰρ ἐν φύσει
> Ὀρθῶς φρένας παγείσας
> Οὐδεὶς ἐπαίρει καιρὸς ἐξαμαρτάνειν.

Huius quoque Tragici nomen ut Euripidei dramatis dederat *Jo. Meur-*
B *sius:* sed *Carcino* recte dictum vindicarunt *Grotius* et *Th. Gatakerus.*

Nioben scripserunt *Aeschylus* et *Sophocles:* hoc nomine fabulam *Euripidem* docuisse non ante credam, quam alicunde fulcrum accesserit obscuro loco *Aristotelis* de Poët. c. XVIII, p. 244, 15. nam, quod excitat Zeno *Diogenis Laërt.* VIII, 29, ἐκ τῆς Νιόβης· Ἔρχομαι, τί μ' αὖτεῖς, aut *Aeschyleum* est, aut, quod probabilius, *Sophoclis*, cuius dicto legitur usus etiam Zeno § 19. Utriusque Nioben frequenter laudant veteres, Euripideam nemo, si seponas locum *Aristotelis.* In *Aristoph.* Vesp. v. 578, Οἴαγρος — οὐκ ἀποφεύγει, πρὶν ἂν ἡμῖν Ἐκ τῆς Νιόβης εἴπῃ ῥῆσιν τὴν καλλίστην ἀπολέξας. Scholiastae dicitur is actor *repraesentasse* τὴν Νιόβην, ἢ Σοφοκλέους ἢ Αἰσχύλου· In Niobe definiverat *Aeschylus* numerum Niobidarum; *Euripides* autem in Cresphonte, quod liquet ex *Schol.* in *Eurip.* Phoen. v. 162. — In *Athenaei* loco prima facie dubites *Sophoclis* an *Ae-*
schyli Niobe sit intelligenda L. XIII, p. 601. A. καὶ Αἰσχύλος μέγας ὢν ποιη-
C τὴς καὶ Σοφοκλῆς ἦγον εἰς τὰ θέατρα διὰ τῶν τραγῳδιῶν τοὺς ἔρωτας, ὁ μὲν τὸν Ἀχιλλέως πρὸς Πάτροκλον· ὁ δ' ἐν τῇ Νιόβῃ τὸν τῶν παίδων. ad *Aeschyli* Nioben haec retulit *Stanlejus*; male: formula ὁ μὲν — ὁ δὲ monstrat prius ad *Aeschylum*, ad *Sophoclem* posterius esse referendum, ut in simili loco p. 602. E. et alibi saepius; sed scripsisse puto *Athenaeum*: ἦγον εἰς τὰ θέατρα — τοὺς τῶν παίδων ἔρωτας (ut p. 602. A.) ὁ μὲν τὸν Ἀχιλλέως πρὸς Πάτροκλον, ὁ δ' ἐν τῇ Νιόβῃ τὸν τῶν Νιόβης παίδων. Nioben hic *Sophoclis* esse intelligendam, hoc plane demonstrat *Plutarchi* T. II, p. 760. D. τῶν τοῦ Σοφοκλέους Νιοβίδων (L. Νιοβιδῶν) βαλλομένων καὶ θνησκόντων ἀνακαλεῖταί τις οὐθένα βοηθὸν ἄλλον οὐδὲ σύμμαχον, ἢ τὸν ἐραστήν. Alterum *Aeschylo* certe tribuendum (forsan in Myrmidonibus traditum,) liquet ex *Platonis* Symposio, T. III, p. 180. A. Αἰσχύλος δὲ φλυαρεῖ φάσκων Ἀχιλλέα Πατρόκλου ἐρᾶν, etc. Sed tota mihi videtur observatio docti lectoris, verbis *Platonis* ex Scholio marginis interiecta.

Sisyphum, drama satyricum, una cum Alexandro, Palamede, Troa-

sin,

sin, atque adeo tetralogiam istam quo anno detulerit *Euripides* in certa- A
men docet *Aelian.* V. H. II, c. 8. atque ex illa, velut fabula satyrica,
perexigua quaedam nobis innotuere fragmenta; sed istiusmodi fabulae mi-
nime congrua prolixa ῥῆσις, quam ex eius *Sisypho Grotius* et *Barnesius*
exhibent, illa, meo iudicio multum ab Euripideo scribendi colore diver-
sa, *Critiae* tanquam auctori tribuenda est cum *Sexto Empir.* p. 562. De
hac re quid sibi videretur mallem non dixisset vir eximius, sed in hoc ge-
nere literarum minus exercitatus, quam iudicem decebat, *Jo. Laur. Mos-
hemius* ad *Cudworthi* Syst. Intell. p. 793.

Phrygum nomine scripsisse fabulam *Euripidem* mihi quidem non liquet
ex frigido *Mnesilochi* ioco apud *Diog. Laërt.* II, 18,

> Φρύγες ἐστὶ καινὸν δρᾶμα τοῦτ' Εὐριπίδου,
> Ὧι καὶ Σωκράτης τὰ Φρύγανα ὑποτίθησι.

Recte, ni fallor, restituit secundum versum *Jo.* noster *Piersonus*, B

> Ὧ καὶ τὰ Φρύγαν' ὑποτίθησι Σωκράτης.

Si signum his subiiciatur interrogantis, nihil inde conficias nisi id unum,
visum fuisse Socratem adiutasse Tragicum in scribendo, συμποιεῖν Εὐρι-
πίδῃ· ibidem ex *Aristophanis* Editione Nubium perdita duo versus pro-
feruntur, sic, ni fallor, emendandi:

> Εὐριπίδου δ' ὁ τὰς τραγῳδίας ποιῶν
> Τὰς περιλαλήτους οὗτός ἐστι τὰς σοφάς.

Socratem certe noveramus et aliunde Nostri fuisse studiosissimum, ex his
etiam *Aeliani* V. H. II, c. 13, εἴποτε Εὐριπίδης —— ἠγωνίζετο καινοῖς
τραγῳδοῖς, τότε γε ἀφικνεῖτο. Καὶ Πειραιοῖ δὲ ἀγωνιζομένου τοῦ Εὐριπί-
δου καὶ ἐκεῖ κατῄει. Quid sit καινοῖς τραγῳδοῖς ἀγωνίζεσθαι docuit vir
Summus in *Lucian.* I, p. 166, 167. nemo autem, quod sciam, quid sit C
Πειραιοῖ ἀγωνίζεσθαι· neque in Piraeeo ullae fabularum fuisse leguntur
commissiones. Pro καὶ Πειραιοῖ δ. ἀ. corrigendum suspicabar, καὶ ἐπὶ
Ληναίῳ δὲ ἀγωνιζομένου. Quod si rectum est, qui raro theatra frequenta-
bat Socrates, non ille tantum nobilissimis ludis adesse scenicis dignatus
fuit, cum novae Dionysiis urbanis, τοῖς ἐν ἄστει, committerentur *Euri-
pidis* Tragoediae, sed et *Lenaeis* interesse, quum illic inter cives iam
ante actae repraesentarentur Euripideae fabulae: *Lenaeis* enim aderant μό-
νοι Ἀθηναῖοι, χωρὶς τῶν συμμάχων καὶ ξένων, ut scribit *Schol.* in *Ari-
stoph.* Acharn. v. 503,

> Αὐτοὶ γὰρ ἐσμὲν, οὑπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών.

Huic vero coniecturae parum tribuo, cum illam adprobare non po-
tuerim Cl. *D. Ruhnkenio*, qui de Dionysiis perdoctam nuper edidit
dis-

A dissertationem in Auctario Emend. ad *Hesychium*. Sed hic agere coeperam de Tragoediis *Euripidis*, quarum catalogo, praeter illud Καρκίνου, haec quoque nomina meo quidem arbitratu sunt eximenda:

Ἀλεάδαι.	Κτίμενος.	Πολυνείκης.
Δίδυμοι.	Οἰλεύς.	Σκύλλα.
Ἑλένης ἀπαίτησις.	Πασιφάη.	Τέννης.
Καπανεύς.	Πενθεύς.	Τηρεύς.
Κλεῖδες.	Πηνελόπη.	Τρῶες.
	Πολύδωρος.	Φαίδρα.

Ad *Aleadas* vel Ἀλωάδας *Euripidis* duo retulit fragmenta *Barnesius*, quorum prius aut *Sophoclis*, aut ex incerta *Euripidis* est Tragoedia; posterius velut ex *Sophoclis Aloadis* (Ἀλωάδαι genuinum dramatis esse no-
B men docuit *Ti. Hemsterhusius* ad *Lucian.* p. 495.) exhibet *Stobaeus Gesneri* p. 239, 34. *Grotii* p. 162. hac ratione scribendum,

Κοὐκ οἶδ' ὅ, τι χρὴ πρὸς ταῦτα λέγειν,
Ὅταν οἵ γ' ἀγαθοὶ πρὸς ἀγεννήτων
Κατανικῶνται·
Ποία πόλις ἂν τάδ' ἐνέγκοι;

vulgatur v. 2, Ὅταν οἵ τ' ἀγαθοὶ πρὸς τῶν ἀγεννῶν, vel ἀγενῶν. Sophocleum. Ἀγεννήτων, δυσγενῶν interpretatur *Hesychius*. — Ἑλένης ἀπαίτησιν, quo nomine dramata scripserunt *Sophocles* et *Timesitheus*, cur *Euripidi* tribueremus nihil esse causae *Jo. Piersonus* ostendit ad *Moer*. p. 172, et *Benj. Heathius* in Fragm. *Eurip*. p. 168. Monitumque fuit partim ab aliis, partim a Clar. *Heathio*, in Κλεισὶ, Κτιμένῳ, Οἰλεῖ, Τρωσὶ, vitiose scriptis, *Euripidis* latere *Cretenses*, *Temenum*, *Sylea*, (alter locus,
C ad *Oëlea* relatus, *Sophoclis* est ex *Ajace Locro*:) *Troadas*. —

Ad *Tennem* unicum fragm. refertur: duo sunt diversorum senarii: *Stobaeus Gesneri* p. 30, 39, eorum alterum exhibet tamquam ex *Euripidis Tenne*: in Τεννε vel Τημε. latet opinor Τημένῳ· alterum tanquam *Sophoclis*,

Σκαιοῖσι πολλοῖς εἷς σοφὸς διόλλυται·

quem Sophocleum esse ipsa etiam indicat verborum structura: *Tennes* tamen, quod minime negem, aptam Tragoediae praebere potuit materiem; sed, quantum recordor, nullius drama hoc nomine memoratur alibi. — Ex *Sophoclis Tereo* petitus videtur versus apud *Stobaeum* p. 145, 25,

Θάρσει· λέγων τἀληθὲς οὐ σφαλῇ ποτε.

quem, sic scribendum, absque ulla ratione retulit ad *Euripidis*, incog-

cognitam ceteris, *Terea*, *Meursium* sequutus sive *Barnesius* seu potius A
is, cuius in his summa incuria describendis opera *Barnesius* fuit usus.
Nostri quoque Terea sibi *Meursius* apud *Clementem Alex.* detexisse vi-
debatur; errantem notavit *Thom. Gataker.* A. M. P. c. XI, p. 533. F.
quid verum esset hac in parte non ante constitit, quam emendata *Cle-
mentis* scriptio fuisset eruta *Ti. Hemsterhusio*, et indicata ad *Schol.* in
Aristoph. Plut. p. 227. Praeter ceteros, Cl. *P. Burmannum* ad *Ovid.*
Trist. II, 389, in Tereo decepit *Euripidis* dramatum catalogus: quo
Capanea, *Penthea*, *Polynicen* iam vidit *Gatakerus* eiiciendas; *Pasi-
phaën*, et *Phaedram*, *Fabricius.* — Nulla, opinor, veteribus *Poly-
dori* nomine memoratur Tragoedia: et crederemus *Euripidis* Polydorum
innotuisse recentiori Grammatico de Dialectis scribenti? citat ille quae-
dam ex Nostri Hecuba, in qua prodit in scenam εἴδωλον Πολυδώρου, ac
si legerentur ἐν τῷ Πολυδώρου δράματι· illo doctiori debetur forte Va-
ticani Codicis lectio ἐν Πολυΐδῳ, doctissimo *G. Koenio* memorata ad B
Gregor. de Dialect. p. 8. Unam legerat *Euripidis* Oresten *Fulgentius*;
in Oreste lecta *in tragoedia* scribit *Electrae* reperiri Mythol. III, c. 5.
in Plautinis citandis simili fraude usus. — Argumentum nobilissimum,
vulgatis *Penthei* nomine tragoediis, tractarunt *Thespis*, *Aeschylus*, *Chae-
remon*, et *Jophon;* si huius tamen *Pentheus* a *Bacchabus* fuit diversa.
Cette suspicor apud *Suidam* in Ἰοφῶν scribendum Βάκχαι ἢ Πενθεύς·
Aeschyleam quoque binominem fuisse Tragoediam; et in veteri catalogo
τῶν Αἰσχύλου δραμάτων κατὰ στοιχεῖον nomina Βάκχαι et Πενθεὺς male
distracta: ex *Euripidis* Pentheo quae pauca citantur, leguntur in eius
Bacchabus, quae tragoedia in eximio Codice Florentino *Euripidis* Πενθεὺς
inscribitur, ut in eodem Codice *Euripidis* Hippolyto praefigitur Φαίδρα·
huc spectabat *Is. Vossius* ad *Catull.* p. 221, cuius industriae debetur ad
istum Codicem *Euripidis* aliquot dramatum instituta accuratissima col-
latio, quam Bibliotheca praebet Leidensis. Quandoquidem *Sophoclis* C
Phaedra valde fuit nobilitata, minime mirandum est, hic illic sub Phae-
drae nomine citari, quae sint ex *Euripidis* Hippolyto derivata: saepe
numero evenit, ut interlocutores dramatum veteribus commemorati tan-
quam dramatum nomina ab interpretibus aliisque viris literatis conside-
rarentur: hinc prodierunt velut *Euripidis Capaneus*, *Polynices*, *Pasi-
phaë* etc. errores etiam plures in indice dramatum *Sophoclis.* Comoediae
quoque recensentur nonnullae, nusquam olim inventae: ut unam memo-
rem, *Diphili* nobis Ἡμέραι excitantur *Zenobio.* In huius Cent. IV.
Pr. 18, Ἢ κρίνον ἢ κολοκύντην· vulgatur: μέμνηται ταύτης Δίφιλος
λέγων ἐν Ἡμέραισιν, Αὐτὸς ἑπτά σοι γέρων etc. Forma vocis produ-
ctior erroris admonere viros doctos debuerat: obliterabunt comoediae no-
men senarii Comici sic restituti:

Ἐν

A 'Εν ἡμέραισιν αὐτὸν ἑπτά σοι, γέρων,
Θέλω παρασχεῖν ἢ κολοκύντην ἢ κρίνον.

Intra dies septem ipsum tibi, mi senex, tradam vel sanum vel mortuum. —— Fragmentum *Antiopes* Euripideae apud *Clementem Alex.* Strom. v, p. 716, 1. hinc in *Euseb.* Praep. XIII, p. 679. D. ipsi *Frid. Sylburgio* videbatur recentioris cuiusdam *Amphionis*, his *Clementis* decepto, 'Αμφίων λέγει τῇ 'Αντιόπῃ. Non recordabatur vir eruditissimus Amphionis et Zethi, ex Antiope Nycteide Iovi natorum, quos in isto dramate egregio pro sua quemque arte fecerat *Euripides* concertantes; praeter Antiopen *Euripidis* nullam hujus nominis legerat Tragoediam *Clemens:* huic citatorum Auctorum indicem qui confecit *J. A. Fabricio*, praeter istum, errores in hoc etiam genere turpissimos commisit. Accurate *Schol.* in *Aristoph.* Ran. v. 1114, prolato loco ex *Euripidis* B Phryxo subiecerat: ἀλλ' ὁ λέγων ἐστὶ Φρύξος· *sed qui dicit ista* in dramate ipse *Phryxus est:* sic litera mutata corrige vocem vulgatam, ἀλλ' ὀλίγων ἐ. Φ. —— Sed non erat omittenda, quam inter fictas sub *Euripidis* nomine Tragoedias secundo loco posui, Δίδυμοι. In *Stobaei* Eclogis Ed. *Canteri* p. 10. ad versum *Euripidis* legitur Εὐριπ. διδύμοις, videturque alibi in istius operis Codice scripto id ipsum invenisse *Grotius:* vid. viri Magni Excerpta ex *Eurip.* p. 380. et *Gataker.* A. M. P. c. XI. Hi dum nobis aliunde *Gemini* demonstrentur, tanquam apta Tragoediae, vel satyricae saltem fabulae, materia, suspicabor in illis latere nomen Λικυμνίου, tragoediae *Euripidis*, ut et alio loco in iisdem Eclog. p. 129; ubi ex *Porphyrii* de Styge libello multa nobis exhibentur *Apollodori*, haec praeter cetera: κατωνομάκασιν 'Αχέροντα μὲν διὰ τὰ ἄχη· ὡς καὶ Μελανιππίδης ἐν Περσεφόνῃ· huius verbis ista subiiciuntur: ἐπεὶ καὶ Λικυμίοι φησὶ, Μυρίαις etc. quae, eleganter emendata, —— μυρί- C αις παγαῖς / Δακρύων 'Αχέρων ἀχέων τε βρύει. caute velut incerti posuit *Grotius* Ecl. *Stob.* p. 164. Mihi prorsus congrua videntur *Euripidis* ingenio, frequenter ἐτυμολογοῦντος, atque ex eius petita *Licymnio*, ut adeo restituendum arbitrer: καὶ Εὐριπίδης Λικυμνίῳ φησὶ, —— μυρίαις πηγαῖς etc. Poëta quidem fuit raro memoratus *Licymnius*, ut minime mirer, quae velut Licymnii dederat *G. Canterus*, sub huius nomine protulisse *Hier. Columnam* ad *Ennii* Fragm. p. 243. et *Th. Galeum* Diss. de Scriptor. Mythol. p. 28. Illud laetor, quam veram arbitror, lectionem in *Stobaeo* dudum ante me detexisse *Th. Reinesium* V. L. III, p. 346; nollem vero, virum literatissimum ab inventa veritate retractum auctoritate *Photii*, poëtas inter, e quibus excerpta dederit *Stobaeus*, *Licymnium* quoque recensentis, Cod. 167. Non alibi fateor Licymnii factam *Stobaeo* mentionem praeterquam in isto loco; sed quid mirum illius etiam Codicem hoc loco fuisse vitiosum? Peccata autem *Photii*

 simi-

similia in hac ipsa recensione non animadverterat *Reinesius:* inter Poë- A
tas, quibus usus fertur ad excerpta concinnanda *Stobaeus*, *Photio* p. 195, numerantur, Δικτύς — Πολυειδὴς — Λικύμνιος — Ὑποβολιμαῖος. In *Polyïde* non nescio quid disputari possit ex *Aristot.* lib. de Poët. c. 16 et 17, sed illud etiam novi, nullam istius in *Stobaei* collectaneis factam mentionem; saepius *Euripidis in Polyïde*, prout in margine scribi solet. Sed quaero cui tandem ex tota antiquitate innotuerint velut Poëtae *Dictys*, et *Hypobolimaeus?* Non certe *Stobaeo*, qui multorum genuina tamen scripta triverat, quorum ne nomina quidem aliunde haberemus cognita. Ut Philosophos, ex sodalitio Pythagoreorum, *Sthenidam*, *Phintin*; sic *Photius* nomina dramatum in Poëtas transformavit. *Menandri* Comoedia fuit Ὑποβολιμαῖος· *Euripidis* fuere Tragoediae, Δίκτυς· Πολύειδος· Λικύμνιος. De *Photio* cum plerisque nimis benigne iudicans, *Reinesius* his animadversis de coniectura certe
sua non dubitasset. B

C A P U T III.

Exhibet Chrysippi fragmenta.

Chrysippi dramatis fragmenta; unum perinsigne. Verba ficta a literis affectus indicibus, ἄζειν· οἴζειν· ὤζειν· *etc. Versus incertae sedis ad Chrysippum relati. Laïi sententia; video meliora, deteriora sequor. Laïum auctorem inter Graecos dici*
τοῦ τῶν ἀῤῥένων ἔρωτος. *Chrysippum, non a Iove raptum sed se-* C
cundum Praxillam forsan ab Oedipode, morte dedecus expiasse. Tradita Pisandro sequutum Euripidem. Pelopis dirae. Tantalo et Minoi imputari, quod ab aliis datur Laïo.

Perpauca nobis reliqua sunt ex *Euripidis Chrysippo*, ultima fabularum in Dramatum Indice: in his exemplum ponam, ad quod perditarum Tragoediarum reliquiae mihi viderentur posse collocari, veterumque locis, in quibus leguntur, adnotatis muniendae. Quod primum ponam Chrysippi fragmentum sanequam eximium, nec ulla parte defectum, saepius repetitum, harum elegantiarum studiosis semper placiturum confido.

A

Ex Chrysippo, dramate *Euripidis*.

I.

ΣΤΑΣΙΜΟΝ ΜΕΛΟΣ.

Γαῖα μεγίστη, καὶ Διὸς αἰθὴρ,
Ὁ μὲν ἀνθρώπων καὶ θεῶν γενέτωρ,
Ἡ δ', ὑγροβόλους σταγόνας νοτίους
Παραδεξαμένη, τίκτει θνατοὺς,
Τίκτει δὲ βορὰν, φῦλά τε θηρῶν·
Ὅθεν οὐκ ἀδίκως
B Μήτηρ πάντων νενόμισται.
Χωρεῖ δ' ὀπίσω, τὰ μὲν ἐκ γαίας
Φύντ' ἐς γαῖαν· τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου
Βλαστόντα γονῆς εἰς οὐράνιον
Πόλον ἦλθε πάλιν· θνήσκει δ' οὐδὲν
Τῶν γιγνομένων, διακρινόμενον δ'
Ἄλλο πρὸς ἄλλου
Μορφὴν ἰδίαν ἀπέδειξεν.

Horum versuum septem primos *Sextus* praebet *Empir.* Ἀντ. VI, §. 18, p. 360. in exemplum στασίμου μέλους, qualia ad lyram canerentur in scena. Septem versus posteriores, velut Tragici, *Philo Judaeus* περὶ ἀφθαρσίας κόσμου p. 948. C. D. Postremos, θνήσκει δ' οὐδὲν etc. dederat C et initio libri p. 939. D. quos repetit p. 963. E. ubi vocat τὸ φιλοσοφηθὲν ὑπὸ τοῦ Τραγικοῦ. — Ex *Euripidis* esse Chrysippo *Grotius* in Excerptis didicit ex *Clemente Alex.* Strom. VI, p. 750, 22, ubi, positis *Empedoclis* versibus, nisi quaedam exciderint, quod suspicor, haec proxima subiecit: Εὐριπίδης ἐν Χρυσίππῳ μεταγράφει, Θνήσκει δ' οὐδὲν τῶν γινομένων· διακρινόμενον δὲ ἄλλο πρὸς ἄλλο μορφὴν ἑτέραν ἐπέδειξεν. Accidit autem ut dissita sollertissime *Grotius* componens inter excerpendum duo versus apud *Sextum* relinqueret intactos, 6 et 7, quos, proinde etiam *Barnesio* praetermissos, illinc repetendos monuit *Heathius*. — vss. 8, 9, 10, et pars sequentis minus emendate scripti ubi citantur *M. Antonino* VII, 50, docta notat *Gatakerus*, ultimo versu, vulgatae ἰδίαν praeferens lectionem alteram ἑτέραν· ἰδίαν recte nuper tuitus est *Heathius*, repertum, ni fallor, *Vitruvio*, cuius verba ad sola *Euripidea*, apud *Clementem* reperta, comparavit *Theod. Canterus* Var. Lect. II,

 c. 15,

c. 15. —— Haec si viris doctissimis innotuere loca, non viderant, opinor, partem horum citatam *Heraclito* Allegor. *Homer.* p. 440, πᾶν, inquit, τὸ φυόμενον ἔκ τινων εἰς ταῦτα ἀναλύεται διαφθειρόμενον, ὡσπερεὶ τῆς φύσεως, ἃ δεδάνεικεν ἐν ἀρχῇ, χρέα κομιζομένης ἐπὶ τέλει. διὸ δὴ τοῖς Κλαζομενίοις δόγμασιν ἑπόμενος Εὐριπίδης φησὶ, Χωρεῖ δ' ὀπίσω etc. — et *Plutarcho* qui dicitur de Placitis Philos. v, c. 19, Ἀγέννητον τὸν κόσμον, et ἐκ μεταβολῆς τῆς ἀλλήλων γεννᾶσθαι τὰ ζῶα· μέρη γὰρ εἶναι τοῦ κόσμου τούτου· ὡς καὶ Ἀναξαγόρας, καὶ Εὐριπίδης, θνήσκει, μεταμειβόμενα δὲ ἄλλο πρὸς ἄλλο, μορφὰς ἔδειξεν. in his, vitiose scriptis, nostra *Euripidis* latere, et in horum versuum paene ultimo, pro Ἄλλο προς ἄλλο, scribendum, Ἄλλο πρὸς ἄλλου, monitum fuit in notis ad *Eurip.* Phoen. p. 313. monueratque iam ante, qui opus illud *Plutarchi* Florentiae eleganter edidit *Eduardus Corsinus*. A

II. B

Γνώμῃ σοφός μοι, καὶ χέρ' ἀνδρείαν ἔχοι·
Δύσμορφος εἴην μᾶλλον, ἢ, καλὸς, κακός.

Sic leguntur in *Stobaei* Flor. *Gesn.* T. LXIV, p. 409. *Grotii* T. LXVI, p. 271. Adhibuit et cum eiusdem sententiae dictis contulit *Gataker.* A. M. P. c. XII, p. 542. — Versu secundo scribendum videtur, Δύσμορφος εἴη μᾶλλον, *sit potius deformis, quam formosus et ignavus:* ut Pelopis fortasse sit votum, vel alterius, de filio loquentis.

III.

Ὦ δέσποτ', οὐδεὶς οἶδεν, ἄνθρωπος γεγὼς, C
Οὔτ' εὐτυχοῦς ἀριθμὸν, οὔτε δυστυχοῦς.

Ex *Stob.* T. CIII, p. 560, 53. *Grot.* p. 433. In his, quamvis *duriusculum* videretur, *Dan. Heinsius* in *Jani Rutgersii* Var. Lect. IV, p. 405, εὐτυχοῦς et δυστυχοῦς accipiendum censuit ἀντὶ τοῦ, εὐτυχίας ἢ δυστυχίας.

IV.

Εἰάζων.

Hesychius: Εἰάζων, εἶα ἐπικελεύων. Εὐριπίδης Χρυσίππῳ. — [Ab εὐοῖ sic formarunt Εὐάζειν· ab αἶ, αἶ, Αἰάζειν· atque ad eamdem rationem ab aliis

A aliis voculis, literisque, quas velut affectus notas interserunt orationi, verba produxerunt: ab ἂ formarunt ῎Αζειν. *Grammat. Sangerm. MS.* penes Clar. *Ruhnken.* Ἄζειν, τὸ στένειν· Σοφοκλῆς. et ῍Αζειν. τὸ διὰ τοῦ στόματος ἀθρόως ἐκπνεῖν ῍Αζειν λέγουσιν Ἀττικοὶ, μιμούμενοι τὸν ἦχον τοῦ πνεύματος. οὕτως Νικόχαρις. sic a Φεῦ, Φεύζειν· ab οἴ lamentantis Οἴζειν· (ut ab οἴμοι, οἰμώζειν, Οἰμώζειν·) ab ὦ admirantis ῍Ωζειν. *Hesychius:* ῍Ωζειν· βοᾷν † Ὦζεν, ἐβόησεν † ῍Ωζοντες, βοῶντες, καὶ λέγοντες ὢ ὢ, καὶ θαυμάζοντες. *Aelius Dionysius Eustathii* ad Il. x, p. 1384, 39, ῍Ωζειν, τὸ θαυμάζειν, ὡς ὢ (L. ὢ ὢ) λέγειν. καθὰ καὶ οἰμώζειν, τὸ οἴμοι λέγειν. καὶ Φεύγειν, τὸ Φεῦ λέγειν. scribendum utique καὶ Φεύζειν· eiulanti Cassandrae Φεῦ, Φεῦ, in *Aeschyli* Agam. chorus v. 1317, Τί τοῦτ' ἔφευξας; sed haec, fateor, nihil ad *Euripidem* faciunt.]

B

V.

ΛΑΙΟΣ. Λέληθεν οὐδὲν τῶνδέ μ', ὧν σὺ νουθετεῖς·
Γνώμην δ' ἔχοντά μ' ἡ Φύσις βιάζεται.

V I.

ΛΑΙΟΣ. Αἶ, αἶ, τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρώποις κακὸν,
῞Οταν τις εἰδῇ τἀγαθὸν, χρῆται δὲ μή.

Huc ista duo non dubitanter refero Laïi Euripidei dicta, quibus, ut equidem opinor, in nullo dramatum Euripideorum locus fuit praeter-
C quam in Chrysippo. — Horum prius, longe elegantissimum, Laïo in scena attributum fuisse novimus ex his *Clementis Alex.* Strom. II, p. 462, 17, ὁ μὲν Λάϊος ἐκεῖνος κατὰ τὴν τραγῳδίαν Φησὶν, Λέληθεν οὐδὲν etc. τουτέστι τὸ ἔκδοτον γεγενῆσθαι τῷ πάθει. ἡ Μήδεια δὲ αὐτὴ ὁμοίως ἐπὶ τῆς σκηνῆς βοᾷ,

Καὶ μανθάνω μὲν οἷα δρᾷν μέλλω κακά·
Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

In Scholis ista Philosophorum fuere decantata Medeae *Euripidis* v. 1078, 1079, sic Latine leguntur apud *Chalcidium* in Tim. *Platon.* p. 273,

Nec me latet nunc quam cruenta cogitem; A
Sed vincit ira sanitatem pectoris.

ut haec ex *Euripidis* Medea, sic illa sunt ex eiusdem Chrysippo, quae *Grotius* velut incerti Tragici posuit in Excerpt. p. 467; in *Stob.* Ecl. p. 173, tanquam *incerti ex Laïo*, atque ita convertit:

Ego esse vera et recta quae memoras scio:
Sed improbata cogit ingenium sequi.

huic tamen fragmento locum dedit *Barnesius* inter Euripidea incertae Tragoediae v. 278, 279. Nihil habebat causae *Gatakerus*, cur ex *Aeschyli* Laïo petitum suspicaretur A. M. P. c. x, p. 529; in quo cum *Euripide* paulo familiarius versati τὸν Εὐριπίδειον mox agnoscent χαρακτῆρα. —— Alterum fragmentum, una cum parte praecedentis exhibet *Plutarchus* T. II, p. 446. A. αἱ δὲ τῆς ἀκρασίας (φωναὶ,) Γνώμην ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται. καὶ, Αἶ, αἶ, τὸ δὴ (L. τόδ' ἤδη) θεῖον ἀνθρώποις κακὸν, Ὅταν etc. Leguntur et hi duo senarii sincere scripti in eiusdem *Plutarchi* lib. de Aud. Poet. p. 33. E. ubi graviter Philosophus sententiam vituperat. Laïi fuisse dictum, quem amabat, Chrysippum rapientis, atque adeo decerptum ex *Euripidis Chrysippo* mihi quidem liquet ex his *Alcinoi* Isagoge in *Platonis* Doctrinam c. XXIV, ὁρᾶται δέ γε ἐπὶ μὲν τῆς Μηδείας ὁ θυμὸς λογισμῷ μαχόμενος· λέγει γοῦν τὸ, Καὶ μανθάνω μὲν etc. —— ἐπὶ δὲ τοῦ Λαΐου τὸν Χρύσιππον ἁρπάζοντος ἐπιθυμία λογισμῷ μαχομένη, λέγει γὰρ οὕτως, B

Αἶ, αἶ, τὸ θεῖόν ἐστιν ἀνθρώποις κακὸν,
Ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθὸν, χρῆται δὲ μή.

C

Dan. Heinsius expressit:

Heu maius illud crimine humano malum,
Si quis bonum non nescit, et spernit tamen.

His usus *Stanlejus*, ad argum. in Sept. c. Theb. *Aeschyli*, vitiosa dedit Euripidea, et *P. Pantinus* in *Mich. Apostolii* Cent. II. Prov. 4, Αἶ, αἶ τὸ ἤδη (L. τόδ' ἤδη) θεῖον etc. Illud his in rebus exercitatus fortasse miretur, cur Philosophi ceterique, qui plurimi Medeae *Euripidis* verba protulerunt, his Euripidei Laïi tamen ex Chrysippo praeter unum alterumve omnes abstinuerint. Non tamen ista *Stobaeus* adnotare praetermisit, in cuius leguntur Florileg. T. v, p. 63, 22, velut incerti Tragici, atque hinc in Excerptis ex *Stob. Grotii* p. 35. ex Trag. p. 465. Velut

A ut *Euripidis* ista *Barnesius* recepit in Fragm. incertae Tragoediae, bis male repetita vss. 56, 57. et vs. 276, 277. Postremo loco pro χρῆται δὲ μή, cum *Grotio* in Exc. ex Trag. dedit δράσῃ δὲ μή. In altero versu lectioni, quam *Heinsii* praebet *Alcinous*, Αἴ, αἴ, τὸ θεῖόν ἐστιν — vulgatam praetuli: Αἴ, αἴ τόδ' ἤδη θεῖον· tanquam Euripideam, Androm. v. 1066, Οἴμοι, τόδ' ἤδη δεινόν· Bacch. v. 804, Οἴμοι, τόδ' ἤδη δόλιον. — Ceterum haec et similia Laïi Euripidei, amori turpissimo, quem damnabat, obsecundantis, et deteriora sequentis, dum probaret meliora, *Ciceroni* videntur obversata, scribenti in Tusc. Disp. IV, c. 33, *Quis aut de Ganymedis raptu dubitat, quid Poëtae velint? aut non intelligit quid apud Euripiden et loquatur et cupiat Laius?* ubi commode Chrysippi meminit Euripidei *Jo. Davisius*, ex quo dramate petita, quae supra posui, haec quoque *Ciceronis* demonstrant.

B

VII.

Λάϊος — τοῦ τῶν ἀῤῥένων ἔρωτος — Ἑλλήνων πρώτιστος ἄρξας

in Crysippo ferebatur *Euripidis: Aelianus* de N. A. VI, c. 15, de Delphino agens pueri Iasensis cadaveri intabescente, Λάϊος, ait, ἐπὶ Χρυσίππῳ, ὦ καλὲ Εὐριπίδη, τοῦτο οὐκ ἔδρασε, καίτοι τοῦ τῶν ἀῤῥένων ἔρωτος, ὡς αὐτὸς λέγεις, καὶ ἡ Φήμη διδάσκει, Ἑλλήνων πρώτιστος ἄρξας. Ubi morem flagitiosum in Creta natum, hinc in Graeciam propagatum scribit *Timaeus*, *Heraclidae* hac in parte consentiens, ἄλλοι δὲ φασιν, inquit *Athen.* XIII, p. 602. F. τῶν τοιούτων ἐρώτων κατάρξασθαι Λάϊον, ξενωθέντα παρὰ Πέλοπι, καὶ ἐρασθέντα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Χρυσίππου, ὃν καὶ ἁρπάσαντα etc. miror quod addit *Athenaeus* p. 603. A. Πράξιλλα δὲ ἡ Σικυωνία ὑπὸ Διός φησιν ἁρπασθῆναι τὸν Χρύσιππον. Flagitia Iovis utiliter noverant etiam Christiani, quique semichristianus Homilias scripsit *Clementinas* illa parcalluit; (vid. Hom. IV, 16.) Iovi tamen omnivolo Chrysippi raptum nemo alius, ut opinor, obiecit; fortasse ne *Praxilla* quidem, si verum est, quod suspicor, in istis ap. *Athenaeum* ὑπὸ Διὸς, (ΥΠΟΔΙΟΣ) latere verum nomen Οἰδίποδος· ut scripserit, ὑπ' Οἰδίποδος φησὶν ἁρπασθῆναι τὸν Χρύσιππον. Oedipus certe a nonnullis Chrysippi Pelopidae habitus fuit ἐραστής· *Scholiastes* in *Eurip.* Phoen. v. 66, *quosdam tradere* scribit, ὅτι Λάϊος ἀνῃρέθη ὑπὸ Οἰδίποδος, ὅτι ἀμφότεροι ἤρων Χρυσίππου. Oedipodi itaque raptus Chrysippi potuit a *Praxilla* imputari, non Iovi. *Auctor* antiquus argumenti septem c. Thebas *Aeschyli*, *Pelopiden*, inquit, *Chrysippum* ὁ Λάϊος ἥρπασεν ἐρασθεὶς αὐτοῦ, καὶ αὐτῷ συνεγένετο, καὶ πρῶτος ἐν ἀνθρώποις τὴν ἀῤῥενοφθορίαν ὑπέδειξε, καθώσπερ δὴ καὶ ὁ Ζεὺς ἐν θεοῖς, τὸν Γανυμήδην ἁρπάσας. — Si licet in his perexigui momenti rebus hariolari, hariolor

riolor equidem in hoc *Euripidis* dramate Chrysippum expiasse morte A voluntaria dedecus sibi a Laïo illatum; atque hac in parte, ut saepius in aliis, secedentem Tragicum a reliquis historiae veteris enarratoribus, qui fratrum invidia, aut etiam novercae, patri prae ceteris dilectum filium sublatum tradiderant, sequutum *Pisandrum* in Heracléa; quo prolixo poëmate sic *Pisander* Herculis acta cecinit, ut, *a nuptiis Jovis et Junonis incipiens*, *universas historias*, *quae mediis omnibus seculis usque ad aetatem ipsius Pisandri contigerunt*, *in unam seriem coactas redegerit*; quae verba sunt *Macrobii* Saturn. v, c. 2. Ex isto poëmate *Pisandri* multa nobis enarrantur in *Schol.* ad *Eurip.* Phoen. v. 1748, haec praeter cetera, [ὅτι] πρῶτος ὁ Λάϊος τὸν ἀθέμιστον ἔρωτα τοῦτον ἔσχεν· ὁ δὲ Χρύσιππος ὑπὸ αἰσχύνης ἑαυτὸν διεχρήσατο τῷ ξίφει. Ne illud quidem indignum notatu, quod sub eodem teste traditur ibidem; a Iunone (*cui vincla iugalia curae*,) immissam idcirco Thebanis Sphinga, quod Laïi nefandum amorem reliquissent impunitum, ὅτι B Λάϊον, ἀσεβήσαντα εἰς τὸν παράνομον ἔρωτα τοῦ Χρυσίππου, — οὐκ ἐτιμωρήσαντο. Dirae, quibus Pelops Laïum propterea devovit, Apollinis oraculo sunt decantatae, quo *Scaliger* usus in *Euseb.* p. 44, ad ista *Hieronymi*, *Laïus Crysippum rapuit;* neque fidem meretur quod de Laïo scribit mendacissimus auctor *Parall.* inter *Plutarchi* Opera T. II, p. 313. E. ἐλέους ἔτυχε παρὰ τοῦ Πέλοπος διὰ τὸν ἔρωτα, *propter amorem*, in Pelopis tamen familia non inauditum; cuius patri Tantalo veterum nonnulli raptum tribuere Ganymedis apud *Eustath.* in Il. Υ, p. 1280, 21. huic narrationi *Mnaseam* dat auctorem *Scholion* vetus ex MS. Cod. vulgatum in Dissertat. de Schol. in *Hom.* p. 136. ubi pro Tantalo Minoa nominat *Dosiades*, et ἐξ αὐτῶν (a Tantalo et Minoë) πρῶτον ἡ παιδεραστία dicitur ἄρξασθαι. De Tantali e filia Niobe nepotibus nonnulla dici possent ex *Athen.* XIII, p. 601. A. B. *Plutarch.* T. II, p. 760. D. Huc non pertinent quae de aliis tradun- C tur, et de Thamyra, et *Orpheo*, qui, secundum *Stobaei Phanoclem*, πρῶτος ἔδειξεν ἐνὶ Θρήκεσσιν ἔρωτας Ἄρρενας. Quo argumento Iovem Socrates in *Xenoph.* Symp. 523, 35, eodem *Barnesius* excusavit *Euripiden*, qui ferebatur τὸν Χρύσιππον, τὸ δρᾶμα Ἀγάθωνι χαριζόμενος διαφροντίσαι, *Aelian.* V. H. II, c. 21.

CAPUT

A ×××××××××××××××××××××××××××××××××××××××

C A P U T IV.

In Euripidis Anaxagoréa quaedam.

In quibus Anaxagoram sequutus sit Eurip. ut ille, ἀγέλαστος. *Illius in Physicis divina delectatio expicta verbis discipuli.* ἡ Γεωμετρία, *dicta* γῆς ἱστορία. *Uni philosophiae vacantis imago Platonica. Physicorum veterum vanae conjecturae reiectae Tragico, laudatori dictorum Anaxagorae. Ciceronem multa mutuatum esse a Chrysippo Stoico. Hunc libros suos*
B *opplevisse versibus Poëtarum. Pater ut sator, mater ut humus spectantur Euripidi secundum Anax. cuius opiniones de Nili incremento, de Sole massa ignita, expressae Tragico. Hujus versus de Sole magis urente remotiora; de causa pleuritidis.* τὰ πόῤῥω *et* τἀγγύθεν *opponi.*

Fragmentorum, quae caput exhibet praecedens, primo quaedam insunt, quae scripsisse perhibetur *Euripides Heraclito* in Allegor. *Hom.* p. 440, τοῖς Κλαζομενίοις δόγμασιν ἑπόμενος. Quandoquidem in aliis quoque dictis suis *Anaxagoram* traditur Clazomenium sequutus, ea de re sic pauca dicam, ut variis in locis dispersa hic legi possint colle-
A cta, nonnulla quoque meliora, quam alibi. Singulae propemodum *Euripidis* γνῶμαι nobis monstrant, quod et aliunde noveramus, in Socratis illum exercitum fuisse palaestra: et haec praesertim popularis nobis in *Euripide* placet ad vitam regendam utilis Philosophia. Physica si multa nobis dedisset istius aevi, vel Metaphysica, illa quo vivimus seculo non magni pleraque faceremus. In Physicis tamen ante, quam familiariter uteretur Socrate, diligenter illum versatum fuisse cognovimus; suumque amorem, quo praeceptorem in his rebus *Anaxagoram* prosequeretur, aliquoties nobis testatum voluit. Ingenio quoque moribusque Praeceptori discipulum suspicor fuisse simillimum. Utriusque lineamenta duci forte possent nonnulla: hic satis erit unum attigisse.

De *Anaxagora Aelianus* V. H. VIII, c. 13, 'Αναξαγόραν — φασὶ μὴ γελῶντά ποτε ὀφθῆναι, μήτε μειδιῶντα τὴν ἀρχήν. duo ipsius discipuli, ingenia capitalia, *Pericles* et *Euripides* etiam fuisse feruntur ἀγέλαστοι. De Tragico testis est apud *A. Gellium*, N. A. XV, c. 20, *Alexander Aetolus*, (vid. in *Eurip.* Phoen. p. 588,)

Ὁ δ' Ἀναξαγόρου τρόφιμος χαιοῦ στρυφνὸς μὲν ἐμοίγε προσειπεῖν, A
Καὶ μισογέλως, καὶ τωθάζειν οὐδὲ παρ' οἶνον μεμαθηκώς, —

Viri optimi *Anaxagorae*, quem constat omnia postposuisse *discendi quaerendique divinae delectationi*, imago *Euripidis* animo, ni fallor, obversabatur, dum Philosophi nobis Physici laudes caneret et Geometrae in versibus, quos ex incerto dramate servavit *Clemens Alex.* Strom. IV, p. 634,

(1) Ὄλβιος, ὅς τις
Γῆς ἱστορίας ἔσχε μάθησιν,
Μήτε πολιτῶν ἐπὶ πημοσύνας,
Μήτ' εἰς ἀδίκους πράξεις ὁρμῶν·
Ἀλλ' ἀθανάτου καθορῶν φύσεως
Κόσμον ἀγήρω, πῆτε συνέστη. B
Τοῖς γε τοιούτοις οὐδέποτ' αἰσχρῶν
Ἔργων μελέτημα προσίζει.

Hic addam et Latina *Grotii*,

Felix animo quisquis doctas
Imbibit artes: non ille malum
Quaerit populo: sed nec ad actus
Fertur iniquos. Senii ignarum,

Na-

(1) Versus anapaesticos paulo aliter, quam vulgo fit, dispositos adscripsi prout emendandos arbitror. Pro τῇ. ἱστορίας, scripsi Γῆς ἱστορίας, quaeque versui sexto, τῇ τε συνέστη, legebantur subiecta, καὶ ὅπη καὶ ὅπως, praetermisi tanquam interpretamenta voculae τῇ· pro Τοῖ δε τ, scribens Τοῖςγε τοιούτοις. — Velut Euripidea dedit ista *Grotius* in Excerpt. p. 433, descripta ex *Clem. Alex.* l. c. Sed illic cuius ista sint Tragici non traditur: *Euripidis* indicium *Polluci* debemus II, 14, hinc ut *Euripidis* citanti κόσμον ἀγήρω, et *Themistio*, secundum quem in Orat. XXIV, p. 307. D. (ψυχαὶ ἐρωτικαὶ καὶ φιλοκαλοι,) τὰ ἐν ποσὶν ἀτιμάσασαι, περιπολοῦσι τὸν οὐρανόν· καὶ αὗταί εἰσιν, ἃς Εὐριπίδης ὁ σοφὸς Οὔτε πολιτῶν [φησὶν] ἐπὶ πημοσύνας, Οὔτ' εἰς ἀδίκους πράξιας ὁρμᾶν, Ἀλλ' ἀθανάτου καθορᾶν φύσιος Κόσμον ἀγήραον. ad sententiam ille suam accommodavit verba Tragici. — Ceteris suo loco relictis, auctoritate *Themistii* v. 3, recepi cum *Scaligero* ἐπὶ πημοσύνας· pro vulgato apud

Clem.

A *Natura, tuum speculatur opus;*
Ubi constiterit, qui, quoque modo.
Factu quicquid turpe est, animis
Id nunquam talibus haeret.

Talem nobis Philosophum *Platonis* Socrates expingit ab omni re alia semotum, qui toto animo suae se dedit delectationi, in Theaeteto p. 173. D. cuius mens, quae mirantur reliqui mortales, ταῦτα πάντα ἡγησαμένη σμικρὰ, πανταχῆ φέρεται κατὰ Πίνδαρον, τά τε γᾶς ὑπένερθεν, καὶ τὰ ἐπίπερθεν γεωμετροῦσα, οὐρανοῦ τε ὑπὲρ ἀστρονομοῦσα, καὶ πᾶσαν πάντη φύσιν ἐρευνωμένη τῶν ὄντων, ὅλως εἴς τι τῶν ἐγγὺς οὐδὲν αὐτὴν συγκαθιεῖσα. sic ista *Platonem* scripsisse puto, saepe veteribus usurpata. Talem fuisse Anaxagoram monstrant vel *Menagio* collecta in *Diog. Laërt.* II. 6, 7.

B Tortuosa autem de obscuris naturae rebus philosophemata, qualia veterum quoque fuerunt in Ionia Physicorum ante Anaxagoram, qui primus Deum, mentem puram et infinitam, a materia separavit, damnat *Euripides* in his apud *Clem. Alex.* Strom. v, p. 732, 8, quae hic ponam, prout legenda suspicor:

(2) Δυσδαίμων ὃς τάδε λεύσσων
Θεὸν οὐχὶ νοεῖ . . . .
. . . . . . μετεωρολόγων δ'

Ἑκὰς

Clem. Alex. ἐπὶ πημοσύνῃ, potuerat etiam scribi ἐπὶ πημοσύνην,
C cum *Jo. Piersono* Verisim. p. 128. Ex vulgatis, Πῇ τε συνέστη (σύνεστιν vitiosum est) καὶ ὅπη καὶ ὅπως, postrema recte opinor me reiecisse: neque enim sunt Euripidea; quaeque substituit *Heathius*, χ'ὤπη χ'ὤπως, Tragici non conveniunt τῇ γλαφυρότητι. ad Πῇ interrogantis, hic paulo insolentius positum, adscriptum fuisse videtur, καὶ ὅπη καὶ ὅπως. —— Quod primum posui, docto me spero Lectori adprobaturum, Γῆς ἱστορίας. In Schola quidem Pythagorae per excellentiam *Geometria* dici potuit ἱστορία. v. *Jambl.* V. P. § 89. sed alibi quamcunque quis disciplinam scripto mandaret, illius tradere dicebatur ἱστορίαν· Musices ex. gr. Arithmetices, Geometriae, etc. *Eudemi* Γεωμετρικὴν ἱστορίαν citat *Eutocius* Praef. Comm. in *Archimed.* de dimens. Circuli p. 49.

(2) Ex *Clemente* dedit ista *Grotius* in Excerpt. p. 433, (hinc *Barnes*,

Ἑκὰς ἔῤῥιψεν σκολιὰς ἀπάτας, A
Ὧν ἀτηρὰ γλῶσσ' εἰκοβολεῖ
Περὶ τῶν ἀφανῶν,
Οὐδὲν γνώμης μετέχουσα.

In *Anaxagorae* Schola, eiusque exemplo didicerat *Euripides*, *praemeditatione futurorum malorum lenire eorum adventum:* hoc in vita quotidiana perutile monitum a viro se didicisse sapiente sub Thesei persona testatus in scena, *Anaxagoram* Atticis spectatoribus notissimum designavit: *Cicero* Tusc. III, c. XIV, *apud Euripiden a Theseo dicta laudantur. — Nam qui haec audita a docto meminissem viro*, etc. — *Quod autem Theseus a docto se audisse dicit*, *id de se ipso* (legendum arbitror, *de se ipse*, *Euripides* nempe, sub persona Thesei,) *loquitur Euripides: fuerat enim auditor Anaxagorae*, *quem ferunt nuntiata morte filii dixisse: sciebam me genuisse mortalem.* Literatissimi Stoici, *Chrysippi* si nobis superessent commentarii, intelligeremus, ex illis quam multa *Cicero* quoque derivasset in opera sua Philosophica; ista quidem certe praeter cetera sumsit a Chrysippo, e cuius scriptis cum multa refutanda sibi *Galenus* excerperet in opere *περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην καὶ Πλάτωνα δογμάτων*, haec habet L. IV, T. I, p. 283, 48, *καὶ τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου παρείληφεν ἐνταῦθα* (Chrysippus,) *ὡς ἄρα τινὸς ἀναγγείλαντος αὐτῷ τεθνάναι τὸν υἱὸν, εὖ μάλα καθεστηκότως εἶπεν, ᾔδειν θνητὸν γεννήσας, καὶ ὡς τοῦτο λαβὼν Εὐριπίδης τὸ νόημα τὸν Θησέα πεποίηκε λέγοντα*, B

Ἐγὼ δὲ τοῦτε παρὰ σοφοῦ τινὸς μαθὼν,

—— sequuntur ibi decem senarii, ex eadem scena Thesei Euripidei sumpti; quibus versus subiicitur ex *Eurip.* Alc. 1085, rectius scriptus quam vulgatur. *Euripidae* praesertim, cuius erat studiosissimus, sed C
et

---

nes. p. 509.) sic coniecturis suis interpolata, *ὦ δυσδαίμων*, *Ὃς τ. λ. θ. c. ν. Μετεωρολογῶν δὲ καταῤῥίπτει Σκολιὰς ἀπάτας οἷον ἀτειρὴς Γλῶσσ'* etc. — Haec leguntur apud *Clementem:* *ὁ μὴ πειθόμενος τῇ ἀληθείᾳ, διδασκαλίᾳ δὲ ἀνθρωπίνῃ τετυφωμένος δυσδαίμων ἄθλιός τε κατὰ τὸν Εὐριπίδην, ὃς τάδε λεύσσων Θεὸν οὐχὶ νοεῖ, μετεωρολόγων δ' ἑκὰς ἔῤῥιψεν σκολιὰς ἀπάτας, ὧν ἀτειρὰ γλῶσσα* etc. in quibus *ἀτηρὰ* scribendum vidit *Potterus:* in reliquis ante vulgatas lectiones substitui coniecturis *Grotii*; suspicatus intermedia quaedam excidisse, ubi defectus indicia posui: ut haec versuum istorum sit sententia: *Miser ille*, *qui spectans illa Deum animo non cernit:* (contra, *τοῦτον εὐτυχέστατον λέγω*, *Ὅστις θεωρήσας* —— *Τὰ σεμνὰ* ταῦ-

A et aliorum Poëtarum sententiis *velut quibusdam testimoniis, quae proposuerat confirmans*, (*Quinctil.* Inst. O. p. 96,) adeo scripta quaedam sua *Chrysippus* oppleverat, ut hoc etiam ipsi vitio verterint adversarii, quos Stoicus habuit eruditissimos: certe *Galenus* ipsi obiicit eiusdem operis L. III, p. 265, 37, τὸ, ἐμπιμπλάναι τὸ βιβλίον ἐπῶν ποιητικῶν· et v. 54, τὸ, πλῆθος ἐπῶν παραγράφειν ἐξ ἁπάντων τῶν ποιητῶν ἐκλέγοντα. Dicitur et *Diogeni Laërtio Chrysippus* VII, 180, πλείστῃ τῶν μαρτυριῶν παραθέσει χρώμενος, ὥστε καὶ — ἔν τινι τῶν συγγραμμάτων (in libris forte, περὶ παθῶν) παρ' ὀλίγον τὴν Εὐριπίδου Μήδειαν ὅλην παρετίθετο. Ad nos si pervenissent laboriosi hominis scripta, nobis quidem ista talia antiquitatis amatoribus non displicerent.

Sed missis, quae similia possent non pauca dari, potius *Anaxagorae* quaedam placita colligam, ab *Euripide* expressa. *Aristoteli* περὶ Ζώων γενέσεως IV, p. 269, 14, statuisse dicuntur Ἀναξαγόρας καὶ ἔνιοι τῶν
B φυσιολόγων, γίνεσθαι ἐκ τοῦ ἄῤῥενος τὸ σπέρμα, τὸ δὲ θῆλυ παρέχειν τὸν τόπον. Eamdem doctorum hominum in Aegypto fuisse opinionem testatur *Diodorus Siculus* I, p. 91, 66, τὸν πατέρα μόνον αἴτιον εἶναι τῆς γενέσεως, τὴν δὲ μητέρα τροφὴν καὶ χώραν παρέχεσθαι τῷ βρέφει. Haec constans *Euripidae* quoque fuit sententia, qui, dum patrem adpellat τὸν φύσαντα· τὸν φυτεύσαντα· τὸν φυτοῦργον· τὸν ἀροτῆρα· τὸν τοῦ γένους ἀρχηγέτην· huic ut originis auctori omnia liberos debere statuit; matri τῇ τροφὰς ὑποστάσῃ nihil adeo praeter *nutrimenta*, quam instar humi semen recipientis considerabat: eius Orestes in Oreste v. 551,

> Πατὴρ μὲν ἐφύτευσέν με, σὴ δ' ἔτικτε παῖς,
> Τὸ σπέρμ' ἄρουρα παραλαβοῦσ' ἄλλου πάρα.

In fragm. incerti dramatis *Eurip.* ap. *Stobaeum* p. 455, 22, filius ad ma-
C trem sic loquitur, ut multo se plus patri debere significet:

Στέρ-

ταῦτα, ut loquitur *Menander Stobaei* p. 608, 23, felicem iudico, qui, Deo universi conditore animadverso,) *longe proiicit tortuosos Physicorum laqueos, quorum linguae noxia sensus omnis vacuas leves periclitatur de rebus tenebricosis coniecturas.* Si vel ista fuit, vel similis istius *Euripidis* sententia, exciderunt certe nonnulla. Vocem μετεωρολόγων, cuius loco scribi quoque potuit μετεωροπόλων [*Hesych.* Μετεωροπόλων, τῶν τὰ οὐράνια σκοπούντων.], *Grotius* in participium convertit μετεωρολογῶν. sed vellem vir Magnus nos docuisset, quid esset καταῤῥίπτειν ἀπάτας, quid hoc loco valeret οἷον ἀτειρὴς γλῶσσα. vulgatum ὧν pertinet utique ad μετεωρολόγων. ἀτηρὸς, *noxius*, est in *Eurip.* Hipp. v. 630. Andr. v. 353.

Στέργω δὲ τὸν φύσαντα τῶν πάντων βροτῶν A
Μάλισθ᾽, ὁρίζω τοῦτο, καὶ σὺ μὴ φθόνει.
Κείνου γὰρ ἐξέβλαστον· οὐδ᾽ ἂν εἷς ἀνὴρ
Γυναικὸς αὐδήσειεν, ἀλλὰ τοῦ πατρός.

ultimum illud, quod moris fuisse negat *Euripides*, solis Lyciis consuetudine receptum scribit *Herodotus* I, c. 173, ἓν τόδε ἴδιον νενομίκασι· — καλέουσι ἀπὸ τῶν μητέρων ἑωϋτοὺς, καὶ οὐχὶ ἀπὸ τῶν πατέρων. — Quod de matre Noster, didicerat id ipsum a Physicis *Aeschylus*; quam in rem notata quaedam sunt in *Eurip.* Phoen. v. 34.

Increscentis in Aegypto Nili causam *Aeschylus* etiam quaesivit in nivibus Aethiopiae Solis calore liquefactis; qui duabus in Tragoediis idem tradidit *Euripides* hac in re *Anaxagorae* praeceptoris dicitur sententiam sequutus *Diodoro Sic.* I, p. 46, Ἀναξαγόρας ὁ φυσικὸς ἀπεφήνατο τῆς ἀναβάσεως αἰτίαν εἶναι τὴν τηκομένην χιόνα κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν· ᾧ καὶ ὁ B ποιητὴς Εὐριπίδης μαθητὴς ὢν ἠκολούθηκε· adfertur tum Helenae *Euripidis* initium, adhibitum et *Aristophani* Thesmophor. v. 862, atque in eamdem rem in *Schol.* ad *Apollon. Rhod.* IV, v. 269, ubi Ἀναξαγόρας φησὶ διὰ τὴν τῆξιν τῆς χιόνος πληθύνειν (τὸν Νεῖλον·) ᾧ ἕπεται καὶ Εὐριπίδης λέγων. εἱλουμένη δὲ etc. scribendum, λέγων,

Νείλου μὲν αἵδε καλλιπάρθενοι ῥοαὶ,

versum Helenae *Eurip.* secundum illic restituendum vidit procul dubio Celeberr. *Wesseling.* Quod praeter ista praebet ex *Euripidis* Archelao Scriptor incertus de Nili incremento in Edit. *Herod.* renovata p. 788,

(3) Νείλου λιπὼν κάλλιστον ἐν γύαις ὕδωρ,
Ὃς ἐκ μελαμβρότοιο πληροῦται ῥοαῖς C
Αἰθιοπίδος γῆς, ἡνίκ᾽ ἂν τακῇ χιὼν,
Τέθριππ᾽ ὀχοῦντος ἡλίου κατ᾽ αἰθέρα.

Fertur *Anaxagoras* Solem, velut indignum divino cultu, *massam* dixisse *lapideam ignitam*, μύδρον διάπυρον· ex eius sententia, λίθον διάπυρον dixit *Xenophon* Ἀπομν. IV, p. 474, 41. quo illud sensu capiendum sit, optime mihi tradidisse videtur *Rad. Cudworth.* Syst. intell. c. III,

---

(3) Primo versu positum ἐν γύαις, *in arvis*, pro ἐκ γαίας, ex emendatione docti iuvenis, *Joannis Luzac.* Mutavi ῥοὰς in ῥοαῖς. pro τεθρίππου ὄντος, et versum aeque vitiante Codicum lectione Τεθριππεύοντος· quae probari nuper non debuerat, eximiam rece-

A c. III, Sect. 24. et c. IV, Sect. 20. p. 460. Nec sane mirum, Athenis a forensi rabula Periclis amicum impietatis propterea accusatum; si Deorum beneficentissimus ob simile dictum (μύδρον εἶναι τὸν ἥλιον) iam olim Tantalum poena gravissima dignum censuit; quod ex quorumdam traditione narrant *Eustath.* in Od. Λ, p. 457, 51, et *Scholiastes* in *Pindari* Ol. I, v. 97, addens, καὶ Ἀναξαγόρου δὲ γενόμενον τὸν Εὐριπίδην μαθητὴν πέτρον εἰρηκέναι τὸν ἥλιον — καὶ βῶλον· quibus firmandis eius adfert ex Oreste verba v. 6, et 984. posteriori loco certe Solem dixisse videtur, *coelum inter et terram* τεταμέναν Αἰωρήμασι πέτραν Ἁλύσεσι χρυσέαις, et φερομέναν Δίναισι βῶλον ἐξ Ὀλύμπου. quo loco de lapide βῶλον cepit *Thomas M.* in v. Ab his diversum e perdita Tragoedia locum respexisse videntur *Scholiastae* in *Apollon. Rhod.* I, 498, et in *Eurip.* Hippol. v. 601. Secundum utrumque ex praeceptoris *Anaxagorae* placito Noster χρυσέαν βῶλον τὸν ἥλιον εἶπεν· In *Anaxagora Diogenes Laërt.* II,
B 10, Solem χρυσέαν βῶλον *Euripidem* dixisse scribit ἐν τῷ Φαέθοντι. Phaëthontis Euripidei locus, quo spectant, latuit plerosque; non tamen Clar. *Nath. Forsterum*, qui Notis in *Platon.* Apolog. Socratis p. 345, 346, locum etiam ex Phaëthonte eumdem in finem attigit. In huius dramatis prologo, ni fallor, scripserat *Euripides* Clymenen elocatam Regi Aethiopiae,

> Ἣν ἐκ τεθρίππων ἁρμάτων πρώτην χθόνα
> Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βώλῳ φλέγει.

ad filium *Ovidii* Clymene,

> *Unde oritur, terrae domus est contermina nostrae,*

Met. I, 774. Apud *Strabonem*, qui quinque nobis ex *Eurip.* Phaëthonte versus servavit I, p. 58, 59, alter eorum quos posui legitur,

C
> Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βάλλει φλογί.

Barnes. ad ista scripsit „ *al.* χρυσέᾳ βώλῳ φλέγει." quod cui debeat equidem ignoro; valde autem probabile sic ut posui versum praeter Grammaticos legisse *Diogenem Laërtium*; sive potius,

> Φοῖβός γ' ἀνίσχων χρυσέᾳ βώλῳ φλέγει.

Quando Phaëthontis Euripidei dramatis mentionem feci, atque ex illo

---

cepi *Grotii* lectionem Τέθριππ' ὀχοῦντος ἡλίου. *Sole quadrigas agitante:* Solis enim currus, ut *quadrigae* Latinis, alibi etiam *Euripidi* τέθριππα fuit dictus.

illo versus superstes Poëtam Philosophum monstrat in rebus naturae, A ut erant tum tempora, exercitatum, hunc etiam versum emendatiorem adponam quam vulgari solet. Versum nobis servavit *Vitruvius* L. IX, c. IV, p. 188, ubi, *Si radii*, (Solis, inquit) *per omnem mundum fusi circinationibus vagarentur, neque extentionibus porrecti ad trigoni formam linearentur, propiora flagrarent. Id autem etiam Euripides animadvertisse videtur: ait enim, quae longius a Sole essent, haec vehementius ardere, propiora vero contemperata* (leg. *eum temperata*, ex MSS. Codd. cum Clar. *P. Bondamo* Var. Lect. II, c. 3, p. 137,) *habere: itaque scribit in fabula Phaëthonte sic*,

(4) Καίει τὰ πόῤῥω, τὰ δ' ἐγγὺς εὔκρατ' ἔχει.

Non dubitanter corrigo,

Καίει τὰ πόῤῥω· τἀγγύθεν δ' εὔκρατ' ἔχει.

Hoc B

---

(4) Sic ista *Grotius*, voce tamen, quam vulgatis interiecit, indicata, scripsit in Excerpt. p. 411,

Καίει τὰ πόῤῥω μὲν, τὰ δ' ἐγγὺς εὔκρατα
Ἔχει.

quae ut totidem Euripidea dedit *Barnes.* in Phaëthonte, sollerter tamen in Eclogis *Stobaei Grot.* p. 157 repertum ex eadem fabula senarium istis praefigens. In εὔκρατα, cuius penultima producitur, claudicare metrum animadvertit *Heathius*, atque eam in sanando hoc versu medicinam adhibuit, quam, reperta veritate, nunc ipsemet pro candore suo repudiabit. *A. Schottus* Obs. Hum. V, c. 25, ex Vitruviani Codicis *MS.* vestigiis C correxisse videtur, τἀγχίγεια· Sed more suo scripserat *Euripides*, ut arbitror,

Θερμὴ δ' ἄνακτος φλὸξ ὑπερτέλλουσα γῆς
Καίει τὰ πόῤῥω· τἀγγύθεν δ' εὔκρατ' ἔχει.

In talibus ἐγγύθεν sic solet usurpari. Rhesi versus est 482, Μή νυν τὰ πόῤῥω, τἀγγύθεν μεθεὶς, σκόπει. *Eurip.* Ion v. 586,

Οὐ ταυτὸν εἶδος φαίνεται τῶν πραγμάτων
Πρόσωθεν ὄντων, ἐγγύθεν θ' ὁρωμένων,

Soph. Philoct. v. 468. *Plutarch.* II, p. 625. c. senes πόῤῥω τὰ γράμματα τῶν ὀμμάτων ἀπάγοντες ἀναγινώσκουσιν· ἐγγύθεν δὲ οὐ δύνανται. ibid. *Sophocles*, Πόῤῥω δὲ λεύσσων, ἐγγύθεν δὲ πᾶς τυφλός. Apud eumdem *Plutarch.* T. II, p. 1124. E. duo leguntur ex tragoedia versus:

Ἔστιν

A Hoc etiam fortasse *παράδοξον* in *Anaxagorae* schola didicerat *Euripides:* talibus certe delectatum Clazomenium Physicum vere monuit Clar. *Ed. Corsinus* in Dissert. 1 ad *Plutarch.* de Placitis Philos. p. 29.

In ea quoque Physiologiae parte quae morbos eorumque spectat curationem, versatum Tragicum praecepta monstrant quae Medicis dat utilissima. Sed unicum hic tantum ponam Scyriarum *Euripidis* fragmentum, quod *Sexto Empirico* perplacuit: ut ostendat epitheton a Poëta adiectum saepenumero illius in arte peritiam ostendere, praeter Homerica *Sextus* excitat 'Αντιῤῥ. 1, p. 285, *τὸ παρὰ τῷ* Εὐριπίδῃ *ἐπὶ τῇ Λυκομήδους θυγατρὶ Δηϊδαμείᾳ λεγόμενον,*

(5) A. Ἡ *παῖς νοσεῖ σοῦ κἀπικινδύνως ἔχει·*
ΛΥΚ. Πρὸς *τοῦ; τίς αὐτὴν πημονὴ δαμάζεται;*
Μῶν κρυμὸς αὐτῆς πλευρὰ γυμνάζει χολῇ.

B Hoc

Ἔστιν Δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.

καὶ,

Πέλας γὰρ ἑστὼς ὁ θεὸς ἐγγύθεν βλέπει.

quorum secundum alibi me legere non memini; suspicor autem voce mutata corrigendum:

Ἑκὰς γὰρ ἑστὼς ὁ θεὸς ἐγγύθεν βλέπει.

Deus enim stans longe remotus prope tamen spectat: ἑκὰς in talibus etiam adhiberi solet: *Eurip.* Herc. v. 198. Phoen. v. 964. Bacch. v. 392. *Aesch.* Agam. v. 1113.

(5) Hoc modo versus leguntur apud *Sextum*, nisi quod *χολῇ*
C scripserim pro *χολῆς*. Suspectum mihi quoque verbum *γυμνάζει*, in *χειμάζει*, *vexat*, mutandum coniecit Clar. *Ruhnkenius.* — A *Grotio* interpolata in Exc. p. 431, *Barnesius* recepit, edoctus a *Gatakero* A. M. P. c. x, (p. 520) ad quam fabulam pertinerent. Achilli, in Lycomedis gynaeceo latenti, Veneris furto cognita Deidamia, *Statio* Achill. III, 172,

silet aegra, premitque
Jam commune nefas:

adhibita clandestinis amoribus socia puellae nutrix (v. 275)

raptumque pudorem
Surgentemque uterum atque aegros in pondere menses
Occuluit.

Hoc versu quaesitum putat *Sextus*, μήτι πλευριτικὴ ἔγχεεν; et paucis tradidisse Poëtam, quid accidat ex frigore laborantibus lateris dolore, quem acuta febris comitatur et tussis, per quam excreatur pituita biliosa: διὰ τὸ τοὺς πλευριτικοὺς βήσσοντας ὑπόχολον ἀνάγειν. Pleuritide laborans ἀναβήσσει ὑπόχολα *Hippocrati* p. 493, 30. in peripneumonia ἀποχρέμπτεται — ὑπόχολον, p. 518, 5. — Ad ista ex Scyriis non absurde *Barnes.* hunc versum adiecit *Euripidis*,

Ψύχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον.

in quo scribi malim λεπτόχρωτι cum *Graevio* in *Ciceronis* L. XVI. Ep. VIII ad Tironem, ubi de *Euripide Cicero*, *cui tu*, ait, *quantum credas nescio; ego certe singulos eius versus singula testimonia puto.*

CAPUT V.

Exhibet Euripidis Anaxagoréa.

Anaxagoréa quaedam Euripidis placita ex Chrysippo dramate Vitruvium enarrasse. Tragici sententia de Diis fictis, de Deo vero; de Aethere et Terra, principiis genitalibus, sive coniugibus omniparentibus. Deorum et fabularum irrisor sua receptis opinionibus accommodavit. Deus Euripidi αὐτοφυὴς, *universi conditor*, ὁ Δημιουργὸς Νοῦς; *mens pura Anaxagorae. Alia Tragici de Deo dicta veritati congrua. Preces ad Deum optantis malorum humanorum depulsorem.*

Pervenustum *Euripidis* ex Chrysippo dramate canticum hic mihi sumam retractandum, atque unicum de multis hoc et sequenti capite consideratius expendendum, ut *Euripidis* de uno Deo, hujus universi conditore, rerumque creatarum duobus principiis, sententia in sua luce collocetur, et simul manifestum fiat, quid ex *Anaxagorae* praeceptoris disciplina haustum isto cantico posuerit. Haec mea comparanti ad Systema Intellectuale *R. Cudworthi* cap. IV, sect. XIX, antiqui-

(1) Iudaeis cur hanc fraudem imputari malim, quam Christianis, exemplo mendacis Iudaei nitar aliquando demonstare, qui si-

A quitatis Graecae minus perito, ut sunt operis eximii laudatores non pauci, suspicari iure licebit, multa virum minime vulgarem aliis hoc in genere reliquisse peragenda, in quo saepenumero Criticum desideres, mendosis decepto, et sine controversia sive ab homine (1) Iudaeo, seu a Christianis fictos, velut versus *Orphei*, *Sophoclis*, et aliorum nobis adnumerante iis etiam in locis, ubi, saepe verbosus, tacet Clar. *Moshemius*. Sed *Euripidis* illud, quod dicebam, canticum hic primum reponam: *δὶς γὰρ, κατὰ Πλάτωνα, τόγε καλῶς ῥηθὲν οὐδὲν βλάπτει.*

Γαῖα μεγίστη καὶ Διὸς αἰθὴρ,
Ὁ μὲν ἀνθρώπων καὶ θεῶν γενέτωρ,
Ἡ δ', ὑγροβόλους σταγόνας νοτίους
Παραδεξαμένη, τίκτει θνατοὺς,
Τίκτει δὲ βορὰν, φῦλά τε θηρῶν·
B *Ὅθεν οὐκ ἀδίκως*
Μήτηρ πάντων νενόμισται.
Χωρεῖ δ' ὀπίσω, τὰ μὲν ἐκ γαίας
Φύντ' ἐς γαῖαν· τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου
βλαστόντα γονῆς εἰς οὐράνιον
Πόλον ἦλθε πάλιν· θνήσκει δ' οὐδὲν
Τῶν γιγνομένων· διακρινόμενον δ'
Ἄλλο πρὸς ἄλλου
Μορφὴν ἰδίαν ἀπέδειξεν.

Haec eadem *Euripidis* obversabantur *Vitruvio*, ista scribenti in Praefatione L. VIII, *omnium rerum principium professus est — Euripides, auditor Anaxagorae, — Aëra et Terram; eamque, ex caelestium im-*
C *brium conceptionibus inseminatam, foetus gentium et omnium animalium in mundo procreavisse: et quae ex ea essent prognata, cum dissolverentur, temporum necessitate coacta, in eadem* (legendum puto, *in eamdem*, nempe terram) *redire: quaeque de aëre nascerentur item in coeli regiones reverti, neque interitiones recipere, sed, dissolutione mutata, in eamdem recidere, in qua ante fuerant, proprietatem.* Partem tantum Euripideorum, quae ipsi ex *Clem. Alex.* nota erat, *Theod. Canter.* Var. Lect. II, c. 15, cum his comparavit *Vitruvii*, adhibitis etiam *J. A. Fabricio* ad *Sextum Empir.* Ἀντιῤῥ. X, p. 685, ubi *Sextus*, ut demonstret, uni-

si homines etiam primarios decepit, quid de aliis erit existimandum?

universi originem *Euripidi* ex duobus principiis repetitam *terra* et *ae-* A
there, non eximium illud Chrysippi dramatis fragmentum, quod supra posuerat *Sextus* p. 360, sed excitat versum hexametrum velut *Euripidis*,

Αἰθέρα καὶ Γαῖαν πάντων γενέτειραν ἀείδω.

quem ex hymno quodam *Euripidis* sumptum suspicatur *Fabricius*, probabiliter admodum; nam illorum simillima leguntur et in *Orphicis* hymnis: h. III,

Οὐρανὲ παγγενέτωρ,
ἀρχὴ πάντων, πάντων τε τελευτή,
Κόσμε πατήρ, σφαιρηδὸν ἑλισσόμενος περὶ γαῖαν.

h. XXV,

Γαῖα, θεῶν μῆτερ μακάρων, θνητῶν τ' ἀνθρώπων. B

prout ibi, pro Γαῖα θεὰ, corrigendum esse vidit sagacissimus Medicus Frisius *Adrianus* noster *Heringa*. Sed ista de *Terra*, una Deorum hominumque matre, Poëtis satis sunt vulgata: *Pindarus* Nem. Od. VI initio,

Ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος, ἐκ
Μιᾶς δὲ πνέομεν
Ματρὸς ἀμφότεροι·

Matrem illic sive terram accipias cum *Scholiaste*, seu *materiam*, τὴν ὕλην, cum *Clem. Alex.* Strom. V, p. 710, 2. res eodem recidit: attigit et ista *Pindari Cudworthus* Syst. Intell. p. 431. Secundum *Hesiodum* quoque *Dii*

Γῆς ἐξεγένοντο καὶ Οὐρανοῦ ἀστερόεντος,

Theog. v. 106, et a ceteris Γενεαλόγοις fingebatur Οὐρανὸς γήμας Γῆν. Secundum *Lucretium* II, 589, *Tellus habet in se corpora prima:* — v. 598, C

Quare magna Deûm mater, materque ferarum,
Et nostri genetrix haec dicta 'st corporis una.

Telluri tum eleganter accommodat Poëta, quae de magna Deûm matre

veteres Graiûm docti cecinere Poëtae.

Ab his ceterisque longe diversus *Euripides* quid mihi sensisse videatur, re altius repetita, paucis dicam. „ Deorum, quales a Graecis „ vulgo colerentur, contemptor, *Euripides* unicum agnovisse Deum „ videtur αὐτοφυῆ· mentem puram, aeternam, atque adeo infinitam, „ nulliusque rei indigam: non ille, quae aliorum fuit opinio, Deum „ mentem esse censuit, quae, materiae velut infusa, ac cum illa arcte „ coniuncta, hanc molem instar spiritus agitaret; sed puram et a ma- „ teria longe semotam; cui materiae natura sua quiescenti et confu-

„ sae

A „ sae mens ista divina motum indiderit atque ornatum, creatrix coe-
„ li et terrae. Coelum autem, sive Aethera, et Terram, velut duo
„ elementa consideravit, ex quibus omnia in hoc universo nasceren-
„ tur, et in quae omnia, cum viderentur mori, in suum quodque,
„ resolverentur. Sed, ut carminum Poëta consuleret suavitati, atque
„ ingenio elegantissimo morem gereret, veluti quodammodo *συνάρχον-*
„ *τας τῷ μεγίστῳ δαίμονι*, omniparentes Aethera et Terram *εἰδοποιήσας*,
„ connubio iunxit; suasque hic Poëta *ἐρωτικὸς* Amori qui dicebatur par-
„ tes elegantissimas adsignavit: ex hoc coniugio omnia primum enata
„ cecinit, atque etiam nunc per hos coniuges, vernis praesertim tem-
„ poribus in mutuos ruentes amplexus, in ordine quidque suo vegeta-
„ tum custodiri conservarique." Quae dixi pleraque advocatis Euripi-
deis non difficulter demonstrari possunt. — Dii, quales a primis Theo-
logis Poëtis confictos vulgus Graecorum venerabatur, omnibus vitiis,
B quae in hominem cadunt, deformes, huic in scena Philosopho probari
certe non poterant: de illis quid sentiret saepenumero neque illud obscu-
re significavit; et his homines eruditi inter Christianos quibusdam com-
mode sunt usi, ad Deos istos nihili Gentilis Poëtae verbis irridendos,
eorumque cultores velut testimoniis domesticis confutandos. Praeter ce-
tera, quae plurima possent excitari, satis erit legisse *Eurip.* Ionem vss.
441 — 451. Herc. Fur. vss. 1315 — 1321. vss. 1341 — 1346. Andromach.
v. 1165. conferri poterit *Cudworthi* Syst. Intell. c. IV, § 19, p. 424, et
p. 433. Vere scripsit in Bellerophonte,

> *Εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρὸν, οὐκ εἰσὶν θεοί.*

Adversariorum calumniis, et exemplis motus aliorum cautius postea mer-
cari didicit, quodque *Pindarus* dicebat, *τόγε λοιδορῆσαι θεοὺς, ἐχθρὰν*
esse *σοφίαν* animadvertit, *insanientem sapientiam Horatio.* Sic olim or-
C sus *Euripides* suam Melanippen,

> *Ζεὺς, ὅστις ἐστὶν, οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ*
> *Κλύων·*

primo versui hunc postea substituit,

> *Ζεὺς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο, —*

correctum versum praebet *Aristoph.* Ran. v. 1275, adhibitum etiam *Hermogeni* p. 555. Priora leguntur apud *Athenag.* p. 23. *Justin. M.* p. 41. E. *Luciano* hinc facile restituenda T. II, p. 689. Ad. *Plutarch.* T. II, p. 756. B. C. comparari poterit *Theod. Canter.* Var. Lect. I, c. 25. Post obitum Poëtae demum actis, Bacchabus insunt *Euripidis* non pauca, quibus receptam civibus suis religionem videri voluit tueri; editamque fabulam a Poëta, *ut impietatis a se crimen amoveret*,

suspi-

suspicabatur amicus elegantissimus *S. Musgravii* Emend. in *Eurip.* p. 151. Istorum unum adhibet perdoctus defensor patriae superstitionis *Plutarchus* l. c. B. *in iis quae Deos spectant*, ἀρκεῖ, inquit, ἡ πάτριος καὶ παλαιὰ πίστις, ἧς οὐκ ἔστιν εἰπεῖν οὐδ' ἀνευρεῖν τεκμήριον ἐναργέστερον, οὐ δι' ἄκρας τὸ σοφὸν εὕρηται φρενός in his syllaba fuit elisa a vicina: corrigendum enim, Οὐδ' εἰ δι' ἄκρας etc. sive prout legitur in *Eurip.* Bacch. versu 203, quem cum vicinis sic adscribam ut emendandos arbitror, A

(2) Οὐδὲν σοφιζώμεσθα τοῖσι δαίμοσιν·
Πατρίους παραδοχὰς, ἅς θ' ὁμήλικας χρόνῳ
Κεκτήμεθ', οὐδεὶς αὐτὰ καταβαλεῖ λόγος,
Οὐδ' εἰ δι' ἄκρων τὸ σοφὸν εὕρηται φρενῶν.

Sed in istis aut plebis indignatur superstitionem, et Poëtarum de Diis figmenta damnat (ut in Hercule v. 1346, ἀοιδῶν, ait, οἵδε δύστηνοι λόγοι, quae valde vitiata leguntur ap. *Plutarch.* II, p. 1052. E.) aut, quod saepenumero callide fecit *Plato*, ad suae se civitatis mores accommodat. B

De Deo quid vere senserit *Euripides*, in Choris aliquoties declaravit, ex sua saepe persona Chori ministerio loquutus: Comicos hoc in Parabasi fecisse ubi scribit *Pollux* IV, III, atque illud Tragicis monet inusitatum, ἀλλ' Εὐριπίδης, inquit, αὐτὸ πεποίηκεν ἐν πολλοῖς δράμασιν. Tale Χορικὸν ᾆσμα fuisse suspicor in eius dramate Pirithoo, cuius hanc

---

(2) Exhibent in his Edd. σοφιζόμεσθα· Πατρὸς παραδοχὰς, — et καταβάλλει. Comparandus ad h. l. Chorus in Bacch. v. 888, etc. In Erechthei Fragmentis versus est 108, Προγόνων παλαιὰ θεσμί' οὔτις ἐκβαλεῖ. Pietatem veteres Athenienses sitam putabant C ἐν τῷ μηδὲν κινεῖν ὧν αὐτοῖς οἱ πρόγονοι παρέδοσαν, *Isocrat.* Areopag. p. 145. D. Attico autem more scripserit Πατρίους παραδοχὰς, ut τιμὰς scribunt πατρίους, et θυσίας πατρίους. — Ut versuum istorum secundo Κρόνῳ scribi quoque potuerit, cum de antiquissimis Κρόνιοι quoque νόμοι dicantur; vulgatum χρόνῳ mutari nolim: αἰὼν χρόνου παῖς dicitur in *Eurip.* Heraclid. v. 900, eidem οὐδενὸς ἐκφὺς χρόνος, in Bellerophonte apud *Stobaeum Grot.* p. 11.
(3) Vulgatâ versu primo lectione non deterior, quam praebet *Eusebius*, Σὲ τὸν αὐτοφυῆ, σὲ τὸν αἰθερίῳ — (qui in vs. 2, Ῥόμβῳ praeter ceteros *Grotio* praebuit in Exc. p. 399, pro ὄμβρῳ.) Sed illam *Clementis* adfirmat *Schol.* in *Eurip.* Orest. v. 980, priores hinc duo versus excitans: *Schol.* in *Apollon. Rhod.* IV, 144, ad v. Ῥυμβόνας, citat ut ex *Euripidis* Pirithoo: σὲ τὸν αὐτοφυῆ πάν-

A hanc nobis partem dedit *Clemens Alex.* Strom. v, p. 717, ex illo *Eusebius* Praep. Ev. XIII, p. 681. B.

(3) Σὲ τὸν αὐτοφυῆ, τὸν ἐν αἰθερίῳ
Ῥύμβῳ πάντων φύσιν ἐμπλέξανθ',
Ὃν περὶ μὲν φῶς, περὶ δ' ὀρφναία
Νὺξ αἰολόχρως, ἄκριτός τ' ἄστρων
Ὄχλος ἐνδελεχῶς ἀμφιχορεύει.

Haec sunt Latina *Grotii:*

Te voco, te non aliunde satum,
Qui naturam turbine versas
Totam aetherio, quem lux circum,
B *Noxque atricolor, semper et ingens*
Circumsultat chorus astrorum.

His ex Pirithoo versibus usus est *R. Cudworthus* Syst. Intell. p. 434. Recte meo iudicio *Clemens*, ἐνταῦθα, inquit, αὐτοφυῆ, τὸν δημιουργὸν νοῦν εἴρηκεν· *hoc in loco* Tragicus αὐτοφυῆ *dixit mentem divinam*, sive *Deum opificem universi:* mundi enim opificem Deum vocabant δημιουργὸν, et τῶν ὅλων, sive τῶν ὄντων δημιουργόν. veritatem, quae Christianis innotuit, proximi videntur Indi accessisse, a quibus τὸν λογον, ὃς ἐς τὸν δημιουργὸν τῶν ὅλων

πάντων θεῶν αἰθέρα ῥύμβῳ. τουτέστι κινήσει. ὅθεν καὶ τὸ κινούμενον τροχίσκιον etc. Euripidea corrupit interpolator; scripserat, opinor, Grammaticus: Σὲ τὸν αὐτοφυῆ, τὸν ἐν αἰθερίῳ ῥύμβῳ· et rectius posuisset
C δινήσει et δινούμενον· cum enim duplex sit motus, κίνησις intelligenda τοῦ ἐν τῷ αὐτῷ στρεφομένου· vid. *Plato* Theaet. p. 181. c. Parmenid. p. 138. c. *Theocrit.* II, 30, ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος — Ὣς κεῖνος δινοῖτο. huc pertinens *Scholion* male *Calliergus* adscripsit ad v. 18, Ῥόμβος δὲ, ὃν οἱ Ἀττικοὶ ῥύμβον καλοῦσι· sic recte *Piersonus* emendavit ap. *Ruhnken.* in *Tim.* Lex. Platon. p. 164. Nostro certe loco Ῥύμβῳ scribendum vidit accuratiss. *Ed. Twaites* ad ista *Eustathii* in *Dionys.* Perieg. v. 1134, τινὲς δὲ Ῥύμβον γράφουσι διὰ τοῦ ύ, ὡς Εὐριπίδης ἐν Πειρίθῳ αἰθέριον ῥύμβον φησὶν, ὅ ἐστι στροφὴν καὶ τροχοειδῆ κίνησιν· monuitque Clar. *P. Wesseling.* ad Itiner. Hieros. p. 603, huc pertinere *Hesychianum* Αἰθέρος (vel Αἰθέριος) ῥύμβος, οὐρανός, ubi de Pirithoi scripta fragmento a Cl. *Jo. Alberti* mallem omissa. In Orphico hymno III, εἰς Οὐρανὸν versus est 4,

Οἶκε θεῶν μακάρων, ῥόμβου δίναισιν ὁδεύων.

ὅλων εἴρηται, dicuntur Aegyptii transsumsisse *Apollonio* in Apologia ad A
Domitian. *Philostr.* de V. A. VIII, c. 7, p. 337, ὁ λόγος δὲ, inquit, τῆς μὲν τῶν ὅλων γενέσεώς τε καὶ οὐσίας θεὸν δημιουργὸν οἶδε. Multis quidem veterum Philosophorum dicebatur rerum omnium quae sunt in universo auctor Deus, et pater, et opifex, ἀρχά τε καὶ αἰτία τᾶς τῶν ὅλων διακοσμάσιος *Callicratidae Stobaei* p. 486, 24, sed qui dixerit non tantum rerum universi γενέσεως, sed et οὐσίας, atque adeo ipsius etiam *materiae* creatorem, δημιουργὸν, neminem equidem novi.

Cur autem *Clemens*, non θεὸν τὸν δημιουργὸν, sed scripserit τὸν δημιουργὸν νοῦν, ratio mihi videtur in *Euripidae* praeceptore Anaxagora quaerenda: Thales in Ionica Schola statuerat νοῦν τοῦ κόσμου τὸν θεὸν, sed primus vidit inter Graecos *Anaxagoras* νοῦν κοσμοποιὸν τὸν θεόν· sic recte Physicorum istorum opiniones in Eclogarum initio distinguit *Stobaeus:* Deo, quem puram mentem esse atque a materia longe semotam percepit, huius universi tribuit *Anaxagoras* omnem ornatum: omnia secundum illum in unum con- B
gesta et permixta nihil erant *nisi pondus iners;* inerti ponderi motum, atque ornatum mens indidit divina, atque ita hoc universum condidit: *Diogenes Laërt.* Prooem. §. 4, Ἀναξαγόρας πάντα ἔφη χρήματα γεγονέναι ὁμοῦ· Νοῦν δὲ ἐλθόντα αὐτὰ διακοσμῆσαι. *Plutarch.* de Placitis Philos. I, c. VII, ὁ Ἀναξαγόρας φησὶν, ὡς εἱστήκει κατ' ἀρχὰς τὰ σώματα, Νοῦς δὲ αὐτὰ διεκόσμησε θεοῦ, καὶ τὰς γενέσεις τῶν ὅλων ἐποίησεν. ipsa nobis verba videtur Anaxagorae servasse I, c. 3, si pro διῆρε, Graecis inusitato, διήρεε, atque ita scripserit ista more Ionico, ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν· Νόος δὲ αὐτὰ διήρεε καὶ διεκόσμεε. *erant res omnes congestae: congeriem Mens dirimebat atque in ordinem omnia disponebat.* ibidem propterea laudatur, ὅτι τῇ ὕλῃ τὸν Τεχνίτην προσέζευξεν. *Diogen. Laërtius* II, 6, πρῶτος, ait, τῇ Ὕλῃ νοῦν ἐπέστησεν. *Plutarch.* in Pericle p. 154. B. C. τοῖς ὅλοις — πρῶτος — διακοσμήσεως ἀρχὴν — νοῦν ἐπέστησε καθαρὸν καὶ ἄκρατον. nonnulla dederunt *P. Merula* ad *Ennii* Ann. p. 123, et *Aeg. Me-* C
nag. in *Diogen. Laërt.* sed data opera sententiam exposuerunt *Anaxagorae Cudworthus* Syst. Intell. c. IV, Sect. 20, p. 458—460. et Clar. *Heinius dans l'Histoire de l'Acad. Royale de Berlin de l'année* 1753, p. 363, et seqq. /Qui iam contulerit *Diodor. Sic.* I, p. 11, *Dionysium Halicarn.* T. II, p. 85, 16, p. 102, 45, et *Nath. Forsterum* in *Platonis* Phaedon. p. 374, non dubitaturum puto, quin *Clemens* ex *Anaxagorae* sententia τὸν δημιουργὸν Νοῦν intelligi voluerit, atque optime fuerit *Euripidis* ista ex Pirithoo interpretatus. Deum itaque, qualem in *Anaxagorae* schola cognoverat, hic invocat *Euripides*, tanquam

τὸν αὐτοφυῆ, τὸν ἐν αἰθερίῳ
Ῥύμβῳ πάντων φύσιν ἐμπλέξανθ',

Non aliunde satum, sed natura sua aeternum, *atque universi conditorem.*

A *rem.* Ῥύμβος αἰθέριος *Hesychio* est ὁ οὐρανός· Coelum autem, sive ὁ κόσμος, secundum veteres περιέχει τὰ πάντα, terram, mare, quaeque in iis sunt omnia complectens: in talibus τὴν φύσιν, sive τὰ πάντα dicant, sive τὴν τῶν πάντων φύσιν, nihil interest: *quique adeo omnia mundo intexuit*, ὁ ἐν αἰθερίῳ ῥύμβῳ πάντων φύσιν ἐμπλέξας, Deus est *aedificator mundi*. Est autem eximie ῥύμβος αἰθέριος, *Aristophani* Nub. v. 379, αἰθέριος δῖνος, ἡ τῶν ἀστέρων δίνησις (vid. *Markland.* ad *Max. Tyr.* XXII, fine;) sive κύκλῳ περιφορὰ, prout *Platoni* dicitur de LL. v, p. 747. A. VII, p. 818. C. ἡ περιφορὰ τῆς ὅλης συντάξεως apud *Athen.* IX, p. 378. D.

Deus Αὐτοφυὴς dicitur ὁ ἔχων ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ εἶναι, (τὸ εἶναι veteribus φῦναι dicebatur et πεφυκέναι·) *qui est a se ipso:* αὐτόθεος· vim istam vocis αὐτὸς in composito sic explicat *Ulpian.* ad *Demosth.* de Cor. p. 180, ὃς (hoc inserendum) οἴκοθεν καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ἔχει τὸ etc. virtute nonnihil diversa apud *Platonem* de LL. I, p. 642. C. ὅσοι Ἀθηναίων εἰσὶν ἀγαθοὶ δια-
B φερόντως εἰσὶ τοιοῦτοι· — μόνοι γὰρ ἄνευ ἀνάγκης αὐτοφυῶς εἰσὶν ἀγαθοί· *natura*, φύσει, *boni*: sic ista lego reiectis in marginem istis, θείᾳ μοίρᾳ, ἀληθῶς καὶ οὔτι πλαστῶς, commodis interpretamentis vocis αὐτοφυῶς· — Deus dicitur αὐτοφυὴς, ut αὐτοτελὴς, *in se et natura sua perfectus: Hippodamus Stobaei* p. 553, 24, αὐτοτελέα explicat, ὅσα δι' αὐτὰ τελέα ἐντὶ καὶ οὐδενὸς ἐπιδεῆ τῶν ἔξωθεν, οὔτε ποτὶ τὸ ἦμεν, οὔτε ποτὶ τὸ καλῶς ἦμεν. τοιοῦτος δέ κεν εἴη ὁ θεός· *Euryphamo* p. 556, 42, homo dicitur non αὐτοτελὴς — ἀλλὰ τέλειος· sic enim leg. pro ἀλλ' ἀτελής. *Deus* nullius indigus, ut Philosophis ceteris, sic et *Euripidi* Herc. Fur. v. 1345,

> Δεῖται γὰρ ὁ θεὸς, εἴπερ ἔστ' ὄντως θεὸς,
> Οὐδενός.

Aristaeo quoque Pythagoreo in *Stobaei* Eclog. p. 45, 33, Deus est ἀγέννατος καὶ αὐτοτελής. Sed quae dixit Hymno in suum Iovem omnium efficacissima *Aristides*, T. I, p. 5, apte congruunt in Deum *Euripidis* τὸν αὐτοφυῆ· ὅδε ἐστὶ πρῶτός τε καὶ πρεσβύτατος, καὶ ἀρχηγέτης τῶν πάντων, αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ γενόμενος· ὁπότε δὲ ἐγένετο οὐκ ἔστιν εἰπεῖν· ἀλλ' ἦν τε ἄρα ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἔσται ἐσαεὶ, αὐτοπάτωρ τε καὶ μείζων ἢ ἄλλου γεγονέναι. καὶ — αὐτὸς ἑαυτὸν ἐξ ἑαυτοῦ ἐποίησε, καὶ οὐδὲν προσεδεήθη ἑτέρου εἰς τὸ εἶναι. In his Euripideis tractandis modum forte videbor excessisse.

Eiusdem alia quaedam de Deo dicta, ex uno *Alexandrino Clemente* collecta, simpliciter ponam. Loco, iam ante prolato, Δυσδαίμων, aiebat, Δυσδαίμων, ὃς, τάδε λεύσσων, (huius puta universi ordinem) θεὸν οὐχὶ νοεῖ. In *Clementis* Protrept. p. 59, 19,

> Θεὸν δὲ ποῖον εἰπέ μοι νοητέον;
> Τὸν πάνθ' ὁρῶντα κ' αὐτὸν οὐχ ὁρώμενον,

Εὐριπίδης λέγει. In eiusdem Strom. v, p. 691. istis *Jesaiae*, λέγει κύ-

 ριος,

ριος, — ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετε μοι; etc. *παγκάλως καὶ ὁ Εὐριπίδης* A
συνᾴδει τούτοις, γράφων,

> *Ποῖος δ' ἂν οἶκος, τεκτόνων πλασθεὶς ὕπο,*
> *Δέμας τὸ θεῖον περιβάλοι τοίχων πτυχαῖς;*

Parietibus includere Deos Persis etiam, ut notum est, absurdum videbatur. Uno praeterea hic contentus ero *Euripidis* cantico, quod perinsigne solus etiam nobis *Clemens Alex.* servavit Strom. v, p. 688, ubi *πάνυ*, inquit, *θαυμαστῶς ὁ ἐπὶ τῆς σκηνῆς Φιλόσοφος Εὐριπίδης τοῖς προειρημένοις ἡμῖν* (nempe *περὶ τοῦ γνωστικοῦ βίου*) *συνῳδὸς διὰ τούτων εὑρίσκεται, Πατέρα καὶ Υἱὸν ἅμα οὐκ οἶδ' ὅπως αἰνισσόμενος.* Filium Patris aeterni, quem eximie sic dictum adoramus Christiani, Graeco Poëtae veteri vel obscurissimis verbis adumbratum, hoc quidem aevo nemo sibi facile persuaderet: estque sane verissimum, quod de *Clemente* scribit alia occa- B
sione *Moshemius* ad *Cudworthi* Syst. p. 427, n. 6.

Sed *μέλος* illud *Euripidis* adponam, hic illic paulo rectius scriptum, quam a *Grotio* in Excerptis p. 431, *Barnesio* p. 510,

> (4) *Σοὶ, τῷ πάντων μεδέοντι, χοὴν,*
> *Πέλανον τε φέρω, Ζεὺς εἴτ' Ἀίδης*

Ὀνο-

---

(4) In his a *Grotio* recessi: vs. 1, *τῷ* revocavi ex *Clem.* pro *τῶν.* vs. 4, *θυσίαν ἄπορον* in *θ. ἄπυρον* mutavi obsequutus *Abreschio* Anim. ad *Aesch.* p. 256. *Heathio* in Fragm. *Eurip.* p. 185. et *Toupio* Emend. in *Suid.* III, p. 319. Pro *παγκαρπίας* recepi Grotianum *παγκαρπείας·* *Sophocles* Polyido: *Ἐνῆν δὲ παγκάρπεια συμμιγὴς ὀλαῖς.* — vs. 5, paulo forsan audacius scripsi (*θυσίαν ἄπυ-* C
ρον) *προχυθεῖσαν·* (ut *οἶνον προχυθέντα* *Demetrius Phal.* *π. Ἑρμ.* §. 173.) ubi *Clemens* *προχυτίαν* praebet, *Grotius* *προχύτην τε·* *Heathius*, *προχυταίαν·* Non recordabatur vir Clar. incolam insulae cuiusdam prope Siciliam *Προχυταῖον* dictum; cetera vocem esse aeque inusitatam ac *προχυτίαν* et paene dixeram *προχύτην* isto sensu: hoc quoque versu quid aptius ut et praecedenti aliquando excogitabitur. — vs. 9, 10, restitui Clementina, nisi quod *ψυχᾶς* posuerim pro *ψυχάς·* *Grotius* dederat, *ψυχαῖς ἀνέρων Ταῖς βουλομέναις·* — et in vs. 12. *Τίνι δεῖ μακάρων εὖ θυσαμένους*, pro vulgatis apud *Clem.* *Τίνα δὴ μακάρων ἐκθησαμένοις·* ubi *Lowthii* coniecturam, legentis *ἐκθυσαμένοις*, firmatam Codice *MS.* recepi ad *Herodotum* p. 480. — Quod paulo ante dicere incipiebam, nec *Grotii* lectio, *προχύτην τε*, locum invenit in

ho-

A 'Ονομαζόμενος στέργεις· σὺ δέ μοι
Θυσίαν ἄπυρον παγκαρπείας
Δέξαι πλήρη προχυθεῖσαν.
Σὺ γὰρ, ἔν τε θεοῖς τοῖς οὐρανίδαις
Σκῆπτρον τὸ Διὸς μεταχειρίζων,
Χθονίων θ' Ἅιδη μετέχεις ἀρχῆς·
Πέμψον μὲν φῶς ψυχᾶς ἀνέρων
Τοῖς βουλομένοις ἄθλους προμαθεῖν,
Πόθεν ἔβλαστον, τίς ῥίζα κακῶν,
Τίνα δεῖ μακάρων ἐκθυσαμένοις
Εὑρεῖν μόχθων ἀνάπαυλαν.

B haec sunt Latina *Grotii*,

Tibi cunctorum domino vinum
Salsamque molam fero, seu Ditis
Tu sive Iovis nomine gaudes.
Cunctis larga defusa manu

De

---

horum versuum quinto: sic poculum quoddam dicebatur; *salsae fruges*, in victimam ignemque sacrum defusae, Προχύται, plurali semper numero, (ut οὐλαὶ, et οὐλοχύται,) appellantur *Euripidi* Elec. v. 803. Iph. Aul. v. 1112. 1472. Sed *molae*, in memoriam
C ritus antiqui *sparsae*, in his sobriis sacris vereor ut locus fuerit, erat enim frugum omne genus oblatio et ἄπυρος θυσία· mirorque adeo cur *Grotius* χοὴν Πελανόν τε, *vinum Salsamque molam* reddiderit: nota lex vetus Attica ap. *Petit.* p. 69, qua iubebantur Deos et horoas honorare ἀπαρχαῖς καρπῶν πελάνοις τε ἐπετείοις· Apud *Pausan.* in Atticis p. 62. f. Διὸς memoratur Ὑπάτου βωμὸς, ἔνθα ἔμψυχον θύουσιν οὐδὲν, πέμματα δὲ θέντες οὐδὲν ἔτι οἴνῳ χρήσασθαι νομίζουσιν· isti Iovi suo Cecrops πέμματα ἐπιχώρια ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καθήγισεν, ἃ πελάνους καλοῦσιν ἔτι καὶ ἐς ἡμᾶς Ἀθηναῖοι, *Pausan.* VIII, p. 600. m. de his ἀπύροις ἱεροῖς, apud Eleos, Arcadas Phigalenses, Delios, aliosque usitatis multa dici possent quae huius non sunt loci, praeter illa quae dedere *Ez. Spanhemius* ad *Callim.* p. 494, 616. ad *Aristoph.* Plut. v, 659, 660, et *Jac. Perizon.* in *Aelian.* V. H. XI, c. 5.

De frugibus accipe dona. A
Tu namque Deos superos inter
Sceptrum tractas sublime Iovis,
Idem regnum terrestre tenes.
Tu lucem animis infunde virûm,
Qui scire volunt, quo sata mentis
Lucta sit ortu, quae causa mali,
Cui coelicolûm rite litando
Requiem sit habere laborum.

His precibus ad Summum rerum Moderatorem fusis hoc in genere ni-
hil illustrius esse vere iudicabat *Rad. Cudworthus* Syst. Intell. c. IV,
§. 19. Illud equidem non exputo, quamobrem ad ista, Θυσίαν ἄπυρον
παγκαρπείας, et qua mente adscribi potuerit ab *Alexandrino*, ὁλοκάρ- B
πωμα γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν ἄπυρον (sic leg. vs. 19 p. 688.) θῦμα ὁ Χριστὸς,
quibus alludere *Paulina* videtur τὸ πάσχα — ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστὸς,
ex 1 Epist. ad Corinth. v, 7. Nec miror tamen ista *Clementis* de *Euri-
pide*, ὅτι τὸν σωτῆρα αὐτὸν οὐκ εἰδὼς λέγει. sic enim ultima scripta sunt
Poëtae Philosopho, ut videri quodammodo queat Deum quemdam desi-
derasse Salutiferum, qui malis, quibus homines insanabilibus premeban-
tur, aliunde non exspectandum praesentissimum adferret remedium. In-
vocat Deum Gubernatorem universi, cuius nomen sibi fatetur incogni-
tum; quemque, ut verbis utar *Pauli* Lucanéis, ἀγνοῶν — ηὐσεβήτε·
huic frugum offert suarum primitias in animi grati testificationem ob
benefacta: huius in superis inferisque agnita potentia, petit ab illo
supplex, ut mentes illuminare dignetur veritatis amatorum, atque hos
edocere, praeter cetera, C

Τίνα δεῖ μακάρων ἐκθυσαμένοις
Εὑρεῖν μόχθων ἀνάπαυλαν.

Cui coelicolûm rite litando
Requiem sit habere laborum.

A

CAPUT VI.

Euripidis exhibet de duobus rerum creatarum principiis systema.

Euripidis Anaxagoréa. Coelum, sive Aether, et Terra duo rerum creatarum principia. Aether Tragico genitor hominumque Deûmque, vulgo Jupiter dictus, Terram complexus ut coniugem. Nomina Iovis, Aetheris, Coeli in talibus permutari. Aethera semen genitale in Terram omniparentem
B *defundere. Horum coniugum amorem venuste Tragicis enarrari. Nilum amorem Telluris dictum ex mente Aegyptiorum. In Aegypto versatum et Anaxagoram. Secundum Eurip. nihil mori; in suum quodque resolvi corpus genitale. Corpus in terram redire; in coelum, seu Aethera animum, sive illud in mente quod sit immortale.*

Ut orsa capite praecedenti detexam, etiam secundum *Euripidem*; praeter Opificem, τὸν αὐτοφυῆ, nihil ante conditum hoc universum fuit, nisi *rudis indigestaque moles.* Sectam congeriem *in* duo *membra* Deus *redegit* aedificator, *coelum* et *terram:* haec duo consideravit velut corpora genitalia, sive rerum postea creatarum principia, hac in re quoque praeceptorem sequutus *Anaxagoram: Diodorus Siculus*, L. 1,
C exposita veterum sententia statuentium ante mundum conditum μίαν ἔχειν ἰδέαν Οὐρανόν τε καὶ γῆν, μεμιγμένης αὐτῶν τῆς φύσεως, etc. ἔοικε δὲ, inquit p. 11, περὶ τῆς τῶν ὅλων φύσεως οὐδ' Εὐριπίδης διαφωνεῖν τοῖς προειρημένοις, μαθητὴς ὢν Ἀναξαγόρου τοῦ Φυσικοῦ· ἐν γὰρ τῇ Μελανίππῃ τίθησιν (corrigendum φησὶν, syllabam τι peperit litera praecedens,) οὕτως,

> Ὡς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία·
> Ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα,
> Τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν εἰς φάος,
> Δένδρη, πετεινὰ, θῆρας, οὕς θ' ἅλμη τρέφει,
> Γένος τε θνητῶν.

his versibus, quos Melanippen τὴν σοφὴν fecit in scena dicentem, istum praefixerat Poëta:

 Οὐκ

Οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα, Ὡς etc. A

quo versu suam erga praeceptorem *Anaxagoram* benevolentiam insinuasse dicitur *Dionysio Halic.* Arte Rhetor. p. 85, 21, ἡ ἀρχὴ τοῦ λόγου αὐτῷ αἰνίττεται τὴν πρὸς τὸν διδάσκαλον εὔνοιαν· illic non lectum, initium istud exhibet infra p. 103, 3, ubi paulo ante, Ἀναξαγόρᾳ, inquit, προσεφοίτησεν Εὐριπίδης· Ἀναξαγόρου δὲ λόγος ἐστὶν ὅτι Πάντα ἐν πᾶσιν (addendum videtur ἦν·) εἶτα ὕστερον διεκρίθη. Ista tamen, personae minime congrua dum mulierem Poëta dicentem facit, hanc esse arbitror τὴν τῆς Μελανίππης ῥῆσιν, quam velut exemplum τοῦ ἀπρεποῦς καὶ μὴ ἁρμόττοντος notabat *Aristoteles* de Poët. c. xv. Primum autem versum eleganter alludens in Symposio *Plato* T. III, p. 177, A. ἡ μέν μοι ἀρχὴ τοῦ λόγου ἐστὶ κατὰ τὴν Εὐριπίδου Μελανίππην, οὐ γὰρ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλὰ Φαίδρου τοῦδε· habuit non in Sophistis tantum sed et Poëtis imitatores: errat in *Aristide Scholiasta Jebbii* T. II, p. 33, excitans diversae sententiae hemistichium ex *Eurip.* Hippolyto v. 352. B

Quae quidem philosophanti Melanippae *coelum* et *terra*, propria *Euripidi* adpellatione dicuntur *aether* et *terra*. Si res ipsa spectetur, verum videri poterit quod posuit *Casaubonus* Anim. in *Athen.* x, c. v, eiusdem *Euripidem* fuisse sententiae cum *Homero* et *Xenophane Colophonio:* sed in *Euripidis* Sthenoboeae fragmento, quod tractat *Casaubonus*, explicando a viro summo dissentirem; et, velut ab illorum opinione diversam, *Euripidis* in rerum principiis sententiam considerarunt veteres; quorum loca pro istius aevi ratione *Theod. Canterus* attigit Var. Lect. II, c. 15, *Sextus Empir.* p. 685, *Vitruvius* Praefat. L. VIII, *Probus* in *Virgil.* Eclog. VI, v. 31, qui, memorata *Xenophanis* opinione, duo statuentis creationis principia terram et aquam, *consentit*, ait, *in numero Euripides*, *sed speciem discriminat; Terram enim et Aëra inducit principia. Aëra* et *Terram* dixit et *Vitruvius*; sed *Sextus*, aliorum recensitis hac in re placitis, ἐκ Γῆς δὲ, inquit, καὶ Αἰθέρος [γεγενῆσθαι τὰ πάντα θέλει] Εὐριπίδης, hic quidem vocem adhibens *Euripidis* genuinam Αἰθέρος, in quam frequentandam Tragicum huncce εὐεπίφορον fuisse vere scribit *Schol.* in *Aristoph.* Ran. v. 919, quo versu C

Αἰθὴρ ἐμὸν βόσκημα,

inquit *Euripides*, si quis alius praeter Socratem, indignissimus, qui toties turpiter violatus a Comico in scena agitaretur: *Euripidis* de aethere sententiam ridendam exponit *Aristoph.* in Thesmoph. v. 13,

οὕτω ταῦτα διεκρίθη τότε.
Αἰθὴρ γὰρ ὅτε τὰ πρῶτα διεχωρίζετο,
Καὶ ζῶ' ἐν αὐτῷ ξυνετέκνου κινούμενα,
Ὧι μὲν βλέπειν χρὴ πρῶτ' ἐμηχανήσατο, etc.

Aether

A *Aether Euripidi*, velut genitor, ex *Terra* matre omnia procreavit animantia et inanima: in Chrysippi dramatis nobili fragmento,

Γαῖα μεγίστη, καὶ Διὸς αἰθὴρ,

hic quidem hominum Deorumque γενέτωρ, illa animantium et frugum alma genetrix,

Μήτηρ πάντων νενόμισται.

Praeter flumina, mare, Solem, iniuriae testes invocantur *Aeschyli* Prometheo v. 88, 90, Ὦ δῖος αἰθὴρ, — παμμῆτόρ τε γῆ. Sed *Euripidae* mentem atque ex diversis locis verba *Pacuvius* expressit in Chryse: locum a *Scaligero* ad *Varron.* p. 31. *Gatakero* in *M. Antonin.* IV, 23. G. *J. Vossio*, aliisque emendatum, versu in suam, ut puto, sedem reposito, hic adscribam:
B

Hoc vide circum supraque, quod complexu continet
Terram; nostri coelum memorant, Graji perhibent aethera:
Quidquid est hoc omnia is animat, format, auget, alit, creat,
Sepelit, recipitque in sese omnia; omnium idem est Pater;
Mater est terra; ea parit corpus: animam aether adiugat:
Indidem eademque oriuntur; de integro atque eodem occidunt.

Praeter ista ex dramate Chrysippo, respexit in his vel inprimis Euripidea, forsan e Cressis petita, quae, saepe veteribus et recentioribus adhibita, ne hic quidem omitti possunt:

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,
C Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις·
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.

ut nec *Enniana*,

Aspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Iovem.

prae reliquis, qui hic plures nominari possent, huc spectantia collegit *Thom. Gataker.* l. c. peregregia: ubi Stoïcus *Chrysippus* disputabat, ut scribit *Cicero* de N. D. 1, c. 15, *Aethera esse eum, quem homines Iovem appellarent*, *Euripidis* praesertim nitebatur hanc in rem testimoniis: *Euripidi* vero, ceterisque Poëtis Graecis et Latinis hac etiam in parte praeivit *Homerus*, cui in Il. T, 357.

ταρφειαὶ νιφάδες Διὸς ἐκποτέονται.

Nihil interest utrum in talibus dicatur ἐκ Διὸς, an ἐξ οὐρανοῦ, vel ἐξ αἰθέρος?

ρος· illic *ἐκ Διὸς* interpretatus *ἐξ οὐρανοῦ* qui docte scripsit de *Arati* vita A
et opere p. 273. D. ut monstret per *Δία* etiam *τὸν ἀέρα* posse intelligi, testem ait citari *Philemona* Comicum, p. 274. B. cuius illic verba sic scribi debuerant: — *Ὃν οὐδὲ εἷς λέληθεν* (*οὔτε κακὸν οὔτε ἐσθλὸν πεποιηκώς*, sensum tantum dat a se omissorum Grammaticus, quae *Stobaeus* nobis exhibet in Eclogis *Cant.* p. 6, et p. 25,) — *οὗτός εἰμ᾽ ἐγὼ*

Ἀὴρ, ὃν ἄν τις ὀνομάσειε καὶ Δία.

his tandem subdit, *ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῷ βίῳ φαμὲν, τὸν Δία ὕειν.* in hanc quotidianam loquendi formulam nonnulla adscripta sunt ad *Herodotum* P. 109. conf. *Toupio* notata in *Suid.* II, p. 139. *G. J. Vossius* de Orig. et Progress. Idol. II, c. ult. et *Jo. Potter.* in *Lycophr.* Cass. v. 80. Secundum *Macrobium* in fine Saturn. *Alcman Lyricus dixit rorem aëris et Lunae filium:* sumsit ex *Plutarchi* Sympos. II, p. 759. B. ubi *Alcman*, *οἷα, φησὶ, Διὸς θυγάτηρ μέγα τρέφει καὶ σελάνας.* non *μέγα*, sed *ἕρσα* B
dederat hic *Plutarch.* ut p. 918. A. 940. A. *Alcman* autem: *Οἷα Διὸς θυγάτηρ ἕρσα τρέφει Καὶ σελάνας δίας.* attigit *Victorius* V. L. XIV, c. 17. *Chrysippo* aliisque Stoicis, quibus Iupiter erat *Aether*, *aër interiectus inter mare et coelum* (*Cicero* de N. D. II, c. 26.) *Iunonis nomine* censebatur consecratus: *qui diligentius eruunt veritatem* secundum *Macrobium* Saturn. III, c. 4, *dixerunt, esse — medium aethera Iovem, Iunonem vero imum aëra cum terra.* Sed solius ferme *Euripidae* locis hic uti constitueram.

Aether Tragico pater hominumque Deûmque, atque adeo est is ipse, qui vulgo *Iupiter* dicebatur; quam Aether *tenero circumiectu amplectitur*, Terram Aetheri Tragicus stabili connubio iunxit: ex perdita sunt *Euripidis* Tragoedia, nec *Grotio* neque aliis, quantum recordor, animadversa, quae praebet *Cornutus* de N. D. p. 184. Κορυφὴ δὲ θεῶν, κατ᾽ Εὐριπίδην, ὁ περὶ χθόνα ἔχων φαεινὸς αἰθήρ· ex Chorico carmine procul C
dubio petita sunt:

Κορυφὴ δὲ θεῶν, ὁ περὶ χθόν᾽ ἔχων
Φαεννὸς αἰθήρ.

id est, *ὁ περιέχων χθόνα αἰθὴρ*, — Scripserat *Lucretius* II, 1065,

—— *avido complexu quam tenet aether.*

non *quem*, sed *quam*, nempe *materiam*, sive *terram: L.* V, 319,

Hoc circum supraque, quod omnem
Continet amplexu Terram: quod procreat ex se
Omnia, (quod quidam memorant) recipitque peremta.

nota

A nota sunt illa *Lucretii* excellentissima II, 990,

Denique coelesti sumus omnes semine oriundi:
Omnibus ille idem pater est, unde alma liquentes
Humorum guttas mater cum Terra recepit etc.

L. I, v. 251,

pereunt imbres, ubi eos pater Aether
In gremium matris Terraï praecipitavit,
At nitidae surgunt fruges etc.

quae cum aliis quibusdam Poëta Philosophus ab *Euripide* mutuatus est, cui in talibus saepenumero Ζεύς, αἰθήρ, Διὸς αἰθήρ, et οὐρανὸς usurpantur promiscue; quod partim iam liquet ex dictis, multisque aliis adfirmari posset: in illis Terrae matri iungitur velut omniparens, *Aether*,
B *coelum*, *Iupiter*, *dius* sive *Iovis Aether:* in Amatorio *Plutarchi* p. 747. D. *Euripidis* ὁ πετάμενος ἱερὸν ἀνὰ Διὸς αἰθέρα Γοργοφόνος, fuit, ut suspicor, in Andromeda Perseus: neque illud inter Euripideas retulere reliquias, nec quod ponam, in eius Melanippe lectum: in *Aristoph.* Thesmoph. *Euripides*.v. 279,

Ὄμνυμι τοίνυν αἰθέρ', οἴκησιν Διός.

In istam fabulam Scholia vetera non pauca possunt apud *Suidam* reperiri: sed versum *Euripidis*,

Ὄμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρ', οἴκησιν Διὸς,

quem praebet *Suidas* in v. Παρακεκινδυνευμένον, velut illius legerat in Scholiis ad *Arist.* Ran. v. 100, ubi nostris prostat in exemplaribus tanquam ἐκ Μελανίππης Σοφοκλέους. infrequens corrector *Steph. Bergler.* in
C notis ad Thesm. v. 279, docte emendat ἐκ Μελανίππης σοφῆς, sive τῆς σοφῆς· facilis fuit error describentis, qui sic nomen *Sophoclis* saepe legerat compendifactum; cuius, quae nulla fuit, Melanippe nititur isthac voce mendosa. Euripidea praesertim spectabat in Ibide scribens *Ovidius* v. 71,

Ipsaque tu Tellus,
Ipse meas Aether accipe summe preces.

Ut in vita communi indignitate rei commoti, *coelum*, *terram*, *mare*, *Solem*, inclamabant, apud *Euripidem Iovem* et *Terram* invocant iurantque: Orestes in Elec. v. 1177, Ἰὼ Γᾶ, καὶ Ζεῦ πανδερκέτα βροτῶν, Ἴδετε τάδ' ἔργα. Chorus in Medea v. 148, Ἄϊες, ὦ Ζεῦ, καὶ Γᾶ, καὶ φῶς, Ἰαχάν· *Eurip.* Hippolytus v. 1025, Νῦν δ' ὅρκιόν σοι Ζῆνα καὶ πέδον χθονὸς Ὄμνυμι· Medea v. 746, Ὄμνυ πέδον γῆς, πατέρα θ' ἥλιον πατρὸς Τοὐμοῦ, θεῶν

τε συντιθεὶς ἅπαν γένος. Medea more gentis suae coelo et terra matre A
potuerat esse contenta: nam apud *Apollonium Rhod.* III, v. 999, sorori dicenti, Ἀλλ' ὄμοσον γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν, morem Medea gerens v. 714,

> Ἴστω (Κόλχων ὅρκος ὑπέρβιος, ὅντιν' ὀμόσσαι
> Αὐτὴ ἐποτρύνεις·) μέγας οὐρανὸς ἠ θ' (ed. ἠδ') ὑπένερθε
> Γαῖα, θεῶν μήτηρ· ——

Euripides apud *Macrob.* Saturn. I, c. 23,

> Καὶ Γαῖα μῆτερ· Ἑστίαν δέ σ' οἱ σοφοὶ
> Βροτῶν καλοῦσιν, ἡμένην ἐν αἰθέρι.

In Aethere sedentem dixit terram, quam pater Aether circumiectus περιεῖχε, *amplectebatur:* τοῦ χθόν' ἐγκυκλουμένου Αἰθέρος meminit in Bacchabus v. 292. Troadum versus 883,

> Ὦ γῆς ὄχημα, κἀπὶ γῆς ἔχων ἕδραν, B

—— Ζεὺς, cum seqq. hic me non detinebit: vid. Clar. *Nath. Forster.* in *Platonis* Phaedon. p. 390. — Aethera Terramque tanquam Omniparentes Chrysippi nobis expingit Euripidei fragmentum: alius ex perdita Tragoedia locus eiusdem ferme sententiae, ni fallor, obversabatur *Porphyrio* π. Ἀ. III, 25, p. 135, ista scribenti: συγγενὲς ἡμῖν τὸ τῶν λοιπῶν ζώων γένος· καὶ γὰρ τροφαὶ πᾶσαι αἱ αὐταὶ πᾶσιν αὐτοῖς, καὶ πνεύματα, ὡς Εὐριπίδης, καὶ,

> Φοινίους ἔχει ῥοὰς
> Τὰ ζῶα πάντα·

καὶ κοινοὺς ἁπάντων δείκνυσι γονεῖς, Οὐρανὸν καὶ Γῆν. *Communes omnibus animantibus parentes monstrat Coelum et terram;* omnibus etiam mortalibus alio sensu communes, *ceu lumina Solis et aurae*, *Ovid.* Met. I, C
v. 135, ut VI, 350, *usus communis aquarum; Nec Solem proprium Natura, nec aëra fecit. Claudian.* Rapt. Pros. II, 260, *alii quascunque tulerunt Raptores, saltem communi Sole fruuntur;* ut *Menander* dixit Τὸν ἥλιον τὸν κοινὸν, p. 184. et p. 260, ἔσπασας τὸν ἀέρα Τὸν κοινὸν, *Philemon*, τὸν αὐτὸν ἀέρα Ἑτέροις συνέλκεις. *Euripides* Helena v. 912,

> Κοινὸς γάρ ἐστιν οὐρανὸς πᾶσιν βροτοῖς
> Καὶ Γαῖ', ἐν ᾗ etc.

Ele-

---

(1) Συνδυάζει significat *connubio iungit:* συνδυασθέντες ἄῤῥην θηλείᾳ, *Plato* de LL. VIII, p. 840. D. hinc *Aelian.* de N. A. III, c. 44. Ἀφροδισιαστικῶν συνδυασμῶν meminit *Athen.* V, p. 457. D. *Clem. Alex-*

A Elegantissime Coelum sive Aether secundum *Euripidem* maritus, saepius alias, sed praesertim verno tempore genitale semen desiderantis coniugis in gremium sese

Reiicit, aeterno devinctus vulnere amoris;

ex hoc autem Aetheris compressu

alma liquentes
Humorum guttas mater cum Terra recepit,

['Η δ'] ὑγροβόλους σταγόνας νοτίους
Παραδεξαμένη, τίκτει etc.

Foeta parit nitidas fruges, arbustaque laeta,
Et genus humanum, et parit omnia saecla ferarum.

B interprete *Lucretio* II, 991 etc. *Eustath.* in *Hom.* Il. Ξ, p. 966, 31, τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν (1) συνδυάζει ἀλλήλοις ὁ μῦθος, τὸν μὲν ὡς γόνιμον, τὴν δὲ, ὡς ἐκεῖθεν τὰς τοῦ γεννᾶν αἰτίας ἔχουσαν. Amorem horum coniugum castissimum, quo omnia in mundo animantur, formantur, aluntur-que nativa sua suavitate sic cecinit Noster, ut, quod imitandum habebat, exemplar *Aeschyli*, meo certe iudicio longe superaverit, nihilque scribi posse videatur venustius. — Partem Eclogae tantum proferam, quam, tredecim versibus constantem, nobis ex perdita *Euripidis* Tragoedia servarunt *Athenaeus* XIII, p. 599, et 600. et *Stobaeus* Ecl. Phys. *Canteri* p. 21, 22. *Grotii* p. 149. Sex primis versibus cum egisset *Euripides* de latissime patente Veneris imperio; (et Venus apud *Statium* Sylv. I, Ecl. II, v. 185, *ipsum*, inquit,

ipsum in connubia Terrae
C *Aethera, cum pluviis rarescunt nubila, solvo.*)

hi septem versus emendate, ut arbitror, scripti subiiciuntur:

(2) 'Ερᾷ μὲν ὄμβρου Γαῖ', ὅταν ξηρὸν πέδον,
Ἄκαρπον αὐχμῷ, νοτίδος ἐνδεῶς ἔχει·
'Ερᾷ δ' ὁ σεμνὸς Οὐρανὸς, πληρούμενος
Ὄμβρου, πεσεῖν ἐς γαῖαν Ἀφροδίτης ὕπο.

Ὅταν

Alexandr. p. 558, 21, *Gregor. Nazianz.* T. I, p. 564. A.
(2) Partem fragmenti quae huc spectat, ex *Athenaeo* repetitam, *Eustathius* protulit in Il. Ξ, p. 967, 6, attigit omnium

 pri-

῞Οταν δὲ συμμιχθῆτον ἐς ταὐτὸν δύο, A
Τίκτουσιν ἡμῖν πάντα, κἀκτρέφουσ' ἅμα,
῞Οθεν βρότειον ζῇ τε καὶ θάλλει γένος.

Exiguam in paucis scripturae diversitatem nunc non expendam. Et quibus ista nota sunt, hic tamen non illibenter legent *Aeschyli* locum e Danaïsin paulo melius scriptum, quam vulgarunt *Grotius* et *Stanlejus*:

(3) *Ἐρᾷ μὲν ἁγνὸς Οὐρανὸς τρῶσαι χθόνα·*
῎Ερως δὲ Γαῖαν λαμβάνει γάμου τυχεῖν·
῎Ομβρος δ', ἀπ' εὐνάεντος οὐρανοῦ πεσὼν,
῎Εδυσε γαῖαν· ἡ δὲ τίκτεται βροτοῖς
Μήλων τε βοσκὰς, καὶ βίον Δημήτριον,
Δένδρων τ' ὀπώραν, ἢ 'κ νοτίζοντος γάμου
Τέλειός ἐστι. τῶνδ' ἐγὼ παραίτιος. B

Illinc recte *Stanlejus* explicuit *Aeschylum* in Agam. v. 1400, quo satis absurde Tragica Clytaemnestra se mariti cruore respersam dicit,

Χαί-

---

primus tribus in locis *Aristoteles* Ἠθικ. Νικ. IX, p. 136, 8. Ἠθ. Μεγ. II, p. 65, 6. Ἠθ. Εὐδημ. VIII, p. 186, 5. *Plutarch.* II, p. 770. A. et *M. Antonin.* X, 21. *Aristotelis* loca iam indicata *Victorio* V. L. XX, c. 20, *Gatakerus* designavit ad *M. Antonin.* p. 303, et diligenter enotata protulit loca Poëtarum Latinorum ex istis *Euripidae* vel Aeschyleis derivata: huic omissa pauca quaedam legi poterunt apud *Stanlejum* ad *Aeschyli* Agam. v. 1400. et *Christ. Schoettgenium* ad *Columellae* X. v. 206. Sed ab his ante omnes laudari debuerant, ne *Turnebum*, *Columnam*, aliosque dicam, *Jos. Scaliger* Conj. in C *Varron.* de LL. p. 27. et *Fulv. Ursinus* in *Virgil.* Collat. Graec. ill. p. 135, 136. ex quo solo discimus *Euripidae* ῥῆσιν ex eius Oedipode decerptam, quod dramatis nomen *MS. Stobaei* Codex *Ursino* monstrasse videtur.

(3) In vs. 1, *τρῆσαι* frustra posuit *Grotius* pro lectione Athenaica *τρῶσαι*· amoris *vulnus* nemini displicet: Phaedra *Euripidis* in Hippol. v. 392, Ἐπεί μ' ἔρως ἔτρωσεν. frequentius, fateor, *amore saucia* dicitur *πληγεῖσ'* Ἔρωτι, quam *τρωθεῖσα*. et hic *τρῶσαι* novo quodam modo poneretur: mihi non displiceret — *βρέξαι χθόνα*. quod libenter *Moscho* restituerem in Epigramm. in Cupidinem aratorem:

Εἶπε δ' ἄνω βλέψας αὐτῷ Διΐ, βρέξον ἀρούρας.

Xeno-

A Χαίρουσαν οὐδὲν ἧσσον, ἢ Διὸς νότῳ
Γᾶν·

In eiusdem Supplicibus vulgata v. 886, Ὅς ἐρωτᾶς· ὁ μέγας Νεῖλος ὑβρίζοντά σε ἀποτρέψειεν· in margine libri sui, quem servat Leidensis Bibliotheca, sic emendabat *Jos. Scaliger*, ne litera quidem adiecta:

Ὁ ἔρως γᾶς, ὁ μέγας
Νεῖλος·

quae perdocta Magni viri correctio nititur, ut puto, Aegyptiaca veteri traditione, quam nobis *Heliodorus* conservavit Aeth. IX, p. 423, et 424, θεοπλαστοῦσι τὸν Νεῖλον Αἰγύπτιοι, — ἀντίμιμον οὐρανοῦ τὸν ποταμὸν σεμνηγοροῦντες [Ὅς ἀντὶ Δίας ψεκάδος Αἰγύπτου πέδον — ὑγραίνει, *Eurip.* Helenae v. 2.] — ἃ δὲ ἐκθειάζουσιν ἐκεῖνα· τοῦ εἶναι καὶ ζῆν ἀνθρώπους ὑγρᾶς τε
B καὶ ξηρᾶς οὐσίας σύνοδον μάλιστα νομίζουσιν· — καὶ τὴν μὲν ὑγρὰν τὸν Νεῖλον, θατέραν δὲ τὴν Γῆν τὴν αὐτῶν ἐμφαίνειν· — πρὸς δὲ τοὺς μύστας Ἶσιν τὴν γῆν, καὶ Ὄσιριν τὸν Νεῖλον καταγγέλλουσι· — ποθεῖ γοῦν ἀπόντα ἡ θεὸς, καὶ χαίρει συνόντι. haec

---

Xenophon Oeconom. p. 501, 26, πρὸς τὸν θεὸν ἀποβλέπουσιν, ὁπότε βρέξας τὴν γῆν ἀφήσει αὐτοὺς σπείρειν. in epigramm. *Moschi* pervenusto vulgatur,

πρῆσον ἀρούρας,
Μή σε τὸν Εὐρώπης βοῦν ὑπ' ἄροτρα βάλω.

— Vs. 3. ἀπ' εὐνοοῦντος dedit *Grotius* pro vulgata voce ἀπ' εὐνάεντος· cuius loco, monente Clar. *Ruhnkenio*, *Athenaei* praebet Epitome *MS.* Paris. ἀπ' εὐνάοντος. ex qua vera forsan lectio
C detegetur: mihi venit olim in mentem εὐρώεντος, *tenebrosi*, vox Poëtis sed non de coelo pluvio frequentata. — vs. 4, pro Ἔκυσε, vel Ἔλυσε, vel Ἔδευσε, quod placet *Heathio*, posui Ἔδυσε γαῖαν· *terram subire solet*; eleganti coniectura corrigebat Clar. *Ruhnkenius*: Ὄμβρος — Ἔπλησε γαῖαν, memor in Alope dedisse Tragicum, Πλήσας δὲ νηδύν. — Versu 6 vulgata apud *Athen.* Δένδρεον δέ τις ὥρα ἐκ ν. *Grotio* scripta, Δένδρων δέ θ' ὥρα ἐκ ν. *Stanlejo*, Δένδρων δέ τις ὥρ' ἐκ ν. *Heathio*, Δένδρων δέ πως ὥρ' ἐκ ν. recte a me arbitror emendata,

Δένδρων τ' ὀπώραν, ἣ 'κ νοτίζοντος γάμου
Τέλειός ἐστι·

Et fruges arboreas, quae ex maritis imbribus suam adipiscuntur maturitatem.

haec minime protrita miror omissa Clar. *Jablonskio* de Nilo agenti Panthei Aeg. IV, 1. ubi conferri poterit p. 168. accedant ista *Philostrati* de V. A. VI, c. 1, de Indo et Nilo: ποταμοὶ ἀμφοῖν ὅμοιοι· περαίνουσι γὰρ τὰς ἠπείρους ἐν ὥρᾳ ἔτους, ὁπότε ἡ γῆ ἐρᾷ τούτου. nempe τοῦ περαίνεσθαι· cuius sensum turpem cogitabat Sophista. A

Cum Aegyptiaca traditione de duobus vitae animalis principiis, et Nilo terram Aegypti instar Dei foecundante, Euripidea si conferantur sive etiam Anaxagorea de Coelo sive Aethere et terra, haec sane videri poterunt ex eodem fonte ducta, quo multa veteres Graecorum Physici derivarunt: inter illos qui ad Aegyptios ἐξεδήμησαν φυσιολογίας χάριν καὶ θεολογίας ἀκριβεστέρας memoratur etiam *Anaxagoras Clazomenius Procopio* in Librum III. Regum p. 185, inter illos nec *Clementi Alex.* neque *Plutarcho* nominatus, nec *Diogeni Laërtio*, qui itineris in Aegyptum comitem *Platoni* dat *Euripidem* III, 6.

Sed undecunque sua hauserit *Euripides* de Aethere et Terra, velut rerum creatarum principiis duobus, (quibus et Aegyptii arbitrabantur τὰ ἄλλα στοιχεῖα συνυπάρχειν τε καὶ συναναφαίνεσθαι, *Heliodor.* p. 424, 1.) cum Anaxagora, aliisque Physicis veteribus, *Euripides* nullam rerum creatarum mori statuit, aut ad nihilum interimi, sed in suum quidque genitale corpus resolvi: statuerat *Anaxagoras*, τὴν φύσιν εἶναι σύγκρισιν καὶ διάκρισιν, τουτέστι γένεσιν καὶ φθοράν· statuit *Euripides*, in terram redire quod esset e terra; quodque ex aethere natum divinioris esset originis in aethera reverti: B

Χωρεῖ δ' ὀπίσω, τὰ μὲν ἐκ γαίας
Φύντ' ἐς γαῖαν, τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου
Βλαστόντα γονῆς εἰς οὐράνιον
Πόλον ἦλθε πάλιν· θνήσκει δ' οὐδὲν
Τῶν γιγνομένων· διακρινόμενον δ' C
Ἄλλο πρὸς ἄλλου
Μορφὴν ἰδίαν ἀπέδειξεν.

Euripidei simillimum nobile dictum *Epicharmi* bis terve hanc in rem adhibuit, praeter cetera, *Th. Gatakerus* de S. N. I. p. 48. A. M. P. p. 327. ad *M. Antonin.* p. 225. Epicharmea *Menander* respiciebat in istis p. 184,

Τοῦτον εὐτυχέστατον λέγω,
Ὅς τις θεωρήσας ἀλύπως, Παρμένων,
Τὰ σεμνὰ ταῦτ', ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθεν, ταχύ·

qui celeriter illuc abiit, unde venerat: cuius, corpore in terram recedente, anima coelo demissa illuc sublimis abiit: nam

Nec

A *Nec sic interimit mors res, ut materiaï*
Corpora conficiat, sed coetum dissupat ollis:

Lucret. II, 1001, 2.

quidque in sua corpora rursum
Dissolvit Natura, neque ad nihilum interimit res,

Idem I, 116. Ex suis placitis interpretandus *Ovidii* Pythagoras Met. XV, 165,

Omnia mutantur; nihil interit:

vs. 244, *omnia fiunt ex ipsis, et in ipsa cadunt:* in elementa nempe sua, sive corpora genitalia: vs. 252,

Nec perit in tanto quicquam (mihi credite) mundo,
Sed variat faciemque novat:

B Philosophorum hic loca possent excitari loquentium περὶ τῆς συγκρίσεως καὶ διακρίσεως, sed ad ultima *Euripidis* ista pauca sufficiunt illuminanda; cui constans haec fuit de corpore et anima doctrina, ut de *Euripide* Socratis familiari vere dici possit, quod de Socrate scribit *Cicero* in Laelio c. IV, — *non tum hoc, tum illud, ut in plerisque, sed idem dicebat semper, animos hominum esse divinos, iisque* (*piisque* legendum arbitror) *cum e corpore excessissent reditum in coelum patere:* hoc dixit in Tuscul. I, c. XI, *animos, cum e corporibus excesserint, in coelum quasi in domicilium suum pervenire.* I, c. 49, *emittique nos e custodia et levari vinclis arbitremur, ut — in aeternam et plane in nostram domum remigremus:* dantur in hanc sententiam *Platonis*, et Platonicorum multa; cum philosophis *Manilius* non dubitanter statuit IV, 891, ex emendatione *Bentleji:*

C *esse et nobis terrenae corpora sortis*
Aetheriasque auras animo.

ubi subdubitabat *Nemesianus* Ecl. I, v. 39,

si sublimes animae coelestia templa,
Sidereasque colunt sedes, mundoque fruuntur:

Barthius locum etiam *Euripidis* adnotavit, neque *Gatakero* neglectum, ex Supplic. v. 532, nuper adeo sic eleganter emendatum a *Jo. Toupio* Emend. in *Suid.* II, p. 6,

Ἐάσατ' ἤδη γῇ καλυφθῆναι νεκρούς·
Ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ ζῆν ἀφίκετο,
Ἐνταῦθ' ἀπελθεῖν· πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν.

In

In *Eurip.* Oreste v. 1092, A

Μήθ' αἷμά μου δέξαιτο κάρπιμον πέδον,
Μὴ λαμπρὸς αἰθήρ·

Scholiasta Pindari recte supplet, τὸ πνεῦμά μου δηλονότι. *Euripidis* autem *Schol.* qui legisse videtur,

Μὴ σῶμά μου δέξαιτο. κ. π.

interpretatur μὴ ἑνωθείην τοῖς στοιχείοις τελευτήσας. absurde secundum *Eurip.* in Hypsipyle apud *Stobaeum* p. 568, 12,

ἄχθονται βροτοὶ
Εἰς γῆν φέροντες γῆν.

Reddenda terrae est terra: tum vita omnibus
Metenda, ut fruges; sic iubet necessitas. B

Euripides apud *Ciceron.* Tusc. III, c. 25.

Insigne perditae Tragoediae fragmentum *Grotius* in Excerpta ex *Eurip.* retulit sic scriptum p. 423,

Ὁ δ' ἄρτι θάλλων σάρκα, διοπετὴς ὅπως
Ἀστὴρ ἀπέσβη, πνεῦμ' ἀφεὶς εἰς αἰθέρα,
Νεκρὸν δὲ σῶμα κἂν μίμημα δαιμόνων.

Ad postrema *Grotius* in notis: *Apud Plutarchum* μικρὸν *et* καὶ, *libro cur oracula defecerint. Explicans, ait homines Deorum esse effigiem:* his omissis, ut sine dubio Euripidea dedit ista *Barnesius* p. 511. Vitiosa voce μίμημα notata, *Heathius* p. 180, magis etiam mendosa legi monuit apud *Plutarchum.* Pro Euripideis verba viri docti nobis dedere *Plutarchi*, in eo occupati, T. II, p. 416. C. D. ut monstret praeter Deos et homines medium quoddam genus dari, Δαίμονας· ἡ δὲ φύσις, inquit, αἰσθητὰς εἰκόνας ἐξέθηκε καὶ ὁμοιότητας ὁρωμένων Θεῶν, ὡς ἥλιον καὶ ἄστρα· Θνητῶν δὲ, σέλα καὶ κομήτας καὶ διάττοντας (ὡς Εὐριπίδης εἴκασεν, ἐν οἷς εἶπεν, C

Ὁ δ' ἄρτι θάλλων σάρκα, διοπετὴς ὅπως
Ἀστὴρ ἀπέσβη, πνεῦμ' ἀφεὶς εἰς αἰθέρα,
Μικρὸν δὲ σῶμα·)

καὶ μίμημα δαιμόνιον (sive Δαιμόνων) ὄντως τὴν σελήνην, τῷ etc. Signa tantum posui parentheseos; in Luna quaesivit imaginem Δαιμόνων· ut Deorum, in Sole et astris; hominum mortalium, in subitis coeli fulgoribus et cometis, stellisque istis quae vulgo videbantur *Praecipites coelo labi*, et *multa cum luce currentes; vulgi sequitur* in his *opinionem*, *Servio* quoque iudice, *Virgil.* Georg. I, 365. Aen. I, 694. V, 527. Vo-

A Vocem forte non invenit *Apulejus* in libello de mundo, qua in his, σέλα τε καὶ διάττοντες καὶ κομῆται, mediam nobis interpretaretur. Cum his fulgoribus, subito extinctis, ad mentem *Plutarchi* hominem in medio aetatis splendore extinctum comparaverat *Euripides;* cuius ille verba suis interiecit: sed primum, ut puto, scripserat *Plutarchus:* καὶ διάττοντας (οὓς Εὐριπίδης εἴκασε θνητοῖς, ἐν οἷς εἶπεν, tum Euripidea hac ratione posuerat:

> Ὁ δ' ἄρτι θάλλων σαρκὶ, διοπετὴς ὅπως
> Ἀστὴρ, ἀπέσβη, πνεῦμ' ἀφεὶς ἐς αἰθέρα,
> Μιαρὸν δὲ σῶμα.)

nempe γῇ καλυφθῆναι ἀφεὶς τὸ μιαρὸν σῶμα· ista vox, huic apta sedi, saepe transit in μικρόν· vid. *Eurip.* Hippol. v. 1441. Corpus spiritu vacuum sive inanimum, μιαρὸν, cuius θανάσιμοι ἐκπνοαὶ contage sua B polluebant. Sed ne in his quidem *Euripidem* ab *Anaxagorae* discessisse sententia monstrat comparatio, et verbum ἀπέσβη. censuit enim *Anaxagoras*, τοὺς καλουμένους διάττοντας ἀπὸ τοῦ αἰθέρος σπινθήρων δίκην καταφέρεσθαι, διὸ καὶ παραυτίκα κατασβέννυσθαι· quae leguntur eadem in opere de Placitis Philos. III, c. 2. et in *Stobaei* Ecl. Phys. p. 63. — Θάλλων σάρκα legatur in Euripideis, an σαρκὶ, nihil interest: hoc ut usitatius praetuli, etiam oblatum a *Plutarcho*, priora huius fragmenti iterum adhibente T. II, p. 1090. c. Hoc usus est loco Clar. Noster *Ruhnkenius* in *Timaei* Lexicon p. 28. ad Ἀπέσβη· pro ἀπέστη restituendum et in *Euripidis* Medea v. 1218,

> Χρόνῳ δ' ἀπέσβη, καὶ μεθῆχ' ὁ δύσμορος
> Ψυχήν.

Sed, ut alia mittam ex Helena et Supplicibus loca, non erat omittendus nobilis *Euripidae* de animo immortali, atque in aeternam suam domum retrocedente, locus ex Helenae v. 1020,

> ὁ νοῦς
> Τῶν κατθανόντων ζῇ μὲν οὔ, γνώμην δ' ἔχει
> Ἀθάνατον, εἰς ἀθάνατον αἰθέρ' ἐμπεσών.

egregie *Grotius:*

> *anima post fati diem*
> *Iam non, ut ante, vivit; at sensus tamen*
> *Servat perennes, hospes aeterni aetheris.*

Hic quoque locus copiose tractari posset, nisi hoc iam capite in his Euripideis modum excessissem. Legi poterunt atque ad examen revocari de hoc loco subtiliter disputata *Cudwortho*, eiusque Interpreti Clarissimo *Moshemio*, p. 1039, 1040.

H CA-

A

C A P U T VII.

In fragmenta dramatis Antiopes.

Antiopes Euripideae nomen Aristoteli restitutum; fragmenta quaedam exiguntur ad historiam veterem. Asii Samii poëma perpaucis, Pausaniae lectum. Geminos Antiope quando pepererit, et ubi. Pastor iuvenum educator. Praeter nominum notationem nil ex Antiopa reprehensum Comico. Cum ignota matre loquentis Amphionis versus. Iovem dictum rem habuisse cum puellis sub tegmine Satyri, anseris etc. Antiopes ad filium verba, Deo culpam tribuentis. Dramatis fragmen de Dirce raptata. Matre vindicata Paean Amphioni cantatus. Fratrum, quorum ingenia diversissima, colloquium de B *Musica concertantium, Ciceroni memoratum aliisque.*

Ut Physica quaeque illuc in Euripideis spectant attigimus pleraque, sic et alia tractari possent non pauca, Politica praesertim, quibus sua iam aetate labentis Atticae Reipublicae mores perversos notavit, aut rem publicam gerentibus vera dedit praecepta. Sed, ut equidem arbitror, plerique harum literarum amantes libentius legent cuiuscunque generis *Euripidae* reliquias emendatius scriptas, quam prostant vulgatae. Hoc mihi capite sumam reliquias quasdam *Antiopes* Euripideae. Sed nomen ante nobilissimi dramatis restituere conabor *Aristoteli* de Poët. c. XIV, illud inprimis in Tragoedia probanti, si C fingat Poëta τὸν μέλλοντα ποιεῖν τι τῶν ἀνηκέστων δι' ἄγνοιαν ἀναγνωρίσαι πρὶν ποιῆσαι. In tali temporis articulo factam laudat *Aristoteles* agnitionem in Cresphonte, et in Iphigenia: hae cum sint *Euripidis* tragoediae, eiusdem alia probabiliter latet in proximis p. 239, 22. καὶ ἐν τῇ

(1) *Asium* illic olim citatum dico: nam pro vulgatis, καὶ ἔπη τούτῳ πεποίηκεν Ἄγις ὁ Ἀμφιπτολέμου, scribendum, καὶ ἔπη ἐς τοῦτο πεποίηκεν Ἄσιος ὁ Ἀμφιπτ. *Asii* Samii, Amphiptolemi filii, poëtae antiquissimi, (τὸν Σάμιον ποιητὴν Ἄσιον, τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον dixit *Athen.* III, p. 125. B.) carmen epicum, quo historias ille veteres complexus inprimis ἐγενεαλόγητε, nescio an ulli eorum, qui nobis

A τῇ Ἕλλῃ ὁ υἱὸς τὴν μητέρα ἐκδιδόναι μέλλων ἀνεγνώρισεν· nullum autem fuisse arbitror *Euripidis* drama, in quo talis matris ἀναγνωρισμὸς locum invenerit praeterquam in *Antiope:* ἐν Τηλέφῳ dramate, filius quidem matrem Augen *agnovit*, nec tamen ἐκδιδόναι μέλλων· at in *Antiope:* hoc vero nomen cum a vicinis (fac scriptum ΕΝΤΗΙΕΠΗ.) facile potuerit absorberi, corrigendum suspicor: καὶ ἐν τῇ Ἀντιόπῃ ὁ υἱὸς, τὴν μητέρα ἐκδιδόναι μέλλων, ἀνεγνώρισεν· *et in Antiope, cum filius* (Zethus nempe) *iam iam in eo esset, ut exposcenti* (Dircae) *dederet matrem, agnovit.*

Historiam Antiopes,

Ἢ δὴ καὶ Διὸς εὔχετ' ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαῦσαι,

plerisque perturbate traditam, unus omnium, sic ut suis singula temporibus videantur illigata, nobis breviter enarravit *Scholiastes Apollon. Rhod.* IV, 1090. Cum quis, Iovem mentitus, formosam Nycteïda
B vitiasset, iram illa patris verita, instante partu, Sicyona aufugisse videtur ad Epopea. Sed ante, quam illuc perveniret, quos utero gerebat, geminos in antro montis Cithaeronis enixa reliquisse, vel pastori educandos commendasse; onere tum levata sic Epopeo iam ante nota placuisse, ut hic illam sibi duceret uxorem. — Sed hinc diversa facies fuit narrationis in Euripidei dramatis Prologo, quo non ante fecit Zethum et Amphiona parientem Antiopen, quam post mortem patris, et mariti Epopei, a Lyco patruo, Sicyone vi Thebas *reduceretur:* habuit et ille suae narrationis auctores, quos sequutus est *Apollod.* III, p. 144, qui re sic narrata de Lyco victore, τὴν Ἀντιόπην, ait, ἤγαγεν αἰχμάλωτον· ἡ δὲ ἀγομένη δύο γεννᾷ παῖδας ἐν Ἐλευθεραῖς τῆς Βοιωτίας. et de eodem Lyco *Hygin.* f. VIII, *Interfecto Epopeo Antiopam vinctam abduxit in Cithaeronem: parit geminos, et reliquit.* His forte veriora *Pausanias* tradidit II, p. 124; sed et hoc auctore post mortem
C Epopei Lyco tradita, ὡς ἐς Θήβας ἤγετο, ἐνταῦθα καθ' ὁδὸν τίκτει secundum (1) *Asium* illic olim citatum,

Ἀντιόπη δ' ἔτεκε Ζῆθον κ' Ἀμφίονα δῖον
Ζηνί τε κυσαμένη, καὶ Ἐπωπέϊ ποιμένι λαῶν.

Quod

---

nobis supersunt, fuerit lectum, praeterquam *Pausaniae;* nam quae illinc exhibent *Strabo* VI, p. 406. c. et *Athen.* XII, p. 552. E. aliis accepta retulerunt: sed ut alia multa solus, sic et hoc *Asii* Poëma legit et saepe laudat *Pausanias*, cui dicitur Ἄσιος ὁ Ἀμφιπτολέμου Σάμιος VII, p. 530. A. alibi simpliciter Ἄσιος ὁ τὰ ἔπη ποιήσας citatur, et Ἄσιος ἐν τοῖς ἔπεσιν. L. VI, p. 282,

 prae-

Quod dicebam de serie narrationis Euripideae mihi constitit ex Antiopes fragmento, quod ope *Eustathii* ex *Ammonio* eruam, tradente differentiam inter Κύειν et Τίκτειν p. 86. vulgatur illic: Εὐριπίδης ἐναντίον, Ἡ κύουσα τίκτω (εἶπεν) ἡνίκ' ἠγόμην πάλιν. Illic ne iuvenis quidem cogitare debueram de *Euripidis* Antigone: quid verum sit *Eustathius* monstrat in Od. Π, p. 601, l. 45. ubi prolatis *Ammonii* verbis ista subiicit: καὶ φέρεται εἰς τοῦτο χρῆσις ἐξ Ἀντιόπης τὸ, Κύουσα τίκτον· ἤγουν κατὰ γαστρὸς φέρουσα εἶτα ἔτεκον. Utrum iam scribatur apud *Ammonium* Εὐριπίδης Ἀντιόπη, an, propter illud εἶπεν interiectum, et quia ipsius erant Antiopae verba, Εὐριπίδου Ἀντιόπη — εἶπεν, nihil refert; nec multum sane, utrum in versu probes *Euripidis* Κύουσ' ἔτικτον· ad ductum *Eustathii*; an, quod ego malim, A

Κύουσα, τίκτω δ' ἡνίκ' ἠγόμην πάλιν.

ut copula pendeat ab iis quae praecesserant; praeter alia, praesens τίκτω de re sic adhibetur *Euripidi* dudum praeterita, Androm. v. 9. Iphig. A. v. 1164. Taur. v. 23. 1319. Bacch. v. 2, 43. Ion. v. 356. Helenae v. 8. Illud vero minime dubitandum, quin in hoc versu, qui tantum poni potuit in Prologo, verba sint Antiopae gravidam se peperisse narrantis, cum iterum Thebas reduceretur. B

A patrui coniuge, Dirce, Thebis omnibus injuriis vexata cum iterum aufugisset Antiope, nescia mater incidit in filios; a Zetho autem, cuius sibi opem implorabat, repulsam passa, cum iam esset dedenda Dircae, quae illam insequuta exposcebat, aut quum iam a saeva muliere abriperetur, commodum intervenit Pastor iuvenum educator, certisque documentis facile quidem Amphioni, sed et duro agrestique Zetho, fugitivam illam matrem esse tandem persuasit: si itaque Zethus est filius, qui τὴν μητέρα, ἐκδιδόναι μέλλων, ἀνεγνώρισεν, vere *Aristoteli* videor restituisse voces ἐν τῇ Ἀντιόπῃ. C

Dicitur illa quidem *Apollodoro* ad filiorum ἔπαυλιν venisse δεχθῆναι ἀπ' αὐτῶν θέλουσα· et a filiis agnita: sed commodum dramatis *Euripidis* (sive *Pacuvii* dicere malis cum *Th. Reines.* V. L. p. 374,) et *Enniani* nobis argumenta servavit *Hyginus* f. VII, et VIII; in hoc, ni fallor, *Ennii* dramatis argumento unius fit Zethi, matri primum reluctan-

---

praeter cetera incertorum poëmata ad rem, quam tractabat, inquirendam evolvisse se narrat ὁπόσα — Ἄσιος ἐγενεαλόγησεν· οὐ μὴν ἔσγε ταῦτα ἦν σφίσιν οὐδὲν πεποιημένον· L. VIII, p. 599, πεποίηται — Ἀσίῳ τοιάδε ἐς αὐτόν. ex hoc more scribendi *Pausaniae*, in primo loco corrigebam ἐς τοῦτο πεποίηκεν Ἄσιος, cuius

A luctantis, mentio: *devenit* Antiope *ad filios suos; ex quibus Zethus existimans fugitivam non recepit. In eundem locum Dirce — delata ibi Antiopam repertam ad mortem extrahebat. Sed, ab educatore pastore adolescentes certiores facti eam esse matrem suam, celeriter consecuti matrem eripuerunt.*

Multo facilius, et dudum ante Zethum, matrem tacitum Amphiona agnovisse mihi persuadeo: Amphiona

Musarum comitem, cui carmina semper
Et citharae cordi, numerosque intendere nervis,

ingenium mite et natura potentior iam commoverant. Ecce testem in historia veteri idoneum *Propertium* III, El. XIII, de Antiope canentem v. 29,

Et durum Zethum, et lacrymis Amphiona mollem,
B *Experta est stabulis mater abacta suis.*

(Huc pertinet ex Antiopa *Pacuvii* versus apud *Nonium* in *Amolimini*,

Nonne hinc vos propere stabulis amolimini?)

vs. 35,

Sera tamen pietas: natis est cognitus error:
Digne Iovis natos qui tueare senex,
Tu reddis pueris matrem.

Huius educatoris nomen *tam fuisse ignorabile* mirabatur *Broukhusius*: Ὀρδίων dicitur *Cedreno* p. 22, c. et *Jo. Malelae* p. 55, et 56, sed istiusmodi testes mecum *Broukhusius*, credo, repudiaret, qui veteres nobis historias suis emblematis atque insulsis mendaciis contaminant: hoc in fabulis facile ferendum putabunt huius aetatis sophi, suam quisque
C Helenam nempe veridicam mirati. De pastore isto, eiusque uxore minime vulgata tradit *Dio Chrysost.* Orat. XV, p. 237. B. C. illinc discimus Pastores istos, Eleutheris degentes, servos Oenei fuisse, nothi filii Pandionis; corrigendum enim illic est: *πλήν γε τῆς Οἰνέως* (pro *τῆς οἰήσεως*) *τοῦ Πανδίονος — νόθου παιδός.* *τῆς Οἰνέως* nempe *δούλης*· quod illic relinquitur ex iis quae praecedunt supplendum; saepius omissum: v. in *Hero-*

---

cuius nomen semel etiam alibi vitiose scribitur Ἄρειος III, p. 239. F. Sed hic Ἄσιος ponendum iam vidit *Jac. Palmerius* in *Pausan.* p. 384. Conferatur Magni *G. J. Vossii* libellus de Poëtis Gr. in *Asio.*

Herodotum P. 168, 55. nexum orationis non attendens. *Jo. Meursius* τοῦ Οἰνέως refingebat de Reg. Athen. II, c. 15. Dicuntur autem *Dioni* Pastor eiusque uxor quos invenissent ἐν τῇ ὁδῷ expositos infantes, cuius essent ignari, cupide sustulisse proque suis educasse. A

Prope Eleutheras antrum monstrabatur *Pausaniae* I, p. 93. F. de quo narrabant, ὡς Ἀντιόπη τεκοῦσα κατάθοιτο ἐς αὐτὸ τοὺς παῖδας. Secundum *Euripidem* partus doloribus pressa Antiopa foetum geminum *in via*, *sive bivio*, fuit enixa prope Eleutheras: ab hoc oppido *Hysiae* non longe aberant, ad Cithaeronem etiam sitae. Meminit et Hysiarum *Euripides*, sed forte tanquam oppidi, quod a Nycteo conditum (κτίσμα Νυκτέως dicitur *Eustathio* in Il. B, p. 200, 43,) filiae Antiopae fuerat natale: *Harpocration*, Ὑσιαὶ, — τῆς Βοιωτίας πόλις, ἧς μνημονεύει καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ. Apud *Stephanum Byz.* in Ὑρία, *Hesiodus* ἐν Ὑρίᾳ τὴν Ἀντιόπην φησὶ γενέσθαι· Εὐριπίδης δ' ἐν Ὑσίᾳ. Leg. ἐν Ὑσιαῖς. In bivio peperisse secundum *Euripidem* vel ex his *Hygini* solis suspicari licuisset: c. VII, *dolor eam in ipso bivio coëgit partum edere. Quos pastores pro suis educarunt, et appellarunt Zeton* ἀπὸ τοῦ ζητεῖν τόπον· *Alterum autem Amphionem* ὅτι ἐν διόδῳ ἢ ὅτι ἀμφὶ ὁδὸν αὐτὸν ἔτεκεν. Nollem his ineptiis Tragicus eximium illud suum drama dedecorasset: in quo lecta fuere *Etymologo* servata, — p. 411, 13, velut *Euripidis*, Τὸν μὲν κίκλησκε, sive B

Τὸν μὲν κικλήσκει Ζῆθον· ἐζήτησε γὰρ
Τόκοισιν εὐμάρειαν ἡ τεκοῦσά νιν.

(vox ultima νιν in *Etymol. MS.* transiit in γυνή.) et horum similia de Amphionis nomine: nam, in eodem libro p. 92, 4. λέγει Εὐριπίδης ὁ τραγικὸς ἐτυμολόγος τὸ Ἀμφίων· (scrib. ὁ τραγικὸς, ἐτυμολογῶν τὸ Ἀμφίων·) ὅτι Αμφίων ἐκλήθη παρὰ τὸν ἄμφοδον, ἤγουν παρὰ τὸ παρὰ (sic MS.) τὴν ὁδὸν γεννηθῆναι. ibidem dicitur *Aristophanes* ista ridendo exagitasse: huius versum servavit nobis *Pollux* IX, 36, ex altera Editione Thesmophor. C

Ἄμφοδον ἐχρῆν αὐτῷ τεθεῖσθαι τοὔνομα.

Praeter ista, digna sane quae sibi sumeret Comicus irridenda, pauca suspicor hoc in dramate elegantissimo *Euripidis* reperta quae mordacissimus *Aristophanes* arrodere potuerit: Antiopes certe *Euripidis* nusquam fit *Aristophani* vel in *Scholiis* ad Comicum mentio, nisi semel in his cum laude: nam ubi meminit Comicus saepius vexatae Andromedes in Ran. v. 53, quaestionem ponit Criticus, cur non potius meminerit nuper actorum dramatum *Euripidis*, τῶν καλῶν, Ὑψιπύλης, Φοινισσῶν, Ἀντιόπης· et respondet ad illam, ἐπειδὴ οὐ συκοφαντητέα ἦν τὰ τοιαῦτα.

Paulo ante memini diversitatis ingeniorum in his Antiopae geminis: cum durus Zethus stabulis illam velut mulierem abegisset fugitivam, lacrymis miserae mulieris motum Amphiona casus suos atque infor•

A fortunia narrantem aure benigna suspicor audivisse; et lacrymis mollitum ad durum fratrem dixisse, quae praebet *Stobaeus Gesn.* p. 153, 24, *Grot.* p. 91, *Barn.* v. 61,

> Ἀμουσία τοι μήδ' ἐπ' οἰκτροῖσιν δάκρυ
> Στάζειν, κακὸν δὲ, χρημάτων ὄντων ἅλις,
> Φειδοῖ πονηρᾷ μηδέν' εὖ ποιεῖν βροτῶν.

sed cum amorem mulier memoraret, quo virginem Iupiter dignatus, Satyri sub tegmine, gemino foetu frustra Deo reluctantem implevisset, in scena respondisse suspicor Amphiona,

> [Οὐκ ἔστι ταῦτά γ',]

et quae apud *Clem. Alex.* Strom. v, p. 716, 1,

B
> Ἀμφίων λέγει τῇ Ἀντιόπῃ,
> οὐδὲ γὰρ λάθρα δοκῶ,
> Φωτὸς κακούργου σχήματ' ἐκμιμούμενον,
> Σοὶ τήνδ' ἐς εὐνὴν, ὥσπερ ἄνθρωπον, μολεῖν.

Causa vix videtur cur τήνδ' ἐς εὐνὴν dixerit: una litera mutata Iovis nomen, Ζῆνα, restituet:

> Σοὶ Ζῆν' ἐς εὐνὴν, ὥσπερ ἄνθρωπον, μολεῖν.

noverat Amphion solere puellas isthoc aevo saepius,

> Εἰς Ζῆν' ἀναφέρειν τὴν ἁμαρτίαν λέχους·

qui versus est *Eurip.* Bacch. 29. Secundo versu *Satyri celatum ima-*
C *gine*, qualem dixerat Antiope, Amphion designasse videtur. *Ovidius* Met. vi, 109,

> *Fecit olorinis Ledam recubare sub alis:*
> *Addidit, ut Satyri celatus imagine pulcram*
> *Iupiter implerit gemino Nycteida foetu.*

Σατύρῳ ὁμοιωθεὶς, *Schol. Apollon.* iv, 1090. Diserte Satyri meminisse Tragicum hic non falsus testis est *Cedrenus* p. 22. E. ὁ μὲν Εὐριπίδης — τὸν Δία φησὶν, εἰς Σάτυρον μεταβληθέντα, τὴν Ἀντιόπην φθεῖραι. paria dedit *Jo. Malelas* p. 58, quae paucis tradit *Cedrenus*, eadem mendacia verbose nobis enarrans: cum his nugatoribus nullo modo comparandus perdoctus Scriptor *Clementin.* Homiliar. v, c. 13, de Iove, μίγνυται, inquit, καὶ Ἀντιόπῃ τῇ Νυκτέως, Σατύρῳ παρεικασμένος· — Νεμέσει τῇ Θεστίου, τῇ καὶ Λήδᾳ νομισθείσῃ (malim, ὀνομασθείσῃ,) Κύκνος, ἢ Χὴν γενόμενος.

ex

ex ultimis pro *ἀναγράψαντες* scribendum *χῆνα γράψαντες*, Hom. VI, c. 23. A loco, qui *Davisii* diligentiam praeteriit, sic ni fallor restituendo: *τὸν δι' αὐτῶν ὄντα πατέρα θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων, ὃν οἱ πολλοὶ Δία λέγουσι, Λήδᾳ συνεσχηματισμένον χῆνα γράψαντες ἐν πίνακι δημοσίᾳ ἀνατιθέασιν.*

Amyclaeo formosior ansere Ledae,

Ciris dicitur *Virgilio* v. 489. scripserat forte *Clemens Alex.* Protrept. p. 53, 7, *τῇ Λήδᾳ ἐπιποτώμενον τὸν ὄρνιν — ἐναποτυ τοῦσι ταῖς σφενδόναις.* vid. *Eurip.* Helena v. 18. etc. Venuste *Manilio* I, v. 346,

Deus in niveum descendit versus olorem,
Tergaque sidenti subiecit plumea Ledae.

Amphionis *Euripidei* ad Antiopen verbis ista *Clemens Alex.* p. 716, proxima subdit *Sophoclis* de Hercule dicta: B

Τὴν τοῦδε γάρ τοι Ζεὺς ἔγημε μητέρα,
Οὐ χρυσόμορφος, οὐδ' ἐπημφιεσμένος
Πτῖλον κύκνειον, ὡς κόρην Πλευρωνίαν
Ὑπημβρύωσεν, ἀλλ' ὁλοσχερὴς ἀνήρ.

Sophoclea miror in Excerptis praetermissa *Grotio*, nec non Amphionis ad Antiopen ista; qui si praeterea dixerit in *Euripidis* dramate, Iovem, aeterna pace beatum, atque omnibus in coelo rebus bonis affluentem, Deorum regina conjuge cum frueretur, turpiter ab hominibus fingi formas in terris quotidianas venantem, et hominis instar cum illis rem habentem; hoc, vel simile quid si dixerit Amphion *Euripidis*, ad ista respondere potuit Antiope, praeter alia, quae prostant ex *Euripidis* Antiopa in *Stobaei* Florileg. p. 386, 25. *Grot.* p. 239. *Barn.* v. 86. C

Κόρος δὲ πάντων· καὶ γὰρ ἐκ καλλιόνων
Λέκτροις ἐν αἰσχροῖς εἶδον ἐκπεπληγμένους.
Δαιτὸς δὲ πληρωθείς τις ἄσμενος πάλιν
Φαύλῃ διαίτῃ προσβαλὼν ἥσθη στόμα.

Horum versuum quartum, cum forte legeretur *Athenaeo* citatus X, p. 421. F. *Grotius* retulit inter Excerpta ex incerta Trag. p. 435. et *Barnes.* p. 514. hic tamen ab eruditissimo populari *Gatakero* veram versus sedem discere potuisset ex A. M. P. c. X, p. 519. qui similis sententiae dicta, hoc etiam Antiopes adscripsit ad *M. Antonin.* VI, 46.

Si similia quoque dixerit in Iovem Antiope his *Propertii:* III, El. XIII, 19,

Iupi-

A *Iupiter Antiopae nusquam succurris habenti*
Tot mala? corrumpit dura catena manus.
Si Deus es, tibi turpe tuam servare puellam?

quae praecedunt, et quae sequuntur,

Invocet Antiope quem nisi vincta Iovem?

monstrant, opinor, scripsisse *Propertium:*

Si Deus es, tibi turpe, tuam servire puellam.

quod aliquoties in ista versus sede, etiam absque casu, collocavit. Solent autem malis pressi sic apud *Euripidem* saepe loqui, Phoen. 86. Cycl. v. 353. Herc. v. 347. Elec. 583. etc. — Amphiona non dedecent quae habet ex Antiopa *Stobaeus* p. 439, 53. *Grot.* p. 320. *Barn.* v. 96,

B Οὐ σωφρονίζειν ἔμαθον, αἰδεῖσθαι δὲ χρὴ,
Γύναι τό, τε λίαν, καὶ φυλάσσεσθαι φθόνον.

Euripidis formam scribendi φυλάσσεσθαι praebet *Stobaeus Gesn.* sed ubi vulgarunt, Γύναι, τὸ λίαν· voculam interieci, quia primam in λίαν Comicis aliisque etiam productam, vicies corripit *Euripides*; cuius perpauca loca, quae possent obiici, facillimam omnia medelam admittunt. — Nec in hac scena cum Amphione loquenti Antiopae disconvenirent ista apud *Stob.* p. 538, 28, *Grot.* p. 417, *Barn.* v. 28, partim *Erotiano* in κατεφρόνει ex Antiope citata,

Φρονῶ δ' ἃ πάσχω, καὶ τόδ' οὐ σμικρὸν κακόν·
Τὸ μὴ εἰδέναι γὰρ ἡδονὴν ἔχει τινὰ
Νοσοῦντα· κέρδος δ' ἐν κακοῖς ἀγνωσία.

C Agnita matre, quum iniurias filii cognovissent multiplices, quibus illam imperiosa Dirce tanquam mariti concubinam ut mulier ferociter vexaverat, nihil tale meritam, supra naturam et ipsi saevientes saevam mulierem crudeli supplicio necarunt: hoc quoque supplicium in scena narratum ab *Euripide* ex uno novimus Antiopes fragmento, quod *Longinus* protulit in exemplum rebus aptae verborum compositionis, qua in parte fuit artifex *Euripides* admirabilis. Miserationem movebant de Hippolyto narrata, furiis equorum distracto, *Eurip.* Hipp. v. 1236, qui, curru suo excussus, et resupinus haerens,

ἡνίαισιν ἐμπλακεὶς
Δεσμὸν δυσεξήνυστον ἕλκεται δεθεὶς,
Σποδούμενος μὲν πρὸς πέτραις φίλον κάρα,
Θραύων δὲ σάρκας.

Seneca Hipp. v. 1093, A

> *Late cruentat arva, et illisum caput*
> *Scopulis resultat; auferunt dumi comas:*
> *Et ora durus pulcra populatur lapis.*

Contra spectatoribus dramatis Antiopes perplacuerunt a nuncio de Dirce relata, per montes, per scopulos, a truci tauro huc illuc raptatâ: hinc ista pauca, plena latentis artificii, nobis dedit *Longinus* π. Ὑ. XXXIX, 7,

> εἰ δέ που τύχοι
> Πέριξ ἑλίξας [ταῦρος,] εἷλχ᾽ ὁμοῦ λαβὼν
> Γυναῖκα, πέτραν, δρῦν, μεταλλάσσων ἀεί.

Qui quidem Euripideum norunt in scribendo χαρακτῆρα, hi, ni fallor, B recte me vocem ταῦρος interseruisse vulgatis, atque ista, Πέριξ ἑλίξας, versus initio collocasse fatebuntur.

Chori verba quaedam Dircen a scelerum vindice tarde quidem, punitam tamen, canentis illa suspicor esse, quae sunt ex Antiopa in *Stobaei Eclog.* p. 9. ed *Grot.* p. 123. *Barn.* v. 31 — 34.

Feceritne etiam *Euripides* in Antiopa laetum Amphiona hymnum sive Paeana canentem non temere dixerim: et hoc tamen aliquis suspicaretur ob ista *Philostrati* in Hippodromo V. S. II, 27, §. 4,

> Καὶ κρεῖττον ὄλβου κτῆμα,

ἐκάλει τὴν [μελέτην] ἐκ τῶν Εὐριπίδου τε ὕμνων καὶ (2) Ἀμφίονος. canentem certe, matre vindicata, fecit Propertius III, El. XIII, v. 41,

> *Prata cruentantur Zethi; victorque canebat*
> *Paeana Amphion rupe, Aracynthe, tua;* C

cantare saepe *solitus* (*Virgil.* Ecl. II, 23)

> *si quando armenta vocabat,*
> *Amphion Dircaeus in Actaeo Aracyntho.*

hoc

---

(2) *Amphionis* illic, ut Poëtae, hymnos citari, praeter *Olearium*, censuit eruditiss. *Petrus Joannes Burette dans les Memoires de Litterat. de L'Acad. R. des Inscr.* T. x, p. 194. Apud *Harpocration.* in Ἑκατομβαιών legitur Ὑπερίδης ὁ τοῦ Ἀμφίονος φησίν· ubi corrigendum puto, Ὑπερίδης· ὁ γοῦν Ἀμμώνιος φησὶν etc. ut

A hoc etiam ab *Euripide* sumsit *Virgilius:* nam, teste *Probo*, *Amphionem et Zethum Euripides, Iovis ex Antiopa Nyctei filia natos, ait cantando potuisse armenta vocare.*

Musicus Amphion, Zethus pastor et rusticus, pro sua quisque arte
disputarunt in *Euripidis* dramate; sed more horum facientes, qui sua-
rum quisque opinionum studio abrepti causam, de qua agere coeperint,
in aliam saepe derivare solent, motam de sola Musica, essetne utilis
necne, controversiam ad alia fratres traduxerunt Euripidei: suas Poëta
delicias Philosophiam, veri nominis Musicam, amantem fecit Amphio-
na; cumque hic in artis suae defensionem sapientiae virtutisque utilita-
tem commendasset, agrestis ille Zethus, primum Musicam ad maiora
nato inutilem esse contendit et noxiam, quippe quae rectam indolem
necaret; tum, omnibus conquisitis, quae dici possent in nimium Phi-
losophiae studium, altius provectus studium in universum sapientiae
B virtutisque vituperavit, effecitque adeo, ut, seposita tantisper lyra, fra-
tris severitati morem gesserit Amphion, atque ad armenta remque fa-
miliarem tuendam augendamque animum adiecerit. Quod ultimum di-
cebam, si non *Euripidis*, nititur saltem *Horatii* testimonio I Epist.
XVIII, v. 39,

Nec tua laudabis studia, aut aliena reprendes;
Nec, cum venari volet ille, poëmata panges.
Gratia sic fratrum geminorum Amphionis atque
Zethi dissiluit; donec suspecta severo
Conticuit lyra: fraternis cessisse putatur
Moribus Amphion.

Acroni Amphion citharam omisisse dicitur *causa discordiae vitandae.*
Platonis illic Gorgiae meminit *D. Lambinus*, praebetque huc spectan-
C tis *Stratonici* dictum.

Cetera quae dixi de hac Euripidea fratrum disputatione partim ex reliquiis, illinc a *Stobaeo* aliisque decerptis, demonstrari possunt, partim *Platonis*, *Ciceronis*, *Dionis Chrysostomi*, aliorumque hac de re dictis. *Auctor* Rhetoricorum ad Herenn. II, c. 27, *Verendum*, inquit, *est*, *ne de alia re dicatur*, *cum alia de re controversia sit*, *inque huiusmodi vitio*

---

ut Lamprensis *Ammonius* designetur Nostro citatus in v. Βωμὸς, et saepius *Harpocrationi*, cuius verba in v. Ἀμαζόνειον hoc videntur modo restituenda: διείλεκται περὶ τῆς Ἀμαζονείου ἀφιδρύσεως Ἀθήνησιν Ἀμμώνιος.

tio considerandum est, ne — tota caussa mutata in aliam derivetur; uti A
apud Pacuvium Zethus cum Amphione, quorum controversia cum de Mu-
sica inducta sit (MSS. *est:* malim *esset*), *disputatio in sapientiae ratio-*
nem et virtutis utilitatem consumitur. — *Cicero* de Orat. 1, c. 37, *mi-*
ror, cur Philosophiae, sicut Zethus ille Pacuvianus, prope bellum indi-
xeris. Utrum *Pacuvii* Zethum aut Amphiona dicant, an *Euripidis*, res
eodem recidit; *Pacuvius* enim Antiopam *Euripidis* Latinam fecit, atque
adeo eadem geminos hos disputantes, quae multo fecerat elegantius *Euri-*
pides Graecis senariis dicentes. *Cicero* de Invent. 1, c. 51, *Amphion*
apud Euripidem, item apud Pacuvium, — vituperata (a fratre Zetho,
nempe) *Musica, sapientiam laudat:* sed disertum *Ciceronis* est testimo-
nium de Fin. 1, c. 2, *Quis tam inimicus pene nomini Romano est, qui*
Ennii Medeam aut Antiopam Pacuvii spernat aut reiiciat, qui se iis-
dem Euripidis fabulis delectari dicat: paulo ante, has ipsas intelligens,
fabulas dixerat *Latinas ad verbum de Graecis expressas:* hoc usus est B
loco *Bentlej.* in Epist. ad *J. Mill.* p. 17, ceteris etiam *P. Scriverius*
in *Pacuvii* Tragoed. reliquiis p. 75. *Bentlejum* miror Antiopam *Euripi-*
dis leviter attigisse tantum; *Scriverium* nihil invenisse reliquiarum, quod
videri possit in ista scena, quam toties attigerunt veteres, locum repe-
risse, qua tam animose verbis fratres concertarunt Euripidei. Claudam
hoc caput verbis *Dionis Chrysost.* ex Orat. LXXIII, p. 635. B. C. quibus
istius Euripideae scenae nobis argumentum traditur: τί δὴ βουλομενος
ταῦτα ἐγὼ διῆλθον; οὐ γὰρ δὴ νουθετῶν σε τοιαύτην νουθεσίαν οὐδὲ ἀπο-
τρέπων τοῦ πιστὸν εἶναι· πολὺ γὰρ ἂν εἴην Ζήθου Φαυλότερος τοιαῦτα ἐπι-
τιμῶν· ὡς ἐκεῖνος ἐνουθέτει τὸν ἀδελφὸν, οὐκ ἀξιῶν Φιλοσοφεῖν αὐτὸν, οὐδὲ
περὶ Μουσικὴν διατρίβειν, ἐάσαντα τὴν τῶν ἰδίων ἐπιμέλειαν· ἔφη δὲ αὐτὸν
ἄτοπόν τινα καὶ ἀσύμφορον μοῦσαν εἰσάγειν· mox senarium exhibet Eu-
ripidei Zethi,

'Εξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις. C

sumseritne ista sua *Dion* ex ipso *Euripide*, an e *Platone* dubito. Sed
de Euripideis ex Antiopa, quae multo nobis plura dedit *Plato*, et de
ista dramatis parte nobilissima dicam capite sequenti.

CAPUT

A

C A P U T VIII.

Ex Antiope partem scenae praebet.

*Amphionis et Zethi colloquentium versus ex Antiopa in suum
locum relati. Quid sibi velit in Platone* Ἀμφίονος ῥῆσις. *Cri-
toni locus non in Critia, sed in cognomine dialogo.* παρεὶς ἐᾷ
redditum Euripidi. D. Heinsii quaedam gloriatio. Διαστρέ-
B φειν, *pervertere, leges, Musicam, etc.* ψυχῆς γενναία φύσις.
τοιαῦται φύσεις, *ingenia eiusmodi. Euripidis dictum, Qua
pote quisque in ea conterat arte diem.* Πολὺ νέμειν τινὶ, *mul-
tum alicui tribuere. Unus vir saepe praestat multitudini.
Athletices contemptor Eurip. Non agenda esse multa. Di-
philus abutitur Euripideis.* Παῦσαι δ' ἀοιδῶν, *ut Desine que-
relarum.* Ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ, *quin da te mihi.*

Amphionis Euripidei tres nobis senarios, quos et aliunde notos ha-
buissemus, exhibet in Gorgia *Plato* I, p. 484, E. vellem totam Am-
phionis ῥῆσιν obiecisset Callicli Philosophiae vituperatori *Platonis* So-
crates; ille semper amabilis εἴρων, cum iam ad angustias redactus Cal-
C licles interruptum colloquium cuperet, Gorgia ceterisque dissentien-
tibus, neque ipse, inquit, illibenter cum Callicle usque eo verba com-
mutassem, *ἕως [ἂν] αὐτῷ τὴν τοῦ Ἀμφίονος ἀπέδωκα ῥῆσιν ἀντὶ τῆς
τοῦ Ζήθου·* p. 506. B. hinc, *Platonem* refutans satis acerbe, *τὴν τοῦ
Ἀμφίονος ῥῆσιν* memorat *Aristides* T. III, p. 167. Zethi scilicet Euri-
pidei versus aliquot, suis tamen verbis accommodatos, Callicles adhibue-
rat *Platonis*, p. 485, et 486, ut, quibus ille fratrem in scena nonnihil
moverat, iisdem argumentis Socratem abstraheret a Philosophia, quam
iuvenibus pulcram atque utilem fassus, si quis aetatem in illa contereret,
seni praesertim inutilem, et, si forte aliquando in ius traheretur, foren-
sis eloquentiae rerumque quotidianarum ignaro noxiam esse contendebat.
Callicléa autem quem in finem dederit ista *Plato*, et de qua Philoso-
phia non noluerit intellecta, recte mihi declarasse videtur *A. Gellius*
N. A. x, cap. 22, quo Calliclis ista *Platonis* e Gorgia transscripsit,

Euripidea quae dicebam continentia. Sententiam Calliclis sic paucis ex- A
pressit *Olympiodorus* in Gorgiam *Platonis MS.* Προφερει — ἀπὸ Ἀντιόπης τοῦ δράματος Εὐριπίδου ἰαμβεῖα διάφορα, προτρετόμενος τὸν Σωκράτη μὴ φιλοσοφεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον τὸν πολιτικὸν βίον ζῆν· καὶ λέγει αὐτῷ, ὅτι τὸ μειράκια παιδία μεταχειρίζεσθαι φιλοσοφίαν ἐπαινῶ· τὸ δὲ γέροντας μὴ καταφρονεῖν μωρόν. Ubi Callicles ore *Platonis* ad Socratem, κινδυνεύω, inquit, πεπονθέναι νῦν ὅπερ ὁ Ζῆθος πρὸς τὸν Ἀμφίονα ὁ Εὐριπίδου. *Olympiodori* commentarius ista dat: πρὸς τὸν Ἀμφίονα] Ὁ Ἀμφίων οὗτος Μουσικὸς ἦν. ὁ οὖν Ζῆθος, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἔλεγεν αὐτῷ, ὅτι ῥίψον τὴν λύραν καὶ κεχρησο ὅπλοις. κἀγὼ οὖν λέγω σοι, ὅτι ῥίψον τὴν φιλοσοφίαν, καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν δεῦρο, καὶ δίκαζε. — Ad ista Calliclis p. 486. A. εὐνοίᾳ γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ. haec habentur ibidem: Κατὰ ἀλήθειαν ὁ Καλλικλῆς ὡς εὐνοῶν ἔλεγεν· ἀλλ' ὁ Σωκράτης κελεύει αὐτὸν σκοπῆσαι, εἰ τῷ ὄντι ἡ εὔνοια αὕτη ἐπωφελής ἐστιν. Οὕτω γοῦν καὶ ἐν τῷ (1) Κριτίᾳ πρὸς τὸν Κρίτωνα φησί. Haec olim in Frisia adhuc haerente mecum communicavit Amicis- B
simus *D. Ruhnkenius* ex libro nondum edito descripta; alia quoque, quae, cum ad verba spectent *Euripidis*, suis locis commodius collocabuntur. — Praeter tres quatuorve senarios, quae latebant in Gorgia *Platonis* Euripidea, nec *Ficino* neque *Serrano* animadversa, aliis forsan ante detecta, primus indicavit *G. Ganterus* Nov. Lect. VII, c. 27. Ex ineditis in Gorgiam commentariis etiam *Olympiodori* quaedam alia quoque dedit *Dan. Heinsius* Notis in *Horatium* p. 55. Ab his in nonnullis diversa concinnavit *H. Grotius* in Excerptis ex *Eurip.* p. 373. Horum diligentiam hac in parte superavit *Th. Gatakerus*, et *Platonis* Euripidea quibusdam additamentis, sagaciter in *Stobaei* Florilegio detectis, locupletavit A. M. P. c. X, p. 510. Excerpta *Grotii*, prout auxerat illa *Gatakerus* emendaveratque, *Barnesius* repraesentavit, subiectis ex *Stobaei* Florilegio Grotiano, quae illic velut ex *Euripidis* Antiope decerpta reperiuntur: ex vitiosis, quae reliquit *Gatakerus*, more suo ne literam quidem emendavit. C
De multis hic in exemplum attingam unicum versum, inter Barnesianos ex Antiope 17,

[Ἀνὴρ

---

(1) *Critiam* Dialogum *Platonis* mors interrupit imperfectum; sed in Critia neque *Critoni* fuit inter interlocutores locus, neque huic Socratis correctioni. Scripserat procul dubio *Olympiodorus* ἐν τῷ Κρίτωνι πρὸς τὸν Κρίτωνα φησί. In Critone *Platonis* loquitur in carcere Socrates cum uno Critone, ut erat amantissimus praeceptoris, animose cupiente ut se sineret amicorum ope quantocius carcere liberari: istam Critonis προθυμίαν ceterorumque lau-

A [Ἀνὴρ γὰρ, ὅστις εὖ βίον κεκτημένος]
Τὰ μὲν κατ' οἴκους ἀμελείᾳ παρείασεν,

Quantillum erat *Euripidae* manum restituisse, corrigendo:

Τὰ μὲν κατ' οἴκους ἀμελίᾳ παρεὶς ἐᾷ.

In *Stobaei* legitur Florileg. p. 209, 40, ἀμελείᾳ παρειάσει· in suo dederat *Grotius* p. 139, — ἀμελίᾳ παρειάσει. *Gatakerus*, qui primus haec ex Antiopa esse docte suspicabatur, legebat, quod exhibet editio *Barnesii*, ἀμελείᾳ παρείασεν. Ad haec *Heathius* notis in Fragm. *Eurip.* p. 165, *Verbum*, ait, παρειασε *penultimam necessario producit*, *etc. Forsan reponi potest* παριεται, *subaudita ad* τα μεν κατ' οικους *praepositione* κατα.
B Sed ἀμελείᾳ tolerari non potest in ista sede senarii Tragici; nil dicam de παρίεται· fatebitur, qua est facilitate vir humanissimus, ex παρειάσει, ne litera quidem mutata, recte efformasse me,

Τὰ μὲν κατ' οἴκους ἀμελίᾳ πάρεὶς ἐᾷ·

Apud *Euripidem* multo frequentius quam ceteros παρεὶς, παρεῖσα· πάρες· vicies minimum, reperiuntur: *Gesnerus*, *Grotius*, *Barnesius* (v. 97) ut Euripidea vulgarunt ex Bellerophonte:

Ἐγὼ γὰρ, εἰ νοῦν εἶχ' ἔμ' ὁ σπείρας πατὴρ,
Ἠπιστάμην ἂν Μουσικὴν παρειςπονεῖν·

vidit mecum *Heathius*, de quo nemo dubitabit, scribendum,

C Ἠπιστάμην ἂν, Μουσικὴν παρεὶς, πονεῖν.

In Ione v. 745 μὴ πάρες κόπῳ nempe σεαυτὸν, eleganter emendabat Ami-

laudat Socrates; sed multis demonstrat indignum esse persona sua, si ex carcere se sinat educi: ad ista *Platonis* e Phaedone p. 171, ᾔδειν, ἔφη ὁ Κρίτων· *Olympiodorus* ista dixisse scribit Critonem, διότι πεῖραν αὐτοῦ εἶχεν ἐν ὁμωνύμῳ διαλόγῳ, ως καταφρονητικῶς ἔχοντος περὶ τὸν θάνατον. ista nobis excerpsit ex eius commentariis Clar. *Forster.* De *Critone Platonis* saepe miratus sum quod *Platoni* frequenter iniurius scribit *Athen.* XI, p. 506. D.

micus *Musgravii* Emend. in *Eurip.* p. 168. In Troadum v. 690, Ἄ- A
φθογγος εἰμι καὶ παρεῖσ' ἐῶ στόμα· verbum ἐῶ sollicitari non debuerat. *Sophocles* Oed. in Col. 355, τὰ μὲν — Παρεῖσ' ἐάσω. Sed illud ipsum παρεὶς ἐᾷ legitur in Euripideis apud *Plutarch.* II, p. 24. C.

> Ζεὺς γὰρ τὰ μὲν τοιαῦτα φροντίζει βροτῶν,
> Τὰ μικρὰ δ' ἄλλοις δαίμοσιν παρεὶς ἐᾷ.

Incerti Tragici *Grotio* visa in Excerpt. p. 467, et *Davisio* in *Ciceron.* de N. D. II, c. 66. non dubitanter *Euripidi* tribuo cum *Gatakero* ad *Antonin.* VII, 31. *Euripidis* certe sunt apud eumdem *Plutarch.* II, p. 464. A.

> τῶν ἄγαν μὲν ἅπτεται
> Θεὸς, τὰ μικρὰ δ' εἰς τύχην ἀφεὶς ἐᾷ.

B

Quod legitur p. 811. D. in eodem dicto, — ἀνεὶς ἐᾷ· *Grotius* recepit in Exc. ex *Eurip.* p. 429. hinc *Barnes.* Incert. v. 360. alterum equidem cum *Heathio* rectius arbitror ἀφεὶς ἐᾷ. Pro ἀφίσεα, *Heringa* noster *Posidippo* Comico recte restituit ἀφεὶς ἔα, Observ. c. 28, p. 286. *Eurip.* in Electra v. 379,

> Κράτιστον εἰκῆ ταῦτ' ἐᾶν ἀφειμένα·

de isto versu miror quod nobis narrat *Diogenes* L. II, 33. *Eurip. Stobaei* p. 437, 20,

> Οὐ γάρ ποτ' ἄνδρα τὸν σοφὸν γυναικὶ χρὴ
> Δοῦναι χαλινοὺς, οὐδ' ἀφέντ' ἐᾶν κρατεῖν.

C

ad reliqua propius accedit hoc *Sophoclis* Aj. v. 765, Ajacem μηδ' ἀφέντ' ἐᾶν. *Aliquid vel aliquem missum facere* dicitur quis in talibus saepe ἐᾶν· ἀφιέναι· et ἀφεὶς ἐᾶν.

Dan. Heinsium notis suis in *Horatium* p. 55, concinnatis quodammodo Zethi Euripidei ex *Platone* nonnullis, „ nullo, inquit, negotio, „ partim ex ipso, partim nondum editis duobus, qui penes nos sunt, „ interpretibus, totam ῥῆσιν continuare possis, et eximium praestantissimi autoris locum a tenebris vindicare: quod fortasse operae pretium sit." In his paene dixerim *Heinsium* νεανιεύεσθαι. in cuius Lectionibus *Theocrit.* alicubi *iuvenilem iactantiam* notare memini *Ti. Hemsterhusium* in *Scholia* ad *Aristoph.* Π. p. 180. istiusmodi vero ingeniis a quibusvis insultari hoc sane permoleste ferimus. *Duo cum faciunt idem non est idem.* Sed, si verum licet fateri, quae dedit illic tanquam Euri-

A Euripidea, non optime sunt tornata: potuisset tamen Poëta *Heinsius*, solius ope ingenii, Zethum atque Amphiona elegantissimis Graecis etiam senariis fecisse pro sua quemque arte probabiliter disputantes. Sed Atticorum veterum et *Euripidis* amantes, non quidem *attoniti* legeremus, duros tamen ex *Antiopa Pacuvii verrucosa* hoc quidem in loco versus suavissimis *Heinsii* Graecis anteponeremus: ad ductum enim *Pacuvii* ex multis incertae sedis versibus *Euripidae* forsan inveniremus ex hac Antiopae scena descriptos: ἀλλὰ ταῦτα δὴ εὐχαῖς ἐστιν ὅμοια· hic unicus *Pacuvii* trochaicus a *Gellio* servatus N. A. XIII, c. 8, recte scriptus *G. J. Vossio*,

Ego homines odi ignava opera, et philosopha sententia,

Zethi personae non disconvenit: neque illo cum viris doctis versum *Euripidis*,
B

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφὸς,

sed alium opinor expressum qui nobis perierit. Quandoquidem vero cum *Heinsio* operae pretium fore videtur, si quoad eius fieri poterit hic illic nonnulla in hanc scenam restituantur; ego, minime ποιητικὸς, in eius reliquiis dispersis et saepe retractatis redintegrandis concinnandisque periculum faciam.

ΕΚ ΤΗΣ ΑΝΤΙΟΠΗΣ ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ.

ΖΗΘΟΣ. ΑΜΦΙΩΝ. ΧΟΡΟΣ.

ΖΗ. Ἀμφίον, ἀμελεῖς ὧν ἐπιμελεῖσθαί σε δεῖ,
Αἰσχρῶς τε, ψυχῆς ὧδε γενναία φύσις,
Γυναικομίμῳ διαπρέπεις μορφώματι.
— — — — — — —
— — — — — — —

EX. B

Vs. 1—3] De plerisque reliquis securus, haec etiam spero me viris doctis adprobaturum, quae nonnihil a vulgatis sunt diversa: nituntur primum his *Platonis* ex Gorgia p. 485. E. ubi Callicles ad Socratem, καὶ ἐμοὶ, ait, τοιαῦτ' ἄττα ἐπέρχεται πρός σε λέγειν, οἷάπερ (ὁ Ζῆθος) πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ὅτι ἀμελεῖς, ὦ Σώκρατες, ὧν δεῖ σε ἐπιμελεῖσθαι, καὶ φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν μειρακιώδει τινὶ διαπρέπεις μορφώματι· quid hinc velut *Euripidis* effecerit *G. Canter.* vid. in eius N. L. VII, c. 27. Ut sequentia necterentur cum iis quae praecedunt, posueram ex *Platone:* [ἀμελεῖς, ὦ Ἀμφίον, ὧν δεῖ σε ἐπιμελεῖσθαι.] Quibus apud me lectis feliciter Doctiss. *Jo.* Noster *Luzacius* illinc senarium efformavit: Ἀμφίον, ἀμελεῖς ὧν ἐπιμελεῖσθαί σε δεῖ. Eiusdem etiam adiacent Latina: mihi primum videbatur scripsisse *Plato*, φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν — διαστρέφεις· *adeo generosam animi indolem — pervertis.* Qui *iura*, *leges*, *Musicam* etc. *pervertunt* dicuntur illa διαστρέφειν. opposite ad Orphea et Amphiona notantur οἱ διαστρέψαντες καὶ κατάξαντες τὸ σεμνὸν τοῦ μέλους, *Dioni Chrys.* Or. 32, p. 380. c. Non *oculi* tantum *perversi*, ut strabonum, διάστροφοι sed ὄμμα καὶ φρένες διάστροφοι, memorantur *Soph.* Aj. 446, *Aesch.* Prom. v. 674. *Thom. M.* in Διάστροφοι φρένες· — καὶ διάστροφος μορφή. — Et sic a *Platone* scribi potuit, tametsi alterum esset *Euripidis*, in margine forsan adnotatum, sicut ad vocem *Platonis* Μειρακιώδει haec leguntur in *Olympiodori* commentario *MS.* Ὁρᾷς πῶς, Εὐριπίδου, γυναικώδει, εἰρηκότος, αὐτὸς μειρακιώδει εἶπε. Sed *Euripidem* po-

A

EX EURIPIDIS ANTIOPE.

ZETHUS. AMPHION. CHORUS.

[Latina, pleraque *Grotii*, interdum ad Graeca non respondent.]

ZE. *Omittis ea, quae te respicere oporteat,*
Amphion: animi sicne generosi indolem
In morem et habitum feminarum emasculas?
——— ——— ——— ——— ——— ——— ———
——— ——— ——— ——— ——— ——— ———

B AM.

---

posuisse *Γυναικομίμῳ*, didicit *Grotius* ex *Philostr.* de V. A. IV c. 21, quo sui temporis Athenienses dicebat Apollonius in Bacchanalibus, *Γυναικομίμῳ μορφώματι, κατὰ τὸν Εὐριπίδην, αἰσχρῶς διαπρέπειν·* hinc *διαπρέπεις* restituendum monuit et *Heathius*, quod *Barnesius* etiam exhibet v. 4. *Grotius* sic ista dederat: — *Ψυχῆς ὧδε γενναίαν φύσιν Γυναικομίμῳ διαπρέπεις μορφώματι. Jo. Piersonus*, Praefat. in *Moerid.* Attic. ex *Philostrati* aliorumque locis suspicabatur p. XLIV, sic expleri posse senarios *Euripidae*,

Φθείρεις δὲ ψυχῆς ὧδε γενναίαν φύσιν
Γυναικομίμῳ διαπρεπὴς μορφώματι.

C aut etiam putabat *διαπρέπων* legi posse. Qui corrumpunt indolem suam recte quidem dicuntur *τὴν φύσιν διαφθείρειν·* ut *Luciano* in fine Somnii, *φύσιν οὐκ ἀγεννῆ διαφθείρων·* et significatum voluit Zethus *Euripidis*, *Quid — necas rectam indolem?* sive *praeclaram ingenii indolem.* Sed neque illud *φθείρειν* sic, ut puto, adhibetur apud Tragicos, neque adeo liquet quo nitatur. Quum vero praeberet *αἰσχρῶς Philostratus*, hoc adfirmatum a *Platone* p. 485. A. et 486. A. recepi tanquam optimum; utque ad *διαπρέπεις* cetera congruerent, *γενναίαν φύσιν* in *γενναία φύσις* mutavi, videorque adeo forma paulo rariori, hinc obscurata, expressam hanc *Euripidis* Zetho restituisse sententiam: Rem negligis familiarem, Amphion, *quique praeclaram adeo habes ingenii indolem, forma muliebri turpiter speciosus incedis*; sive dicatur Amphion

AM. † — — — — — — — ἐν τούτῳ γέ τοι A
Λαμπρός θ' ἕκαστος, κἀπὶ τοῦτ' ἐπείγεται,
Νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος,
Ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνει κράτιστος ὤν.
— — — — — — — — — —

† Τὸ

ψυχῆς γενναία φύσις· sive γενναίαν ἔχων τῆς ψυχῆς φύσιν, aut etiam ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τῇ φύσει τὸ γενναῖον ἔχων· idem his locutionibus significabitur: ἐν τῇ φύσει Τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν, *Eurip.* Bacch. v. 315. vid. Adnot. in Hippol. v. 79. ex loco *Demosthenis* ibi citato, quo scribit *iuris et aequi pudorisque altaria maxime veneranda*, *inesse* ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ ἑκάστου καὶ τῇ φύσει· facile B vox corrigi poterit in huius Orat. contra Midiam p. 371, §. 349. — Recte *Schol. Soph.* in Oed. T. v. 683, ad ista αἱ δὲ τοιαῦται φύσεις, — scribit, ὁ ἔχων ἄνθρωπος, nempe τοιαύτην φύσιν· sic accipi debent αἱ ὑμέτεραι φύσεις bis apud *Thucyd.* VII, c. 14. αἱ τοιαῦται φύσεις in *Isocratis* Paneg. p. 64. B. *Terent.* And. I, I, 64, *qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi.*

Vs. 4—7] In hac, Poëtis Graecis et Latinis decantata, notissima sibi sententia miror errare potuisse *Grotium: Cicero* de Off. I, c. 31, *ad quas res aptissimi erimus, in iis potissimum elaborabimus:* et elaboramus plerique: nam *trahit sua quemque voluptas*; et *Naturae sequimur semina quisque suae*, *Propert.* III, El. VII, 20. Latinis itaque *Grotii* substitui quae dedit *Gatakerus* Dissert. de N. I. S. c. XXV. qui citatis auctoribus sic ibi sententiam tractavit *Euripidis*, et in *M. Antonin.* V, I, ut eius observatis frustra quid C adiiceretur: *Cicero* ad Att. V, Ep. X, in istis: *o illum! verum*, ἔρδοι τις, *dices:* nobilem respexit versum sive *Aristophanis*, seu illo antiquiorem, in eius certe Vespis 1422,

Ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

Qua pote quisque, in ea conterat arte diem:

quem versum frustra sollicitabat *Gatakerus*. Recte etiam versu ult. pro τυγχάνῃ, quod fraudi fuit *Grotio*, et *Davisio* ad *Max. Tyr.* XXIII, §. I. restituit τυγχάνει, et κράτιστος ex *Plutarcheis*; sed in initio loci constituendo labuntur ambo. Ex his apud *Platonem* p. 484. E. συμβαίνει τὸ τοῦ Εὐριπίδου, Λαμπρός τε ἐστὶν ἕκαστος ἐν τούτῳ, κἀπὶ τοῦτ' ἐπείγεται, Νέμων etc. vide mihi quaeso quid efformaverit *Grotius* velut *Euripidis!* Excerpt. ex *Eurip.* p. 427,

λαμ-

A AM. Hac re triumphat quisque, in hanc connititur,
In hac diei maximam partem terit,
Excellere in qua maxime se senserit.

—— —— —— —— —— ——

Tu

λαμπρὸς ἐν
Τούτῳ 'σθ' ἕκαστος,

sequutus hoc *Gataker.* in *Antonin.* in Dissert. aliud substituit deterius adhuc:

B λαμπρὸς ἐν τούτῳ τε γὰρ
Ἕκαστός ἐστι,

Barnes. vocem prorsus inusitatam dedit, — ἐν τούτωϊ γὰρ Λαμπρός θ' ἕκαστος. — Isthaeccine, ἐν τούτωϊ· ἐν τούτῳ τε γάρ· ἐν Τούτῳ 'σθ', Doctissimis Graecorum versuum artificibus excidisse! quorum nihil usquam simile legerant in fine senariorum, in quo cum apud *Eurip.* ceterosque frequenter sit in gnomis — γέ τοι, hoc posui: legi tamen etiam commode posset:

ἐν τούτῳ γε πᾶς;
Λαμπρός τις ἐστὶ, κἀπὶ τ. ἑ.

prout aliquoties loquitur *Euripides*; sed laudo *Barnesium*, qui haec primus ad Antiopen retulerit: mihi hac in scena fuisse videntur
C Amphionis. Esse ex Antiope tum ex *Platone* suspicari licet, tum ex *Olympiodoro*, cuius huc etiam ista pertinere puto: προφέρει ἀπὸ Ἀντιόπης Εὐριπίδου ἰαμβεῖα διάφορα. — In hanc sententiam Amphionem plura dixisse non opinor, tametsi his senariis ista proxima subiiciat *Plato:* ὅπου δ' ἂν φαῦλος ᾖ, ἐντεῦθεν φεύγει, καὶ λοιδορεῖ τούτῳ· τὸ δ' ἕτερον ἐπαινεῖ. — Eleganter autem, in qua re cupide quis elaborat, *cuique* adeo *maximam tribuit diei partem*, *Euripidi* dicitur Νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος· errantem in his *G. Budaeum* Comm. L. G. p. 731, recte corrigit *H. Steph.* Thes. L. G. T. II, p. 1017. G. Sed utrumque latuit *Euripidae* locus, quo spectabat Philosophus: hinc commode explicari possunt locutiones, πολὺ, πλέον, πλεῖστον τινὶ νέμειν· *multum*, *plus*, *plurimum alicui tribuere*; et ἔλασσον, vel οὐδὲν τινὶ νέμειν· sic bis terve, (semel plene p. 169, 36,) loquutus, *Thucyd.* scripserat, VI, c. 88, p. 433, 17, ἵνα μηδὲ τοῖς Ἀθηναίοις

ἔλασ-

† Τὸ δ' ἀσθενές μου καὶ τὸ θῆλυ σώματος A
Κακῶς ἐμέμφθης· καὶ γὰρ, εἰ φρονεῖν ἔχω,
Κρεῖσσον τόδ' ἐστι καρτεροῦ βραχίονος.
† Γνώμῃ γὰρ ἀνδρὸς εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις,
Εὖ δ' οἶκος· εἴς τ' αὖ πόλεμον ἰσχύει μέγα·
Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας
Νικᾷ· σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία πλεῖστον κακόν.
† Καὶ μὴν, ὅσοι μὲν σαρκὸς εἰς εὐεξίαν
'Ασκοῦσι βίοτον, ἢν σφαλῶσι χρημάτων,
Κακοὶ πολῖται· δεῖ γὰρ ἄνδρ', εἰθισμένον
'Ακόλαστον ἦθος γαστρὸς, ἐν ταὐτῷ μένειν.

——— ——— ——— ——— ——— ——— ———

† Εἰ

ἔλασσον δοκῶσι νεῖμαι· pro δοκῶσιν εἶναι· de quo dubitare non debuit *Dukerus*. Similiter loquutum *Euripidem* ostendit *Jer. Markland* in *Eurip.* Suppl. v. 380.

Vs. 8 — 10] Huc retraxi quae dat ex Antiopa *Euripidis Stobaeus Gesn.* p. 36, 1. *Grot.* p. 17. *Barnesius* vs. 46 — 48. Rectius *Gesnerus* dederat v. 1, *corpus meum imbecillum ac muliebre*, quam *Grotius*, — *infirmum secus*, non sane suspicatus Amphionis esse verba ad ista fratris quae praecedunt respondentis: ne iam dicam vocem *secus* Romanis sic non usurpatam, quod e summo liquet *J. F. Gronov.* ad *Liv.* XXVI, c. 47. — vs. 9 ἐμέμφθης recte ceperunt, *vituperasti:* quomodo μεμφθῆναι etiam pro μέμψασθαι aliquoties adhibetur *Euripidi.* — In eodem versu, *Heathio* adnotatam praebet lectionem *Maximus:* εἰ γὰρ εὖ φρονεῖν ἔχω· haec leviter mutata, in εἰ γὰρ εὖ φρενῶν ἔχω, mihi quidem perplaceret; hoc tamen fateor minime necessarium.

Vs. 11 — 14] Ex *Eurip.* Antiopa lecta in *Stobaeo Gesn.* p. 359. *Grot.* p. 205, ad hanc scenam pertinere vidit *Th. Gataker.* A. M. P, c. X, p. 510. G. qui sententiam utramque ex similibus veterum dictis illuminavit, iis etiam plerisque nominatis, qui ipsa repraesentarunt *Euripidis* verba: quatuor hos versus exhibet *Scriptor* vitae *Hom.* p. 366, 67. in his autem Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα a *Grotio* mendosae voci recte substitutum, et πλεῖστον κακὸν, quod, pro πλέον, etiam dat *Sextus Emp.* 'Αντιρρ. I, p. 277. Conferri possunt, his partim usi, *Plutarch.* T. II, p. 790. A. *Polybius* I, p. 50, *Diogen. Laërt.* VI, 104. *Galenus* in Protrept.

p. 5,

A † Tu corpus in me molle et infirmum [secus]
Non iure culpas. si mihi sapientia
Concessa, plus hoc quam lacertorum tori.
† Sapiente cura civitas feliciter
Domusque regitur: eadem et ad bellum valet.
Sententia una vincit innumeras manus.
Multi imperiti plena res discriminis.
† Hi qui saginae manciparunt corpora,
Periculosum civitatibus genus,
Pecunia fugiente: ventri obnoxios
Manere iisdem rebus optandum foret.

B † Qui-

---

p. 5, v. 57. ubi vitiosissima leguntur, *Eustath.* in Il. B, p. 182, 24. Latent Euripidea in *Themistii* Orat. XV, p. 191. A. *οὐχ οὕτω σοφὸν* (L. *σοφὸν ἓν*) *βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ, ὡς εὐσέβεια καὶ φιλανθρωπία.* non item in Eiusdem Or. XVI, p. 207. D. Haec eadem *Platoni* suspicor observata scribenti quae leguntur in Amatoribus T. 1, p. 38. B. C.

Vs. 15 — 18] Haec etiam, ex Antiope, velut Amphionis, huc revocavi ex *Stob. Gesn.* p. 79, 31. *Grot.* p. 43. *Barn.* v. 54 — 57. — *Grotii* Latina Graecis v. 18 non sane respondent, nec satis intelligo quid sibi velint; neque etiam illa, quae Grotianis nuper vir Clarissimus substituit. Euripidea — *δεῖ γὰρ ἄνδρ᾽. εἰθισμένον*
C *Ἀκόλαστον ἦθος γαστρὸς, ἐν ταυτῷ μένειν·* significant: *adsuetus enim intemperantiae semper ventrem expleat necesse est.* His lectis sententiam metro Praestans animi iuvenis *Joannes Luzacius* sic eleganter illigavit:

qui se pugilice nutriunt
Gulae necesse semper est sic obsequi.

opibus autem destitutus quocunque tandem modo sibi parabit, quo corpus possit saginare, atque adeo evadat malus civis: contra qui tractat artem Musicam sibi patriaeque civis est utilissimus: congruunt ad haec *Euripidis* ista *Ciceronis* Tusc. II, c. 16, *aniculae saepe inediam biduum aut triduum ferunt. Subduc cibum unum diem athletae, Iovem,* eum *ipsum* (hic sciolus forsan adscripserat, *Iovem Olympicum,*) *cui se exercebit implorabit: ferre non*

† Εἰ δ' εὐτυχῶν τις, καὶ βίον κεκτημένος, A
Μηδὲν δόμοισι τῶν καλῶν πειράσεται,
Ἐγὼ μὲν οὔποτ' αὐτὸν ὄλβιον καλῶ,
Φύλακα δὲ μᾶλλον χρημάτων εὐδαίμονα.

——— ——— ——— ——— ——— ——— ———

† Τοῖος δὲ θνητῶν τῶν ταλαιπώρων βίος·
Οὐδ' εὐτυχεῖ τὸ πάμπαν, οὔτε δυστυχεῖ·
Εὐδαιμονεῖ τε, κ' αὖθις οὐκ εὐδαιμονεῖ.
Τί δῆτ', ἐν ὄλβῳ μὴ σαφεῖ βεβηκότες,
Οὐ ζῶμεν ὡς ἥδιστα μὴ λυπούμενοι.
† Ἐγὼ μὲν οὖν ᾄδοιμι, καὶ λέγοιμί τι
Σοφὸν, ταράσσων μηδὲν ὧν πόλις νοσεῖ.

† Ὅστις B

---

non posse clamabit: notat ibi *Davisius;* athletas, eorumque saginam a Poëta, certaminum istorum osore, notari, extra controversiam positum est: quid de omni hac re sentiret nos docuit *Euripides* egregiis istis versibus, quos ex eius Autolyco nobis servarunt *Athenaeus* x, p. 413. et *Galenus* in Protrept. p. 4. Sumam inde tantum, quae ad hunc locum pertinent:

Οὐδὲν κάκιόν ἐστιν ἀθλητῶν γένους.
πῶς γὰρ, ὅστις ἔστ' ἀνὴρ
Γνάθου τε δοῦλος, νηδύος θ' ἡσσημένος,
Κτήσαιτ' ἂν ὄλβον·
Οὐδ' αὖ πένεσθαι κἀξυπηρετεῖν τύχαις C
Οἷοίτ'· ἔθη γὰρ οὐκ ἐθισθέντες καλὰ
Σκληρῶς μεταλλάσσουσιν εἰς τἀμήχανα·

In tali ῥήσει perparum interest, utrum dicas ἔθη οὐ καλὰ ἐθισθέντας, an εἰθισμένον Ἀκόλαστον ἦθος γαστρός. Illud rarius quod legitur in Grammatico Sangerm. *MS.* Νόσον ἔχειν, ἀντὶ τοῦ Φαῦλον ἔθος ἔχειν· Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ. — Athletae, qui egestate coacti Σκληρῶς μεταλλάσσουσιν εἰς ἔργα ἀμήχανα, sive κακὰ, sunt utique Κακοὶ πολῖται. In istis ex Autolyco, κἀξυπηρετεῖν τύχαις ex *Galeno* dedit *Grotius:* apud *Athenaeum* exstat, καὶ ξυνηρετεῖν· si legeretur, καὶ ξυνηρετμεῖν τύχαις· hoc altero minus usitatum hic non esset deterius, et certe pro ξυνηρεμεῖν in fine senarii, quo nonnullos offendit, *Sophocli* restituendum est ex Codicibus et aliunde in Aj. v. 1346. *Schol.* Ξυνηρετμεῖν] Συμφωνεῖν, συντρέχειν: — ἐκ μεταφορᾶς

A † Quicunque largis opibus et gaza affluens
Monumenta sortis nulla molitur suae,
Non hic beatus iure nuncupabitur,
Custos sed auri fortuito munere.
† Plena est laborum vita data mortalibus:
Non semper est infesta, non semper favens
Fortuna: nunc res laeta, nunc improspera.
Quando ergo nostra tam vaga est felicitas,
Quin absque curis discimus vita frui?
† Cantare promtum, dicere est promtum mihi,
Quod iuvet, et urbis neutiquam incendat mala.

B † Vi-

Φορᾶς τῶν κοινῶς ἐρεσσόντων.

Vs. 19 — 22] Haec quidem Amphiona vel inprimis decent ex Antiopa prolata *Stobaeo* Floril. *Gesn.* p. 153, 20. *Grot.* p. 91. *Barn.* 58 — 61. Horum versuum secundo quod legitur in *Maximi* sententiis, (p. 188.) *Μηδὲν δ' ὅμως τι τῶν καλῶν πειράσεται·* vulgata lectione rectius iudicabat clar. *Heathius.*

Vs. 23 — 27] Quia cum vss. 26, 27, apte cohaerere videbantur vss. 28, 29, Amphioni sine controversia tribuendi, hac in sede collocavi ex Antiopa petita *Stobaeo* p. 560, 43. *Grot.* p. 433. *Barn.* v. 104 — 108. — versus 26 et 27 iterum posuit *Grotius*, ut ex incerta *Euripidis* Trag. in Exc. p. 435. ex *Clem.* C *Alex.* Strom. VI, p. 744, 9. ex Antiopa esse monuit *Gatakerus* A. M. P. X, p. 520. In his pro Τί *δῆτ' ἐν ὄλβῳ·* *Clementis* exhibent Edd. Τί *δήποτ' ὄλβῳ μὴ σαφεῖ βεβηκότες·* alterum tamen verius arbitror; ne cui vero suspectum sit, *ὄλβος μὴ σαφὴς* *Euripidi* idem est ac *οὐκ ἀσφαλὴς* vel *οὐ βέβαιος· μὴ σαφεῖ* cum *βεβηκότες* aptius convenire videbatur.

Vs. 28, 29.] Leguntur ut ex Antiope in *Stob.* *Gesn.* p. 38, 17. *Grot.* p. 23. non, ut hic, duo, sed quinque versus continui; quos omnes etiam *Euripidis* Editor *Barnes.* ad Antiopen retulit v. 49 — 53. Nec meminerat etiam *Gataker.* in *Antonin.* II, 13, tres istorum quinque versuum ex *Eurip.* Electra petitos v. 294, etc. quod monuit *Heathius:* leguntur autem illic paulo melius scripti, quam in edita Electra, et prout scribendos vidit Amicus *Musgravii* Emend. *Eurip.* p. 174.

† Ὅστις δὲ πράσσει πολλὰ, μὴ πράσσειν παρὸν, A
Μωρὸς, παρὸν ζῆν ἡδέως ἀπράγμονα.
XO. † Ἐκ παντὸς ἄν τις πράγματος δισσοῖν λόγοιν
Ἀγῶνα θεῖτ' ἂν, εἰ λέγειν εἴη σοφός.
ZH. † Καὶ πῶς σοφὸν τοῦτ' ἔστιν, εἴ τιν' εὐφυᾶ
Λαβοῦσα τέχνη φῶτ' ἔθηκε χείρονα;
— — — — — —

† Ἀνὴρ γὰρ ὅστις, εὖ βίον κεκτημένος,
Τὰ μὲν κατ' οἴκους ἀμελίᾳ παρεὶς ἐᾷ,
Μολπαῖσι δ' ἡσθεὶς τοῦτ' ἀεὶ θηρεύεται,
Ἀργὸς μὲν οἴκοις καὶ πόλει γενήσεται.
Φίλοισι δ' οὐθείς· ἡ φύσις γὰρ οἴχεται,
Ὅταν γλυκείας ἡδονῆς ἥσσων τις ᾖ· B
— — — — — —
— — — — — — etc.

† Οὐδ'

Vs. 30, 31] Hoc dramatis fragmentum primum est in Excerptis *Stobaei* περὶ ἡσυχίας p. 374 *Grot.* p. 21. voces, παρὸν ζῆν ἡδέως, hinc transsumsit *Apollodorus* Comicus ap. *Stob.* Floril. p. 153, 13. — Ad sententiam illustrandam haec et similia dedit *Gatakerus* in *M. Antonin.* iv, 24, ad illud *Democriti* ὀλίγα πρῆσσε, εἰ μέλλεις εὐθυμήσειν· *Qui tranquille volet vivere, nec privatim agat multa, nec publice.* Secundum *Euripidem*, Τὸ πολλὰ πράσσειν οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ βίῳ, Hippol. v. 785. hic dicitur μωρόν· *Sophocli* Antig. v. 68, τὸ — Περισσὰ πράσσειν, οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα. Musicam artem tractantibus, *qui nihil praeter suum negotium agunt*, placuit semper laudabilis ista ἀπραγμοσύνη, praesertim Amphioni: *Julianus* in Epistola apud *Suid.* in Ἀμφίων· περίεστί σοι καὶ σχολὴ, καὶ φύσεως ἔχεις εὖ, καὶ φιλοσοφίας ἐρᾷς· quae tria scribit effecisse Amphiona τῆς παλαιᾶς μουσικῆς εὑρετήν· Amphiona τῆς κιθαρῳδικῆς ποιήσεως inventorem statuit *Heraclides* apud *Plutarch.* T. II, p. 1131. F.

Vs 32, 33] Ex Antiope habet *Stobaeus Gesn.* p. 472, 44. *Grotii* p. 345. qui ad mentem *Scaligeri* dedit δισσοῖν λόγοιν, pro δισσῶν λογων: sed hoc etiam praebet *Athen.* xv, p. 677. B. distichon excitans ut *Euripidis*, atque illinc *Eustath.* in Il. Υ, p. 1262, v. 51. *Grotius* iterum in Excerpt. p. 373. et *Gataker.* Diss. de N. I. S. c. xv. *Casaubonus* Anim. in *Athen.* xv, c. 6, „ hoc, inquit, vult Eurip. facile esse diserto et facundo viro „ de

A † Vitam otiosam qui potest traducere,
Negotium si quaerit, haud recte sapit.
CHO. † In utramque partem facile de re qualibet
Disserere, si quis valeat eloquii artibus.
ZE. † Sapientiae quid in arte, quae recta accipit
Ingenia, sed peiora discendo facit?

— — — — — —

† Quicunque, magna copia florens opum,
Domus regendae deserit custodiam,
Soloque cantu gaudet, et fidium sono,
Non civitati, non domo prodest suae,
Non ille amicis. ipsa natura excidit
B Ubi quis subactus dat voluptati manus.

— — — — — — —
— — — — — — —

† [Nec

„ de quacunque re orationem instituere, aut aiendo aut ne-
„ gando; *κατάφασιν* et *ἀπόφασιν* vocat *δισσοὺς λόγους*." — mihi verba Choro convenire, atque in hac sede apte haerere videbantur.

Vs. 34, 35] *Grotius* in Exc. ex *Eurip.* Antiopa p. 373, primus eruit ex his Calliclis ad Socratem in *Platonis* Gorg. p. 486. A. *καί τοι πῶς σοφὸν τοῦτό ἐστιν, ὦ Σώκρατες, εἴτις* (*εἴ τιν' εὐφυᾶ* scribi malui cum *Jo. Luzacio*) *εὐφυᾶ λαβοῦσα τέχνη φῶτα ἔθηκε χείρονα, μήτε αὐτὸν αὑτῷ δυνάμενον βοηθεῖν, μηδ' ἐκσῶσαι ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων, μήτε ἑαυτὸν, μήτε ἄλλον μηδένα.* — His versibus olim subiecti perierunt; nec enim dubito quin alia quoque Zethus hic dederit *Euripidis*, et ex Platonicis hunc forte senarium eruas,

Μήτ' αὐτὸν αὑτῷ δυνάμενόν γ' ἐπαρκέσαι.

Sed in istis dum *εὐφυῆ* scribebat, non recordabatur *Grotius* moris Attici: *εὐκλεᾶ· δυκλεᾶ* legerat et in Euripideis: vid. *Thomas M.* in v. *Ὑγιᾶ*, et *Pierson.* ad Moer. p. 375. Ceterum hoc dicto saepius nituntur verba Calliclis ad Socratem p. 484. C. D. et p. 485. D. *ὑπάρχει τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ*, (in senectute etiamnum philosophanti) *κᾂν πάνυ εὐφυὴς ᾖ, ἀνάνδρῳ γενέσθαι, φεύγοντι τὰ μέσα τῆς πόλεως καὶ τὰς ἀγοράς.*

Vs. 36—41] Hos versus ex *Euripidis* esse Antiope, et cum se-

† Οὐδ' ἐν δίκης βουλαῖσιν ὀρθῶς ἂν λόγον A
Προθεῖο πιθανὸν, οὔτ' ἂν ἀσπίδος ποτὲ
Κύτει γ' ὁμιλήσειας, οὔτ' ἄλλων ὕπερ
Νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιό τι.
— — — — — — — —
— — — — — — — —
— — — — — — — —
† — — — — ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ·

Παύ-

---

sequentibus ad unam pertinuisse scenam sagaciter suspicatus est *Gatakerus* p. 510. — Leguntur hi sex velut *Euripidis* in *Stobaeo Gesn.* p. 209. *Grot.* p. 133. Eorum quatuor apud *Sextum Empir.* 'Αντιῤῥ. V', p. 363. ubi cum nomen etiam omissum esset Poëtae, Menandreos esse, neque absurde, suspicabatur *J. A. Fabricius:* uno omisso posuit ex *Sexto Grotius* in Exc. ex Tragicis incertis p. 467, exhibens illic inventam lectionem v. 40, *Φίλοισι δ' οὐθεὶς*, (quod posui pro *οὐδεὶς*) *ἀλλ' ἄφαντος οἴχεται.* quae properanti videntur excidisse. — In huius *ῥήσεως* versum secundum, pro *παρειάσει*, meum recepi *παρεὶς ἐᾷ·* tanquam supra satis adfirmatum. — Primum horum versuum sic suis *Diphilus* Comicus interiecit, ut *Euripidem* urbano simul joco mulierum osorem perstringat apud *Athen.* VI, p. 247. B. C. *mulieres ille in Tragoediis* B

στυγεῖ, C
Τοὺς δὲ παρασίτους ἠγάπα· λέγει γέ τοι,
'Ανὴρ γὰρ ὅςτις, εὖ βίον κεκτημένος,
Μὴ τοὐλάχιστον τρεῖς ἀσυμβόλους τρέφει,
Ὄλοιτο, νόστου μή ποτ' εἰς πάτραν μόλοι.
(*τύχοι* poscere videtur sententia)
B. Πόθεν ἐστὶ ταῦτα, πρὸς θεῶν; A. Τί δέ σοι μέλει;
Οὐ γὰρ τὸ δρᾶμα, τὸν δὲ νοῦν σκοποῦμεθα.

Vs. 42 - 45] Ex his Calliclis Platonici in Gorgia T. I. p. 486. A. *καὶ οὔτ' ἂν δίκης βουλαῖσι προθεῖο ἂν ὀρθῶς λογον, οὔτ' εἰκὸς καὶ πιθανὸν ἂν λάβοις, οὔθ' ὑπὲρ ἄλλων νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιο·* speciem quamdam versuum efformavit *G. Canterus* N. L. VII, c. 27; hiantes aliquot senarios *Grotius* in Excerpt. *Eurip.* p. 373, instructus *Olympiodori* in Gorgiam *Platonis* commentario; ubi

haec

A † [Nec quicquam idonei, frater, aut recti in foro
Dices, bonive consules; sed nec manu
Clypeo vibrato rem iuvabis publicam:]
Non alta capias moenia, aut pro innoxii
Salute calida capere consilia audeas.
— — — — — — — —
— — — — — — — —
— — — — — — — —
† — — Audi me igitur; hos cantus leves

Omit-

---

haec leguntur scripta: *καὶ οὔτ' ἂν δίκης βουλαῖσι*] Ὁ Εὐριπίδης εἶπεν· *καὶ οὐκ ἂν ἀσπίδος κύτει προσομιλήσης. οὗτος δὲ φησὶ, δίκαις σχολάζει,*
B *ὦ Σώκρατες*· ultima sic potius scripsisse videtur *Olympiod. οὔτ' ἂν δίκαις σχολάσαις, ὦ Σώκρατες.* Quae *Grotius* dedit ut Euripidea, hoc modo corrigenda censuit *Gatakerus* A. M. P. c. x, p. 510,

Οὔτ' ἐν δίκης βουλαῖσιν ὀρθὸν ἄν ποτε
Λόγον προθεῖ' ἢ πιθανόν· οὔτ' ἐν ἀσπίδος
Κύτει ὁμιλήσας ἂν ὀρθώσαις στρατόν·
Οὐ τεῖχος ἂν λάβοις δή· οὔτ' ἄλλων ὑπὲρ
Νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιό τι.

Horum versuum secundo cur posuerit *προθεῖ' ἢ π.* non exputo: sequentia sic dederat *Grotius*, *ἂν ὀρθώσης στρατόν· Οὐ τεῖχος ἂν λάβοις σὺ, οὔτ'* etc. Graece quidem dicitur *ὀρθῶσαι πόλιν· πατρίδα·* sed quaero quis dixerit *ὀρθῶσαι στρατόν*; *Urbem* vero *capere* nemo mihi
C facile persuadebit dici posse *τεῖχος λαβεῖν.* Sed ut vel maxime Graeca sint ista, qua tandem auctoritate vel quibus ista verbis nituntur *Platonis*? *Οὐ τεῖχος ἂν λάβοις* effinxit *Grotius* ex Platonicis, *οὔτ' εἰκὸς — ἂν λάβοις·* quae sunt interpretantis Euripidea Calliclis: *Antiphontis* est p. 115, 8, *κἂν ὁτιοῦν εἰκὸς παραλάβητε.* — His itaque reiectis, quinque versus in quatuor contraxi, nihilque in his dedisse videor, quod *Euripidem* dedeceat, quodque non possit adfirmari similibus Tragici dictis. *Ἀσπίδος κύτει ὁμιλῆσαι* est Thucydideum *πολέμῳ ὁμιλεῖν* ex L. VI, c. 70. Neque huic flexus optativus *ὁμιλήσειας* in versu displicebit *Euripidis*, qui quidem in Euripideis legere se meminerit *τέρψειας· πείσειας· πράξειας· γήμειας· φράσειας. κρύψειας·* Med. v. 1135. Alc. 700. Androm. 462. Iphig. in Aul. v. 464. in Taur. 505. 1025.
Vs. 46. *ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ* etc.] Haec quidem ausim Euripidea prae-

sta-

Παῦσαι δ' ἀοιδῶν· πολεμίων δ' εὐμουσίαν A
Ἄσκει. τοιαῦτ' ἄειδε, καὶ δόξεις Φρονεῖν,
Σκάπτων, ἀρῶν γῆν, ποιμνίοις ἐπιστατῶν
Ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς σοφίσματα,
Ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις.

---

stare, nonnihil emendatius nunc scripta, quam ante: *Plato* suum Calliclem ista facit dicentem p. 416. c. ἀλλ' ὦ 'γαθὲ, ἐμοὶ πείθου, παῦσαι δ' ἐλέγχων, πραγμάτων δ' εὐμουσίαν ἄσκει, καὶ ἄσκει ὁπόθεν δόξεις Φρονεῖν, ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς, εἴτε ληρήματα χρὴ Φάναι εἶναι, εἴτε Φλυαρίας, Ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις. conf. *Dion. Chrys.* finis Orat. LXXIII. In *Platonis* Gorgiam haec praebet *Olympiodorus:* ὁ Ζῆθος, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἔλεγεν αὐτῷ, ὅτι ῥίψον B τὴν λύραν καὶ κέχρησο ὅπλοις. et paulo post ad ista, Πραγμάτων δ' εὐμουσίαν] Ἐκεῖνος εἶπε τῷ Ἀμφίονι ὅτι πολέμων δὲ εὐμουσίαν ἄσκει· οὗτος δέ Φησι, πραγμάτων. ad ultima, Ἐξ ὧν κενοῖσιν] Παῦσαι τούτων, ἐξ ὧν ἐν κενοῖς καὶ ματαίοις κατοικήσεις οἴκοις· οὐδὲν γὰρ ἐκ τούτων κερδανεῖς. harum notarum prima huius partis sensum tantum exhibere videtur: hinc tamen *Heinsius* effinxit in *Horat.* p. 55,

ῥίψον λύραν
Κέχρησο δ' ὅπλοισι, πολέμων δ' εὐμουσίαν
Ἄσκει.

mihi venerant in mentem velut *Euripide* non indigni senarii:

Ῥίψον λύραν, Ἀμφίον, ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ,
Κέχρησ' ὅπλοισι, πολεμίων δ' εὐμουσίαν
Ἄσκει. C

Sed ob eam, quam dicebam rationem, his omissis, *Grotio* posita recepi; nisi quod, reiectis vocibus Ἄρεος, πραγμάτων· pro πο-

Omit-

A Omitte, teque ad Martis exerce sonum.
Ut iudiceris sapere, quae dico cane;
Fodias, aresque, pecora fac pascas tua:
Oblectet alios iste nugarum labor,
Pes quas inani tibi sit habitandum domo.

πολέμων Olympiodori, scripserim *πολεμίων δ' εὐμουσίαν Ἄσκει·* nempe *τῶν πολεμικῶν πραγμάτων*, quae, ut notum est ex *T. H.* ad *Lucian.* T. 1, p. 379. *P. W.* ad *Diodor.* 1, p. 64. *Abresch* Diluc. *Thucyd.* *πολέμια* vocabant. — Παῦσαι δ' ἀοιδῶν scribatur, an Παῦσαι δ' ἀείδων, utrumvis ex *Euripide* poterit adfirmari: ad prius respondet Horatianum, *desine mollium Tandem querela-*
B *rum:* hoc idcirco praetuli, quia paulo post sequitur, *τοιαῦτ' ἄειδε·* sed neque in *Euripide* multum valet ista ratio. — Primum illud — *ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ·* est certe Euripideum, totidem literis in fine versuum scriptum in eius Heraclid. 175. Helen. 330. *Soph.* Oed. in Col. v. 1437, *μὴ σύ γ', ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ· Eurip.* Bacch. v. 309, *ἀλλ' ἐμοὶ*, Πενθεῦ, *πιθοῦ.* hic nomen sua sede collocatur, quod ne in istis quidem, Ἀμφίον, *ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ*, aliena poneretur: — Quae vs. 49 post Ἄσκει sequuntur, duo etiam sequentes versus commodum servaverat *Stobaeus Gesn.* p. 369, 33. *Grot.* p. 217. cum prioribus sic iungenda vidit *Gatakerus.* In versu 49,

Σκάπτων, ἀρῶν γῆν, ποιμνίων ἐπιστατῶν.

ad evitanda *ὁμοιοτέλευτα*, quod suspicor *Euripidem* dedisse, resti-
C tui, *ποιμνίοις.* utrumque usitatum est: hoc *Sophoclis* Oed. T. v. 1038, *ὁσίοις ποιμνίοις ἐπεστάτουν.* — cum his conf. *Alciphronis* L. III, *Ep.* 14. Versum ultimum Stobaeanis iam adiecerat *Grotius*, a *Platone* et *Dione* subministratum.

A

C A P U T IX.

De Rheso dramate.

In Rheso dramate nihil adeo legi de meteoris. De auctore dubitatum. Ex prologo perdito XI versus proferuntur, a Iunone Tragica pronunciati, Minervam alloquente. Prologum fuisse conditum ad exemplum Sophocleum. Hinc multum diversos Euripidis Prologos, Comico iure notatos. De Rhesi B
auctore doctorum hominum iudicia. Illud drama perpaucis veterum citatum. Euripidae varii. Rhesum scribi potuisse a Tragici fratris filio. Certe non Sophoclis tantum, sed et indignum Euripidis esse persona. Euripidis abesse τὸ τραγικὸν, τὸ γνωμικὸν, τὸ ἀκριβὲς, τὸ γλαφυρὸν, τὸ ἐκλέγειν κοινὰ καὶ δημώδη. *Verba inesse de rarissimis permulta, qualibus abstinet Euripides.*

Quo capite Physica quaedam *Euripidis* attigi, miretur forsan aliquis *Rhesi* nullam a me factam fuisse mentionem, qui quidem in argumento *Rhesi* dramatis ista legere se meminerit: τὸ δὲ δρᾶμα ἔνιοι νόθον ὑπε όησαν, ὡς οὐκ ὂν Εὐριπίδου· τὸν γὰρ Σοφόκλειον μᾶλλον ὑποφαίνει (scribendum ὑποφαίνειν) χαρακτῆρα· ἐν μέντοι ταῖς διδασκαλίαις ὡς γνήσιον ἐπιγέγραπται, καὶ ἡ περὶ τὰ μετάρσια δὲ ἐν αὐτῷ πολυπραγμοσύνη τὸν Εὐριπίδην ὁμολογεῖ. C
Sed mirari desinet, ubi cognoverit, in dramate *Rhesi* superstite, cui praefiguntur ista, nihil reperiri quod illuc referri potuerit, nisi forsan unum illud, quo Troiani vigiles, qui chorum conficiunt, Pleiadum sideris iam apparentis, et Aquilae medium coeli tenentis, meminere v. 528,

Τίνος ἁ φυλακά, τίς ἀμείβει
Τὰν ἐμάν; πρῶτα
Δύεται σημεῖα· καὶ ἑπτάποροι
Πλειάδες αἰθέριαι·
Μέσα δ' αἰετὸς οὐρανοῦ ποτᾶται.

qui

A quibus Tragicus Homerica quodammodo expressit ex Iliad. κ, v. 251,

ἐγγύθι δ' ἠώς·
Ἄστρα δὲ δὴ προβέβηκε· παρῴχηκεν δὲ πλέων νὺξ
Τῶν δύο μοιράων.

ista autem ex Rheso, quae recte cepit Clar. amicus *Musgravii* p. 145, velut ab Astronomiae peritissimo Poëta scripta *Jos. Scaliger* admiratur in Prolegom. ad *Manilium*, p. 6, et 7. ubi, praeter cetera, *Auctor*, inquit, *Rhesi vetustissimus scribit Vergilias eminere supra finitorem Aquila culminante.* Qui Rhesum *Euripidis* esse Tragoediam cum *Scaligero* negat, *Sam. Petitus Scaligeri* tamen super hoc loco observata conatus est labefactare Miscell. III, c. 22. — Ab hoc uno loco si discedas, nulla hoc in dramate deprehendetur περὶ τα μετάρσια
B πολυπραγμοσύνη· neque ista pauca videntur hac potuisse nota designari, tanquam quae censeri deberent *Euripidem* χαρακτηρίζειν· quum contra minus accurate de sideribus loquatur *Euripides;* hoc monuit *Scaliger* ibidem, et Castig. in *Catull.* p. 92.

Si huius nominis drama scripsit *Euripides Mnesarchides*, posset quis suspicari, ex istius argumento sumta, quae supra posui; prout *Scaliger* putabat, de duobus argumentis, quae *Sophoclis* praefiguntur Philoctetae, alterum, versibus scriptum senariis, non istius esse dramatis, sed alterius cognominis sive *Aeschyli* seu *Euripidis;* nam ad istud argumentum haec sua manu scripsit vir Summus in exemplari edito Bibl. Leidensis: ἔστιν ὑπόθεσις οὐ τοῦ παρόντος δράματος, ἀλλὰ τοῦ ἐπωνύμου, ἢ τοῦ Αἰσχύλου ἢ τοῦ Εὐριπίδου· ἀμφότεροι γὰρ Φιλοκτήτην δρᾶμα ἐδίδαξαν.

Sed *Rhesi* drama superstes cuiuscunque sit auctoris, videtur ad nos imperfectum pervenisse. Ex eius Prologo, qua parte deficit, versus ali-
C quot, atque adeo dramatis initium, quod huc usque latuit in tenebris, hic in lucem proferam. Verbis ex argumento vulgato paulo ante descriptis, in *Euripidis* Codice *MS.* Florentino, quem *Is. Vossius* adhibuit, haec proxima subiunguntur, ex libello descripta Leidensis Bibliothecae: Πρόλογοι δὲ διττοὶ φερονται· ὁ γοῦν δικαίαν ἐπιτιθεὶς τὴν ὑπόθεσιν τοῦ Ῥήσου γράφει κατὰ λέξιν οὕτως,

Νῦν εὐσέληνον φέγγος ἡ διφρήλατος

Καὶ ἐν ἐνίοις δὲ τῶν ἀντιγράφων ἕτερός τις φέρεται πρόλογος, πεζὸς πάνυ, καὶ οὐ πρέπων Εὐριπίδῃ· καὶ τάχα ἄν τινες τῶν ὑποκριτῶν διεσκευακότες εἶεν αὐτόν· ἔχει δὲ οὕτως. Sequuntur tum undecim senarii, partim *Is. Vossii*, meo partim arbitratu sic leviter emendandi:

A

(1) Ὦ, τοῦ μεγίστου Ζηνὸς ἄλκιμον τέκος,
Παλλὰς, παρῶμεν· οὐκ ἐχρῆν ἡμᾶς ἔτι
Μέλλειν Ἀχαιῶν ὠφελεῖν στρατεύματα.
Νῦν γὰρ κακῶς πράσσουσιν ἐν μάχῃ δορὸς,
Λόγχῃ βιαίᾳ γ' Ἕκτορος στροβούμενοι.
Ἐμοὶ γὰρ οὐδέν ἐστιν ἄλγιον βάρος,
Ἐξ οὗ γ' ἔκρινε Κύπριν Ἀλέξανδρος θεὰν
Κάλλει προήκειν τῆς ἐμῆς εὐμορφίας,
Καὶ σῆς, Ἀθάνα, φιλτάτης ἐμοὶ θεῶν,
Εἰ μὴ κατασκαφεῖσαν ὄψομαι πόλιν
Πριάμου, βίᾳ πρόῤῥιζον ἐκτετριμμένην.

B

Re minus considerata his versibus *Is. Vossius* subscripserat: *sunt autem haec verba Ulyssis.* Imo vero sunt sine ulla dubitatione verba Iunonis in scenam prodeuntis, Minervam, quam adloquebatur Troianis non minus iniquam, ad auxilium Argivis suis ferendum graviter cohortantis, nocte istum diem sequuta, quo Graecos Hector maxima clade affecerat: huius ubi meminit *Homerus* Il. κ, (v. 48 — 52) in ista quidem parte carminis, quam Δολωνοφονίαν καὶ Ῥῆσον inscripsere, huius dramatis argumento praecipuo, Iunonis nullam fecit mentionem, sed eius *Scholiastes* in Il. κ, v. 435, de Rheso agens, δείσασα, inquit, Ἥρα περὶ τῶν Ἑλλήνων Ἀθηνᾶν ἐπὶ τὴν τούτου διαφθορὰν πέμπει. illic etiam oraculo significatum scribit Rheso, invictum fore, ἐὰν οἱ ἵπποι αὐτοῦ τοῦ Σκαμάνδρου πίωσι, καὶ τῆς αὐτόθι νομῆς γεύσωνται. sed qua nocte venerat (αὐτονυχεὶ, inquit *Eustathius*) in castra Troiana, Rhesi tentoria *multa caede cruentus* vastavit Diomedes, eiusque equos albicantes avertit in Graecorum castra, C

priusquam
Pabula gustassent Troiae, Xanthumque bibissent;

Vir-

---

(1) In his versibus, quae Codicis Florentini contextus minus sincera dabat, erant in margine melius scripta. Sed vs. 4, pro μακῇ δορὸς, quae Codicis erat lectio, ponere malui, ἐν μαχῇ δορὸς (ut in *Eurip.* Cycl. v. 5, et apud *Stobaeum* p. 240, 17.) quam cum *Is. Vossio*, ἐν ἀκμῇ δορος. vs. 5, vocem βιαίας in βι-

A *Virgil.* Aen. I, v. 476. qui de Diomede et Ulysse *Homero* narrata in par illud amabile Nisum et Euryalum, artifice manu disposita, transtulit.

Et, ne quis dubitet, Tragoediae non optimae Pater, hac etiam in re, sicut in multis, verbis tamen potius, quam rerum apta dispositione, *Homerum* sequutus, Minervam fecit Ulyssi et Diomedi benignam adiutricem in Rheso contrucidando. Nam cum, interfecto speculatore Dolone contentus, in castra sua retrocedere cuperet Ulysses, adparet ex improviso Minerva, quidque facto opus esset amicos admonet. Ut *Homeri* Ulysses

ξυνέηκε θεᾶς ὄπα φωνησάσης.

Il. B, v. 182, et Tydides in Dolonia Il. K, v. 512; sic Ulysses Tragici Deam suam agnovit tutelarem Rhesi v. 608,

Δέσποιν' Ἀθάνα, φθέγματος γὰρ ᾐσθόμην
Τοῦ σοῦ συνήθη γῆρυν· ἐν πόνοισι γὰρ
Παροῦσ' ἀμύνεις τοῖς ἐμοῖς ἀεί ποτε.

quae partim ex Homereis v. 278, ἥτε μοι αἰεὶ Ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίστασαι, expressa sunt: sed cum his, et supra positis ex Flor. Cod. comparet mihi quis ex Ajace *Sophoclis* eiusdem Ulyssis simillima v. 14,

Ὦ φθέγμ' Ἀθάνας φιλτάτης ἐμοὶ θεῶν,
Ὡς εὐμαθές σου, κἂν ἄποπτος ᾖς, ὅμως
Φώνημ' ἀκούω, καὶ ξυναρπάζω φρενί.

In his imitatorem *Homeri* agnovit *Eustathius*, qui Rhesi Tragoediam non memorat in suis ad *Homerum* commentariis. Ut in Rheso Iuno, sic in Ajace *Sophoclis* prima prodibat in theatrum Minerva, nec pro more
C *Euripidis* sola, sed Ulyssem adloquens, qui tentorium Ajacis adstabat speculator. Ad illud initium Rhesi,

Ὦ, τοῦ μεγίστου Ζηνὸς ἄλκιμον τέκος,
Παλλάς,

exigantur primi versus dramatum *Sophoclis*; Electrae,

Ὦ,

βιαίαγ' immutavi; et prout oportebat sic scripta vs. 7, ἔκρινα Κύπριν Ἀλέξανδρον θεάν. Versum 9 sic Codex praeferebat: καὶ σῆς Ἀθηνᾶ, φίλτατ' ἐμοίθ' ἐῶν· *Is. Voss.* emendabat: Καὶ σῆς, Ἀθηνᾶ, φιλτάτη ἐμοὶ θεῶν. turpis hiatus facile monstrabat formam legitimam φιλτάτης.

Ὦ τοῦ στρατηγήσαντος ἐν Τροίᾳ ποτὲ A
Ἀγαμέμνονος παῖ.

Oedipodis Tyranni,

Ὦ τέκνα Κάδμου τοῦ πάλαι νέα τροφή,

Oedipodis in Colono,

Τέκνον τυφλοῦ γέροντος, Ἀντιγόνη,

Antigones,

Ὦ κοινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα.

Quisquis demum Rhesi drama scripserit, istius Prologi Conditor hac in parte non *Euripidis* morem, sed *Sophoclis* expressit artificium, qui, quantum apta valeret fabulae dispositione prae *Euripide*, Dramatum quoque suorum Prologis demonstravit. Sophocleis, aut huic etiam Rhesi prologo, nihil simile deprehendetur in viginti qui supersunt Prologis B
Euripideis.

In his *Euripidis* prologis, versibus elegantissimis, et saepe magna cum cura κατερρινημένοις, sed ad Homeream tamen *Sophoclis* maiestatem neutiquam aequiparandis, totum dramatis argumentum, ea interdum enarrantur, quae omnem ex ultima demum parte capiendam auditoribus intervertant voluptatem.

Saepe nimis sunt verbosi; quique primus in scenam prodit solus verba facit, nec raro γενεαλογεῖ. Plus aequo mordax, iustam tamen in *Euripidis* Prologos meo quidem iudicio censuram exercuit *Aristophanes*, acerbe διαβάλλων τὴν ὁμοειδείαν τῶν εἰσβολῶν τῶν δραμάτων, in Ranis v. 1230 — ad v. 1277. hoc vix uno potuit exemplo refelli,

Ἵν' οὗτος οὐχ ἕξει προσάψαι λήκυθον.

Tanquam in Prologis ἡδέως ἀπαγγέλλων τὰ γένη ridetur in Acharn. C
v. 47, etc.

Sed undecim isti versus ex Rhesi prologo sic sunt facti, ut ipsa verborum σύνθεσις ex Sophocleis potius videatur quam ex Euripideis expressa: mirorque adeo Grammatici Graeci iudicium, cui πρόλογος iste videbatur πεζὸς πάνυ, καὶ οὐ πρέπων Εὐριπίδῃ· nec multum vereor, ne illius hac in parte iudicium ab elegantiarum veterum doctis spectato-

(2) Versui 7, Λῦσον βλεφάρων γοργωπὸν ἕδραν· hic praemittitur in Cod. Flor.

Ὄρθου κεφαλὴν πῆχυν ἐρείσας.

dignus qui restituatur in sede, qua excidit. Paulo post ex co-

A tatoribus meo anteponatur. Ista naturae congrua simplex oratio, σεμνὴ καὶ ἐμπρέπουσα ἔχουσα μεγαλοπρέπεια, ne *Sophocle* quidem est indigna, et, si ad paucos istos versus Rhesi totum drama, quod legimus, responderet, suspicaremur cum *Scaligero Sophoclem* Rhesi dramatis esse auctorem.

Sophoclem tamen, nec mirum, dubitanter nominat *Scaliger*, sed *Euripidem* fabulam scripsisse confidenter negat Prolegom. ad *Manil.* p. 7, ubi *auctor* inquit *Rhesi Tragoediae vetustissimus, qui sine dubio non est Euripides:* — Comment. in Culicem p. 31, *auctor Trag. Rhesi, non enim est Euripides.* et habuit vir Summus huic suae sententiae suffragatores, *Flor. Christianum*, *Dan. Heinsium*, *Andream Schottum*, et *Sam. Petitum*; hic, satis absurdam de *Aristarcho* tanquam auctore suspicionem suam exhibens, docte tamen *Sophocli* fabulam abiudicat et *Euripidi*, utiturque in eam rem argumentis minime contemnendis Mis-
B cell. III, c. 22.

Euripidis editorem Clarissimum non sane miror ista scribentem in Rhesi v. 430, „ si qua mihi in his rebus perspicacitas, non modo So- „ phoclei Characteris omnino nihil sapit, sed totum penitus Euripidem „ ad vivum exprimit. Hoc centum plus instantiis possem probare." Sic ex cathedra poterat S. T. B. *Barnesius* probabiliter loqui, et, nemine contradicente, si liberet, Ῥησίζειν. scripto mandata verba duntaxat videntur et neminem movent.

Illud saepe miratus, tam pauca ex Rhesi dramate veteribus, Euripidea libenter adhibentibus, excitata, tandem animadvertisse mihi videor, hoc drama veterum perpaucis fuisse lectum. Illinc sumtos quinquaginta minimum versus, aut integros, aut leviter ad suam in scribendis versibus infantiam accommodatos, incertus *Auctor* inseruit Tragoediae suae Χριστοῦ πάσχοντος. In *Jo. Tzetzae* (Chiliad. IV, v. 965 etc.)
C ἱστορίᾳ περὶ Ῥήσου κατὰ Εὐριπίδην duo leguntur senarii qui sunt in Rheso vss. 510, 511. — Ex Rheso quoque voces in Lexicon suum Tragicum receperat *Didymus*; hinc praebet *Hesychius*, Γοργωπὸν ἕδραν, sumtum ex Rhesi v. 7. (2) vidit *A. Heringa* Observ. p. 212. Κερόδετα τόξα, ex v. 34, *E. Spanhem.* in *Callim.* h. Apoll. v. 33. Ὕπαφρον, ex v. 711, *P. Wesseling.* Probab. p. 47. Ἐδέννασεν, ex v. 925 et 951, (ubi scripserat, opinor:

Μά-

---

eodem Cod. scribendum:

> Τίς ὅδ', ἢ φίλιος φθόγγος; τίς ἀνήρ;
> Τί τὸ σῆμα; θρόει.

> Μάτην ἄρ' ἡμᾶς Θρήκιος (3) τροχηλάτης A
> Ἐδέννασ', Ἕκτορ·)

Τολυπεύσας, Homericum, ex v. 744. Προταινὶ, ex v. 523, et ex proximo versu 524, Ἐγερτὶ, nam ubi vulgatur Ἐγρηγορεῖ, γρηγορεῖ, scribendum videtur, Ἐγερτὶ, ἐγρηγόρως· haec forma vulgaris, Homericum est ἐγρηγορτί, in Il. κ. 182. illud in loco Rhesi legitur, et sensu nonnihil diverso in *Soph.* Antig. v. 419. — Ubi testis laudari potuerat *Herodotus* I, c. 173, laudatur Εὐριπίδης ἐν Ῥήσῳ *Eustathio* in *Dionysii* Perieg. v. 270, respicienti versum Rhesi 29, 30, ubi pro τον eleganter γονον corrigebat *Jo.* noster *Piersonus:*

> Τίς δ' εἶσ' ἐπὶ Πανθοΐδαν, ἢ γένον
> Εὐρώπας, Λυκίων ἀγὸν ἀνδρῶν.

Quis huc arcesset Polydamanta Panthi f. aut filium Europae Sarpedona? Idem ille *Piersonus* in Verisim. I, c. 6, p. 82, alium Rhesi locum emaculavit ex *Etymologico MS.* curatius elimatum *Toupio* Emend. in *Suid.* II, p. 21. In edito etiam *Etymologico* memoratur Εὐριπίδης Ῥήσῳ· et, velut *Euripidis*, Rhesi versus 211 adhibetur a *Mario Victorino* Artis Grammat. L. I. Quantum recordor unicum tantum ex Rheso dictum in Excerpta sua *Stobaeus* retulit p. 360, 7, versum nempe 105 cum tribus sequentibus. B

Tametsi non sit *Euripidis* istius nobilissimi drama, potuit ut *Euripidis* adhiberi, siquidem iam olim inter Euripidea locum repererit. Etiam florente republica Attica cognomines aliquot nobis innotuere; *Euripides* notatus *Aristophani* Eccles. v. 821, quem rempublicam gessisse vidit *St. Bergler. Euripides* Comicis irrisus recentioribus *Anaxandridae* et *Ephippo* apud *Athen.* XI, p. 482. C. D. Duo quoque Tragici Poëtae, alter antiquior nostro; alter ipsius, *Suida* teste, ἀδελφιδοῦ. Secundum eumdem *Suidam* Noster filium etiam habuit sibi cognominem: hic *Euripides*, ut puto, post patris obitum, dramata paterna Iphigeniam in Aulide, Alcmaeona, Bacchas, Liberalibus urbanis in certamen detulit, et quintae, ut suspicor, victoriae honorem paterno nomini comparavit: hoc partim nititur fide veterum Criticorum in *Schol.* C

(3) Vulgatam, Θρήκιος στρατηλάτης sic corrigo: viditque *Portus aurigam* fuisse Rhesi, quod liquet ex vss. 771, 781, 804 etc. Speciem vulgatae voci *Barnesius* conciliavit; et apud *Homerum* excitat Apollo cognatum Rhesi Θρηκῶν βουληφόρον Ἱπποκόωντα· Il. κ, 518. sed in Tragoedia famulus fuit auriga Rhesi;

A *Schol.* ad *Aristoph.* Ran. v. 67, *αἱ Διδασκαλίαι φέρουσι, τελευτήσαντος Εὐριπίδου, τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμωνύμως ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας.* Bacchas prae ceteris, *Luciano* quoque iudice T. III, p. 114, *βιβλίον κάλλιστον*, perplacuisse suspicor Atheniensibus, et hoc drama designatum *Suidae*, ubi *Euripides Mnesarchi F.* quinta honoratus dicitur victoria *μετὰ τελευτὴν, ἐπιδειξαμένου τὸ δρᾶμα τοῦ ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ Εὐριπίδου.* *Euripidis* cognominis fuisse suspicatur *Heathius* in *Eurip.* p. 83. quae profert ex *Eurip.* Iphig. *Aelianus.* Huic cognomini fratris filio, velut auctori Tragico, tria *Suidas* attribuit dramata, Oresten, Medeam, Polyxenam: *ego et Rhesum illi tribuerim*, inquit *Mart. Anton. Delrio* Prolegom. in *Senecae* Trag. p. 22. Quae non sanequam absurda est suspicio: nec enim tum longe quaerendum, cur alterius *Euripidis* dramati inter nobiliora locus fuerit concessus.

Quidquid huius sit, id mihi quidem et cum aliis et cum Eruditis-
B simo *Jacobo Hardionio* iam ab aliquot annis (olim aliter sentiebam, re nondum satis explorata) visum fuit manifestum, Rhesi drama nec *Euripidis* esse, neque *Sophoclis.* Sophoclea quidem insunt, non pauca; loquendi quoque formulae ab *Aeschylo* et *Euripide* transsumtae; sed, ab Aeschyleis diversissimum, drama in universum non *Sophocle* tantum sed et indignum arbitror *Euripidis* persona. Horum ingenia qui cognoverint mecum opinor fatebuntur ab utriusque ingenio alienissima huic fabulae inesse lineamenta. Verum sic hoc genus natura comparatum est, ut, quos in multis similes facile tanquam diversos dignoscas, difficulter tamen demonstres dissentienti.

Praeter Prologum, de quo ante dictum fuit, tota Oeconomia fabulae variis casibus implicitae abhorret a more fingendi Euripideo. Qua parte semper habitus fuit ab antiquis Criticis *Euripides* admirabilis, nihil est in hoc dramate, quod spectatoribus Atticis videri potue-
C rit miserabile atque adeo dignum Tragica maiestate. *Euripidae* proprium in omnibus Tragoediis, *πολὺ τὸ γνωμικὸν* hinc abest, ubi more potius Sophocleo hic illic brevissimae quaedam interseruntur, aptae pleraeque, sententiae. Nullum est *Euripidis* drama, in quo Chorus non admisceat ab actione quaedam remota, aut non attingat historias, quae spectatoribus etiam Atticis videri debuerunt tenebricosae: ad *Eurip.*

---

si; nec nominatur propterea. Poëtis Latinis dictus *agitator equorum*, his Poëtis est *διφρηλάτης, ἁρματηλάτης* et *τροχηλάτης.* *Eurip.* Phoen. v. 39, *Λαΐου τροχηλάτης*, in huius Troasin v. 447, ubi recte scriptum, *Δαναϊδῶν στρατηλάτα·* Codex Flor. exhibet *ἀρχηγέτα.*

rip. Phoen. v. 1026. quaedam prostant ea de re scripta: nihil in Rhe- A
so Chorus

medios intercinit actus,
Quod non proposito conducat et haereat apte;

ubique contra, oratione, nisi vitiata sit a librariis, intellectu facillima, in Rheso, et multo quidem constantius quam debuerat,

Actoris partes chorus officiumque virile
Defendit.

Rhesi quidem conditor *Sophocleae* Sirenis dulcedinem studuit, et *Euripidis* repraesentare *τὸ ἀκριβὲς καὶ γλαφυρὸν*, sed ab utriusque virtutibus, inprimis a verborum utrique propria *συνθέσει*, abfuit quam longissime. *Dionysio Halic.* iudice solus inter Tragicos usus est *Euripides τῇ γλαφυρᾷ καὶ ἀνθηρᾷ συνθέσει·* illa secundum *Dionys.* T. II, p. 46, et 47, *εὔφωνά τε βούλεται εἶναι πάντα [τὰ] ὀνόματα καὶ λεῖα καὶ μαλακὰ καὶ* B
παρθενωπά· τραχείαις δὲ συλλαβαῖς καὶ ἀντιτύποις ἀπέχθεταί που· τὸ δὲ θρασὺ πᾶν καὶ παρακεκινδυνευμένον καὶ δι' εὐλαβείας ἔχει. ad hanc normam qui cum Euripideis Rhesum comparabit, diversi Patris filiolum fatebitur. — *Aristot.* Rhetor. III, p. 120, 4, ubi artem, ne offendat auditorem, in dicendo occultandam praecipit, *κλέπτεται δ' εὖ*, inquit *ἐάν τις ἐκ τῆς εἰωθείας διαλέκτου ἐκλεγων συντιθῇ, ὅπερ Εὐριπίδης ποιεῖ, καὶ ὑπέδειξε πρῶτος.*

Recedens ab Homerica *Sophoclis* et *Aeschyli* praesertim magniloquentia, vocibus Poëticis, quantum fieri poterat, evitatis, ex usitatis in sermone Atheniensium quotidiano selegit optimas et elegantissimas, atque his orationem suam artificio latente contexuit: usus *Euripides κοινοῖς καὶ δημώδεσι τοῖς ὀνόμασι*, (natura minime *μεγαλοφυὴς ὢν*) quantam tamen suis versibus vim indiderit *διὰ μόνου τοῦ συνθεῖναι καὶ ἁρμόσαι ταῦτα*, docet *Longinus* π. Ὕ. XXXIX, 3 etc. XV, 6. C

In tot millibus *Euripidae* senariis, perpauca verba reperientur, quae harum rerum gnaris, Poëtis censeri queant solis usitatae, aut illiteratis istius aevi Atticis incognitae; quales Homericas fuisse plurimas, tum aliunde satis noveramus, tum demonstrat Comici *Stratonis* locus perinsignis apud *Athen.* IX, p. 382 et 383. Istiusmodi *λέξεις*, vulgo inusitatae, plures in uno Rhesi dramate reperiuntur, quam in undeviginti Tragoediis *Euripidae*, perditarumque reliquiis omnibus. *Euripidi* quidem inusitatae, sive Sophocleae *λέξεις* seu *Aschyli*, hic a me longe plurimae designari possent: de multis ex Rheso, quae sunt ad manum, paucas adponam, quibus, me iudice, sic nunquam fuisset usurus *Euripides*, prout

(1) Haec mea de Rheso quaeque leguntur capite nono, prout hic

A pront illas adhibuit Rhesi Poëta: vs. 177, Τίν' οὖν 'Αχαιῶν ζῶντ' ἀποινᾶσθαι θέλεις; vs. 509, — κακῷ δὲ μερμέρῳ παλαίομεν. vs. 629, πολεμίων μεμβλωκότων. vs. 776, "Ηπυσα. vs. 929, ἐδέννασεν, et v. 951. vs. 817, μάραγνά γ', ἢ καρανιστὴς μόρος. vs. 744, Θρῃξὶν πένθος τολυπεύσας· quae paulo post male repetita legi vidit Amicus *Musgravii.* vs. 523, χρὴ προταινὶ τάξεων φρουρεῖν ἐγερτί. *Noctis caliginem* lecta voce saepe dixit et *Euripides* εὐφρόνην· semel aut bis ὄρφνην. Rhesi conditor κατ' ὄρφναν· ἐν ὄρφνῃ· δι' ὄρφνας· singula posuit plus semel repetita. Talia vero, quae dantur plurima, nunc non attingere statueram. Priora pleraque nemo miraretur, in *Sophoclis* si sparsa legerentur Tragoediis. Hic vocabulorum fuisse fertur novator: sed nova prorsus verba procudere, nisi a sono quaedam ficta, ne *Homero* quidem licuit: potuit et obsolefacta *Sophocles* in usum revocare; et saepius usu cognitis novam quamdam indidit significandi vim, qua parte summus Tragicus habuit in *Herodoto* se dignum imitatorem.

B

CAPUT X.

De Rheso incerti dramate.

De Rheso dramate brevis disputatio. Legem Sophocli servatam hic ubique violari. Hectorem qualem pinxerit Poëta. Totum tum enarratur drama, ut liqueat neutri convenire. Libro Flor. vulgatis meliores excitantur lectiones. Dolon Eumedides. Hominis ventosi commentum. Tertius in hoc dramate miles gloriosus Rhesus: huic amata Arganthône. Equos tantum Rhesi Diomedem et Ulyssem, tum primum equitantes, in castra sua

C *avertisse. Ocius ventis nihil Homero fingi; equos veloces tantum* ἰσανέμους· *In hymno veteri dictos videri* πνοιῇς ἀνέμων θάσσονας. *Hectori tribui responsa frigida ad accusationes aurigae Thracis. Superstitiosus Nicias* δυσοιώνιστος. 'Ενδοιάζεσθαι, *dubitare. Musae in ultimo dramate minus probabilis oratio.* "Ετερον *de malo.* "ετερος δαίμων. *mala* ῥᾷον *et* ῥᾷστα φέρειν.

(1) Rhesi drama neutri equidem, sed, si alterutri tribuendum esset, libentius tamen *Euripidi* tribuerem quam *Sophocli*, a cuius ingenio castigatissimo, ordine fabulam legitimo disponentis, oeco-

hic vulgantur, ante scripta sunt, quam legissem *Jacobi Hardionii* de

conomia Rhesi, prorsus in multis, *ἀνοικονόμητος*, planissime abhorret. A Hanc in rem nonnulla *S. Petitus* iam indicavit turpissima huius Tragici peccata, qualia certe neque *Euripides* admisisset, *εἰ καὶ* (*τὰ πλεῖστα*) *μὴ εὖ οἰκονομεῖ*, ut scribit *Aristoteles* de Poët. c. XIII, p. 237, 27. sed quae multo magis dedecent *Sophoclem*. Hic praeterea, laudis semper aemulus Homereae, quales Tragoedia requirebat, heroas in scena semper *σπουδαίους* repraesentavit, *οἵους δεῖ εἶναι*. Haec ab eodem summo Doctore saepius in eodem libello inculcata lex (p. 255, 4. 225, 27. 228, 27. 229, 12.) turpiter ab Auctore Rhesi fuit violata.

Non Hectorem, praecipuum dramatis heroa, suis nobis coloribus expinxit, quem *Sophocles* sic fecisset loquentem, *ut fluere omnia ex eius natura* viderentur; sed, absurde meo iudicio, ut superbum et *sine pectore* militem, *qui nil nisi praelia* nosset, cuiusque temeritatem inconsideratam confutare debuerint et Aeneas, et qui pro castris excubabant vigiles. Habuit in Aenea quem sequeretur: ex antiquis *Philostratus* B in Heroicis p. 723, *ἐκάλουν οἱ Ἀχαιοὶ τὸν μὲν Ἕκτορα χεῖρα τῶν Τρώων, τὸν δὲ Αἰνείαν, νοῦν*. Fueritque Troianorum fortissimus Hector *θρασὺς*, manu melior, quam consilio, Hectora tamen dedecent quae Tragicus ipsum facit dicentem; quasque dat Aeneae partes, rectius, ut apud *Homerum*, sustinuisset Polydamas,

Πανθοΐδης· ὁ γὰρ οἶος ὅρα πρόσσω καὶ ὀπίσσω·
Ἕκτορι δ' ἦεν ἑταῖρος, ἰῇ δ' ἐν νυκτὶ γένοντο·
Ἀλλ' ὁ μὲν ἂρ μύθοισιν, ὁ δ' ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα.

Il. Σ, 250. Huius aequalis providentissimi, atque eo nonnumquam timi-

---

de hoc Dramate Dissertationem, *dans les Memoires de Litterature* C *de l'Acad. Royale des Inscriptions et B. L.* T. X, p. 323 — 337. Tragici peccata notat vir egregius p. 329 et seqq. Nec *Sophocli* drama tribuendum neque *Euripidi* decernit p. 334, etc. Lectis *Hardionii* meisque observatis videbit Lector eruditus, raro in eadem nos ambo incidisse cogitandi vestigia, nisi quod rem eamdem nostro quisque modo conati simus probabilem reddere.

(2) Εἴθ' ἦτθ'] Praeter *Stobaeum* p. 360, 7, quatuor versus istos leviter immutatos adhibuit *Auctor* Trag. Christ. v. 2373. Dum quartum sic exhibet, *Σοὶ μὲν μάχεσθαι, τοῖςδε δ' αὖ κρύπτ' εἰδέναι·* invenisse videtur in suo Codice Σοὶ et *τοῖς·* quod (*τοῖςδε* hic malui, quam *τοῖς δέ*, vel *τοῖςδε δὲ*) recepi, probatum *H. Stephano* An-

A midi, consiliis saepe reluctatus, interdum utiliter se praebuit Hector *Homeri* morigerum. Ἕκτωρ [ὤνατο] Πουλυδάμαντος, ubi scribit *Aelianus* V. H. XII, c. 25, nonnulla notarunt *Kühn.* et *Perizonius* — Initio Rhesi vigiles, ne noceat officio defuisse, somno Hectorem excitant, indicaturi tota nocte in castris Graecorum ignes collucere v. 41,

> Πῦρ αἴθει στρατὸς Ἀργόλας, Ἕκτορ,
> Πᾶσιν ἀν' ὄρφναν.

Hoc audito sibi mox Hector persuadet, fugam Graecos moliri; clamat ad arma; atque ishac ardet nocte fugientes insequi. Verbis illum satis intempestivis a suspicione retrahere frustra vigiles conantur. Loquentibus intervenit Aeneas; hic, re cognita, tanquam iuvenis rector, regaliter damnat Hectoris audacem temeritatem. Si habuisset utrumque Poëta probe cognitum, non tam arroganter ista fecisset Aeneam di-
B centem v. 105,

> (2) Εἴθ' ἦσθ' ἀνὴρ εὔβουλος, ὡς δρᾶσαι χερί·
> Ἀλλ' οὐ γὰρ ὡυτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν
> Πέφυκεν· ἄλλῳ δ' ἄλλο πρόσκειται γέρας·
> Σοὶ μὲν μάχεσθαι, τοῖςδε βουλεύειν καλῶς.

Τὸ καλῶς βουλεύειν tribuit, opinor, Antenori, Priamo, ceterisque curiae Troianae senatoribus, *queîs aetas longa magistra fuit:* suam tamen etiam Aeneas Tragicus βουληφόρου personam hic, modeste, sustinuit. Ad Creusae suae fratrem, maximum Hectora,

tota salus in quo Troiana manebat,

ista-

C Annot. in Eurip. p. 116, qui magis accommoda, quam dederat *P. Victorius* V. L. x, c. 5, comparavit Homerici Polydamantis verba ex Il. N, 729, Hectori movendo multo dicentis aptiora. *Sallustii* Iugurtha (B. I. c. VII,) *quod difficillimum in primis est, et praelio strenuus erat, et bonus consilio; quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temeritatem adferre plerumque solet:* dedit ibi nonnulla *Jos. Wassius.* A *fortitudine* quantum distet *temeritas* monstrat *Auctor* Rhetor. ad Herenn. IV. c. 25. Qui dicitur *Eusebius* apud *Stobaeum* p. 359, 37, Θάρσος τὸ πρὸς τὰ φοβερὰ σὺν λογῳ αἴνεε, (ἀνδρηΐα γὰρ,) τὴν δὲ μετὰ ἀλογίης ἐπ' αὐτὰ ὁρμὴν, Θράσος νόμιζε, καὶ ἀποστύγεε. Ille itaque fortissimus Hector secundum Aeneam Tragici fuerit miles odiosus inconsiderata temeritate.

N 2

ista dixisset Aeneas, si quis alius, magni Imperatoris admirator, umbram A
Hectoris qui sic in somno compellabat:

O lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrûm!

Virgil. Aen. II, 281. Ad intolerabilem tamen istam superbiam nihil respondet Hector Tragicus, et Hector *Homeri* prudentissimo sibique carissimo Polydamanti, votis contraria loquuto, nisi meum, inquit, consilium sequaris,

Αὐτίκ' ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ τυπεὶς ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσεις,

Il. M, 250. — Decebat Augusti personam ad Romanos duces scribentis *Euripidae* Trochaicus ex Phoen. v. 602.

Ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης.

sed Troianos vigiles dedecet in Hectora dictum, Rhesi v. 132, B

Σφαλερὰ δ' οὐ φιλῶ στρατηγῶν κράτη.

Mittere speculatorem in castra Graecorum dramatis Aeneae suadenti cum vigiles adstipularentur, quid Hector? — *quantum mutatus ab illo Hectore!* Νικᾶτ', inquit v. 137,

Νικᾶτ', ἐπειδὴ πᾶσιν ἁνδάνει τάδε.

Verbis victus Hector Troianos rogat vigiles, quis ex ista cohorte (οἵπερ εἰσὶν ἐν λόχῳ, v. 149, ut optime cepit *Heathius:*) vellet intra Graecorum ire munimenta quid agitarent speculatum; neque enim se dicit unum ad omnia sufficere; veritus videlicet, ne sibi Regi et Imperato-

C

(3) Voculâ τὶς, hominem nobis in Dolone contemtum *Homerus* indicavit Il. K, 314,

Ἦν δέ τις ἐν Τρώεσσι Δόλων, Εὐμήδεος υἱός·

cuius Diomedes nil magni fuerat de se pollicitus; Dolon, quod recte veteres in *Homerum* Critici monuerunt, αἰτεῖ μὲν ἀδύνατα, ὑπισχνεῖται δὲ πράξειν ὑπέρογκα. *Homerum* sequutus, Phryga *timidum* dixit *Ovidius*, *imbellemque Dolona.* vid. *Salvagnius* in *Ovidii* Ibin v. 629. Haec etiam, ita suspicor, fuisset emendaturus retractata *Virgilius* Aen. XII, 346, quibus dicitur Aeneae comes Eumedes

an-

A tori has speculatoris partes Aeneas vellet demandatas. Sic certe loquitur v. 152,

> Οὔτοι πάντ᾽ ἐγὼ δυνήσομαι
> Πόλει πατρῴᾳ, συμμάχοις θ᾽, ὑπηρετεῖν.

Non *magno laudum perculsus amore*, sicut apud *Homerum* Diomedes et Ulysses, *Virgilii* Nisus et Euryalus, suam sibi virtutem sat praemii reputantes, sed offert se periculo spe lucri motus quidam (3) Dolon. Hic in dramate primum alienissimo tempore multa super praemio cum Hectore loquutus, tandem (Aen. XII, 350,)

> *Ausus Pelidae pretium sibi poscere currus,*

se domum ait abiturum, ut ad opus se furtivum comparet. Fraudem, quam moliretur Dolon, intelligere desideranti Choro, hac ad-
B iecta ratione,

> Σοφοῦ παρ᾽ ἀνδρὸς χρὴ σοφόν τι μανθάνειν,

Sophus iste commentum suum pandit, quod isthoc aevo bellatoribus aeque ac nostro perridiculum videri debuit: *Homeri* Dolon Il. κ, 334,

> Ἕσσατο [δ᾽] ἔκτοσθεν ῥινὸν πολιοῖο λύκοιο·

sive λυκέην, v. 459. hinc vide quid effecerit Tragici Dolon v. 208,

> (4) Λύκειον ἀμφὶ νῶτον ἅψομαι δορὰν,
> Καὶ χάσμα θηρὸς ἀμφ᾽ ἐμῷ θήσω κάρᾳ,
> Βάσιν τε χερσὶ προσθίαν καθαρμόσας,
> Καὶ κῶλα κώλοις, τετράπουν μιμήσομαι
> Λύκου κέλευθον.

C Ap-

---

antiqui proles bello praeclara Dolonis,
Nomine avum referens, animo manibusque parentem.

In Iliadis Epitome, (quod elegans carmen, *Pindari* nomen praeferens, utinam etiam ante diem rapto *Higtio* nostro licuisset expolire, centenis mendis expurgatum,) vs. 712 legitur in Edd. *Troianus iuvenis*, in optimo Cod. MS. *Troius Eumenides:* corrigendum arbitror, *Tros Eumedides.*

(4) Sic versus istos emendate scriptos ex Cod. Flor. exhibui in *Eurip.* Phoen. p. 152. b. Χάσμα θηρὸς obtulit etiam a se excogitatum Clar. *Jo. Toupius* Emend. *Suid.* III, p. 308. Cimbrorum equites in *Plutarchi* Mario p. 420. B. gestasse dicuntur

Aptum illud *παρθένῳ ἠϊθέῳ τε* videri poterat terriculum; et hinc diversa facies Orniti venatoris in *Virgil.* Aen. XI, 679; recte *Longus τέχνην* iudicavit *ποιμένι πρέπουσαν* Pastoral. I, p. 14, cuius ope Dorcon puellam terrefactam ad obsequium cogeret: in illum enim decore *Longus* transtulit, quae mihi quidem in Troiano milite videntur absurda: *Λύκου μεγάλου δέρμα λαβὼν, — περιέτεινε τῷ σώματι ποδήρες καταννωτισάμενος· ὡς τούς τ' ἐμπροσθίους πόδας ἐφηπλῶσθαι ταῖς χερσὶ, καὶ τοὺς κατόπιν τοῖς σκέλεσιν ἄχρι πτέρνης. καὶ τοῦ στόματος τὸ χάσμα σκέπειν τὴν κεφαλήν.* haec *Longi* verba nobis interpretantur emendata Tragici Dolonis, quem, natura timidum, recte Rhesi nobis Poëta paucis versibus, 219 -- 223, militem pingit arrogantem; nam se cum spoliis rediturum gloriatur, Ulyssis et Tydidae caede peracta, cuius omne robur erat A

Ventosa in lingua, pedibusque fugacibus.

Sed indigna sunt *Sophocle* et *Euripide*, quae Tragicus Hectori contribuit.

Actu II, prodit ex Ida monte Pastor Regius, gratissimum, ut putabat, nuncium allaturus Hectori super adventu saepe Troianis desiderati Rhesi cum exercitu Thracico. Pastorem primum vix alloquio dignatus Hector, tanquam de armentis verba facturum, ubi rem tandem intellexit, superbe respondet, nec Thracum se nunc auxilio, neque Troiam indigere Rheso defensore, qui, cum vocatus tempori non advenisset, nunc tandem post festum veniret; Troiam sua solius dex- B

tur *κράνη εἰκασμένα θηρίων φοβερῶν χάσμασι.* — Codicis istius Florentini lectiones aliquot in Rheso, probabiles plerasque, si hic illic enotavero, facturus videor harum literarum studiosis rem minime ingratam. Rhesi vs. 40, illic scribitur, *Οὐδὲν τραγῶς ἀπέδειξας·* seq. *Πῦρ αἴθει.* vs. 49, *Σοὶ δ' ὑποπτ.* vs. 73, *λελειμμένοι* (scribendum, *λελημμένοι.*) vs. 79, *ἐμῇ φρενί.* [In vs. 92, *Λόχος κρυφαῖος* recte legit *Auctor* Trag. *Χριστοῦ Π.* v. 93. Sequentia quaedam prostant in *Eurip.* Phoen. v. 731.] vs. 151, *Τίς ἂν γένοιτό γ' ὧσδε* (scripserat, opinor, *ὧδε γῆς εὐεργέτης;* *quis tanto beneficio patriam mactabit?*) vs. 160, *Νῦν δὶς τόσως ἔθηκας εὐκλεέστερον·* et vs. 281, — *λόγου δὲ δὶς τόσου μ' ἐκούφισας* quam lectionem ex duobus Codd. Parisinis enotavit etiam Clar. *Jac. Hardionius dans L'histoire de L'Acad. des Inscr.* T. IX. p. 47. (ut v. 757. *Eurip.* Elec. 1092, et saepius alibi: *δὶς τόσως* ex eodem Cod. scribi poterit in *Eurip.* Medeae v. 1194, et *δὶς τόσως δὲ πλείονα* in fragm. incertae Trag. inter Barnesiana paene ultimo.) vs. 169, *Χρυσὸς πάρεστιν* —. vs. 180, *πρὸς δόμους.* vs. 203, *Κἀκεῖθεν ἥσω.* — vs. 205, *κλωπικοῖς τε βήμασι.* vs. 220, *σύμβολον σα-* C

A dextra defensam, et defensum iri, quandoquidem die, qui instaret, Graeci tandem essent debellandi. Ad hanc magniloquentiam cum non inepte rusticus dixisset, non tamen auxiliatorem, Dea natum, temere repellendum videri, cuius sola praesentia formidinem hostibus incuteret; Chorus autem vigilum, si non ut auxiliarem, instar hospitis saltem Rhesum recipere suaderet; mox iterum totus a se mutatus Hector, utriusque sententia collaudata, Rhesum se tanquam socium recepturum pollicetur, pastoris, quem paulo ante despexerat, iudicio motum, ut scilicet! Rhesus aureis armis, et clypei splendore

Oculorum praestringeret aciem in acie hostibus.

Hectoris mutati verba sunt v. 339,

(5) Σύ τ' εὖ παραινεῖς, καὶ σὺ καιρίως σκοπεῖς.
B 'Ο χρυσοτευχὴς δ' οὕνεκ' ἀγγέλου λόγων
Ῥῆσος παρέστω τῇδε σύμμαχος χθονί.

Ad ista Chorus, priorum immemor, et Hectoris securus, laudes accinit Rheso, tanquam Deo tutelari, cuius unius praesentia, facile debellatis Graecis, antiquum Troiae splendorem restitueret.

Satis odiosa Hectoris Tragici videbatur arrogantia; sed illam tamen longe superat qui Actu III prodit in scenam tertius gloriosus mi-

σαφὲς δ' ἔχων (l. δ' ἔχων σαφὲς quod ex duobus Codd. praebet *Hardionius* p. 46.) vs. 239, Ἀχαιὸν Ἄρη. vs. 250, Ἔνι δὲ θάρσος· et in antistrophe vs. 262, Ὃς ἐπὶ πτόλιν. ubi vulgatum πῶλον absurdum est.

C

(5) In his deterior est lectio *Flor.* παρέσται. Sed in hoc actu recte scriptos Codex exhibet vs. 267, Καὶ γὰρ σὺ ποίμνας δεσπόταις τελεσφόρους· vs. 270, Οἷ χρὴ γεγωνεῖν σ' εὐτυχοῦντα ποιμνίων· in vs. 277, τῇδε γῇ. vs. 280, εἰς Τροίαν. vs. 302, Ἑστῶτ' ἐν ἱππείοισι Θρηκίοις ὄχοις. vs. 303, ζυγηφόρον. vs. 310, ἄπλατον. vs. 313. ὁμαρτῇ, θρηκίαν στολὴν ἔχων. vs. 317, πρὸς τἀγαθά. vs. 323, Ἔθραυε λαίφη vs. 324, Τροίᾳ φίλος. vs. 327, Ὀρθῶς ἔλεξας [hoc Tragicis usitatum: suum, Ὅρα ὡς ἀτίζεις, ne sibi quidem ipse Clar. *Heathius* nunc, opinor, adprobaret] vs. 329, οἱ σώζοντες Ἴλιον πάλαι. vs. 33 , τοὐπιὸν θεοῦ σέλας. [vs. 333, βοηδρομεῖν hic in Cod. et recte legitur v. 412, hoc tamen loco βοηδρόμον praestiterit.] vs. 347. Ἐτλάσθης Φρυγίαν πρὸς αὐλάν. vs. 356, Ἥκεις διφρεύων. vs. 384, Παρὰ πορπάκων κελαδοῦντας.

miles, ad cuius *virtutes ne* suas *mars* quidem *ausit aequiparare:* nam A

Meri bellatores gignuntur, quas hic praegnantes fecit.

Neque tamen amatam sibi puellam Arganthônen Rhesus causam fuisse morae fatetur, quod e *Parthenio* (6) noveramus, at bellum commemorat Scythicum: sed cur non etiam

Istas *tu legiones difflavisti spiritu*
Quasi ventus folia?

qui quidem hoc in dramate gloriaris, unicum tibi diem satis futurum, ad id omne conficiendum, quod per solidos annos decem perficere non potuisset Hector. Hectoris exceptus asperrima oratione, cum satis apte respondisset ad accusationis Hectoreae singula capita, tarde quidem, tempori se tamen venisse testatur; effecturum enim, ut uno die sit cum Graecis debellatum; sequenti die, re confecta, domum se abiturum. En totidem paene verba Pyrgopolinicis istius v. 443, B

'Αλλ' ὕστερον μὲν ἦλθον· ἐν καιρῷ δ' ὅμως.
Σὺ μὲν γὰρ ἤδη δέκατον αἰχμάζεις ἔτος,
Κοὐδὲν περαίνεις· ἡμέραν δ' ἐξ ἡμέρας
(7) *'Ρίπτεις κυβεύων τὸν πρὸς 'Αργείους 'Αρην.*

'Εμοὶ

---

(6) *Parthenio* auctore π. 'Ε. Π. c. 36, bello Troianis coorto, *μετήεσαν αὐτὸν οἱ βασιλεῖς ἐπίκουρον· ἡ δὲ 'Αργανθώνη, εἴτε δι' ἔρωτα, — εἴτε καὶ ἄλλως καταμαντευομένη τὸ μέλλον, βαδίζειν αὐτὸν οὐκ εἴα.* Fatum illa forsan morari voluit, quod suspicari potuit ex oraculo, memorato *Eustathio* et *Schol.* in *Hom.* Il. κ, 435. — In istis *Parthenii μετήεσαν αὐτὸν*, non utique significat *miserunt eum* Reges, sed Rhesum *arcessiverunt* Priamus et Hector missis legationibus; de quibus vid. Rhesi v. 401, et v. 937. ubi Clar. *Hardionio*, p. 48, iure laudatam Codd. *Reg.* lectionem adfirmat Tragoedia Χριστοῦ Πασχ. v. 1376, *ἀλλά σ' Ἕκτορος Πρεσβεύμαθ', αἵτε μυρίαι γερουσίαι Ἔπεισαν ἐλθεῖν, κἀπικουρῆσαι Φίλοις.* — Ubi *Steph. Byz.* meminit Ἀργανθώνης, Ῥήσου γυναικὸς, *L. Holstenius* commodum recordabatur *Eustathii* in *Dionys.* Perieg. v. 322, sed non vidit ex istis, Μυσοὶ — ἀπὸ Μυσοῦ υἱοῦ Ἀργανθώνης τῆς γενναίας τῆς Ὀρεσιβίου, mendosis, haec effigenda sincera, Ἀργανθώνης, Ῥήσου γυναικὸς, τῆς Ὀρεσιβίου. ignoto patri nomen imposuisse putem conveniens vitae venatricis puellae, quae solo amore venandi percussa homines ante oderat, quam pulcerrimum Rhesum cognovisset; in montis et sylvis degens, *τὴν κατ' οἶκον* C

A
'Εμοὶ δὲ φῶς ἐν ἡλίου καταρκέσει,
Πέρσαντι πύργους, ναυστάθμοις ἐπεισπεσεῖν,
Κτεῖναί τ' 'Αχαιούς· θ' ἁτέρᾳ δ' ἀπ' 'Ιλίου
Πρὸς οἶκον εἶμι.

Sed horum immemor, Troia liberata periculo, spoliisque Diis consecratis, velle se dicit Hectore comitatum in Graeciam proficisci, ut illam ferro et igne popularetur v. 471,

Ξὺν σοὶ στρατεύειν γῆν ἐπ' 'Αργείων (MS.) θέλω,
Καὶ πᾶσαν ἐλθὼν Ἑλλάδ' ἐκπέρσαι δορί.

Graecorum fortitudinem in alieno quoque solo pugnantium decem annorum experimentis edoctus Hector, cum arroganter dicta refutasset philosophica moderatione, Thracem tandem interrogat, qua parte velit cum
B suis in praelio collocari: hic redit ad ingenium Rhesus; ad Hectoris regnum tutandum facere se velle ceteris otium significat, et solum pugnare: quod si sibi minus illud decorum iudicaret Hector, adversus Achillem ceterosque Graecos se unum collocaret in prima acie: iam ante dixerat v. 451,

'Υμῶν δὲ μήτις ἀσπίδ' αἴρηται χερί.

sic

οἶκον δίαιταν καὶ μονὴν ἀπέστυγεν, inquit *Parthenius.*

(7) 'Ρίπτεις legendum pro Πίπτεις, monuerunt *Claudius Sallierius dans l'Histoire de l'Academ. des Inscr.* T. v, p. 125, et *Ti. Hemsterhusius* ad *Schol.* in *Aristoph.* Π. p. 205. Nollem vir clariss.
C *F. L. Abreschius* hanc quoque reiecisset coniecturam, quam iure *felicissimam* vocat *Benj. Heathius.* Unam in v. 449 literam mutavi ex MS. *Flor.* in quo deërat vs. 400, ab alia forsan manu ex vicinis factus. vs. 404, servandum quod vulgatur Σὺ δ' ἐγγενὴς ὢν, — sed vs. 413 scribendum puto, Οἱ δ' οὐδὲν ἡμῖν ἐν γένει πεφυκότες· ut in *Eurip.* Alc. v. 903. *Dicaeogeni* in *Stob. Grot.* p. 261, etc. — Meliora dat vulgatis Cod. MS. vs. 416, Οἱ δ' ἔν θ' ὅπλοισι, καὶ παρ' ἱππείοις ὄχοις. v. 421, κατ' ὄμμα σὸν λέγω. vs. 431, φόνος. vs. 442, Σὺν τοῖσδ' ἄϋπνος οἶδα τλὰς πορπάσμασιν, (de hoc versu miror eruditorum virorum iudicia: subiecta τελείᾳ στιγμῇ voci ὁρίσματα, scriberem; Οὐδ', ὡς σὺ — Οὔτ' ἐν) vs. 455, μόνον. vs. 477, νομὸν τὸν 'Ελλάδος. vs. 479, ἀριστεῖς. vs. 493, λόγος γ' ἦν. vs. 496, Τί δαί; vs. 506, πυλῶν παραστάτας. vs. 512, κλωπικὰς ἕδρας. vs. 514, ἀμπείρας. vs. 561, εἰσπαίσας.

(sic MS. Flor. pro *αἱρέτω·*) hic v. 488, A

> *Μόνος μάχεσθαι πολεμίοις, Ἕκτορ, θέλω·*
> *Εἰ δ' αἰσχρὸν ἡγῇ μὴ συνεμπρῆσαι νεῶν*
> *Πρύμνας, πονήσας τὸν πάρος πολὺν χρόνον,*
> *Τάξαι μ' Ἀχιλλέως καὶ στρατοῦ κατὰ στόμα.*

Aiace tum Hector, Diomede, Ulysse collaudatis, Rhesi plenum arrogantiae sermonem silentio refutans ab exercitu reliquo separatum Thracibus locum adsignat, ubi castris positis noctem istam exigerent quieti.

Quartum dramatis Actum, conditum non sine artificio, quod attigit *R. P. Brumoeus dans son Theatre des Grecs*, T. IV, p. 401, dedecorant interventu suo Minerva et Alexander, ut recte *Sam. Petito* fuit animadversum Miscell. III, p. 192, 193. Neque *Euripides*, nedum *Sophocles*, Deam in scenam introduxisset in Paride decipiendo B tam turpiter mendacem; Minervae *Homericae*, et Sophocleae in Aiace dispar est ratio. Huius dramatis Poëta Minervam non mendacem tantum repraesentat, sed muliebriter enarrantem illius hostis formidandi virtutes, (quibus dicta hominis non conveniunt;) tandem, quibus

---

(8) In his dubitanter *ὑμῖν*, sed persuasus *ὁρμωμένους* restitui, pro *ἐρωμένους*· quod hinc alienum in his rebus exercitati fatebuntur, qui norunt *ὁρμώμενον* et *ὡρμημένον* in talibus aliquoties reperiri: ubi recte vulgatur in *Eurip.* Hippol. v. 1152, *πρὸς δόμους ὁρμώμενον*· MS. Flor. praefert *ὁρώμενον*· quantillum hoc differt ab *ἐρώμενον*; — Ex hoc quoque loco liquet, Diomeden Ulysse comitatum equos tantum Rhesi in sua castra avertisse, non currum: *Scaligerum* fefellit, notis in Culicem p. 31, versus Rhesi 798, quo dicuntur C *ὄχημα πωλικὸν Λαβόντες ἵππων*· sed his quoque, more scribendi Euripideo, *equos* solos designari ostendit clar. *Heathius*. De curru cogitantem Tydiden retraxit *Homeri* Minerva Il. κ, 504—509, cui probabiliter fingitur Ulysses equos arcu propellens, quia ne scuticam quidem ex Thracico curru rapere cogitaverat,

> *In* sua *captivis castra revectus equis*,

Sabini Ulysses v. 17. Nusquam *equitatus* fit apud *Homerum* mentio; et ne hos quidem heroas nisi Minervae monitu equis Rhesi velut equites usos contendit doctiss. *Nicolaus Freretius dans les Memoires de Litterature de l'Acad. des Inscr.* T. VII, p. 287,

A bus favebat, Ulyssi et Diomedi, nec mirum, adiutricem in obtruncando Rheso, carissimae sibi Musae filio unico.

Indice Dea non egentes heroës apud *Homerum* adventum Rhesi sedemque separatam ab exercitu cognoverant ex Dolone; Tragici vero Dolon ante castris iam exierat, quam Rhesus ab alia parte venisset ad Hectora. Illud autem, saepe ferendum in his antiquis poëmatis, non adeo plerisque mirum videbitur, pauxillo temporis momento, quo Minerva, Veneris faciem mentita, cum Alexandro loquebatur, confectam a Tydide fingi Rhesi comitumque caedem; equos ab Ulysse abductos. Alexandrum fraudibus suis amolita Dea, mox amicos retrahit ab incoepto,

(*Sensit enim nimia caede atque cupidine ferri*,

B *Virgil.* Aen. IX, 354,) his verbis usa:

(8) Ὑμᾶς δ' αὐτῷ, τοὺς ἄγαν γ' ὁρμωμένους,
Λαερτίου παῖ, θηκτὰ κοιμίσαι ξίφη·
Κεῖται γὰρ ὑμῖν Θρήκιος στρατηλάτης,
Ἵπποι τ' ἔχονται.

Hic

---

p. 287, 288 — In Iliadis Epitome, *Pindari* quae dicitur, v. 735, *multo candore nitentes* (versus interiectus recte omittitur in MS.) *Thraces* (*L. Thracis*) *equos rapiunt*, *quos nec praecederet Eurus*, (sic MS.) *Nec posset volucri cursu superare sagitta. Homero* pinguntur Il. κ, 437,

C Λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι.

Qui candore nives anteirent, *cursibus auras*,

Virgilio Aen. XII, 84. sed secundum *Homeri Schol.* χιόνος δύναταί τι λευκότερον γίνεσθαι, ἀνέμου θᾶσσον οὐδέν. Neque, opinor, inveniemus in Iliade *Homeri* vel Odyssea, *Vincentem pedibus ventos*, *Manilii* V, 79; *cursuque pedum praevertere ventos*, *Virgil.* Aen. VIII, 807. XII, 345. Ipsius Achillis equi *Homero* ἅμα πνοιῇσι πετέσθην, Il. Π, 149, ἀελλάδες et ἀελλόποδες ἵπποι, *Lucian.* vid. T. II, p. 500. *Callimachus* scripserat, ut puto, — ἀλλὰ θεόντων Ἰσανέμων· vel Ἶσ' ἀνέμοις· non Ὡς ἀνέμων, ut vulgatur in Fragm. CXXXV. Achillem ἰσάνεμον ποδοῖν dat *Eurip.* Iphig. in Aul. v. 206. In eiusdem tamen *Callim.* h. Dian. v. 94, Pan Deae dedit venatrici Θάσσονας αὐράων κυνοσουρίδας. Quos ventis velociores dicere noluit *Homerus*, equos dixit Θάσσονας ἰρήκων,

Il.

Hic subito Dea vigilum adventus admonitos amicos suos destituit: nec A mirarer, ex Dolone cognita tessera istius noctis militari, Ulyssem solum praesentissimo se periculo potuisse liberare: sed vix intelligerem quomodo manibus vigilum elabi potuerint ambo, dum equos Rhesi albedine ardentes illinc averterent, nisi Deae potentissima machina ad omnia sufficeret.

Versum Dramatis 686, vigilum partim semichoro, partim Ulyssi contribuendum,

Ἡμιχ. Ἦ σὺ δὴ Ῥῆσον κατέκτας; Ὀδ. ἀλλὰ τὸν κτανοῦντά σε

Petito non optime tentatum p. 196, probabiliter interpretatur Clar. *Heathius;* sed vigilibus, si noverant obtruncatum in tentorio Thracum Regem, versus quomodo convenit 691?

Ἀλλὰ συμμάχους ταράσσειν δεινὸν ἐν νυκτῶν φόβῳ. B

No-

Il. N, 819. Solis equos ventis, credo, velociores dixerat qui hymnum Soli scripsit, inter istos qui velut *Homeri* vulgantur, p. 106, Ed. nuperae, quam debemus Clariss. *Ernesto*,

καλὸν δὲ περὶ χροῒ λάμπεται ἔσθος
Λεπτουργὲς πνοιῇ ἀνέμων· ὑπὸ δ' ἄρσενες ἵπποι.

Solis etiam ἄρσενες ἵπποι sunt sane notissimi; sed ista, πνοιῇ ἀνέμων, dum quis nobis interpretetur, suspicabor equidem dedisse Poëtam:

ἔσθος
Λεπτουργές· πνοιῆς δ' ἀνέμων ὑπὸ θάσσονες ἵπποι. C

His lectis, ὑπὸ in πολὺ quoque mutandum eleganter suspicabatur *Jo. Luzacius.* Nihil ista faciunt ad Rhesi drama, in cuius Actu quarto destituit nos Codex *Florent.*

(9) Quinti actus initium recte figit in v. 727. *Hardionius dans les Memoires de Litterat.* etc. T. x, p. 328.

(10) Si scripsit Poëta πολεμίους, quod additur, Μηδὲν δυσοίζου nequit explicari: verbo rarissimo speciem conciliat δυσοίζων, *moleste ferens*, supra positum v. 724; quodque praebet *Hesychius*, Δυσοίζου. huc Rhesi locum, dubitanter tamen, viri docti retulerunt, et multo magis alienum *Clementis Romani.* Si lenissima mutatione refingas Hesychianum, in Δυσοίστου, οἰωνιζομένου, καὶ ἄγαν

A Noverant quidem, prope castra Graecos venisse, speculatores; ignorasse tamen truncum Rhesi sanguine singultantem, manifestum est ex vss. 745, (quod vidit etiam *Petitus*,) et v. 755, quibus respondent ad lamenta Thracis aurigae.

Hic, graviter ipse quoque vulneratus, Actu quinto (9) sic suum infortunium et domini caedem lamentatur, ut primum de cladis auctore dubitasse videatur, quam Graecis imputat exploratoribus Chorus v. 804,

(10) Ἡνίοχε Θρῃκὸς, τοῦ κακῶς πεπραγότος,
Μηδὲν δυσοίζου πολεμίους δρᾶσαι τάδε.

Sed cum vigilibus propter officium neglectum mortem Hector minaretur, omnem auriga Rhesi modum exsuperat, in ipso Hectore velut auctore facinoris palam accusando; Hectora dicit ipso Paride fratre
B magis sceleratum; quippe qui suum hospitem obtruncaverit, turpi mo-

---

ἄγαν ὑποπτεύοντος· nihil aliud desideres: duplicem in talibus significandi vim saepius attigit *Thomas M.* vid. *T. H.* in *Lucian.* p. 179. isto sensu Δύσοιστος dici potuit cautus ille dux Atheniensium Nicias, καὶ Φύσει δεισιδαίμων, ut dicitur *Diodoro Sic.* II, c. 12, f. *Thucyd.* p. 478, 2. Scripserat, opinor, *Schol.* in *Aristoph.* Eq. v. 357, δυσοιώνιστος (pro δυσώνητος) γὰρ ὁ Νικίας. quam vocem adhibet in Lysistr. v. 506. *Lucian.* II, p. 355. Nusquam nobis lectum verbum Δυσοιωνεῖν ex *Phrynichi* Sophist. Appar. mihi suppeditavit Clar. *Ruhnkenius*: Δυσοιωνεῖν, inquit *Phryn.* τὸ δυσΦήμως καὶ ἀπαισίως ἐπί τινι πράξει μελλούσῃ διαλέγεσθαι. —
C Nihil horum quadrat in hunc Rhesi locum, ubi nescienti famulo, quis herum obtruncasset, sinistri tamen aliquid de *sociis* suspicanti, hos nisi memoraverint, respondere debuerunt vigiles: *dubitare omnino noli*, *quin hostes hoc facinus patraverint:* scripseratne itaque Poëta, Μηδὲν δοιάζου, aut, quod malim,

Μήδ' ἐνδοιάζου πολεμίους δρᾶσαι τάδε.

In τοιοῦτος, ποιεῖν, corripitur et a Tragicis interdum οι, multo tamen rarius ab *Euripide*, quam a ceteris. Ἐνδοιάζειν et ἐνδοιάζεσθαι est ἐν δοιῇ εἶναι, vel ἐστηκέναι· *dubitare: Thucyd.* I, p. 28, 75. p. 78, 84. ἐνδοιάζων τῇ γνώμῃ Sylla *Plutarchi* I, p. 457. B. *Herod.* VII, 589, 99, οὐδ' ἔτι ἐνδοιαστῶς. *Parthen.* π. Ἐ. Π. c. IX, p. 363, Φράζειν ἐκέλευε τοῖς ἀδελΦοῖς, μὴ (μήδ') ἐνδοιᾶσθαι, ὡς τῆς πράξεως ἐπὶ τέλος ἀχθησομένης, εἰ μὴ ἐκεῖνοι ἐνδοιασθεῖεν.

motus equorum eius adipiscendorum cupidine: hoc quibuscunque poterat argumentis auriga Rhesi demonstrare conatur v. 835—855. A

Ne his quidem dictis Hectoris exardescit violentia: dixisse saltem potuerat, qualia *Virgilii* Turnus in Drancen Aen. XI, 408,

> *Nunquam animam talem dextra hac (absiste moveri,)*
> *Amittes.*

Sed ad ista vix ferenda convitia mitissime respondet Hector Tragici, de Dolone, quem miserat exploratorem, multo magis sollicitus, quam de fama, castrisque suis, Rhesi Regis, et socii, hospitisque, tristi caede turpiter violatis. Cumque vulneris dolore Thrax irritatior impudenter instaret criminationi, Hectora dicentem facit v. 868,

> *Σὺ δ' οὖν νόμιζε ταῦτ', ἐπείπερ σοι δοκεῖ.*

Illo saltem, si sibi moriendum esset, in patria terra mori desiderante, B Sithonia nive frigidior est versus, (Hecubam non dedecet in dramate *Eurip.* cognomine v. 277, Μηδὲ κτάνητε· τῶν τεθνηκότων ἅλις·) quo respondet Hector:

> *Μὴ θνῆσχ'· ἅλις γὰρ τῶν τεθνηκότων ὄχλος.*

Quo se verteret domini tutela destitutus, nescienti famulo vide quam benigne Hector dicat,

> *Οἶκός σε κεύθων οὑμὸς ἐξιάσεται.*

Fabulae conditoris, *Credo*, —

> *Sic maternus avus dixerit, atque avia.*

Hoc humanitatis officium auriga Rhesi propterea repellente, quod manibus curari nollet homicidis; mansuetus instar ovis, qui semet ipse supra C v. 58 satis absurde *Leonem* dixerat, Hector,

> *Ὅδ' αὖ τὸν αὐτὸν μῦθον οὐ λήξει λέγων.*

Ad

(11) *Λάζυσθ'* — *Οὕτως θ'* optime restituit *Reiskius*: *Eurip.* Phoen. v. 1654, *Λάζυσθε τήνδε, κεἰς δόμους κομίζετε.* — Πορσύνετε, quod perperam acceperunt, significat *subministrate.* — Paulo post, pro *λαοφόρους*, alteram formam hic aptiorem praetuli, *λεωφόρους πρὸς ἐκτροπάς*· huic saepe vulgarem substituerunt: Μενέλεων, pro Μενέλαον positum, in oraculo quod ex *Oenomao* dat *Euseb.* Praep. Ev. V, p. 223. B, versum vitiatum emendabit: apud

A Ad tot convitia, impudenter iactata, qui ne gemitum quidem dederat indignabundus, quid mirabimur si suis iste vigilibus facile fuerit placatus, quibus paulo ante, coelo teste, mortem minabatur v. 817,

> Ἦτοι μάραγνά γ', ἢ καρανιστὴς μόρος,
> Μένει σὲ δρῶντα τοιάδ', ἢ τὸν Ἕκτορα
> Τὸ μηδὲν εἶναι καὶ κακὸν νομίζετε.

His duo dat Hector mandata; primum ut aurigam Rhesi vulneratum in aedes suas (*tentorium* dicere potuerat), deducant, atque illic affatim omnia curent ipsi necessaria subministrari, ut ne haberet scilicet! quod amplius criminaretur, v. 877,

> (11) Λάζυσθ' ἄγοντες αὐτὸν εἰς δόμους ἐμοὺς,
> Οὕτως θ', ὅπως ἂν μὴ 'γκαλῇ, πορσύνετε.

B Alterum Hectoris mandatum Priamum spectat et senatum, quibus urbem ingressi cadavera honorifice sepelienda praeciperent v. 880, νεκροὺς

> Θάπτειν κελεύειν λεωφόρους πρὸς ἐκτροπάς.

Sed tot iam versibus agitata lis ne maneret indecisa, Dea erat ex machina evolvenda, quae cladis auctores indicaret. Iam ante coelo Iunonem devocaverat et Minervam, ἀνθρώπινα Φρονούσας. Hic una de Musis in aëre apparuit: Euterpe fuerit, an Calliope, vel Terpsichore Rhesi mater, Poëtae non satis constitit. Apparuit autem in ulnis gestans cruentum filii cadaver, hoc minus miserabile spectaculum, quod superba magniloquentia sibi vivus auditorum odium conciliaverat. Visa Dea Chorus v. 885,

> (12) Ἐὰ, ἐὰ, ὢ, ὢ,
> Τί ὑπὲρ κεφαλῆς θεὸς, ὦ βασιλεῦ,
> C Τὸν νεόδμητον ['Ρῆσον] χειροῖν
> Φοράδην πέμπει;
> Ταρβῶ λεύσσων τόδε τῆμα.

Musa caedis auctorem designat Ulyssem, et, more coelestium, vindic-

---

apud *Harpocr.* in Ἀργαῖος, Ἀρχέλεων scripsisse *Theopompum* monstrat *Aldinum* ἀγγέλεων.

(12) In his vulgari solet versus 887 vitiosus: Τὸν νεόδμητον ἐν χεροῖν· elidi potuit a vicinis nomen 'Ρῆσον, et explet versum anapaesticum: 'Ρῆσον χειροῖν itaque posui pro ἐν χεροῖν· ἔνι χεροῖν scribens, *Heathius* vocem ξεῖνον vel similem excidisse suspicabatur. — Πέμπει versu seq. vitiosum puto: πενθεῖ forte non displicebit?

dictae cupida, hoc punito se sperat animum expleturam. Diris etiam devovet Diomeden, et, primam malorum causam, Helenam. Tum satis frigide suos uni Strymoni mutatae virginis amores, ereptamque adeo sibi virginitatem spectatoribus enarrat, suamque pro filio sollicitudinem, quem fati non nescia frustra mater ab hac studuerit expeditione avertere. Hoc alienissimo loco captavit occasionem Tragicus dicendi, quae placitura noverat ingeniis Atticis. Velut oblita Dea priorum, hic nihil Ulyssem, nihil adeo fecisse fatetur Tydiden; omnem facinoris culpam in unam coniicit Minervam, v. 938, A

(13) Καὶ τοῦδ', Ἀθάνα, παντὸς αἰτία μόρου,
(Οὐδὲν δ' Ὀδυσσεὺς, οὐδ' ὁ Τυδέως γόνος
Ἔδρασε, δράσας·) μὴ δόκει λεληθέναι.

Deam Diva criminatur velut immemorem beneficiorum (14), quibus urbem Palladi dilectam sorores Musae semper honorassent; suae se arguit in Athenas benevolentiae praemium referre, quod gestaret, cruentum filii cadaver. — Qui tam sollicitam famuli Thracis curam gesserat paulo ante Hector, hic ne verbo quidem debita matri dedit B

solatia luctus
Exigua ingentis. In

---

bit? *quae Dea manibus gestans Rhesum luget?* Sed hos versus qui proximi praecedunt, partim cum *Reiskio* et *Heathio*, sic opinor restituendos:

Τίς ποτ' εὐτυχίας
Ἐκ τῆς μεγάλης Τροίαν ἀνάγει
Πάλιν εἰς πένθη
Δαίμων ἕτερόν τι φυτεύων;

Sic veteres ἕτερον et ἕτερόν τι per εὐφημισμὸν dicebant τὸ κακόν. C quique *causa mali* Pythagoreis, *Philolao*, *Timaeo*, *Archytae*, ἁ κακοποιὸς ἀρχά, *Plutarcho* ὁ τῶν φαύλων δημιουργὸς, dicebatur et ἕτερος δαίμων. *Plutarch.* de Is. et Os. Ed. *Squir.* p. 116, οἱ δὲ τὸν μὲν ἀμείνονα, Θεὸν, τὸν δὲ ἕτερον, Δαίμονα καλοῦσιν, ὥσπερ Ζωροάστρης· — (Zoroastris de Deo magnifica dabit *Euseb.* Praep. Ev. I, p. 42. A.) hinc calamitates et infortunia ἕτερος δαίμων *Phalaridi* Epist. XII. Καλῶς et ἑτέρως opponuntur *Demostheni* de Cor. p. 150. §. 150. *Platonem* in Theaeteto scripsisse p. 173. D. εὖ δὲ ἢ ἑτέρως τι γέγονεν ἐν πόλει· suspicor ex *Jamblichi* Protr. c. XIV, p. 84, 25. Miror quae scripsit *Bentlejus* ad censuram *Boylei* p. 129.

(13) Haec posui, prout eleganter a *S. Musgravio* fuere collocata Exercit. in *Eurip.* II, c. 9. — In versu 958, hic quidem

A Indicat non obscure, se, vel absque Dea indice, caedis auctorem habuisse cognitum v. 952. Legerat hic Tragicus *Homeri* verba in Od τ, 331, Teucri Sophoclei Aj. v. 1008, sententiam *Archilochi*,

Οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσιν.

Animi turpissimi vitium ne sibi Dea imputaret, Hector Tragicus a se suspicionem removet, quae nemini, nedum Deae, poterat in mentem venire, v. 958,

Οὐ μὴν θανόντι γ' οὐδαμῶς ἐφήδομαι.

Haec mea qui sibi sumserit examinanda, si voluerit ista per figuram *λιτότητος* tueri, quid proximis faciet, ubi se Deae narrat Hector paratum ad honorem tumuli mortuo deferendum? Sed hoc officium aspernata Dea quos filio duraturos pararet honores indicat; neque ipsa muliebri-
B ter mortuum lamentata Thetidis, filii casum multo gravius laturae, semet ipsa solatur exemplo v. 974,

(15) *Ῥᾷον δὲ πένθος τῆς θαλασσίας θεοῦ*
Οἴσω· θανεῖν γὰρ καὶ τὸν ἐκ κείνης χρεών.

U-

---

dem scribere ausus sum *ἐφήδομαι* pro *συνήδομαι·* narrat quidem *Pollux* III, 101, *Isocratem* *συνηδόμενοι* scripsisse, *ἀντὶ τοῦ ἐφηδόμενοι.* quo nihil aliud conficias, quam Codicem Grammatici hac in voce fuisse vitiatum: *ἐφησθησόμενοι* recte nostrae praeferunt Edd. (p. 176. c.) hoc verbum, non illud, in talibus adhibebant veteres.

C (14) Istam partem dramatis vs. 941 et seqq. docte *Jac. Hardionius* interpretatur p. 335; quodque putat Socratem obscure Poëtae designatum mihi minus displicet, quam *Heathio*.

(15) Pro *Βαιὸν δὲ πένθος* — hic quoque recepi *S. Musgravii* coniecturam ex eius Exercit. in *Eurip.* p. 95, legentis *Ῥᾷον δὲ πένθος τῆς θαλασσίας θεοῦ Οἴσω.* Humanissimo viro non ingratum fore puto, si dixero, mihi dudum id ipsum in mentem venisse; qui cum *Musgravio* noveram, *moderate ferentes luctum*, *iniurias*, *morbos*, *calamitates alias*, ista dici *ῥᾷον* et *ῥᾷστα φέρειν·* *Euripidi* Hipp. v. 205, *Ῥᾷον δὲ νόσον — οἴσεις.* Dictye, *βλέπουσα δ' εἰς τὰ τῶν πέλας κακὰ Ῥᾷον φέροις ἄν.* Helenae v. 261. Elec. v. 72. *Soph.* Oed. T. v. 693. *Timocli Stobaei Grot.* p. 511. *Xenoph.* K. Π. XIII, p. 136, 6. Adrastum sic solatur Croesus *Herodoti* I, c. 35, *συμφορὴν ὡς κουφότατα φέρων κερδανέεις πλεῖστον.*

Unius tandem filioli Musa mater in locum excurrit communem, et A vitam sterilem, quia vacat istiusmodi sollicitudinibus, foecundo praeponit matrimonio. Hector denique, curis istis solutus, Rhesi sociorumque Thracum immemor, redit ad ingenium; ignes in Graecorum se naves iaculaturum pollicetur, atque isthoc die bello finem impositurum v. 991.

Haec in sua luce collocata qui non putat indigna pleraque *Aeschylo*, *Sophocle*, vel *Euripide*, hunc equidem existimabo cum istiusmodi ingeniis nondum satis consuevisse familiariter. Eum etiam in finem haec scripsi, ne *Φιλευριπίδειος*, *Euripidis*, ut Tragici, nimius viderer admirator, cui verum videtur *Aristotelis* iudicium, de Poët. c. VI, *εάν τις ἐφεξῆς θῇ ῥήσεις ἠθικὰς, καὶ λέξεις καὶ διανοίας εὖ πεποιημένας, οὐ ποιήσει ὃ ἦν τῆς τραγῳδίας ἔργον.* In *Euripidem* etiam saepe dici potest, quod *Plutarchi* Leonidas (T. I, p. 52. B.) *ἀκαίρως τινὸς περὶ πραγμάτων οὐκ ἀχρήστων διαλεχθέντος, ὦ ξένε, ἔφη, οὐκ ἐν δέοντι χρέῃ τῷ δέοντι.* B

C A P U T XI.

Exhibens Prologum Philoctetae.

Euripidis Philoctetae dispositio partim indicatur, ab Aeschylea et Sophoclis diversa. Prologus Euripidei dramatis exhibetur, qualem oratione soluta Dion praebet Chrysost. Qui supersunt ex Prologo versus, suis sedibus collocati quibus debeantur. Tentamen in eruendis ex Dione senariis aliquot Euripideis. Attica forma loquendi, τί σοὶ προσῆκε τοῦδε; Morbi vis interquiescens dicitur λωφᾷν. Vulnus ubi Philoctetes acceperit. Χρύση et Minerva dicta fuit, et insula, olim Lemno vicina, a mari absorpta. Philoctetes in Lemnum expositus, in insula Chryse fuerat ictus ab angue venenato. C

Ut ex Rhesi Prologo quosdam in lucem revocavi, sic ex Prologo Philoctetae *Euripidis* hoc capite versus aliquot restituam ex eius Paraphrasi, quam dedit nobis *Dion Chrysostomus* Oratione quae dicitur LIX. Dramatis enim *Euripidis* esse Prologum, quod etiam aliun-

A liunde nobis constitisset, liquet ex eiusdem Orat. LII, qua *Dion Philocteten Aeschyli, Euripidis, ac Sophoclis tānquam unus ex Iudicibus commisit*, ut scribit *Dan. Heinsius* Prolegom. in Aristarch. p. 643. sic autem de tribus Tragicis iudicat *Dion*, ut, cum *Quinctiliano*, *iis qui se ad agendum comparant* longe utiliorem *Aeschylo* et *Sophocle Euripidem* voluerit lectori commendatum, et Or. XVIII, p. 255. E. et in hac elegantissima trium virorum comparatione p. 551. A. et D. ubi *δι' ὅλου*, inquit, *τοῦ δράματος πλείστην μὲν ἐν τοῖς δράμασι* (L. *πράγμασι*) *σύνεσιν καὶ πιθανότητα ἐπιδείκνυται, ἀμήχανον δὲ καὶ θαυμαστὴν ἐν τοῖς λόγοις δύναμιν*. Oeconomiam quoque Euripidei Philoctetae partim saltem illinc novimus, Prologum egisse Ulyssem; hunc in Lemnum venisse Diomede comitatum; Chorum dramatis ex indigenis fuisse Lemniis aeque ac in *Aeschyli* dramate; p. 549. D. *ἄμφω ἐκ τῶν Λημνίων ἐποιήσαντο* (L. *ἐποίησαν τὸν*) *χορὸν*, sed *Euripides εὐθὺς ἀπολογουμένους πεποίηκε περὶ*
B *τῆς πρότερον ἀμελείας, ὅτε* (L. *οἵγε*) *δὴ τοσούτων ἐτῶν οὔτε προσέλθοιεν πρὸς τὸν Φιλοκτήτην, οὔτε βοηθήσαιεν οὐδὲν αὐτῷ*. Neque omni tamen Lemniorum auxilio tam longo tempore destituit suum Philocteten Poëta, sed *Dione* teste p. 550, E. *Ἕκτορα εἰσάγει ἕνα Λημνίων, ὡς γνώριμον τῷ Φιλοκτήτῃ προσιόντα, καὶ πολλάκις συμβεβληκότα*. *Sophoclis* Ulysses in Lemnum venit cum Neoptolemo; *Euripideus* cum Diomede: p. 551 D. *πεποίηκε τὸν Ὀδυσσέα παραγινόμενον — μετὰ τοῦ Διομήδους. Ὁμηρικῶς καὶ τοῦτο.* hac in parte sequitur *Euripiden Dosiades* in ara secunda, ubi Philocteten ex Lemno

Φὼρ
Δίζωος, Ἶνίς τ' ἀνδροβρῶτος Ἰλιοραίστας,
Ἦρ' ἀρδίαν, εἰς Τευκρίδ' ἄγαγον τρίπορθον.

C *fur bis vivus* (Ulysses) *filiusque virivori* (Tydei,) *Troiae vastator, sagittarum gratia, duxerunt in Troada ter vastatam*. Finxit autem *Euripides*, ut materiam sibi dicendi pararet, legatos Troianos regnum offerentes Philoctetae, si secum venire Troiam vellet adversus ingratos Achivos cum telis invictis auxiliator: hoc patet e *Dione* p. 551. D. et p. 575. D. Oratores istos Troianos non dedecent quae dedit ex *Euripidis* Philoctete *Justinus M.* sive alius auctor libelli *περὶ Μοναρχίας*, p. 41. E. *Ὁρᾶτε δ' ὡς κἂν*, sic forte scribenda:

Ὁρᾷς γ', ὅπως κἂν θεοῖσι κερδαίνειν καλὸν,
Θαυμάζεται δ' ὁ πλεῖστον ἐν ναοῖς ἔχων
Χρυσόν· etc.

vides, quam pulcrum Deorum quoque iudicio lucrum sit, etc. —

 Ad

Ad haec vel similia a Graecis exploratoribus dici potuit ille olim nobilis ex *Euripidis* Philoctete senarius: A

Αἰσχρὸν σιωπᾷν, βαρβάρους δ' ἐᾷν λέγειν.

De hoc versu quae leguntur adscripta *Quinctiliano* I. O. III, c. I, p. 215, conf. cum notatis *Th. Gatakero* A. M. P. c. X, p. 525. Qui praeter istos e Philoctete supersunt *Euripidis* versus, sunt e Prologo nonnulli. Quod inter Tragoediae fragmenta primum collocatur, ex *Stobaei* Eclog. *Grotii* p. 171 descriptum, olim a me temere fuit tentatum:

Τί δῆτα, θώκοις ἀργικοῖς ἐνημένοι,
Σαφῶς διόμνυσθ' εἰδέναι τὰ δαιμόνων
Οἱ τῶνδε χειράνακτες ἄνθρωποι λόγων. B

postrema recte tuetur *Heathius*: in primo versu sine controversa corrigendum:

θώκοις ἀρχικοῖς ἐνημένοι·

altera vox ne Graeca quidem; haec est usitatissima, et hac in sede commoda: ἀρχικὸς, ἀρχικὸν γένος· τέχνη ἀρχικὴ et similia frequentantur: ἐφορικῶν δίφρων meminit *Xenophon* p. 402, 10. *Herod.* VI, c. 63, Aristoni ἐν θώκῳ κατημένῳ μετὰ τῶν ἐφόρων. — ἀρχικῶν θρόνων, *Basilius* T. III, p. 190. A.

Euripideo more solus Prologum egit Ulysses: *Schol. Soph.* ad initium Philoct. Καὶ παρὰ τούτῳ προλογίζει 'Οδυσσεὺς, καθάπερ καὶ παρ' Εὐριπίδῃ, ἐκεῖνο (ἐκείνῳ) μέντοι διαφέρει, παρ' ὅσον Εὐριπίδης πάντα τῷ 'Οδυσσεῖ περιτίθησιν. — Prologi Euripidei paraphrasin quam dedit nobis *Dion* (Or. LIX) p. 574 — 577, paulo emendatiorem quam vulgatur, interiectis aliquot *Euripidae* senariis, hic descripsisse non poenitebit.

EURIPIDIS PHILOCTETAE PROLOGUS

ex paraphrasi Dionis Chrysostomi.

Προλογίζει ὁ Ὀδυσσεύς.

Φοβοῦμαι μή ποτε μάτην κατ' ἐμοῦ φανῶσι ταύτην οἱ σύμμαχοι τὴν δόξαν εἰληφότες, ὡς ἀρίστου δὴ καὶ σοφωτάτου τῶν Ἑλλήνων·

Πῶς δ' ἂν φρονοίην, ᾧ παρῆν ἀπραγμόνως,
Ἐν τοῖσι πολλοῖς ἠριθμημένῳ στρατοῦ,

Ἴσον

---

1 In hanc Euripidei Prologi Paraphrasin recepi, quae *Casaubonus*, *Reiskius*, *Heathius*, alii, vulgatis dederant meliora: si quid praeterea fuit mutatum, verbo indicabitur.

3 Πῶς δ' ἂν φρονοίην] Hac in sede dudum a me collocatos, versus huc referendos ex *Dionis* paraphrasi vidit, monuitque Clar. *Heathius* Notis in Fragm. *Eurip.* p. 182. — Primos etiam versus cum *Dionis* paraphrasi iam contulerant *Theodor. Canter.* V. L. I, c. 2. et *Jac. Nic. Loënsis* Miscell. Epiphyll. VI, c. 18, agentes uterque de loco *Aristotelis*, quo tres primi horum versuum adhibentur, Ethic. Nicom. VII, c. 8. Ethic. Eudem V, c. 8. Eosdem protulit *Plutarch.* T. II, p. 544. C. — In quarto horum versuum, quo spectat *Hesych.* in Γαῦρος, voculam, hac in serie necessariam, restitui, Ἀλλ' οὐδὲν — pro Οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρον, ὡς ἀνὴρ ἔφυ· ut legitur in *Schol.* ad *Aristoph.* Ran. v. 284, citatus ex *Euripidis* Philoctete: hinc a studioso lectore positus in margine in contextum irrepsit *Dionis Chrys.* Orat. LII, p. 551. B. versus enim sententiam et illic paraphrasi *Dion* iam expresserat. — Senarium 5 et 6 ut incerti positos in *Stobaeo Gesneri*, p. 199, *Grotii* p. 127, ex Philoctete petitos observavit *Th. Gataker.* in *M. Antonin.* IV, 3. et dudum ante *Theod. Canterus.* Sextum versum, re

 non

Ἴσον μετασχεῖν τῷ σοφωτάτῳ τύχης.
Ἀλλ' οὐδὲν οὕτω γαῦρον ὡς ἀνὴρ ἔφυ·
Τοὺς γὰρ περισσοὺς, καί τι πράσσοντας πλέον,
Τιμῶμεν, ἄνδρας τ' ἐν πόλει νομίζομεν.

„ Καί τοι ποία τις ἡ τοιαύτη σοφία καὶ φρόνησις, δι' ἥν τις ἀναγκάζεται „ πλείω τῶν ἄλλων πονεῖν ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας καὶ νίκης· ἐξὸν, ἕ- „ να δοκοῦντα τοῦ πλήθους, μηδενὸς ἔλαττον ἐν τούτοις ἔχειν τῶν ἀρίστων. „ ἀλλὰ γὰρ ἴσως χαλεπὸν εὑρεῖν οὕτω μεγαλόφρον καὶ φιλότιμον ὁτιοῦν, ὡς „ ἀνὴρ πέφυκε. Τοὺς γὰρ φανεροὺς, καὶ πλειόνων ἅπτεσθαι τολμῶν- „ τας,

---

non satis considerata, *Gatakerus* suspicabatur *Aristoteli* restituendum; ego quintum etiam illinc auferendum iudico cum *Th. Cantero* et *Jac. Nic. Loënsi.* — Versui, quem interieci, emendato commode subiicitur, Τοὺς γὰρ περισσοὺς — ubi, Tragicis inusitatam, *Homeri* voculam ἂρ posuit *Grotius* in Exc. p. 413. quem sequutus *Barnesius*, non recordatus, eosdem sibi versus supra male iam collocatos, ut ex *Eurip.* Archelao p. 458. — Ulyssis Euripidei, hic abhorrentis a vita negotiosa, huiusque adeo loci meminerat *Plato*, dum elegantissima fabula finem imponebat libro x de Rep. p. 620, animas illic fingens defunctorum, quam quis in luce probasset, vivendi rationem eligentes; (ex qua opinione *Virgilius* Aen. VI, 654,

vivis quae cura nitentes
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.)

animam Epei εἰς τεχνικῆς γυναικὸς ἰοῦσαν φύσιν, Thersitae, πίθηκον ἐνδυομένην, sed Ulyssis animam, μνήμῃ τῶν προτέρων πόνων, φιλοτιμίας λελωφηκυῖαν, ζητεῖν περιïοῦσαν χρόνον πολὺν βίον ἀνδρὸς ἰδιώτου ἀπράγμονος, καὶ μόλις εὑρεῖν κείμενόν που καὶ παρημελημένον ὑπὸ τῶν ἄλλων. Ad haec componantur Euripidei Ulyssis ista,

Πῶς δ' ἂν φρονοίην, ᾧ παρῆν ἀπραγμόνως etc.

9 Καί τοι ποία] In ista sex versuum paraphrasi, v. 10, posui πλείω τῶν ἄλλων pro vulgata voce Ἑλλήνων. recepi v. 12, 13, μεγαλόφρον et ὡς· quod, oblatum in Anecdotis *Gr. Wolfii* I, p. 280, probat *Heath.* vs. 13, *claros* et *illustres* dixisse videtur φανερούς. vs. 14, malui τούτους ἅπαντες, quam ἅπαντας. neque aliter scripsit his usus *Gatakerus* in *Antonin.* p. 97. G. — Ut Ulys-

„ τας, σχεδὸν τούτους ἅπαντες θαυμάζομεν, καὶ τῷ ὄντι ἄνδρας ἡγού-„ μεθα.
Ὑφ' ἧς φιλοτιμίας κἀγὼ προάγομαι πλεῖστα πράγματα ἔχειν, καὶ ζῆν ἐπιπόνως παρ' ὁντινοῦν·

> Ὀκνῶ δὲ μόχθων τῶν πρὶν ἐκχέαι χάριν,
> Καὶ τοὺς πιτνοῦντας οὐκ ἀπωθοῦμαι πόνους.

„ ἀεὶ δέ τινα προσδεχόμενος καινὸν κίνδυνον, ὀκνῶ διαφθεῖραι τὴν ἐπὶ „ τοῖς ἔμπροσθε γεγονόσιν εὔκλειαν." Νῦν οὖν κατὰ πρᾶξιν πάνυ ἐπισφαλῆ καὶ χαλεπὴν δεῦρο ἐλήλυθα εἰς Λῆμνον, ὅπως Φιλοκτήτην καὶ τὰ

Ulysses *Euripidis* versibus senariis, in hac quoque Paraphrasi ipse loquitur Ulysses, atque adeo Poëtam sequutus hic Paraphrastes, *διὰ μιμήσεως*. Sed alibi *Dion*, tanquam *διηγητὴς*, sententiam Ulyssis expressit Or. LII, p. 551. B. *ἐξὸν γὰρ αὐτῷ ἀλύπως καὶ ἀπραγμόνως ζῆν, ὁ δὲ ἑκὼν ἀεὶ ἐν πράγμασι καὶ κινδύνοις γίνεται. τούτου δὲ φησὶν αἴτιον εἶναι τὴν τῶν εὐ'νῶν καὶ γενναίων ἀνδρῶν φιλοτιμίαν*, etc. Paraphrasis, in qua Poëtae *μίμησις*, Iliadis initio, facta fuit *ἁπλῆ διήγησις*, specimen dedit *Plato* de Rep. III, p. 393, 394. ad cuius imitationem Sophistae saepius in talibus ingenium exercuerunt; in iisdem etiam Homericis *Aristides* in Ed. *Jebb.* T. II, p. 487.

18. Ὀκνῶ δὲ] Hos etiam duo senarios apud *Plutarch.* repertos T. II, p. 544. c. *Grotius* iam retulit ad Philocteten. Eorum primum ut *Menandri* dederat in *Stobaeo* suo p. 127, et in illo, prout *Gesnerus* ediderat, ἐκχέας· ubi scribendum ἐκχέαι, iam monuerat *Th. Canter* V. L. II, c. 5. In secundo pro πίπτοντας, quod versum vitiat, cum *Heathio* posui πιτνοῦντας formam Tragicis adhibitam, ubi altera modulo reluctabatur: ὀκνῶ, servandum credidi, ponendumque in proximis *Dionis* pro ὀκνῶν, ubi pro ἀεὶ nexus requirebat ἀεὶ δέ.

22. δεῦρο ἐλήλυθα] In his Paraphrastes exemplaris vestigiis proxime videtur institisse: senariorum hic apparent *Euripidis* moduli:

> Νῦν οὖν . . . . δεῦρ' ἐλήλυθα
> Εἰς Λῆμνον, . . . τὸν Φιλοκτήτην ὅπως
> Ἡρακλέους τε τόξα τοῖσι ξυμμάχοις
> Φέροιμ'· ὁ γὰρ δὴ μαντικώτατος Φρυγῶν

Ἐλε-

τὰ Ἡρακλέους τόξα κομίζοιμι τοῖς συμμάχοις· ὁ γὰρ δὴ μαντικώτατος Φρυγῶν, Ἕλενος ὁ Πριάμου, ὃς ἔτυχεν αἰχμάλωτος ληφθεὶς, κατεμήνυσε, ἄνευ τούτων μήποτ᾽ ἂν ἁλῶναι τὴν πόλιν. Πρὸς μὲν δὴ τοὺς βασιλέας οὐχ ὡμολόγησα τὴν πρᾶξιν, ἐπιστάμενος τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἔχθραν, ὧγε αὐτὸς αἴτιος ἐγενόμην καταλειφθῆναι, ὅτε δηχθεὶς ἔτυχεν ὑπὸ χαλεπῆς καὶ ἀνιάτου ἐχίδνης· οὐκ ἂν οὖν ᾤμην, οὐδὲ πειθὼ τοιαύτην ἐξευρεῖν, ὑφ᾽ ἧς ἄν ποτε ἐκεῖνος ἐμοὶ πράως ἔχοι· ἀλλ᾽ εὐθὺς ἀποθανεῖσθαι ᾤμην ὑπ᾽ αὐτοῦ· ὕστερον δὲ, τῆς Ἀθηνᾶς μοι παρακελευσαμένης καθ᾽ ὕπνους, ὥσπερ εἴωθε, θαῤῥοῦντα ἐπὶ τὸν ἄνδρα ἰέναι· αὐτὴ γὰρ ἀλλάξειν μου τὸ εἶδος καὶ τὴν φωνὴν, ὥστε λαθεῖν αὐτῷ ξυγγενόμενον· οὕτω δὴ ἀφῖγμαι θαῤῥήσας. Πυνθάνομαι δὲ καὶ παρὰ τῶν Φρυγῶν πρέσβεις ἀπεστάλθαι κρύφα, ἐάν πως δύνωνται τὸν Φιλοκτήτην πείσαντες δώροις, ἅμα καὶ διὰ τὴν ἔχθραν τὴν πρὸς ἡμᾶς, ἀναλαβεῖν εἰς τὴν πόλιν αὐτὸν καὶ τὰ τόξα. Τούτου προκειμένου ἄθλου πῶς οὐ πάντα χρὴ ἄνδρα γίνεσθαι πρόθυμον; ὡς διαμαρτάνοντι τῆς πράξεως ταύτης πάντα τὰ πρότερον εἰργασμένα μάτην πεπονῆσθαι ἔοικε. Παπαὶ, πρόσεισιν ὁ ἀνὴρ, αὐτὸς ὅδε ὁ Ποίαντος παῖς, οὐκ ἄδηλος τῆς ξυμφορᾶς, μόλις καὶ χαλεπῶς προβαίνων. Ὦ τοῦ χαλεποῦ καὶ δεινοῦ ὁράματος ὄντως· τό, τε γὰρ εἶδος ὑπὸ τῆς νόσου φοβερόν· ἥ τε στολὴ ἀήθης, δοραὶ θηρίων καλύπτουσιν αὐτόν. Ἀλλὰ σὺ ἄμυνον, ὦ δέσποινα Ἀθηνᾶ, καὶ μὴ μάτην φανῇς ἡμῖν ὑποσχομένη τὴν σωτηρίαν.

ΦΙ.

Ἕλενος ὁ Πριάμου δουρίληπτος [ἐμήνυσεν,]
Ἄνευ γε τούτων μήποτ᾽ ἂν πέρσαι πόλιν.

De Heleno conf. *Soph.* Phil. 606 etc. Qui his immorari voluerit, exercitatus in Euripideis, ex Paraphrasi nobis *Dionis* aliquando plures eruet senarios, Tragico non indignos. κατεμήνυσε in verbis *Dionis* sua sede reposui: mox πράως ἔχεν in πράως ἔχοι mutavi.

38 Παπαὶ] Paulo ante pro τοῦ videtur sufficere τούτου [προκειμένου ἄθλου] et saepe memini τούτου in τοῦ mutatum. — In his iterum facile restituas Euripidea quaedam:

Παπαὶ, πρόσεισιν· αὐτὸς ἐστ᾽ ἀνὴρ ὅδε
Ὁ τοῦ Ποίαντος παῖς, ...
Μόγις προβαίνων. ὦ θεάματός γε δὴ
Δεινοῦ.

hoc

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Τί δὴ βουλόμενος, ὅστις εἶ ποτὲ σὺ, ἢ τίνα τόλμαν λαβὼν, πότερον ἁρπαγῆς χάριν ἥκεις ἐπὶ τήνδε τὴν ἄπορον στέγην, ἢ κατάσκοπος τῆς ἡμετέρας δυστυχίας;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Οὔτοι γε ὁρᾷς ἄνδρα ὑβριστήν.

ΦΙΛ. Οὐ μὴν εἰωθώς γε πρότερον δεῦρο ἥκεις.

Ο Δ. Οὐκ ἄρ' εἰωθώς. εἴη δὲ καὶ νῦν ἐν καιρῷ ἀφῖχθαι.

ΦΙΛ. Πολλὴν ἔοικας φράζειν ἀλογίαν τῆς δεῦρο ὁδοῦ.

Ο Δ. Ἓν τοίνυν ἴσθι, οὐ χωρὶς αἰτίας με ἥκοντα, καὶ σοίγε οὐκ ἀλλότριον φανησόμενον.

ΦΙΛ. Πόθεν δή; τοῦτο γὰρ πρῶτον εἰκός με εἰδέναι.

Ο Δ. Ἀλλ' εἰμὶ Ἀργεῖος τῶν ἐπὶ Τροίαν πλευσάντων.

ΦΙΛ. Πόθεν; εἰπὲ πάλιν, ὡς εἰδῶ σαφέστερον.

Ο Δ. Οὐκοῦν ἔτι δεύτερον ἀκούεις, τῶν ἐπὶ Ἴλιον στρατευσάντων Ἀχαιῶν εἶναι φημί.

ΦΙΛ. Καλῶς δῆτα ἔφης ἐμὸς εἶναι φίλος, ὁπότε γε τῶν ἐμοὶ πολεμιωτάτων Ἀργείων πέφηνας· τούτων δὴ τῆς ἀδικίας αὐτίκα μάλιστα ὑφέξεις δίκην.

ΟΔ.

---

hoc certe Euripideum in Med. v. 1167, δεινὸν ἦν θέαμ' ἰδεῖν. est et in *Soph.* Phil. v. 263, Ὁ τοῦ Ποίαντος παῖς Φιλοκτήτης.

53 Πόθεν δὴ] Paulo ante, v. 51, χωρὶς pro χάριν restitui in istis diversimode tentatis, οὐ χωρὶς αἰτίας με ἥκοντα. Hinc iterum Euripideos senarios efficias:

ΦΙΛ. Πόθεν δέ; τοῦτο πρῶτά μ' εἰκὸς εἰδέναι.
Ο Δ. Ἀργεῖος εἰμὶ τοῦ πρὸς Ἴλιον στόλου.
ΦΙΛ. Πόθεν; λέγ' αὖθις, ὡς μάθω σαφέστερον.

Mitto reliqua tanquam incertiora; sed in tribus istis senariis nihil est, quod non similibus possit Tragicorum locis adfirmari.

Ο Δ. Ἀλλ' ὦ, πρὸς θεῶν, ἐπίσχες ἀφεῖναι τὸ βέλος.
ΦΙΛ. Οὐ δυνατὸν, εἴπερ Ἑλλήνων τυγχάνεις, τὸ μὴ ἀπολωλέναι σε ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ.
Ο Δ. Ἀλλὰ πέπονθά γε ὑπ' αὐτῶν τοιαῦτα, ἐξ ὧν δικαίως σοὶ μὲν ἂν φίλος εἴην, ἐκείνων δὲ ἐχθρός.
ΦΙΛ. Καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν ὃ πέπονθας οὕτω χαλεπόν;
Ο Δ. Φυγάδα με ἤλασεν ἐκ τοῦ στρατοῦ Ὀδυσσεύς.
ΦΙΛ. Τί δὲ ἔδρας, ἐφ' ὅτῳ τῆσδε τῆς τύχης ἔτυχες;
Ο Δ. Οἶμαί σε γινώσκειν τὸν Ναυπλίου παῖδα Παλαμήδην.
ΦΙΛ. Οὐ γὰρ δὴ τῶν ἐπιτυχόντων οὐδὲ ὀλίγου ἄξιος συνέπλει, οὔτε τῷ στρατῷ, οὔτε τοῖς ἡγεμόσι.
Ο Δ. Τὸν δὴ τοιοῦτον ἄνδρα ὁ κοινὸς τῶν Ἑλλήνων λυμεὼν διέφθειρε.
ΦΙΛ. Πότερον ἐκ τοῦ φανεροῦ μάχῃ κρατήσας, ἢ μετὰ δόλου τινός;

ΟΔ.

---

61. Ἀλλ' ὦ] Senarius evadet Euripideus:

ΟΔ. Ἐπίσχες ὦ, πρὸς θεῶν, ἀφιέναι βέλος.

Respondere potuit praeter cetera Philoctetes:

ΦΙΛ. Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ κατθανῇ τῇδ' ἡμέρᾳ.

Sed nec a *Dione* scribi potuit, opinor, εἴπερ Ἑλλήνων τυγχάνεις, neque, quae Clar. *Reiskii* est coniectura, Ἕλλην ὤν. Graecis enim in Lemnum delatis laetabatur inprimis Philoctetes *Soph.* v. 234. dicente enim Neoptolemo, Ἕλληνές ἐσμεν· exclamabat, Ὦ φίλτατον φώνημα· v. 242, ὦ φίλης χθονός. Paulo post ex Ilio se venire narranti respondet, Πῶς εἶπας; οὐ γὰρ δὴ σύγ' ἦσθα ναυβάτης Ἡμῖν κατ' ἀρχὴν τοῦ πρὸς Ἴλιον στόλου. — si scripserat *Dion*, οὐ δυνατὸν, εἴπερ Ἑλλήνων [τῶνδε εἷς ὢν] τυγχάνεις, — Critico manifestum videbitur, voces sic positas, ut centies alibi etiam hic inter describendum omissas.

66. Καὶ τί δὴ] Hinc efformatos ponam iterum aliquot versus Tragicos:

ΦΙΛ. Τί δὴ πέπονθας ὧδε δεινὸν, [ὦ ξένε;]
Ο Δ. Φυγάδα μ' Ὀδυσσεὺς τοῦ στρατοῦ γ' ἀπήλασεν.
ΦΙΛ. Τί δρῶν γε τῆσδε τῆς τύχης ἐτύγχανες;
Ο Δ. Οἶμαι Παλαμήδην σ' εἰδέναι τὸν Ναυπλίου.

Pal-

ΟΔ. Προδοσίαν ἐπενεγκὼν τοῦ στρατοῦ τοῖς Πριαμίδαις.

ΦΙΛ. Ἦν δὲ κατὰ ἀλήθειαν οὕτως ἔχον, ἢ ἐπεπόνθει κατεψευσμένος;

ΟΔ. Πῶς δ' ἂν δικαίως γένοιτο τῶν ὑπ' ἐκείνου γιγνομένων ὁτιοῦν, τοῦ μηδενὸς ἀποσχομένου τῶν χαλεπωτάτων;

ΦΙΛ. Ὦ λόγῳ τε καὶ ἔργῳ πανουργότατε ἀνθρώπων Ὀδυσσεῦ, οἷον αὖ τοῦτον τὸν ἄνδρα ἀνῄρηκας; ὃς οὐδενὸς ἧττον ὠφέλιμος ἦν τοῖς ξυμμάχοις, ἧπερ, οἶμαι, τὰ κάλλιστα καὶ σοφώτατα ἀνευρίσκων καὶ συντιθείς. ὥσπερ ἀμέλει κἀμὲ ἐξέθηκας, ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας τε καὶ νίκης περιπεσόντα τῇδε τῇ ξυμφορᾷ, δεικνύντα τὸν Χρύσης βωμὸν, οὗ θύσαντες κρατήσειν ἔμελλον τῶν πολεμίων· εἰ δὲ μὴ, μάτην ἐγίγνετο ἡ στρατεία. Ἀλλὰ τί δή σοι προσῆκον τῆς Παλαμήδους τύχης;

ΟΔ.

Paulo post ex vs. 74 hunc senarium formavit *Jo. Piersonus* in *Moer.* p. 407,

Μάχῃ κρατήσας, ἢ δόλου τινὸς μετά;

79. Τοῦ μηδενὸς] Haec et proxima hic ad mentem constitui Clar. *Heathii*; *Reiskii* τοῦτον τὸν ἄνδρα praeter alia recepi v. 82. ἧπερ in ἧπερ, id est ὥσπερ, leviter mutavi. v. 81. *Heathio* servandum videbatur ὃς οὐδὲν ἧττον ὠφέλιμος ἦν τοῖς ξυμμάχοις· mihi cum *Casaubono* legendum, ὃς οὐδενὸς ἧττον· — eadem forma loquendi *Dioni* Or. XVII, p. 248. D. dicitur Εὐριπίδης οὐδενὸς ἧττον ἔνδοξος ὢν τῶν ποιητῶν. imitabatur illic oratorem *Aeschinem* c. Tim. p. 21, 27 ubi legitur ὁ τοίνυν οὐδενὸς ἧττον σοφὸς τῶν ποιητῶν Εὐριπίδης.

87. Ἀλλὰ τί δὴ] Versum arbitror *Euripidae* fuisse:

ΦΙΛ. Ἀτὰρ τί σοι προσῆκε Παλαμήδους τύχης;

Thomas M. Προσήκει [et Προσῆκέ] μοι τοῦδε, ἀντὶ τοῦ μετοχή ἐστι μοι. *Aristoph.* Avib. v. 970, Τί οὖν προσήκει δῆτ' ἐμοὶ Κορινθίων; *Quid vero mihi cum Corinthiis est?* In his similibusque pendet secundus casus a voculis τί et οὐδέν· *Xenoph.* K. A. III, p. 176, 23, τούτῳ γε τῆς Βοιωτίας προσήκει οὐδέν· Ἑλλ. VII, p. 345, 37, τί τοῦτο (L. τούτου) αὐτονομίᾳ προσήκει; *Antiphon* p. 145, 15, οὐδέν μοι προσή-

ΟΔ. Εὖ ἴσθι, ὅτι ἐπὶ πάντας τοὺς ἐκείνου Φίλους ἦλθε τὸ κακὸν, καὶ πάντες ἀπολώλασιν, ὅστις μὴ Φυγεῖν ἠδυνήθη. Οὕτω δὲ κἀγὼ τῆς παροιχομένης νυκτὸς διαπλεύσας μόνος δεῦρο ἐσώθην. Σχεδὸν μὲν οὖν ἔγωγε ἐν ὅσῃ χρείᾳ καθέστηκας αὐτός. Εἰδ' οὖν ἔχων τινὰ μηχανὴν ξυμπροθυμηθείης ἡμῖν περὶ τὸν οἴκαδε ἀπόπλουν, ἡμᾶς τε εὖ πεποιηκὼς ἔσῃ, καὶ ἅμα ἄγγελον ἀποπέμψεις πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ οἴκαδε τῶν σοι παρόντων κακῶν.

ΦΙΛ. Ἀλλ', ὦ δύστηνε, πρὸς τοιοῦτον ἕτερον ἥκεις ξύμμαχον, αὐτόν τε ἄπορον καὶ ἔρημον Φίλων, ἐπὶ τῆσδε τῆς ἀκτῆς ἐῤῥιμμέ-

---

κει τῆς αἰτίας ταύτης. p. 147, 2. *Andocides* p. 5, 7, τούτων ἐμοὶ τῶν λόγων ἢ τῶν ἔργων τι προσήκει; p. 33, 29, ἐμοὶ μὲν οὐδαμόθεν προσήκει τούτου τοῦ πράγματος· — Ἀλκιβιάδης (L. — δὴ) δὲ μάλιστα πάντων Ἀθηναίων. *Lysias* p. 121, 1. οὐδέν προσήκει Ἀνδοκίδῃ τῶν συνθηκῶν, etc.

90. Οὕτω δὲ κἀγὼ] Non indigni mihi quidem *Euripide* viderentur versus:

ΟΔ. Οὕτω δὲ κἀγὼ τῆς πάροιθεν εὐφρόνης
Δεῦρ' ἐξεσώθην [ὧδε] διαπλεύσας μόνος.

Noctem etiam *Euripides* aliquoties dixit εὐφρόνην. — τῆς πάροιθεν ἡμέρας, est in *Eurip.* Phoen. v. 860.

95. Οἴκαδε] Legi potuit in fine senarii; hic etiam subiungi:
Τῶν σοὶ παρόντων ἄγγελον πέμψεις κακῶν.

98. Ἔρημον φίλων] Voces aliter collocatae dabunt versum iambicum:

Φίλων ἔρημον, κἀπὶ τῆσδ' ἐῤῥιμμένον
Ἀκτῆς.

100 Ἦ γὰρ ἦν] Quid si dederit *Euripides*:

ἢ πρὶν γὰρ ἦν
Στολὴ μακρῷ δὴ πᾶσ' ἀνάλωται χρόνῳ.

101

μένον, γλίσχρως καὶ μόλις ἀπὸ τῶνδε τῶν τόξων πορίζοντα καὶ τροφὴν, καὶ ἐσθῆτα, ὡς ὁρᾷς. ἣ γὰρ ἦν ἡμῖν ἐσθὴς πρότερον ἀπὸ τοῦ χρόνου ἠνάλωται. Εἰ δὲ δὴ τοῦδ' ἐθελήσεις κοινωνεῖν τοῦ βίου μεθ' ἡμῶν ἐνθάδε, ἕως ἂν ἑτέρα σοι περαπέσῃ σωτηρία ποθὲν, οὐκ ἂν φθονοῖμεν. Δυσχερῆ γε μὴν τἄνδον ὁράματα, ὦ ξένε, τελαμῶνές τε . . . . . ἀνάπλεοι, καὶ ἄλλα σημεῖα τῆς νόσου. αὐτός τε οὐχ ἡδὺς ξυγγενέσθαι, ὅταν ἡ ὀδύνη προσπέσῃ· καί τοι λελώφηκε τῷ χρόνῳ τὸ πολὺ τῆς νόσου,

κατ' ἀρχὰς δ' οὐδαμῶς ἀνεκτὸς ἦν.

---

101. Εἰ δὲ δὴ τοῦδ'] Ex his etiam faciles efformantur iambi:

ΦΙΛ. Εἰ δ' οὖν θελήσεις τοῦδε κοινωνεῖν βίου,
Ἔστ' ἂν ποθέν σοι παραπέσῃ σωτηρία
Οὐκ ἂν φθονοῖμεν· δυσχερῆ δὲ θεάματα
Τἄνδον, ξέν', εἰσίν.

Ex proximis *Dionis* vox excidit: *Reiskius* supplebat, τελαμῶνες τε λύθρου ἀνάπλεοι· de ulceris sanie πύον rectius diceretur: dici forte potuerunt ἀνάπλεοι νοσηλίας Τελαμῶνες. ut *Sophocli* Phil. v. 39. Ῥάκη, βαρείας του νοσηλείας πλέα. Nec tamen istam, ut puto, vocem adhibuisset *Euripides*; cuius est in Oreste v. 1178, Εἴ ποθεν ἄελπτος παραπέσοι σωτηρία.

106. Καί τοι λελώφηκε] Postrema sola, quod miror, hinc *Grotius* enotaverat, ut senarium *Euripidis* ex Philoct.

Νόσος κατ' ἀρχὰς οὐδαμῶς ἀνεκτὸς ἦν.

Gatakerus, ubi supplet et corrigit Grotiana, A. M. P. c. x, p. 505, duo velut *Euripidis* versus efformavit; cumque dixisset eodem pertinere senarium *Aristoteli* laudatum de Poët. c. 22, quem attigerat et *Jac. Nic. Loënsis* Misc. Epiphyll. VIII, c. 8, tres nobis senarios ut in eadem sede lectos *Barnes.* adnumerat:

Καίτοι πολ' ἤδη τῷ χρόνῳ λώφησέ μοι
Νόσος· κατ' ἀρχὰς δ' οὐδαμῶς ἀνεκτὸς ἦν
Φαγέδαινά γ', ἥ μου σάρκα θοινᾶται ποδός.

sic, opinor, editum voluit *Barnesius*, non Καίτοι πόλλ' ἤδη A — · πολ' ἤδη, nusquam, opinor, lectum, posuit *Gatakerus* l. c. et iisdem usus in *M. Antonin.* x, 22. Horum versuum primum, *ex Dionis paraphrasi satis infeliciter consarcinatum* iure merito censet *Heathius*. Clar. *D'Orvillius* in *Charit.* p. 355, *sic*, inquit *lege:*

> Καίτοι πολὺ ἤδη τῷ χρόνῳ λώφησέ μοι
> Νόσος.

Suo more leniter non nominatum *D'Orvillium* corrigit humanissimus *Jer. Markland.* in *Eurip.* Suppl. v. 109. Non sane *πολὺ νόσος μοι ἐλώφησε·* sed Graecum mihi videtur, quod praebet *Dion*, *λελώφηκε τὸ πολὺ τῆς νόσου*, *interquiescit morbi saevitia: Photius* in Lex *MS.* *Λωφᾷν, τὸ ἠρεμεῖν καὶ τὸ ἐνδεδωκέναι καὶ ἀναπαύεσθαι δηλοῖ, οὐ τὸ πεπαῦσθαι δὲ παντελῶς.* B non longe distat hoc *Platonis* de LL. ix, p. 854, c. *ἐὰν μὲν σοὶ δρῶντι ταῦτα λωφᾷ τι τὸ νόσημα.* Eadem forma loquendi quidni scribi potuit ab *Euripide?* (huius errorem corrigit *Sophoclis* Philoctetes v. 258, cui *νόσος Ἀεὶ τέθηλε κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται.*)

> Καί τοι τὸ πολὺ δὴ τῆς νόσου 'λώφησέ μοι
> Χρόνῳ· κατ' ἀρχὰς δ' οὐδαμῶς ἀνεκτὸς ἦν
> Φαγέδαινά γ', ἥ μου σάρκα θοινᾶται ποδός.

Sed hunc tamen versum in dramate sedem diversam tenuisse suspicor. Ortum fuerat ulcus taeterrimum, quo pes eius annum iam decimum erodebatur, ex morsu viperae, vel hydri sub fatali Chryses Minervae latentis altari: supra v. 120 Phi- C loctetes Euripideus *D.onis* se dicit *περιπεσόντα τῇδε τῇ ξυμφορᾷ, δεικνύντα τὸν (τῆς) Χρύσης βωμὸν, οὗ θύσαντες κρατήσειν ἔμελλον τῶν πολεμίων.* Hic Χρύσης nomine insulam *Chrysen* Lemno vicinam, an Minervam insulae cognominem *Chrysen* designatam voluerint vix definiri poterit: in hac historia fit et alibi mentio *τῆς Χρύσης καλουμένης Ἀθηνᾶς·* et in argumento, quod primus, opinor, (non enim reperitur in Edd. *Aldina* aliisque antiquioribus:) *Sophoclis* Philoctetae praefixit in MS. Cod. repertum *Turnebus:*

> Χρύσης Ἀθηνᾶς βωμὸν ἐπικεχωσμένον,
> Ἐφ' οὗπερ Ἀχαιοῖς χρησθὲν ἦν θῦσαι, μόνος
> Ποίαντος ἤδει παῖς, ποθ' Ἡρακλεῖ συνών·

Ζη·

Ζητῶν δὲ τοῦτον ναυβάτῃ δεῖξαι στόλῳ,
Πληγεὶς ὑπ' ἔχεως, ἐλίπετ' ἐν Λήμνῳ νοσῶν.

his emendatius scriptis, quam vulgata prostant, partim usus est *Salmasius* in Addendis ad notas in Aram *Dosiadae* primam p. 243, et *Philostrati* Iun. verbis ex Icone Philoctetae p. 889, tentatis *Jo. Meursio* in *Lycophr.* Alex. v. 912. Recte docuit *Salmasius*, a *Stephano Byzant.* aliisque confundi Chrysen *Homeri* Troicam, et Chrysen sive Lemni, sive Lemno vicinam; sed, re minus considerata, statuit *Salmas.* hanc Chrysen, ad cuius altare fuerit ictus a vipera vel hydro Philoctetes, in ipsa fuisse Lemno promontorium isthoc nomine dictum: insulam Chrysen fuisse Lemno vicinam, negat *Salmasius* notis in aram *Dosiadae* secundam p. 147, et alibi. Non recordabatur ista scribens *Salmas. Pausaniae* VIII, p. 668. 669, narrantis Lemno non longe dissitam olim fuisse vulnere Philoctetae nobilitatam (*πλοῦν ἀπεῖχεν οὐ πολύν*) Chrysen insulam, quae mari absorpta postea non amplius fuerit reperta: *κατέδυ τε ἡ Χρύση καὶ ἠφάνισται κατὰ τοῦ βυθοῦ.* Recte itaque *Leo Allatius Pausaniae* locum praeter cetera *Salmasio* obiecit in libello de Patria *Homeri* p. 129, docuitque Chrysen insulam fuisse Lemno vicinam; conf. *Salvagnius* in *Ovidii* Ibin. v. 255. Neque in Lemno, sed alibi percussum ab angue Philocteten ipsa monstrat a plerisque tradita narratio: nam expositus dicitur in Lemnum insulam, postquam Graeci satis diu sustinuissent taeterrimi vulneris putorem, et Philoctetae lamenta, sacra saepius interturbantis. *Dionis* Philoctetes Euripideus in Ulyssen, *κἀμὲ* inquit, *ἐξέθηκα·* Ulysses *Sophoclis* in Philoct. initio, *haec* inquit, *est acta Lemni*, in quam v. 5,

Ποίαντος υἱὸν ἐξέθηκ' ἐγώ ποτε,
Νόσῳ καταστάζοντα διαβόρῳ πόδα,
Ὅτ' οὔτε λοιβῆς ἡμῖν οὔτε θυμάτων
Παρῆν ἑκήλοις προσθιγεῖν, ἀλλ' ἀγρίαις
Κατεῖχ' ἀεὶ πᾶν στρατόπεδον δυσφημίαις
Βοῶν, στενάζων.

v. 257, dicuntur illum in Lemnum *ἐκβαλόντες* Atridae et Ulysses. v. 265,

Ἔρριψαν αἰσχρῶς ὧδ' ἔρημον, ἀγρίᾳ
Νόσῳ καταφθίνοντα, τῆς ἀνδροφθόρου
Πληγέντ' ἐχίδνης ἀγρίῳ χαράγματι.

de venenato morsu loquentis *Aeschyli* Philoctetae duo senarios, omissos *Stanlejo*, hos emendatos cruas ex *Plutarchi* T. II, p. 1087. F. A

Οὐ γὰρ δράκων ἐνῆκεν, ἀλλ' ἐνῴκισε
Δεινήν γε στομάτων ἔκφυσιν, ποδὸς λαβών.

In insula Chryse Minervae, de insula Chrysae dictae, Iason olim altare construxerat. Huic altari, in quo contra Troiam profectus Hercules, puero tum Philoctete comitatus, sacra fecerat, serpens ille custos fuerat adpositus.

B

C A P U T XII.

Praebet Holoboli Scholia in Aram Dosiadae.

Altare Minervae χρύσης *loqui fingitur in ara secunda Dosiadae. Salmasio probabiliter non visa, proferuntur Holoboli Rhetoris Scholia. Illuminantur obscura quaedam istius carminis. Iason* χρύσας αἴτας. *Medeae nomen aufertur e Scholio in Aristoph. Medorum regio* χάρα πεδιάς. *Non templum Iason in insula Chryse, sed altare Minervae condidit, septo distinctum ab agro vicino; neque* Διὸς ἄβατον *in* C *monte Lycaeo templum fuit. Talus Cretae custos ter quotannis insulam circumibat. Vulcanus* ἀπάτωρ. *Ultimi carminis versus illustrantur.*

Minervae Chryses altare, de quo dicere coepi in fine capitis XI, in insula, Lemno vicina, Chryse dedicatum ab Iasone testatur in ara prima *Dosiades*; qui in altero poëmatio ipsam illam ab Iasone conditam aram facit loquentem; et haec quidem de Philoctete:

'Εμὸν

A

'Εμὸν δὲ τεῦγμ' ἀθρήσας
Θεοκρίτοιο κτάντας,
Τριεσπέροιο καύτας,
"Αϊξεν, αἶν' ἰΰξας·
Χάλεψε γάρ νιν ἰῷ
Σύργαστρος ἐκδὺς γῆρας.

Mea structura (sive *me*) *visa Philoctetes*, *qui Parin interfecit*, *et Herculem cremavit*, *subsiliit formidabilem in modum exclamans; nam serpens*, *qui positis exuviis iuvenescere solet*, *illum veneno laeserat.* Hoc tenebricosum poëma, cui idem atque alteri praefigitur in Codicibus *MSS. Dosiadae* nomen (quod absque scriptis Codicibus detexit *Jo. Meursius* Att. Lect. L. III, c. XVII.) dubium nullum est quin *Salmasio* rectius *Is. Vossius* sit interpretatus ad *Melae* II, c. VII, ipse etiam, quod nec diffitetur, Scholiis adiutus ineditis *Holoboli* Rhetoris. Quum in aram secundam nusquam Scholia vetera memoret *Salmasius*, nonnulla quoque male ceperit, his illum equidem suspicor
B fuisse destitutum, quantumvis *Isaac. Vossius* illum *Holoboli Rhetoris Scholia ubique* dicat *ad verbum descripsisse.* Ea de re iudicandi ut fiat omnibus copia, *Holoboli Rhetoris* Scholia, ex Vossiano Codice Bibliothecae Leidensis olim a me iuvene descripta, quae quidem ad hanc aram spectant, iterum descripsisse non poenitebit. Suspicor autem ex antiqua membrana veteri quaedam Scholia descripsisse *Manuelem Holobolum;* nam hominem Ecclesiasticum aevo Michaëlis Palaeologi, et Andronici, cuius fata saepius attigit in istorum temporum historia *Georgius Pachymeres;* hominem, inquam, istius aevi, absque subsidio Grammatici veteris, obscurissima quaevis, nec *Scaligeris* neque *Salmasiis* intellecta, probabiliter adeo interpretari potuisse non opinor. Huius quidquid fuerit, haec sunt in istam aram *Dosiadae* secundam, quae ara legi poterit emendatius quam alibi scripta in *Is. Vossii* Observ. ad *Melae* L. II, c. VII,

S C H O L I A.

In Aram Dosiadae

Ἑρμηνεῖαι τοῦ Ὁλοβώλου Ῥήτορος
Κύρου Μανουὴλ, καὶ μεγάλου Πρωτοσυγγέλου.

Ὡς ἀπὸ τοῦ Βωμοῦ ὁ λόγος, ὅτι ἐγὼ εἰμὶ ὁ βωμὸς, ὃν Ἔτευξε καὶ κατεσκεύασεν Ἰάσων, ὁ Μέροψ, ἤτοι ὁ Θεσσαλὸς, ὁ Δίσ-

---

Vs. 3. Ὅν ἔτευξε] Posuerat hic ex *MS. Is. Voss.* ἐν ειη ετευξεν· ex alio Cod. adscripserat ἐμὲ τεῦξε. mox, Ἰήσων ὁ μέροψ. Inter ipsius Poëmatii versus hic illic in antiquissimo Cod. haec erant interpretamenta adscripta: vs. 1, Στήτας] Γυναικὸς καὶ τῆς Μηδείας. vs. 2, Ἀνὴρ Θεσσαλὸς ὁ Ἰάσων. vs. 3, Ἐμπούσας] Θέτιδος. vs. 4, Τεύκροιο βούτα] Ἀλεξάνδρου. vs. 7, Ἀπάτωρ] ἡ θαιστος· (Leg. Ἥφαιστος.) vs. 9, Τεῦγμ'] Οἰκοδόμημα. vs. 10, Θεοκρίτοιο] Ἀλεξάνδρου. vs. 11, Καύτας] Ἐνταφιαστής. vs. 14, Ἐκδὺς] Κατεκδυόμενος. Ad versum ultimum haec scripserat *Is. Vossius*: „ Ἦρ' „ ἀρδίων] ἦρα hic plurale est, ut saepe, pro χάριν. itaque ἦρ' ἀρδίων hic est χάριν ἀρδίων." — *Propter hospitalitatem*, ἕνεκα vel χάριν τῆς φιλοξενίας, *Callimachus* dixit ἦρα φιλοξενίης· in fragm. *Bentl.* XLI.

Vs. 6. Διὰ τὸ μέτρον Ἀΐτης] Quid hic ista velint non adsequor; nisi versum spectent quintum; ubi Χρύσας ἀΐτας quis esset veteres ignorasse videntur Grammatici: nec mirum adeoque, *Holobolum* ista non attigisse: aliorum ne commenta memorem, *Salmasius* intelligit *Apollinem*, in Troadis urbe Chryse cultum eximia religione: multum vero sudavit vir Magnus, ut vicina lectori viderentur Apollini convenire: vulgata lectione servata *Is. Vossius* ad *Melam*, *Chrysae*, inquit, *amator hic dicitur Achilles propter Chryseïdem, quae Chrysensis erat.* Ne Chryseidis quidem amator Atrides in istiusmodi carmine dici posset Χρύσας ἀΐτας· amata vero Pelidae *Briseïs* non utique Chrysensis erat; sed *Lyrnessis*: quid itaque? una litera interserta scriberem Χρύσας δ' ἀΐτας· —— *sed amator Chryses Minervae*; idem ille Medeae maritus, μέροψ δίσαβος· non Achilles, —

Δίσαβος δὲ, ὁ δὶς ἡβήσας, τὸ μὲν τῇ φύσει, τὸ δὲ τῆς Μηδείας ἑψήσει, καὶ τῇ ἐντεῦθεν ἀνανεώσει. ὁ Πόσις καὶ ὁ ἀνὴρ, διὰ τὸ μέτρον Αἴτης καὶ ἐραστὴς, τῆς Στήτας καὶ τῆς γυναικὸς, τοῦ Ἄρσενος καὶ τοῦ ἀνδρός· ἐπιβουλεύσασα γὰρ Μήδεια Θησεῖ, καὶ φωραθεῖσα, ἔφυγεν εἰς τὸ μέρος τῆς Ἀσίας, ὃ νῦν Μηδία ἐξ αὐτῆς καλεῖται, ἀνδρῴαν περιβαλοῦσα στολήν. οὐχὶ ὁ Σποδεύνας, ὁ Ἀχιλλεὺς, ὁ ἐν σποδῷ καὶ πυρᾷ εὐναζόμενος παρὰ τῆς οἰκείας μητρὸς Θέτιδος, ὡς δηλοῖ Λυκόφρων. πάλιν οὐχ ὁ Ἀχιλλεὺς, ὁ Ἶνις καὶ ὁ υἱὸς τῆς Ἐμ-

---

les, — sed *Jason*, qui hoc altare (Χρύσης Ἀθηνᾶς βωμὸν dictum in argumento *Sophoclis* Philoctetae,) in honorem Deae sibi carissimae construxerat.

Vs. 7. Τοῦ ἄρσενος] Ex alio Codice his *Is. Voss.* adscripserat, τῆς ἄρσενος καὶ τῆς ἀνδρώας· ex quo στολὴν, pro πύλην, in proximis recepi; ἀνδρῴαν περιβαλοῦσα στολὴν, quia virilem induta stolam in Asiam profecta dicitur Medea, rectissime *Voss.* initio carminis emendasse videtur Εἰμάρσενός με στήτας· causa enim nulla est cur Ἡμάρσενα *semimasculam* dixisset, quam tamen lectionem dubio vacuam putabat *Salmas.* Εἰμ' ἄρσενος (Ἐγὼ ὁ βωμὸς εἰμὶ) ut vulgatum erat, hic legisse videtur et *Holobolus.* — Quod ait de Medea in Asiam fugiente, et de *Media* ab illa denominata, traditum etiam ab aliis, nemo adhibebit, opinor, ad tuendum nomen Μηδείας in *Scholio* quod sic vulgatur in *Aristophanis* Equit. v. 603, ἀντὶ λόχου (corrige, λώτου) Μηδικοῦ· ἐδόκει γὰρ ἡ Μηδικὴ χώρα Μηδείας τε οὖσα καὶ κάθυγρος εὔφορος εἶναι εἰς τὰς τῶν κτηνῶν τροφάς. ubi cum docto Lectore correctionem communicavero *Ti. Hemsterhusii*, quam mihi vir Summus olim indicavit, Μηδείας nomini, quod sciolo debetur originis memori, feliciter substituens, πεδιὰς τε οὖσα καὶ κάθυγρος· *regio campestris et plana.* talis etiam fuit Thessalia; ἡ τῶν Θετταλῶν, πεδιὰς, atque idcirco equis alendis accommoda: vid. *Plato* L. I. de LL. p. 625. D. ne plures nominem.

Vs. 11. Πυρᾷ] Πυρὶ potius scribendum. — *Lycophronis* Alex. designatur v. 179, quo de septem liberis Achillem canit Μοῦνον φλέγουσαν ἐξαλύξαντα σποδόν. — Pro Ἴννις hic et infra scripsi Ἶνις more usisato.

Ἐμπούσας, ἤτοι τῆς Θέτιδος. Φάσμα γάρ τι ἡ Ἔμπουσα νυκτερινὸν εἰς μυρίας μορφὰς ἀλλοιούμενον, ὡς φησὶ καὶ Φιλόστρατος· μετεβάλλετο δὲ καὶ ἡ Θέτις εἰς μυρίας μορφὰς, ὅτε μιγῆναι αὐτῇ ὁ Πηλεὺς ἔσπευδεν· ἣ καὶ ἐμίγη σηπίας εἴδει. Πάλιν οὐχ ὁ Ἀχιλλεὺς, ὁ Μόρος καὶ ὁ θάνατος, τοῦ Βούτα καὶ τοῦ βουκόλου, ἢ τοῦ Ἀλεξάνδρου, τοῦ Τεύκρου καὶ τοῦ Τρωὸς, τοῦ Τεκνώματος τῆς Κυνὸς, ἢ τοῦ υἱοῦ τῆς Ἑκάβης. Τοῦτο δὲ λέγει, ὅτι ἐγὼ εἰμὶ ὁ ναὸς, ὃν

Vs. 14. Φιλόστρατος] Ἐμπουσῶν mentionem fecit *Philostr.* V. A. II, c. 4. IV, 25. p. 165, 166. conf. *Jo. Meursii* Lect. Att. III, c. 17.

Vs. 19. Ὁ ναὸς] Dici debuit ὁ βωμὸς, sed Chryses Minervae templum etiam memoratur in *Schol.* ad *Soph.* Philoct. v. 1321, ubi dicitur Philoctetes;

Χρύσης πελασθεὶς φύλακος, ὃς τὸν ἀκαλυφῆ
Σηκὸν φυλάσσει κρύφιος οἰκουρῶν ὄφις.

Hinc discimus ab agro reliquo separatum altare fuisse sepimento pro more istius aevi. Nullum ibi templum fuit; neque aevo Lycaonis in Arcadiae Lycaeo monte Διὸς ἄβατον ἱερὸν, ut dicitur fuisse in *Erastosth.* Catast. c. 1, hinc *Hygino* et *Scholiastae Germanici*; sed tantum Διὸς ἄβατον, ut *Erastosthenem* arbitror scripsisse, nempe τέμενος, a reliquo monte sepimento distinctum: quod liquet ex *Pausan.* VIII, p. 678. *Plutarchi* T. II, p. 300. A. Λυκαίου πλησίον σηκώματος est in *Euripidis* Electra v. 1274.

Vs. 23. Ἔσυρε καὶ] Ex alio Cod. *Vossius* enotaverat εὗρε καὶ, — in his latere videtur vox *Dosiadae* ἔψανδρα· cuius explicatio vel ab *Holobolo* vel a librario fuit omissa.

Vs. 24. τὸν Οὖρον] Recte cepit *Is. Vossius*, Cretae *custodem* interpretatus: *Salmasius* legit in ipso Poëmatio τὸν γυιοχάλκον θῦνον· *Achillem* intelligens: in Cod. MS. altero οὖνον· in alte-

ὃν κατεσκεύασεν ὁ ἀνὴρ τῆς Μηδείας, οὐχ ὁ Ἀχιλλεύς, ὁ τοιόσδε καὶ τοῖος, ἀλλ' ὁ Ἰάσων· δύο γὰρ Θεσσαλοὺς ἄνδρας ἔσχεν ἡ Μήδεια, τὸν Ἰάσονα ἐν Θετταλίᾳ, καὶ τὸν Ἀχιλλέα ἐν ταῖς νήσοις τῶν μακάρων. — Πότε δ' ἐμὲ ἔτευξεν ὁ Ἰάσων; Ἦμος καὶ ἡνίκα ἔσυρε καὶ Ἔῤῥαισε καὶ ἔφθειρεν ἡ Μήδεια τὸν Οὖρον καὶ τὸν ὁρμητικὸν Γυιόχαλκον καὶ χάλκεον ἄνδρα, τὸν Τάλων, κωλύοντα τοὺς Ἀργοναύτας διελθεῖν, ὃς ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ περιώδευε τὴν Κρήτην νῆσον καὶ ἐφύ-

λατ-

---

tero recte legebatur οὖρον, ut hic in Scholiis, ubi male redditur ὁρμητικός· rectam lectionem sequutus est *Thom. Galeus* in *Apollodor.* p. 33. Talon iuxta *Apollon. Rhod.* IV, v. 1643, Εὐρώπῃ Κρονίδης νήσου πόρεν ἔμμεναι οὖρον.

Vs. 25. τὸν Τάλων] In Codd. hic erat πάλων et πάλλων. Ad ista *Catulli*, *Non custos si fingar ille Cretum*, *Is. Vossius* p. 122, haec attulit *Holoboli Rhetoris*, et in iis τὸν Τάλω κωλύοντα τοὺς Ἀργοναύτας διελθεῖν· — De Talo, Argonautas litore Cretae navem religare vetante, Medeae magicis artibus tandem confecto, quae hic narrantur pleraque, praeter alia, cecinit *Apollon. Rhod.* IV, v. 1638 — 1689. Illic primum Τοὺς δὲ Τάλως χάλκειος — εἶργε χθονὶ πείσματ' ἀνάψαι· 1645, δέμας καὶ γυῖα τέτυκτο χάλκεος (*Dosiadae* γυιόχαλκος·) qui tandem a Medea confectus, 1688, ἀμενηνὸς ἀπείρονι κάππεσε δούπῳ. Talus ille Cretensis, χαλκοῦς — τῆς Κρήτης περίπολος *Luciano* dictus T. III, p. 47, secundum *Simonidem*, quem hac in parte sequitur *Dosiades*, fuit Ἡφαιστότευκτος· quod ex *Suida* licet aestimare in Σαρδώνιος γέλως· et meminit *Eustathius* in Od. Υ, p. 735, 50, τοῦ δοθέντος ὑπὸ Διὸς τῇ Εὐρώπῃ φύλακος Ἡφαιστοτεύκτου. apud *Zenobium* Cent. v. Prov. 85, Minoi dicitur a Vulcano datus Cretae custos, *quam*, τρὶς ἑκάστης ἡμέρας τὴν νῆσον περιερχόμενος, ὁ Τάλως ἐτήρει. hoc, ut erat, absurdum videbatur *Apollonio*; dixitque adeo v 1644, Τρὶς περὶ χαλκείοις Κρήτην ποσὶ δινεύοντα. *Ter*, quotannis nempe, *circumeuntem Cretam:* τρὶς περιῄει τοῦ ἐνιαυτοῦ, ut scribit in Minoë *Plato*, fabulae velum removens T. II, p. 320. B. *Platonis* locum dedit, et alia de Talo *J. Meursius* in Creta c. XIV.

λαττεν. [ὃν Μόρησε] καὶ μετὰ μόρου καὶ κακοπαθείας ὁ Ἥφαιστος ἐτεκτήνατο, ὁ Ἀπάτωρ· ἐκ γὰρ τῆς Ἥρας μόνης ἐγεννήθη. ὡς φησὶν Ἡσίοδος ἐν τῇ Θεογονίᾳ, ἢ καὶ ἔρριψεν αὐτὸν ὡς ἐτώσιον ἄχθος· ὁ Δίσευνος, ὁ δύο γυναῖκας ἔχων, τὴν Ἀφροδίτην καὶ τὴν Χάριν· Ἐμὸν δὲ Τεῦγμα, καὶ τὴν ἐμὴν κατασκευὴν, ἰδὼν ὁ Φιλοκτήτης, ὁ Κτάντας, καὶ ὁ φονεὺς, τοῦ Θεοκρίτου, ἢ τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ τὰς θεὰς κρίναντος· ὁ Καύτης, καὶ ὁ ἐνταφιαστὴς, τοῦ Τριεσπέρου Ἡρακλέους. γνώριμοι αὗται αἱ ἱστορίαι ἐν τῷ Λυκόφρονι. Καὶ τί ἐποίησεν; Ἄϊξε, καὶ ὥρμησεν, Ἀνιΰξας, καὶ κράξας. ἤτοι ἐμὲ ὕμνησε καὶ ἐδόξασεν ἰδὼν ὁ Φιλοκτήτης· εἰς δὲ ἀντίχαριν (οὕτω γὰρ τιμῶσι δαίμονες τοὺς τιμῶντας αὐτοὺς) Χάλεψε, καὶ χαλεπῶς ἔτρω-

Vs. 27. [ὃν Μόρησε] Ista posui, pro scripta lectione *μόρου*. Ex Grammaticis solus nobis innotuit Μορῆσαι isto significatu, pro *πονῆσαι μετὰ κακοπαθείας*, qui *Homeri* Μορόεντα nobis interpretantur *τὰ μετὰ πολλοῦ καμάτου πεπονημένα*, in Γειομορος quaerentes *τὸν γεωπόνον*.

Vs. 28. Ἥφαιστος — ὁ Ἀπάτωρ] Haec eadem si *Salmasius* ad manum habuisset Scholia, ab errore non uno sibi cavisset, *Parin* intelligens, ubi Vulcanus designabatur, *ὁ ἀπάτωρ*, *matrimus*, ut Minerva *patrima*, secundum *Scaligerum* ad *Catullum*. conf. *P. Wesseling*. Observ. II, c. X, p. 181. — Laudans hic *Hesiodum Holobolus*, sive potius illo longe vetustior Grammaticus, versum spectabat Theogon. 927, quo fratrem et maritum, Τριτογενείας patrem, imitata Ἥρη (δ') Ἥφαιστον κλυτὸν. οὐ (sic pro ἐν recte fuit emendatum: vid. *Galeus* in *Apollodor*. p. 8,) *Φιλότητι μιγεῖσα*, Γείνατο· — ibidem paulo post Ἀγλαΐην Vulcanus v. 946, Ὁπλοτάτην *Χαρίτων*, *θαλερὴν ποιήσατ' ἄκοιτιν*. Veneris et Aglaïae maritus quanto rectius *Dosiadae δίσευνος* dicitur, quam Paris? — Excidit paulo post Μητρόρριπτος· quo pertinent ista, *ἢ καὶ ἔρριψεν αὐτὸν ὡς ἐτώσιον ἄχθος*· in uno Cod. *περὶ ἑώσιον*, in altero erat *ὡς ἐτώσιον*· hoc sincerum: *ἐτώσιον ἄχθος* est in *Hom*. Il Σ, v. 104.

Vs. 34. Ἡρακλέους] Reposui, ubi *Voss*. ex Codd. scripserat τοῦ

τρωσέ, Νιν, καὶ αὐτὸν, ἐν Ἰῷ, καὶ Φαρμάκῳ, ὁ Σύργαστρος, ἢ ὁ ὄφις ὁ τῇ γαστρὶ συρόμενος, ὁ Ἐκδὺς τὸ Γῆρας· νεάζει γὰρ ὁ ὄφις τῇ τῆς παλαιᾶς λεβηρίδος ἀπεκβολῇ. Τοῦτον δ' Ἐλινύοντα, καὶ βραδύνοντα, ἐν τῇ Ἀμφικλύστῳ, Κρήτῃ, μετὰ χρόνους εἰς τὴν Τευκρίδα, ἢ τὴν Τροίαν, τὴν Τρίπορθον, καὶ τρὶς πορθηθεῖσαν, παρὰ Ἡρακλέους, τῶν Ἀμαζόνων, καὶ τῶν Ἑλλήνων, Ἤγαγεν, ἕνεκα τῶν Ἀρδίων, καὶ τῶν βελῶν τοῦ Ἡρακλέους· Τίς; ὁ Φὼρ, καὶ ὁ κλέπτης τοῦ Παλλαδίου· ὁ Δίζωος, ὁ εἰς Ἅιδου κατελθὼν καὶ ἐκεῖθεν ἀνελθών· ὁ Εὐνέτας τῆς Μητρὸς τοῦ Πανὸς, ἢ τῆς Πηνελόπης· ἣ ἔτεκε τοῦτον ἐκ τῆς μίξεως πάντων τῶν μνηστήρων. Καὶ ἄλλος τὶς

τοῦ τριεσπεροῦ κλέους· et paulo ante, τοῦ τὰς θεὰς κρίναντος· pro κρίνοντος· ex altero Cod. enotatum ibi, τοῦ τῆς θ. κρίνεντος. — Ubi mox ex Codd. absque sensu legebatur, καὶ ἐποίησεν· αἶξε· scribendum censui καὶ τί ἐτοίησεν; — *ecquid fecit Philoctetes?* sic in his Scholiis infra v. 44, Τίς; supra v. 23, πότε δ' ἐμὲ ἔτευξεν ὁ Ἰάσων;

Vs. 35. Ἀνιύξας] Posui pro ἀνεύξας· quantumvis mihi quoque cum *Vossio* carminis conditor dedisse videretur: Ἄϊξεν, αἶν' ἰύξας. ex Codicum altero *Voss.* notaverat Θώϋξεν ἀνιύξας· ex altero, αἴξεν ἀνεύξας. — Sequentia *Scholiastae*, ἤ τοι ἐμὲ ὕμνησε (in alio Cod. erat. ἤ ἐμὲ ὑμνήσας) καὶ ἐδόξασεν etc. aliam spectant lectionem, nostra tamen deteriorem, forsan Ἀεισε.

Vs. 41. Κρήτῃ] Error est sive *Holoboli* seu librarii, cuius memoriae supra memorata *Creta* inhaerebat: a veteri Grammatico scribi debuit ἐν τῇ ἀμφικλύστῳ Λήμνῳ· tum dubito scripseritne μετὰ χρόνους, an μετὰ χρόνους ί, id est δέκα· *post decennium*; tamdiu enim in Lemno haeserat Philoctetes. *Annum* recentiores Graeci Χρόνον vocabant: *Schol. Aesch.* in argum. Trag. VII c. Theb. *Schol.* in *Eurip.* Or. (ed. *King.*) v. 901. 1687. *Eustath.* in *Hom.* Il. B, p. 172, 9, μετὰ τοὺς ἐννέα δηλαδὴ χρόνους. conf. *Jo. Mill.* ad finem Ev. *Matthaei* et *Marci T. H.* in *Aristoph.* Plut. p. 178, et p. 407.

τὶς ἤγαγε τοῦτον τὸν Φιλοκτήτην εἰς τὴν Τροίαν· ὁ Ἰλιοῤῥαίστας, ὁ τῆς Ἰλίου Φθορεύς, ἤτοι ὁ Διομήδης. ὁ Ἶνις, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ Τυδέως, τοῦ Ἀνδροβρῶτος· ἔφαγε γὰρ οὗτος ὁ Τυδεὺς τὴν κεφαλὴν τοῦ Μελανίππου, καταῤῥοφήσας τὸν ἐν αὐτῷ μυελόν.

Vs. 48. Ἰλιοῤῥαίστας] In ultimis *Dosiadae Is. Vossium* miror cum *Salmasio* ἰνοῤῥαίσταν scribentem, et ἀνδροβρῶ, genitivum, ut ait, Doricum pro ἀνδροβρῶτος· hoc postremum erat in utroque Cod. quorum alter dabat Δίζωος, ἶνις τ' ἀνδρόβροτος ἰνοραίσταν· alter Διζ. ἴννις τ' ἀνδροβρῶτος ἰλιοῤῥαίστας. Ingeniosa *Jos. Scaligeri* coniectura in *Theocrito Heinsii* p. 234. velut de Ulysse posita, qui Cyclopi oculos eruit, legentis σῖνίς τ' ἀνδροβρῶτος ἰλλοραίστας, illa versum vitiat. Paene ultimi duo carminis versus Iambici sunt dimetri hypercatalectici; postremi eiusdem generis trimetri, sic, opinor, scribendi:

Δίζωος, ἶνίς τ' ἀνδροβρῶτος ἰλιοραίστας
Ἦρ' ἀρδίων εἰς Τευκρίδ' ἄγαγον τρίπορθον.

ut hic Diomedes Ἰλιοραίστας, Nero dicitur Ὁ Μητροραίστης in senario, quem emendavit vir Clar. *P. Wesseling* Dissertat. *Herod.* p. 181.

CAPUT

A

CAPUT XIII.

In Euripidis Meleagri fragmenta.

Versus aliquot ex Meleagri Prologo. Diana saepius Euripidi dicta Διὸς κόρη. *Althaeae forte Tragicae dictum,* Ἡδὺ τὸ φῶς βλέπειν. *In Creontis Soph. dicto* τηλικόσδε *tantae vir aetatis, et tantillus. Meleagri dramatis exiguntur reliquiae.* Ἐσθλὸν ἂν φῦναι γόνον *positum pro* ἐσθλὸν ἀμφοῖν ἔκγονον. *In Atalanten dicta. Pro* παρ' ἐκ Περσῶν, παρεκπεσὼν *redditum Aeschylo.*
B Ἀθῆναι Διάδες *in Euboea, prope* τὸ Κήναιον *promontorium.* Ἀκτὴν Εὐβοΐδα *scripsisse Tragicos, vel* Εὐβοΐδα. Ἔλη ἔγκαρπα, *sive* τεμένη. *In Meleagro descripti qui adversus aprum convenere Calydonium: hos inter* Γενῆδ' ἔπαλλ' *Ancaeus, bipennifer.*

Ex *Euripidis* Meleagro pars quoque Prologi superest: hoc dramatis fuit initium:

Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα, Πελοπείας χθονὸς
Ἐν ἀντιπόρθμοις, πεδί' ἔχουσ' εὐδαίμονα.
Οἰνεὺς δ' ἀνάσσει τῆσδε γῆς Αἰτωλίας,
Πορθάονος παῖς· ὅς ποτ' Ἀλθαίαν γαμεῖ,
C Λήδης ὅμαιμον, Θεστίου δὲ παρθένον.
[Οὗτός] ποτ', ἐκ γῆς πολύμετρον λαβὼν στάχυν,
Θύων ἀπαρχὰς οὐκ ἔθυσε [παρθένῳ]
Ἀρτέμιδι.

Oenea namque ferunt pleni successibus anni
Primitias, frugum Cereri, sua vina Lyaeo,
Palladios flavae latices libasse Minervae, etc.
solas sine thure relictas
Praeteritae cessasse ferunt Letoïdos aras.

Furtivum Martis cum Althaea concubitum, quo gravida Meleagrum Oeneo pepererit, forsan etiam, si qua fides ficto *Plutarcho* T. II, p. 312, A. in Prologo Tragicus attigerit; quodque modo nato infanti Parcae fatum cecinerant,

S *Tum*

Tum suae vitae finem ac fati internecionem fore A
Meleagro, torris quum esset interfectus flammeus.

quae nobis ex *Attii* Meleagro dedit *Nonius* p. 15, ex Prologo probabiliter *Euripidis* (nam huius fabulam Latinam fecerat *Attius*) petita. In Prologo potuit et sedem reperire versus *Etymologo* servatus in Μελέαγρος p. 576, 30.

Μελέαγρε· μελέαν γάρ ποτ' ἀγρεύσεις ἄγραν.

vel ἀγρεύεις, ut editum. Sed *Euripidis* solos desideramus versus; argumentum enim Euripideae fabulae peti posset vel ex *Hygino* F. 174, olim forte praefixa dramati Latino *Attii*, aut ex *Schol.* in *Aristoph.* Ran. v. 1269, ubi *Euripidis* versuum, quos posui, primus dramatis fuisse dicitur initium, et μετὰ ἱκανὰ τῆς ἀρχῆς legi, quae sibi sumsit Comicus vexanda, B

Οἰνεύς ποτ', ἐκ γῆς πολύμετρον λαβὼν στάχυν,
Θύων ἀπαρχὰς,

τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ στίχου fuisse dicitur in Scholiis,

οὐκ ἔθυσεν Ἀρτέμιδι.

isthac in sede vitioso Dianae nomini substitui posse suspicabatur *Hesychius* Ἐνοδίᾳ. In Choricis carminibus *Euripidis*, et *Sophoclis*, Εἰνοδίας, semel Ἐνοδίας, *Triviae*, nomen in senario legerat vir Clariss. hinc alienum: fatebitur, elegantem esse coniecturam, quam exhibui, Clarissimi iuvenis *Joannis Piersoni* legentis:

Θύων ἀπαρχὰς, οὐκ ἔθυσε παρθένῳ C
Ἀρτέμιδι.

nusquam tragici senarium claudit nomen Ἀρτέμιδος· saepius orditur, Iphig. in Aul. v. 91, 358, 433, 1114, 1463. Iph. in Taur. v. 9, 36, quibus ad firmandam coniecturam *Piersonus* fuit usus, *Ez. Spanhemium* laudans de Diana virgine agentem ad *Callim.* h. Dianae v. 6.

Quantumvis autem voces in vicinia positas repetere saepe soleat Tragicus easdem, si disiectos versus sic a me probabiliter iunctos vidisset Nostras, cum nec adpareat ratio, cur hic virginitatem Poëta Deae memorasset, quae in Hippolyto v. 17, et alibi est manifesta, *virginis* titulo hic mecum praetulisset:

οὐκ ἔθυσε Διὸς κόρῃ
Ἀρτέμιδι.

ut

A ut in Hippol. v. 15, Ἄρτεμιν, Διὸς κόρην. Iphig. Aul. v. 1469, 70, — Διος κόρην Ἄρτεμιν. v. 1543, Ἐπεὶ γὰρ ἱκόμεσθα τῆς Διὸς κόρης Ἀρτέμιδος ἄλσος. — si, quos posui, versus ultimi hac in sede commode haerent, non male, versu sexto, nomini Οἰνεὺς videbitur a me substitutum pronomen Οὗτος.

Ultima huius ῥήσεως *Luciani* fuissent instituto magis accommoda T. III, p. 436. ubi nunc primi duo versus prostant, etiam laudati *Demetrio*, qui dicitur *Phalereus*, περὶ Ἑρμ. § 58, olim ambo, ni fallor, lecti in *Aristot.* Rhetor. III, p. 131, 9. ubi quae Σοφοκλέους vocantur ἰαμβεῖα sine controversia sunt *Euripidis*, quamvis ad eamdem rationem suum Philoctetae drama *Sophocles* ordiatur:

> Ἀκτὴ μὲν ἥδε τῆς περιῤῥύτου χθονὸς
> Λήμνου.

B Ad primos duo, tres senarios *Heath.* addidit ex commentatore artis Rhetor. *Aristotelis:* ut illic legitur, *Porthaonides Euripidi*, ni fallor, dictus fuit Oeneus Περθάονος παῖς· nec tamen formam nominis, Παρθάονος, Aetolicam, temere reiecerim: huic alteram praetulerunt *Th. Galeus*, et *Th. Munckerus*; utramque probat *N. Heinsius* in *Ovid.* Met. VIII, 541. — In primo versu stare nequit Πελοτίνης, apud *Lucian.* relictum: Πελοπίας scribatur, an Πελοπείας, perparum refert: hoc tamen ex *Aristotele* recepi et *Demetrio:* hanc in sedem senariorum προμηθείας, ἱππείου, et similia libentius admiserunt Tragici, quam προμηθίας, ἱππίου· etc.

Quod inter Meleagri dramatis fragmenta collocavit ultimum *Barnesius*, primus *Grotius* ex *MS.* Paris. protulit in lucem in *Stobaei* Florileg. sic interpolatum p. 491,

C
> Τερπνὸν τὸ φῶς μοι, τὸ δ' ὑπὸ γῆν ᾅδου σκότος
> Οὐδεὶς ἂν εἶδεν αὖ ἐς ἀνθρώπους μολών.
> Ἐγὼ μὲν οὖν γεγῶσα τηλίκη δόμου
> Ἀπέπτυσ' αὐτὸ κοὔποτ' εὔχομαι θανεῖν.

Scripti Codicis *Grotio* memoratis lectionibus omissis, nec indicata loci sede fecit *Barnesius*, vel quem is habuit ad manum in his describendis, ut nemo his sanandis ausus sit manum commodare: ipsum quinimo *Barnesium* intolerandus in secundo versu videtur hiatus offendisse: voculae itaque αὖ, furtim substituit, ἄψ, in Attica scena prorsus inauditum. Sed fac Graeca: τὸ δ' ὑπὸ γῆν ᾅδου σκότος Οὐδεὶς ἂν εἶδεν αὖ ἐς ἀνθρώπους μολών; isthaeccine, obsecro, significare possunt:

> *inferûm nigra est domus,*
> *Cui nemo semel inclusus in lucem redit?*

an Graeca sunt *γεγῶσα τηλίκη δόμου*· et Latine convertenda, *nata* — A *nobili inprimis domo?* Haec quidem facillimam admittunt medelam, si sic emendentur:

> Ἐγὼ μὲν οὖν, γεγῶσα τηλικήδ', ὅμως
> Ἀπέπτυσ' αὐτὸ,

ego quidem certe, quae sum adeo grandaeva, mortem tamen abominor. Quae praecedunt *Grotius* se testatur effinxisse de his scriptis in Cod. Reg. Paris, (cui plura debebit aliquando *Stobaeus*) *ἄτερπιον τ. Φ. μ. τὸ δ' ὑπὸ γῆν δι' ᾅδου σ. οὐδεὶς ὄνειρον οὐδεὶς ἀνθρώπους μολεῖν.* — Ex his, sane vitiosissimis, ista dudum efformavi, Tragico minus indigna:

> Ἡδύ γε τὸ Φῶς μοι· τὸ δ' ὑπὸ γῆν ᾅδου σκότος
> Ἄτερπνον οὐδεὶς εἵλετ' ἀνθρώπων ἰδεῖν.

Quid si ad hos quatuor versus Euripideus adiiceretur, qui proximus subiicitur in *Stobaeo Grotii;* alter item, quem ex *Euripidis* Meleagro profert *Auctor Etymologici M.* p. 803, 46, in v. Φῷ, *ἀντὶ τοῦ Φωτὶ*, quo *κατὰ* mutandum in *κάτω*? Sex sic versus adipisceremur continuos, ab Althaea forte scenica pronunciatos: B

> Ἡδύ γε τὸ Φῶς μοι· τὸ δ' ὑπὸ γῆν ᾅδου σκότος
> Ἄτερπνον οὐδεὶς εἵλετ' ἀνθρώπων ἰδεῖν.
> Ἐγὼ μὲν οὖν, γεγῶσα τηλικήδ', ὅμως
> Ἀπέπτυσ' αὐτὸ, κοὔποτ' εὔχομαι θανεῖν.
> Ψυχῆς ἄρ' οὐδέν ἐστι τιμιώτερον·
> Τὸ μὲν γὰρ ἐν Φῷ· τὸ δὲ κάτω σκότος κακόν.

Ultima siquis hinc remota voluerit, non valide sic sentienti reluctabor: C sed, quae tanquam Euripidea restitui, arbitror aequis me iudicibus, nec solis, ubi similia quaedam comparavero, adprobaturum. Familiarem *Euripidi* sententiam esse constabit ex notatis *Gatakero* in *M. Antonin.* x, 34. et *Hemsterhusio* in *Luciani* T. I, p. 434. qui eamdem expressit p. 444, *ἡδὺ γαρ ἦν τὸ Φῶς. καὶ τὸ τεθνάναι δεινὸν καὶ Φευκτέον.* illic etiam adhibita *Solano*, hic duo reponam *Euripidis* ex Iphig. in Aul. loca: v. 1218,

> Μή μ' ἀπολέσῃς ἄωρον· ἡδὺ γὰρ τὸ Φῶς
> Βλέπειν· τὰ δ' ὑπὸ γῆς μή μ' ἰδεῖν ἀναγκάσῃς.

haec paulo aliter scripta apud *Plutarchum* T. II, p. 17. D. cum absque nomine Poëtae legerentur, ut incerti Tragici versus in Excerpta retulit *Grotius* p. 467. Eadem *Euripidis* Iphigenia v. 1250,

Τὸ

A Τὸ φῶς τόδ' ἀνθρώποισιν ἥδιστον βλέπειν·
Τὰ νέρθε δ' οὐδέν. μαίνεται δ' ὃς εὔχεται
Θανεῖν.

vulgatur οὐδεὶς, alterum praebet *Stobaeus* p. 601, 24, et, 608, 50, haec ex *Euripidis* nobis ignota Tragoedia:

Οὕτως ἔρως βροτοῖσιν ἔγκειται βίου·
Τὸ ζῆν γὰρ ἴσμεν, τοῦ θανεῖν δ' ἀπειρίᾳ
Πᾶς τις φοβεῖται φῶς λιπεῖν τόδ' ἡλίου.

quibus paria dedit, aliis expressa verbis, Euripidea nutrix Phaedrae philosopha Hippol. v. 193. Timidum Phryga decet in Oreste versus 1554; sed indigna dicit Socrate *Luciani* Cerberus T. I, p. 421, ubi legitur itidem εἶδε τὸν ζόφον· ut nostro loco et alibi τὸ σκότος ἰδεῖν.
B cui tamen verbo si quis praeferat hoc in loco μολεῖν· uti poterit eam in rem praeter cetera versu ex Oenomao *Eurip.* inter illos *Barnesii* 20. — Τὸ δ' ὑπὸ γῆν, vel ὑπὸ γῆς (hoc praefert, ut magis Atticum *Thomas M.* in Ὑπὲρ,) ᾅδου σκότος, quia legitur in *MS.* Cod. δι' ᾅδου, scribi quoque posset ἀεὶ σκότος· ut legimus τὸν ἀεὶ χρόνον· τῆς ἀεὶ τύχης· et similia plurima: in δι', ἀεὶ latere potuit, et ᾅδου velut interpretamentum adscribi.

Illud, Ἐγὼ μὲν οὖν, γεγῶσα τηλικήδ', ὅμως — dubio caret. Admetus ad patrem, in *Eurip.* Alc. v. 642, Ὅς, τηλικόσδ' ὤν, κἀπὶ τέρμ' ἥκων βίου, Οὐκ — ἐτόλμησας θανεῖν. Animose *Sophoclis* Creon Antig. v. 737,

Οἱ τηλικοίδε καὶ διδαξόμεσθα δὴ
Φρονεῖν παρ' ἀνδρὸς τηλικοῦδε τὴν φύσιν.

Ego scilicet tantae vir aetatis talisque sapere docebor a tantillo iuvene:
C ἀνιαραὶ γὰρ τοῖς τηλικοῖσδε — νουθετήσεις. *Hierocles Stobaei* p. 462, 48. Sophoclea, quae rectius cepit *H. Stephanus* Annot. in *Soph.* p. 43, quam Ill. *Ez. Spanhem.* in *Julian.* Or. I, p. 116, gestu iuvabantur ab actore, sicut ista *Terentii: Quem ego* (homo senex) *puerum modo tantillum* etc. Idem *Sophocles* litera scripserat auctius Oed. in Col. v. 728,

ἄνδρα τόνδε τηλικόνδ' ἀπεστάλην·

est enim idem τηλικόσδε, ac τηλικοῦτος· conf. *Sophron* ap. *Demetrium* περὶ Ἑρμ. §. 151. *Lesbonax* Protrept. p. 174, 36. *Lucian.* T. III, p. 85, 90. *Aristid. Jebb.* T. II, p. 430, 6. *Philostr.* V. A. VI, c. XI, ὢν δ' ὅμως τηλικόσδε — οὐκ ὀκνήσω etc. Scripserat, ut puto, fictus *Phalaris* Epist. 92, p. 72, 2. τηλικοῦτος ὢν absque voce γέρων.

Nunc porro paucis exigam *Euripidis* Meleagri reliquias plerasque: Inter fragmenta secundum collocavit *Barnes.* quale *Grotius* dederat ex

Schol. in *Pind.* Nem. x, 12. Hic τῷ σπάσας, aptissimo, ne Graecum A
quidem isto significatu πάσας (*gustare* πάσασθαι dicebatur) substituit: et nomini hinc alienissimo Περσεὺς, genuinum Τυδεὺς, quod *Scaliger* etiam adscripserat ad *Pindarum:* altero revocato, *Heathius* πυρσαῖς γενυσι scribendum censuit, quomodo scripserat *Salmas.* ad aram *Dosiadae* secundam p. 157, ubi Tydides Diomedes dicitur filius ἀνδροβρῶτος *hominum voratoris:* τοῦ κρατοβρῶτος παιδὸς meminit et *Lycophron* Alex. v. 1066. Polyphemi γνάθον Τύνδ' ἀνδροβρῶτα dixit *Eurip.* Cycl. v. 93. Mihi scripsisse videtur *Euripides* Meleagro:

Εἰς ἀνδροβρῶτος ἡδονὰς ἀφίξεται
Κάρηνα Τυδεὺς γένυσι Μελανίππου σπάσας.

His subiectum versum, quem praebet etiam Lexicon *Photii MS.* e *Suida* in Νῦν δὴ, repetiit *Grotius*, litera forte mutata scribendum: B

Ὁρᾷς σὺ νῦν δή γ', ὡς ἐπράϋνας τύχην.

in *Suidae* Cod. *MS.* Leid. legitur: ὁρᾷς σ. ν. δή με, ὡς ἐπρ. τύχη.

Reliqua Meleagri fragmenta *Barnesio* sunt ex *Grotii Stobaeo* transscripta: omiserunt hos duo versus, post decimum *Barnesii* collocandos, ex *Stobaeo Grot.* p. 260. *Gesn.* p. 399, 19,

Ἡ γὰρ Κύπρις πέφυκε τῷ σκότῳ φίλη·
Τὸ φῶς δ' ἀνάγκην προστίθησι σωφρονεῖν.

alios etiam duo versus, quos dat *Stobaeus Gesn.* p. 433, 4, 5. Μισῶ γυναῖκας etc. ex Meleagro petitos indicat Codex *Stobaei* Leidensis *MS.*

Ex *Stobaeo Grotii* p. 307, (*Gesn.* 431, 2) dedit *Barnes.* v. 16 — 18,

Ἡγησάμην οὖν, εἰ παραζεύξειέ τις
Χρηστῷ πονηρὸν λέκτρον, οὐκ ἂν εὐτεκνεῖν· C
Ἐσθλοῖν δέ τ' ἀμφοῖν ἐσθλὸν ἀμφοῖν ἔκγονον.

Ultima, sine controversia vitiosa sic, insistens literarum vestigiis, corrigo:

Ἐσθλοῖν δέ γ' ἀμφοῖν ἐσθλὸν ἂν φῦναι γόνον.

utrique bono prolem etiam egregiam nascituram. Φῦναι transierat in φοῖν ἐκ· errore notissimo: eadem sententia et alibi, et in Alcmaeone:

Ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα.

Ne singulis adfirmandis immorer, istis versibus in dramate proximos fuisse subiectos suspicor v. 11 — 15, ex *Stob. Grot.* sumtos p. 290, (*Gesn.* p. 425, 40) voce ἀεὶ in τινὶ mutata, hac ratione, ni fallor, scribendos:

Εἰ

A Εἰ δ' εἰς γάμους ἔλθοιμ' (ὃ μὴ τύχοι ποτε,)
Τῶν ἐν πόνοισιν ἡμερευουσῶν τινὶ,
Βελτίον' ἂν τέκοιμι δώμασιν τέκνα·
Ἐκ γὰρ πατρὸς, καὶ μητρὸς, ὅστις ἐκπονεῖ
Σκληρὰς διαίτας, οἱ γόνοι βελτίονες.

Insignis est in eam rem locus in Lycurgo *Plutarchi* p. 47. F. Haec in dramate dicta videntur occasione Atalantae, quae cum iuvenum nobilissimis ad aprum convenerat confodiendum

Venatrix, non illa colo calathisve Minervae
Foemineas adsueta manus:

cui, praeter Meleagrum plerisque faventibus, suae civi hoc virile decus invidebant Ancaeus et Cepheus, Arcades ambo, sed inprimis Thestiadae, Meleagri avunculi: horum alterutri congruunt et ex *Attii* Meleagro quaedam reliquiae, et in Euripideis versus 28 — 32, 33, 34. ex *Stobaeo Gesn.* p. 432, 47. 439, 42. *Grot.* p. 309, 320. quos aliter collocatos atque emendatius scriptos, quam vulgantur, hic ponam:

Ἔνδον μένουσαν τὴν γυναῖκ' εἶναι χρεὼν
Ἐσθλήν· θυραῖοι δ' ἀξίαι τοῦ μηδενός.
Εἰ κερκίδων γὰρ ἀνδράσιν μέλοι πόνος,
Γυναιξὶ δ' ὅπλων ἐμπέσοιεν ἡδοναὶ,
Ἐκ τῆς ἐπιστήμης παρεκπεπτωκότες,
Κεῖναί τ' ἂν οὐδὲν εἶεν, οὔθ' ἡμεῖς ἔτι.

horum secundo vulgatur, θυράσι δ' ἀξίαν· scribi potuit: θύραθεν ἀξίαν· quod posui magis Euripideum videbatur: si sic isti versus olim cohaeserunt, tertio γὰρ poni a me debuit pro μὲν· quod illinc distractus a *Stobaeo* versus accepit: versu quinto contra *Grotius* μὲν substituit pro γὰρ. ex γὰρ ἐκπεπτωκότε. hic, ut opinor, aptissimum feci παρεκπεπτωκότες.

Idem illud participium, sed paulum diverso significatu positum, miram subiit corruptelam in *Aeschyli* versu, quem ex eius Γλαύκῳ ποντίῳ vita praebet *Arati*, post *Victorium*, vulgata *D. Petavio* in Vranolog. p. 269. A. εἰσὶ δὲ καὶ τῆς Εὐβοίας Ἀθηναίων Δαΐδαις μέμνηται (in margine corrigitur Ἀθῆναι ὧν μέμνηται) ἐν Γλαύκῳ Ποντίῳ Αἰσχύλος,

Κᾆπειτ' Ἀθήνας Δαΐδας παρ' ἐκ Περσῶν·

Petavius Latina dedit sensu vacua: *Exinde Athenas Daïdas e Persis.* Persas hinc fugabit una duntaxat ablata litera; una etiam transposita senarium nobis *Aeschyli* restituet:

Κᾆπειτ' Ἀθήνας Διάδας παρεκπεσών.

Cum

Cumque deinceps furtim Athenas Diadas se subduxisset. Facillime iam A
vicina sic corrigi poterunt: εἰσὶ δὲ καὶ τῆς Εὐβοίας Ἀθῆναι Διάδες, ὧν μέμνηται — Αἰσχύλος. haec non attigerunt *Stanlejus*, aut commentatores *Stephani Byz.* qui eadem forsan olim posuerat in Ἀθῆναι· ubi enim istius nominis urbs sexta memoratur in Euboea, atque ista prostant, τὰς δ' Ἀθήνας καὶ Διάδας λέγεσθαι· primitus forte scripserat Grammaticus: ταύτας τὰς Ἀθήνας καὶ Διάδας λέγεσθαι Αἰσχύλος μαρτυρεῖ. Quando autem *Stephanus*, sequutus *Strabonem* x, p. 684. A. Δῖον urbem fuisse scribit Euboeae περὶ τὸ Κήναιον, a qua prope abfuerint (πρὸς ταύτῃ ἦσαν) Διάδες Ἀθῆναι καλούμεναι, suspicor equidem, quos eâdem laudat e Tragoedia *Strabo* p. 687. A. versus *Aeschyli* versui paulo ante emendato iungendos:

Εὐβοΐδα καμπὴν, ἀμφὶ Κηναίου Διὸς
Ἀκτὴν, κατ' αὐτὸν τύμβον ἀθλίου Λίχα.

nihil interest Εὐβοΐδα scribatur an Εὐβοΐδα. *Euripides* apud *Strabon.* B
VIII, p. 546. B. Οἳ γῆν ἔχουσ' Εὐβοΐδα· apud eumdem I, p. 104, A. ex *Ionis* Omphale lecta sic corrigo:

Εὐβοΐδα μὲν γῆν λεπτὸς Εὐρίπου κλυδὼν
Βοιωτίας ἐχώρισ' ἀκτῆς, ἐκτεμὼν,
Πρόβλημα, πορθμόν.

vulgatur absurde: Πρὸς Κρῆτα πορθμόν. *Soph.* Trach. v. 74, Εὐβοΐδα χώραν. Ibidem v. 241,

Ἀκτή τις ἔστ' Εὐβοιὶς, ἔνθ' ὁρίζεται
Βωμούς θ', ἕλη τ' ἔγκαρπα, Κηναίῳ Διΐ.

sic corrigendum puto pro Βωμοὺς, τέλη τ' ut *lucus* possit designari: nisi quis malit τεμένη, raptim ut dissyllabum pronunciatum: nam v. 767. prope Cenaeum promontorium Iovi Hercules C

Βωμοὺς ὁρίζει, τεμενίαν τε φυλλάδα.

conf, *Jani Rutgers* V. L. II, c. 6. et *Jos. Wasse* in *Thucyd.* p. 224.

Sed nihil ista faciunt ad *Euripidis* Meleagrum, in cuius fragmentis, v. 35—42, ex *Stobaeo Grotii* p. 327, 357 descriptis nihil adeo desideres, nisi v. 37. *Heathii* lectionem κἂν πένησι δώμασιν. — Versus 43, 44, ut saepe solet, *Stobaeus* ad duo diversa retulerat excerptorum capita XCVIII., et CXXIII, p. 527, 36. 609, 41. nec bis tamen *Barnesio* debuerant describi, absque ulla specie ad Pirithoum relata, quum priori loco dicantur ex Meleagro sumta, quod monuit *Gataker.* in *M. Antonin.* x, 31. Videtur autem ex diversis haec vera scriptio:

Τοὺς ζῶντας εὖ δρᾶν. κατθανὼν δὲ πᾶς ἀνὴρ
Γῆ καὶ σκιά· τὸ μηδὲν εἰς οὐδὲν βλέπει.

Non

A Non facile dixerim, cui votum tribuendum sit: (*Ovidii*, *Phoebe*, *ait Ampycides*, Met. VIII, 351,

Da mihi quod petitur, certo contingere ferro.)

sed quem praebet *Hermogenes*, p. 564, versum,

Ὦ Ζεῦ γένοιτο καταβαλεῖν τὴν σῦν ἐμέ.

hariolor tamen in *Euripidis* Meleagro lectum.

Qui ad aprum coïere Calydonium conficiendum, aliunde nobis notissimos vellem numeris etiam Euripideis legeremus laudatos: istius scenae, qua secundum *Macrobium* Saturn. V, c. 18, *nuncius inducebatur describens quo quisque habitu fuerit ex ducibus, qui ad aprum capiendum convenerant*, istius scenae pars tamen exigua nobis fuit a *Macrobio* servata: illic, praeter Telamonem, Atalanten, Thestiadas, Arcadis nobis *Ancaei* nomen, dudum obliteratum, felicissima coniectura repraesentavit
B amicus Clar. *Joannes Schraderus* Observ. I, p. 15. Hos quoque versus emendate scriptos hic adponam:

Τελαμὼν δὲ χρυσοῦν αἰετὸν πέλτης ἔπι,
Πρόβλημα θηρὸς, βοτρύσι δ' ἔστεψεν κάρα,
Σαλαμῖνα κοσμῶν πατρίδα τὴν εὐδαίμονα·
Κύπριδος δὲ μίσημ', Ἀρκὰς Ἀταλάντη, κύνας,
Καὶ τόξ' ἔχουσα· Πελέκεως δὲ δίστομον
Γένυν γ' ἔπαλλ' Ἀγκαῖος· οἱ δὲ Θεστίου
Κόροι, τὸ λαιὸν ἴχνος ἀνάρβυλοι ποδὸς,
Τὸν δ' ἐν πεδίλοις, ὡς ἐλαφρίζον γόνυ
Ἔχοιεν, ὃς δὴ πᾶσιν Αἰτωλοῖς νόμος.

In ultimis memoratum Aetolorum morem attigi ad *Schol.* in *Eurip.* Phoen. v. 140. conf. *Jo. Brodaeus* Miscell. III, c. 8. vs 7. Κόροι positum pro
C Παῖδες ob *Aristotelis* apud *Macrobium* verba. vs. 4, olim lecta Καὶ πρὸς δὲ μίσημ' in Κύπριδος δὲ μ. egregie mutavit *Th. Canter.* V. L. I, c. 21. *Securim Sophocles* aliquoties dixit γένυν· *ancipitem securim*, ἀμφήκη γένυ, in Elec. v. 488. et nescio quis Ἀμφίγενυν. vid. *Hesych.* et in illum Notata: Idem Ἀμφακῆς, ἀξίνη· pertinuit, opinor, ad locum *Sophoclis* ἀμφάκης [γένυς,] ἀξίνη. Πέλεκυν δίστομον, *latam bipennem*, dixit *Euripides* vs. 5. *maxillam securis ancipitem*, πελέκεως δίστομον γένυν· nisi tamen, quod suspicor, scripserit,

Γενῆδ' ἔπαλλ' Ἀγκαῖος·

certe pro Γένυν, γένειον, γενῆδα; scripserunt et Γενῆδα, *Hesych.* Γενῆδα, ἀξίνην, πέλεκυν· ex hoc forte loco. — Ista autem — ἔπαλλ' (aut ἀνέπαλλ') Ἀγκαῖος — pro vitiosis πέπλ' ἀλλακαταιος, vere emendavit eximius Criticus, *Jo. Schrader.*

A

CAPUT XIV.

In fragmenta variorum dramatum.

Ex Aeolo sententia, de vi consilii robori corporis anteponenda. Versus ex Alexandro. Ἀγλωσσίᾳ ληφθείς. *Locus ex Hippol. priore. Orationis* εὔροια· *multus fluens Python orator.* Ἵν' ἦσαν, ἵν' εἶχον *etc. Alcmaeonis exiguntur reliquiae.* Τί τοῦτ' αὐτοῖς πλέον; πλέον ποιεῖν, *proficere, et* πλέον ἔχειν. *Dramatis fragmentum male cepit Pindari Schol. Oedipi filius non* Οἰδίπους *dictus, sed* Οἰδίπου. Ὠ'χαρνῆθεν κισσὸς *in epigramm. Vitiose scripta decepisse Grammaticos; rarius Eustathium.* B

Qua ratione paucorum dramatum *Euripidis*, Danaës, Chrysippi, Antiopae, Philoctetae, Meleagri, sunt a me reliquiae tractatae, si ceterorum quoque sumerem singulas pensiculatius expendendas, liber excresceret instituto meo minus aptus, quique mole quoque sua plerisque displiceret. Quando vero non nimis operosam scribere Diatriben instituerам, curam istam futuro reliquiarum Editori relicturus, mutata nunc ratione, hinc illinc unum alterumve Tragoediae fragmentum, prout fors tulerit, decerpam, quod hac opella mea possit illuminari.

Ex *Aeoli* dramate sumam unicum quod primum se offert inter Barnesiana, decerptum ex Chori carmine, quo vim animi consiliique corporis robori Tragicus anteposuerat, et probabiliter ostenderat, unus vir quantum saepe praestet multitudini, quod omnis aevi historia luculen- C tis nos docet exemplis in Epaminonda, Philippo Amyntiade, Iuda Maccabaeo, Archimede, similibusque. Particulae, quae nobis illinc decerpta superest, haec est sententia; homini quidem exiguas tantum corporis esse vires, sed animi vim tantam, qua corporis robore secum minime comparandas feras, quaevis animantia maxime formidolosa, edomare valuerit. Ex *Stobaeo* partim, cui debetur dramatis nomen, p. 360, 1, indicatum, partim ex *Plutarchi* T. II, p. 959, C. D. in Excerpt. ex *Eurip.* dedit ista *Grotius:*

Βραχύ τοι σθένος ἀνέρος·
Ἀλλὰ ποικιλίαις πραπίδων
Δαμᾷ φῦλα πόντου
Χθονίων τ' ἀερίων τε παιδεύματα.

ul-

A ultima dividit in duo versus *Heathius:* quae *Grotius*, eadem totidem literis similiter collocata dederat *Theod. Canter.* V. L. II, c. XX. et sane miror, quotquot istorum *Euripidis* meminere, unius tantum *Plutarchi* fuisse loci recordatos, nisi quod isti tamen duumviri vocem *ἀερίων* aliunde repetierint: nam *Plutarchi* loco cit. mendosa prostant: *ἦ βραχύ τοι σ. ἀνέρος· ἀ. ποικιλίαις π. δαμᾷ φῦλα πόντου, χθονίων τ' ἐχνά τε παιδεύματα.* ex quibus tanquam sincere scriptis *S. Bochartus*, vir in suo genere Maximus, haec fecit Latina *Hieroz.* I, L. III, c. XXVII. „ *sibi subiicit* „ *maris belluas*, *et terrestrium subtilem scientiam*, id est quicquid in „ terrestribus feris est vaferrimum." Sed *Plutarchi* liber de Fortuna p. 98. D. E. ista nobis praebet: *Τραχὺ μὲν σθένος ἀνδρὸς, ἀλλὰ ποικιλίᾳ πραπίδων, δεινὰ μὲν πόντου, χθονίων τ' ἀερίων τε δάμναται παιδεύματα.* Hinc voces aliquot *Euripidis* lucrati, duobus locis inter se comparatis, sic versus auctiores melioresque adipiscemur:

B *Ἦ βραχύ τοι σθένος ἀνέρος·*
Ἀλλὰ ποικιλίᾳ πραπίδων
Δεινὰ μὲν φῦλα πόντου,
Χθονίων τ', ἀερίων τε,
Δάμναται παιδεύματα.

In his *ποικιλίᾳ* praetuli vulgato, tanquam *Stobaeo* teste firmatum: *formidabiles belluae marinae*, *ἀναιδέα δείματα πόντου*, *Oppiano*, 'Αλ. V, 24, apte dicuntur *δεινὰ φῦλα πόντου·* nec adeo commode dici poterant *πόντου*, ut terrestrium ferarum et volucrium, *παιδεύματα.* Quin verbum *Δάμναται* huic sedi conveniat dubium nullum est, adhibitum *Homero*, *Alcaeo*, *Archilocho*, *Theocrito* ἐν Παιδικοῖς, *Aeschylo* Prom. v. 162, *Δάμναται οὐρανίαν γένναν.*

C *Euripidis* hoc loco sententiae simile quid dederat *Aeschylus* in Choëph. v. 583 etc. eamdem explanatius exsequitur chorus in *Sophoclis* Antig. v. 349, etc. et *Oppianus* 'Αλ. V, vs. 1—43. Ubi S. *Jacobus* in Epist. III, 7, *πᾶσα*, inquit, *φύσις θηρίων τε, καὶ πετεινῶν, ἑρπετῶν τε καὶ ἐναλίων δαμάζεται — τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ·* alia *Jo. Pricaeus*, sed sola dedit omnium aptissima Euripidea *Grotius.*

Ut unicum attingam Alexandri dramatis fragmentum; inter Barnesianos, versus 8, 9, 10, ex *Stobaeo Grotii* p. 160 (*Gesn.* p. 238, 20) petiti sunt: eorum medium emendavit iam olim *Theod. Canter.* V. L. II, c. 5. ut legendum vidit *Heathius* ex *Clem. Alex.* I, p. 340.

Ἀγλωσσίᾳ δὲ πολλάκις ληφθεὶς ἀνὴρ,
Δίκαια λέξας, ἧσσον εὐγλώσσου φέρει.

Primum illud *ἀγλωσσίᾳ* postulat oppositum *εὐγλώσσου·* diciturque *ἀγλωσ-*

σία ληφθεὶς ut *νόσῳ ληφθεὶς* *Sophocli* Trach. v. 452 etc. *ἔρωτι ληφθεὶς* A
Xenophonti p. 91, 1, aliisque, *δυστραξία ληφθεὶς* non *Menandro*, quod putabat *J. A. Fabricius* ad *Sextum Empir.* p. 282, sed probabiliter *Euripidi* apud *Plutarch.* T. II, p. 51. E.

Qui versibus ex Alexandro paulo ante positis proximi duo subiiciuntur apud *Clementem Alex.* tanquam ex eodem loco petiti,

> *Νῦν δ' εὐρόοισι στόμασι τἀληθέστατα*
> *Κλέπτουσιν, ὥστε μὴ δοκεῖν ἃ χρὴ δοκεῖν.*

mihi non videntur cum vicinis cohaerere, et, tanquam ex alio loco derivati, vocula *καὶ* interposita, a prioribus separandi: fuerunt in prima editione Hippolyti lecti, ex qua hos quatuor profert continuos *Stobaeus* *Gesn.* p. 472, 38, *Grot.* p. 345.

> *Φεῦ, φεῦ, τὸ μὴ τὰ πράγματ' ἀνθρώποις ἔχειν* B.
> *Φωνὴν, ἵν' ὦσι μηδὲν οἱ δεινοὶ λόγοι.*
> *Νῦν δ' εὐρύθμοις πιστώμασι τἀληθέστατα*
> *Κλέπτουσιν, ὥστε μὴ δοκεῖν ἃ χρὴ δοκεῖν.*

horum tertio, ne sedem quartam pes occuparet antibacchius, *Barnesius* edidit *τἀληθέα*· dumque huius mutationis lectorem non admonet, viam obstruxit, qua vera posset detegi. Cum forte legeretur *ευρυθμοισι στώμασι*· sciolum, qui haec in oratores Atticos dicta noverat, *πιστώμασι* posuisse suspicor: dudum emendaveram:

> *Νῦν δ' εὐρύθμοισι στόμασι τἀληθέστατα.*

postea lectione versus apud *Clem. Alex.* coniecturam vidi confirmatam. *τὰς περὶ τὴν λέξιν εὐρυθμίας*, quibus nimium studuit, *Isocrates* memorat ad Philipp. p. 87. F. Sed magis etiam placet alterum, C

> *Νῦν δ' εὐρόοισι στόμασι.*

Phaedrus *Platonis* T. III, p. 238. C. *παρὰ τὸ εἰωθὸς εὔροιά τις σὲ εἴληφε.* est *libere fluens oratio:* iussus Macedonas laudare Callisthenes dicitur *εὐρροῆσαι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν*, *Plutarcho* T. I, p. 695. D. sed odiosa plerumque censebatur *linguae volubilitas*, *flux de bouche:* hanc in Philippi Pythone notabat Orator. p. 162. §. 246. *πολλῷ ῥέοντι*, *multo fluente*, sive *ruente:* vid. Clar. *Toupius* in *Demosth. Taylori* T. II, p. 697. In istorum *Euripidis* versuum secundo legendum ex *Plutarchi* T. II, p. 802. A.

> *ἵν' ἦσαν μηδὲν οἱ δεινοὶ λέγειν.*

hic quoque convenit *mixta quodammodo ex ut et ubi vocis ἵνα significatio*, quam

A quam attigit *Bentlej. in Menand.* p. 41. Ad oram libri sui sincera *Sophoclis* Oed. T. v. 1388, Ἵν' ἦν τυφλός τε καὶ κλύων μηδέν· sic mutanda censebat *Scaliger*, Ἵν ᾖ τυφλόν τε καὶ κλύον μηδέν· non attendens ad Atticum scribendi morem: *Eurip.* Hippol. v. 647, ἵν' εἶχον· *Lexicon* Biblioth. Coisl. p. 497, Ἵνα μετὰ παρατατικοῦ· ἐκ τοῦ κατὰ Ἀνδροτίωνος, ἵνα ἐκεῖ περὶ χιλίων ἐκινδυνεύομεν· ista *Demosthenis* ex Or. c. Androt. leguntur p. 387, 39. 389, 51. et apud eumdem huius generis alia p. 511, 25. 624, 23. p. 695, 6. ubi nostrum ἵν' ἦν. In orationis *Isaei* fragm. apud *Dionys. Halic.* T. II, p. 169, 29, ἵνα βελτίων τε δοκῇ πᾶσιν εἶναι — καὶ .. παρεῖχεν· παρέχῃ scribi maluisset *Sylburg.* ego παρεῖχεν servandum iudico, scribendumque ἵνα βελτίων τ' ἐδόκει. hoc ipsum ἵνα ἐδόκει legitur et alibi plus semel: conf. *H. Stephan.* de Dial. Att. p. 137. et *Markland.* in *Lysiae* Or. I, P. 22.

In Alcmaeonis fragmentorum primo duo confundi suspicabatur ap. *Ero-*
B *tianum Jo. Piersonus*, quorum prius sic esset constituendum,

> Γυναῖκες, ὁρμήθητε, μήδ' ἀτιμίαν
> Σκεθρὴν τις ὑμῶν (καταχέῃ vel simile quid:)

Posterius hoc modo:

> ταῦτα γὰρ σκεθρῶς ὁρᾶν
> Ἡμᾶς ἀνάγκη τοὺς νομίζοντας τέχνην.

Secundum, sive versum inter Barnesiana fragmenta *Grotii*, 4, et 5, emendavi in Phoen. v. 431. Senis illic memorati Phegei filia, quam habuit uxorem pristinae sanitati restitutus Alcmaeon, fuit Arsinoë. Maniaco filium filiamque Manto pepererat filia Tiresiae secundum *Euripiden* apud *Apollodor.* III, p. 162. — vs. 6, *Grotio* scriptus in Exc. Ἐπεὶ τεκόντος· aliter in *Eurip.* Phoen. p. 217, scribi poterit cum *Barnesio*; cum *Heathio* vs. 8, et 15. quem miror formam non offendisse Doricam vs. 18 μεγίσταν. quod attigit ἐκδιδάσκετ' est e coniectura *Grotii*, qui haec ne Graeca quidem, nedum Euripidea,

> Γυνὴ καὶ ὠφέλειαν ἀνδρὶ καὶ νόσον
> Φέρει μεγίσταν, ἐκδιδάσκετ' ἐμῷ λόγῳ·

effinxit in *Stobaeo* suo p. 287 ex his in *Stobaeo Gesneri* p. 423, 28, Γυναῖκα καὶ ὠφέλειαν καὶ νόσον ἀνδρὶ Φέρει μεγίσταν, ἐδίδαξα τοι μῷ λόγῳ. Quae de choro petita si sic collocentur,

> Γυναῖκα δ' ὠφέλειαν
> Καὶ νόσον ἀνδρὶ Φέρειν μεγίσταν,
> Ἐδίδαξα τῷ 'μῷ λόγῳ.

nihil in his praeterea desiderem.

In istis vs. 22; Ἢ τί πλέον etc. ex *Stobaeo Gesn.* p. 455, 12, *Grot.* A p. 339, literam ἢ peperit sequens τί. corrigatur,

> Τί πλεῖον εἶναι παῖδας ἀνθρώποις, πάτερ,
> Εἰ μὴ 'πὶ τοῖς δεινοῖσιν ὠφελήσομεν;

Si non, rebus afflictis, opem feramus, quid, pater, ex liberis homines commodi percipient? sive *quid proderunt hominibus liberi?* τὸ εἶναι παῖδας τι δῆτα πλέον ἔσται ἀνθρώποις. *Crates Athenaei* VI, p. 267. F.

> B. Τί δῆτα τοῦτ' αὐτοῖς πλέον; [A. πρόσεισιν αὐθέκαστον]

Plato Symp. p. 217. C. οὐδέν μοι πλέον ἦν· *nihil proficiebam: Aristoph.* Plut. v. 531,

> Καί τοι τί πλέον πλουτεῖν ἐστιν πάντων τούτων ἀποροῦντι;

sic libenter legerem, non ἀποροῦντας· attigit *Muretus* V. L. XII, c. 13. B ubique dativus accedit in hac formula vere Graeca: vid. *Soph.* Antig. v. 274. *Antiphon.* p. 140, 42. *Xenoph.* K. Π. v. p. 86, 33. τί γὰρ ἐμοὶ πλέον τὸ τὴν γῆν πλατύνεσθαι, αὐτὸν δὲ ἀτιμάζεσθαι; In alias saepe formas ista locutio variari solet; *Bentlejum* mirabar ista scribentem in *Philemonis* Reliquias p. 117, „ *Graeci* πλέον ἔχειν proficere *dicunt*, *non* πλέον „ ποιεῖν·" imo vero aeque ac illud; *Amphis Athen.* II, p. 69. C. *Theocritus Chius* VIII, p. 344. B. *Andocides* p. 19, 27. (scripserat: οὐδέ γέ τι πλέον ποιήσετε) *Eurip.* Hippol. v. 284. et dederat, opinor, *Philemon*:

> Τί δὴ ποιεῖς πλέον; Δ. οὐδέν, ἡ λύπη δ' ἔχει,
> Ὥσπέρ γε δένδρον, τοῦτο καρπὸν, δάκρυα.

Alterum πλέον ἔχειν olim etiam lectum fuit in versu *Menandri* (Fragm. p. 240) nam ubi vulgatur in *Stobaei* Flor. p. 497, 6, Οὐδ' ἕνα δ' ἔχοις C ἰδεῖν ἂν οὐδ' εἰπεῖν ὅτῳ — Codex huius Florilegii *MS.* pleraque saltem exhibens veterum Poëtarum dicta, quem, in Leidensi Bibliotheca cum multis latentem, nuper adeo adhibui, obtulit eadem quae dat Ed. Veneta *Trincavelli*: οὐδὲν ἔχουσι πλεῖον, οὐδ' ἐρεῖ ὅτῳ. Hinc sincera lectio facile eruitur:

> Οὐδὲν δ' ἔχουσι πλεῖον, οὐδ' ἐρεῖς ὅτῳ
> Οὐκ εἰσὶ πάπποι.

In Addendis *Barnesius*, p. 518, ad *Euripidis* Alcmaeona retulit hos primum versus:

> ΑΛΚ. Ἀνδροκτόνου γυναικὸς ὁμογενὴς ἔφυς.
> ΑΔΡ. Σὺ δ' αὐτόχειρ γε μητρὸς ἥ σ' ἐγείνατο.

sic

A sic *Grotius* ista posuerat in Exc. ut incerti Tragici p. 463. quae tanquam Alcmaeonis et Adrasti Tragici dederat *Plutarch.* T. II, p. 35. D. et p. 88. F. 89. A. legat mihi quis *Barnesio* hunc in locum notata: mihi versus isti Sophoclei videntur, atque ex huius Alcmaeone sumti.

Sed et haec habet ibidem *Barnesius*,

> Ὃ, σοὶ πατέρα γ' ἀπώλεσ', Οἰδίπους δέ με
> Χρυσοῦν ἐνεγκὼν ὅρμον εἰς Ἄργους πόλιν.

sua *Barnes.* interpretatur, *Hic* (ὃ,) *tibi parentem perdidit*, *Virum mihi* etc. *Heathius*, „ pessime ait, haec vertuntur; ita redde; *Quod tibi patrem* „ *perdidit*, *me vero* etc." *Barnesius* ne hic quidem monito lectore πατέρα substituit voci χρυσοῦν. Haec invenit in Scholiis ad *Pindari* N.
B IV, 32, Ἀμφιτρύωνος] Ἀντὶ πατρωνυμικοῦ, τοῦ Ἀμφιτρυωνίδου. — καὶ Εὐριπίδης,

> Ὃ, σοὶ χρυσοῦν ἀπώλεσ', Οἰδίπους δέ με,
> Χρυσοῦν ἐνεγκὼν ὅρμον εἰς Ἄργους πόλιν.

οὐ γὰρ ὁ Οἰδίπους ἤνεγκε χρυσοῦν ὅρμον εἰς Ἄργος, ἀλλ' ὁ Πολυνείκης, καὶ ἔδωκεν Ἐριφύλῃ. ἔστιν οὖν (ἀντὶ τοῦ) Οἰδιποδίδης. De Polynice verum est, aureum monile, *Harmonies dotale* (*Statio* Theb. IV, 106,) primum Argiae dedisse coniugi; hac, abeunte in bellum marito, illud gerere recusante, proditi mariti pretium fuisse Eriphylae: vid. *Columna* in *Ennii* Alcmaeonis fragm. p. 282. Latini Tragici verba, de Euripideis facta, mihi videntur in istis apud *Ciceronem* latere de Inv. I, c. 50.

> *avarum est mulierum genus;*
> (*Nam*) *Eriphyle* . . . . *auro vitam viri vendidit.*

C

De Eriphyles scelere libenter loquentis *Euripidis* verba *Chrysippus* adhibuerat; quod liquebit *Galenum* comparanti T. I, p. 282, II. quaeque supra scripta sunt.

Sed quo tandem modo nobis persuadebit, qui tot suae nobis dedit imperitiae documenta, *Pindari Scholiastes*, *Euripiden* filio dedisse nomen paternum Oedipodis, toties in suis fabulis commemorati? Corrige Grammatici peccatum, vel Codicis quo fuit usus: nam mihi vix dubium est, quin scripserit *Euripides*,

> ἀπώλεσ'· Ὠιδίπου δ' ἐμὲ,
> Χρυσοῦν ἐνεγκὼν ὅρμον εἰς Ἄργους πόλιν.

Χρυ-

Χρυσὸς (1) *γέ τοι σ'* — impleret forsan minus absurde versum primum. A Sintne ista ex Alcmaeonis dramate vel aliunde petita definiri nequit; sed Polynices, Oedipi filius, *ὁ Οἰδίπου* *Euripidi* Suppl. v. 149, Ὁ δ' Οἰδίπου, τίνι τρόπῳ Θήβας λιπών; hic scriptum *Euripidi* Ὀιδίπου· et more postea recepto Ὠιδίπου· ut ὁ οἶνος, ὁ οἰνοχόος contracta leguntur in ὦνος, ὠνοχόος, *Eurip.* Cycl. v. 557. Istiusmodi crases saepe viris etiam doctis fraudi fuerunt.

Ut diversi generis quid interiiciam, Clar. *Reiskius* in Epigrammatum a se publicatorum 497, *Euphorionis*, vulgavit, Ὥσπερ ^ ῆθεν· dubitans tamen, hoc sincerum esset an ὡς χερσῆθεν, pro lectione MS. ὡς χαρνῆθεν. In meo apographo legitur optime:

Ὠ' χαρνῆθεν (2) ἀεὶ κισσὸς ἀεξόμενος.

Ἀχαρνεὺς κισσὸς et Ἀχαρνείτης κισσὸς memorantur et in epigrammatis *Anthol.* Editae I, c. 67, 17. III, 26, ep. 42. quorum hoc, eiusdem formae ac Ἀταρνείτης ab Ἀταρνεὺς, *Suidas* interpretatur Ἀθηνηθεν· ibi *Kustero* placebat Ἀχαρνῆθεν· nihil mutandum persuadebit *Alciphron* II. Ep. 3, p. 238. B

Sed ut illuc redeam, qui paulo legerit attentius in *Pindarum* Scholia, nemo mirabitur adeo errorem in Oedipodis nomine commissum. Si libri molem spectes, errores istius generis non magno numero reperientur in *Eustathii* commentariis in *Homerum*. Codicum tamen ille suorum vitiis interdum fuit deceptus, etiam in Euripideis: exemplo sit quod habet in Il. H, p. 543, 40, ex Tragico: ἓν γὰρ ἐκτενεῖ σ' ἔπος, ἤγουν εἷς (τε) λόγος ἐκτάδην ῥίψει. Nostris in exemplaribus recte legitur in *Eurip.* Medeae v. 585,

ἓν γὰρ οὖν κτενεῖ σ' ἔπος. C

Ety-

---

(1) His Editioni paratis (Adnotationes in Hippol. typis iam erant descriptae) pervenit ad me libellus elegantissimus *Toupii*, Partem III exhibens Emend. in *Suid.* in cuius praefatione ingeniose corrigit hunc versum p. XI,

Οὔ σοι πατέρα γ' ἀπώλεσ', Οἰδίπους δέ με

sed primum in verbis *Scholiastae* Euripideis substituit vocem πατέρα voci χρυσοῦν, per omnes Editiones a Romana *Z. Callier-gi*

A *Etymologus* in Τρέφοιν p. 764, 52, hunc nobis dat *Euripidis* versum e perdita Tragoedia sumtum:

Ἄφρων ἂν εἴην εἰ τρέφοιν τὰ τῶν πέλας.

In quo τρέφοιν, pro τρέφοιμι, ex τρεφοίην, συγκοπῇ τοῦ η contractum narrat; ἀλγοίην· ὁμιλοίην· φρονοίην· θαρσοίην· et similia reperientur et in Tragicis; nusquam, puto, τρεφοίην· sed vitiosum certe est τρέφοιν. Corrigamus mendam Codicis antiqui legendo:

Ἄφρων ἂν εἴην ἐκτρέφων τὰ τῶν πέλας.

Insanirem, si aliorum liberos enutrirem. verbum ἐκτρέφειν frequentat *Eurip.* Iphig. Aul. v. 1451. Troad. v. 382, 754. Bacch. v. 277. Cycl. v. 142. Ion. v. 357, 821. etc. In *Euripidis* versu scribi quoque posset cum *Jo.* Nostro *Luzacio*, — εἰ τρέφοιμι τὰ τῶν πέλας.

Pindari Scholiastes in Nem. IV, 3, ut ostenderet τοὺς μεθ' Ὅμηρον οὐκ ἀκριβεύειν τὴν ἀντωνυμίαν, ex *Euripide* profert, Τοιγάρ νιν αὐτὰς etc. non
B vidit scribendum, Τοιγάρ νυν (id est Τοιγαροῦν) αὐτὰς ἐκ δόμων οἴστρησ' ἐγώ. prout legitur in Bacchabus v. 32.

---

gi ad Oxoniensem usque vulgatae; deinde difficulter mihi persuadebit, *Polynicen* a Tragico potuisse designari nomine *Oedipodis.*

(2) Hoc etiam in loco Clar. *Toupius*, Em. in *Suid.* III, p. 63, Ὡς ἀρχῆθεν reponens, dum *veram* se putabat *lectionem* restituere, Ἡμάρτοτεν, οὐκ ἔτυχεν. Atque in hoc genere literarum saepius evenit, ut, quos velut genuinos veritatis filiolos amplectimur, *amore refrigerato*, tanquam ἀμβλωθρίδια proiicere non recusemus.

A

C A P U T X V.

De Amore, eiusque patre.

Dramatis Antigones fragm. de puero Diones. Non illic cum Schol. Pind. Bacchus intelligendus, sed Cupido. Puer Veneris et Liber saepe iunguntur. Haemonis nomen versui insertum. Quem urget Amor, huic Deus est intolerandus. Amor, μέγιστος θεῶν *etiam Socrati, altari demum honoratus Athenis aetate Pisistrati. De hoc altari Hermiae quaedam* B *non protrita. Euripidi* θεὸς μέγιστος, *Rex hominumque Deûmque. Dictus expertis malus puer, saevus, improbus. Veneris puero fueritne pater atque avus idem Iupiter?* ὁ Διὸς παῖς *vulgo dici videtur Euripidi; hinc Eustathio fabulatori. Nec Poëtis veteribus Graecis, nec Genealogis, neque Christianis Scriptoribus Graecis Iovis et Veneris filiolus innotuisse videtur.*

Error *Scholiastae Pindari* hic dicendi mihi praebebit materiam. Harum rerum scientibus mirum videri quoque debuit, quod legitur in Scholiis in Πυθ. III, 176, Θυώνη] Τῇ Σεμελῃ φησὶ, διωνυμίᾳ γὰρ ἐκέχρητο. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τὴν αὐτὴν Διώνην λέγουσιν, ὥσπερ Εὐριπίδης ἐν Ἀντιγόνῃ,

Ὦ παῖ Διώνης, ὡς ἔφυς μέγας θεὸς, C
Διόνυσε, θνητοῖς τ' οὐδαμῶς ὑποστατός.

Pro ὃς — ὑποστάτης, sic correxit in margine libri *Scaliger*, et *Grotius* in Exc. ex *Euripidis* Antigone p. 371, qui de Dionyso Diones filio non videntur dubitasse. Quod scriptum in Anim. ad *Ammon.* p. 208. istius *Scholiastae* solius dubia fide nititur. In coelum illata Semele mater a filio dicta fuit Θυώνη· vid. *Jo. Davies* in *Cicer.* de N. D. III, 23. et *P. Wesseling.* in *Diodor.* I, p. 232. Semelen qui Διώνην dixerit, inter veteres neminem, quae Bacchum dixisse videatur Diones aut Veneris filium, unicam ex antiquitate *Praxillam* novi: hoc tamen ubi tradit *Hesychius*, alii Διώνης nomine Semelen intellexerunt, ubi Poëta nobis ignotus meminerat Βάκχου Διώνης. unicum in suo genere locum adscribam *Hesychii:* Βάκχου Διώνης· οἱ μὲν βακχευτρίας Σεμέλης. οἱ δὲ Βάκχου,

A χου, τοῦ Διονύσου, καὶ Ἀφροδίτης, τῆς Διώνης· παρόσον διωνυμία περὶ τὰς Θεάς. Πράξιλλα δὲ ἡ Σικυωνία Ἀφροδίτης παῖδα τὸν θεὸν ἱστορεῖ· quem? Βάκχον opinor, diversum a Διονύσῳ. ad *Aristidis* Panathenaici T. I, p. 176, ista, ὥσπερ ἐν πομπῇ· haec leguntur in Scholiis quae sunt penes Clar. *P. Burmannum Secundum MSS.* ἐν ταῖς πομπαῖς ὁ μὲν Διονύσου, ὁ δὲ Σατύρου, ὁ δὲ Βάκχου ἀνελαμβάνετο (L. ἀνελάμβανε τὸ) σχῆμα. Sed Bacchum istum Veneris filium *Cicero*, quique praeter illum Deos recensuere cognomines, ignorarunt omnes. An itaque Dionysum, Veneris, aut certe Diones filium isthoc *Euripidis* loco designatum credemus? Non opinor. Primum quia non solet in his ab opinione recepta Tragicus dissentire, nedum talia consectari.

Ipse Amor, puer Diones,

ut in Veneris dicitur Pervigil. v. 76, meo iudicio hic etiam intelligendus est. Sed dicat quis *Dionysum* tamen nominari; et hic loca mihi Poëtarum B excitet, qui plurimi cecinere Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτα· quod *Sophoclem* in choricis fecisse carminibus scribit *Hermesianax Athen.* XIII, p. 598. D. de se senex amabilis *Solon* apud *Plutarch.* in Solone p. 96. E.

Ἔργα δὲ Κυπρογενοῦς νῦν μοι φίλα καὶ Διονύσου,
Καὶ Μουσέων, ἃ τίθησ' ἀνδράσιν εὐφροσύνας.

Cum Veneris puero non male Bacche facis,

Ovid. Art. Am. III, 762. *Achilli Tat.* II, p. 71, Ἔρως καὶ Διόνυσος iure dicuntur δύο βίαιοι θεοί·

Amor, et Liber, durus uterque Deus,

Propertio I, El. III, 14. — Sed praeterea in Bacchum, prae Euripideis, aptius conveniunt ista *Diphili* ap. *Athen.* II, p. 35. D.

C Ὦ πᾶσι τοῖς φρονοῦσι προσφιλέστατε
Διόνυσε, καὶ σοφώτατ', ὡς ἡδύς τις εἶ.

et Baccho quis locus, obsecro, dabitur in Antigones dramate, quo solus Amor ardore suo corripuerat Haemona Cretis F. etiam in Euripideo; quod liquet ex argum. *Sophoclis* Antigones, et ultimo in illam Scholio. Huius ad Haemonem Euripidea verba si nobis servavit ista *Stobaeus* p. 567, 45 (ex Antigone esse *Eurip.* e *Grotii* novimus *Stobaeo* p. 446, sive *MS.* Paris.)

μή νυν θέλε
Λυπεῖν σεαυτὸν, [Αἷμον,] εἰδὼς, πολλάκις
Ὅτι καὶ τὸ λυποῦν ὕστερον χαρὰν ἄγει.

iure videbor egregii iuvenis (*ἀπάτας λεγέων ὑπεραλγοῦντος*, *Soph.* Ant. A
690.) interiecto nomine correxisse vulgata:

Μὴ οὖν ἔθελε λυπεῖν σαυτὸν, εἰδὼς πολλάκις

sic *Grot.* posuit pro Μὴ οὖν θέλε· ut evitaret anapaestum secunda sede, quartâ nobis pedem dedit Creticum; nam Μὴ οὐ Tragicis et Comicis Atticis in unam semper syllabam contrahuntur; nusquam, si bene memini, μὴ οὖν. Ad haec accedant vitiosi Codices, quibus toties se decipi passus est iste *Pindari Scholiasta*, neque temere videbor sic *Euripidis* ex Antigone versus restituisse:

Ὦ παῖ Διώνης, ὡς ἔφυς μέγας θεὸς,
Μόνος τε θνητοῖς οὐδαμῶς ὑποστατός.

ô puer Diones, quam magnus es Deus, et solus (Deorum) *mortali-* B
bus nequaquam tolerandus: de Graecis hos fecit Latinos senarios *Joann.* Noster *Luzac:*

Puer Diones, quantus es! mortalibus
Tu parvule, Deus, solus intolerabilis!

Loquitur non

Felix, cui placidus leniter afflat Amor,

sed unus ex miseris, *quos hic graviter Deus urget*, *Tibull.* II, El. I, 79.

ex omni quem *premit ille Deus*,

Propert. III, El. XX, 6. in quem *tota ruit Venus*, *Horat.* I, Od. 19, 9. — Μόνος τε scripsi totidem literis pro Διόνυσε, quod nomen ex versu praecedente facile potuit in hunc irrepere. Sed hic commodum memini, C
Ruhnkenio nostro, quocum olim hanc coniecturam communicabam, placuisse quidem meam de errore Grammatici sententiam, sed in mentem mox venisse vocem non minus aptam,

Δεινός τε, θνητοῖς τ' οὐδαμῶς ὑποστατός.

Joannes Piersonus, cui primus ad has literas auctor fui tractandas, quas ingenio felicissimo, longiori vita dignissimus, unus omnium inter nostrates maxime exornasset, haec posuerat in schedis suis, quas Pater eruditissimus *Jacobus Piersonus*, filio clarissimo etiam nunc inter Frisios meos superstes, mecum communicavit: „ In Διόνυσε gravissima haerere „ videtur macula. nam Scholiasten decipi certum est et loquitur *Euripi-* „ *des* de Amore Diones filio. Forte

„ Θεοῖσι, θνητοῖς τ'

„ ut

A „ ut Διόνυσε e praeced. versu fluxerit, vid. fragm. Androm. ubi Τύ„ ραννος θεῶν καὶ ἀνθρώπων." Haec nostra quod ad summam rei conspiratio non nihil efficiet ad Grammaticum erroris arguendum. — Venus autem saepe *Dione* dicitur, et *Dionaea*, a matre, quam Διώνην vocantem *Homerum* Il. E, 370, plerique sequuti sunt; *Euripides* etiam in Helenae v. 1104, Κούρη Διώνης Κύπρι. hoc matris nomen, Διώνην, reponendum pro Δωδώνην in *Clement*. Homil. IV, 16. in quibus infra H. V, 13, vulgatur Κύπρις, ἣν καὶ Δωδώνην λέγουσιν· ubi recte vir D. Διώνης nomen ponendum censuit. — De puero Diones nihil hic dicitur, quod non conveniat in Amorem. Hic μέγας θεὸς et μέγιστος θεῶν *Euripidi*, hac etiam in re Socratem sequuto, qui Amorem vocabat δαίμονα μέγαν et μέγιστον τῶν ἄλλων δαιμόνων, teste *Themistio* Or XIII, p. 162. B. Praeter cetera, in *Platonis* Sympos. *Socratis* Phaedrus indignatur T. I, p. 177. A, cum tot Poëtae Diis ὕμνους et paeanas cecinerint, τῷ Ἔρωτι, τηλικούτῳ
B ὄντι καὶ τοσούτῳ θεῷ, ne unum quidem illorum πεποιηκέναι μηδὲ (sic pro μηδὲν scribendum) ἐγκώμιον. *Euripides* Hippol. v. 538, Ἔρωτα, δὲ, τον τύραννον ἀνδρῶν, — οὐ σεβίζομεν. Deorum potentissimo Pisistrati aevo primus Amori statuit altare Charmus ad Academiam: *Clemens Alex.* Protrept. p. 38, 33, τὸν Ἔρωτα — ἐτίμα πρότερον οὐδεὶς, πρὶν ἢ Χάρμον μειράκιόν τι ἐλεεῖν, καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι ἐν Ἀκαδημίᾳ. χαριέστερον (lege χαριστήριο) ἐπιτελοῦς γενομένης ἐπιθυμίας. vid. *Jo. Meursii* Ceramic. c. XXV, et *H. Vales.* in *Harpocr.* p. 96. Quae mecum ex *Hermiae* Commentario *MS.* in *Platonis* Phaedrum communicavit, quem mihi collegam vel in primis gratulor, Clar. *Ruhnkenius*, minime protrita hic docto Lectori proponam: Καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἐφεῖτο ἐρᾶν (L. τὸ ἐρᾶν) καὶ τοῦ Ἔρωτος βωμοὶ καὶ ἀγάλματα ἦσαν, καὶ Ἀντέρωτος (conf. *Servius* in Aen. IV, 520) ὡς καὶ ἐπιγράμματά γε ἐπὶ τῶν ἀγαλμάτων ἐγέγραπτο ἐπαινούντων τὸ ερᾶν. καὶ ὁ δρόμος ὁ μακρὸς τοῖς Παναθηναίοις ἀπὸ τοῦ Βωμοῦ τοῦ Ἔρωτος ἐγένετο. ἐντεῦθεν γὰρ ἁψάμενοι (ἅψαντες requiri videtur,) οἱ ἔφηβοι τὰς λαμπάδας ἔθεον, καὶ τοῦ νικήσαντος τῇ λαμπάδι ἡ πυρὰ τῶν τῆς θεοῦ ἱερῶν ἐφήπτετο. quibuscum conferri unus *Plutarchus* poterit in Solone p. 79. A. B. Superest insigne fragmentum Auges, Euripidei dramatis, apud *Stob. Grot.* p. 243,

> Ἔρωτα δ' ὅστις μὴ θεὸν κρίνει μέγαν,
> Καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον,
> Ἢ σκαιός ἐστιν, ἤ, καλῶν ἄπειρος ὢν,
> Οὐκ οἶδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις θεόν.

Caecilius Comicus apud *Cicceron.* Tusc. IV, c. 23, ex coniectura *Bentleji:*

> [Ego vero, Amorem] *deum qui non summum putet,*
> *Aut stultum, aut rerum esse imperitum existimo,*

sua probabiliter *Menandro* debet, qui libenter exprimebat Euripidea, quod A vere monuit illic *Davisius*. Eadem *Stobaei* pagina hoc ex comoedia dat *Alexidis:* Εἶτ' οὖν — corrige:

> Εἶτ' οὐ μέγιστός ἐστι τῶν θεῶν Ἔρως,
> Καὶ τιμιώτατός γε τῶν πάντων πολύ;

Indignantis illud Εἶτ', οὐ sequente, frequens apud Comicos; etiam in ipsius *Alexidis* versibus ap. *Athen.* III, p. 123. F. X, p. 443. F. etc. — Mirabili Abderitanorum morbo probabilem sane causam adsignat *Lucianus* T. II, p. 2, 3. per plateas ex *Euripidis* Andromeda versus magna voce recitantium, praesertim τὴν τοῦ Περσέως ῥῆσιν, cuius, ut literatis hominibus notissimae, primum tantum versum ponit:

> Σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώπων Ἔρως·

Luciani itaque beneficio didicit *Gatakerus*, docuitque *Barnesium*, sep- B tem versus continuos, quos exhibet *Athen.* XIII, p. 561. B. ad Andromedam esse referendos *Euripidis;* sed hanc fabulam, de qua multa dici possent, nunc suo loco relinquam. Mos fuit *Euripidi* versum interdum eumdem in diversis repetere Tragoediis; duobus versibus istius ex Andromeda ῥήσεως simillimis in *Stobaeo Grotii* praefigitur alius diversae sententiae p. 261,

> Σὺ δ' ὦ κάκιστε παῖ θεῶν τε καὶ βροτῶν·

Viderentur itaque et ista ex alio dramate petita. Sed videamus tamen: versus iste *Scaligero* debetur; hoc ubi nos docet *Grotius*, vulgatam nobis exhibet ex *Stobaeo Gesn.* p. 399, 5, lectionem, quam praebet etiam Codex *Stobaei* Leidensis:

> Σὺ δ' ὦ κάκιστε πάντων θεῶν τε κἀνθρώπων. C

Fac scriptum:

> Σὺ δ' ὦ . . . . θεῶν τε κἀνθρώπων . . . .
> Ἢ μὴ δίδασκε τὰ κακὰ φαίνεσθαι καλά,
> Ἢ τοῖς ἐρῶσιν εὐμενὴς παρίστασο.

ubi sequentia sunt eadem, quis tandem ex *Athenaeo* supplere defectum primi versus dubitaret?

> Σὺ δ' ὦ [τύραννε] θεῶν τε κἀνθρώπων [Ἔρως,]

ego quidem ista praeferrem, supplemento scioli literatoris vitiosissimo, [κάκιστε πάντων] ipsius etiam *Scaligeri* πάντων, in παῖ· κἀνθρώπων commutantis, absque ulla auctoritate, in καὶ βροτῶν. Neque etiam vetu-

A tulus iste Puer (qui de se ipse testatur in alis *Simmiae:* τόσος ὢν δάσκια βέβριθα λάχνα γένεια·) diceretur *Euripidi* παῖς κάκιστος βροτῶν, nedum θεῶν. Ut erat tamen, saepenumero expertis dicebatur etiam *Malus ille Puer; saevus; improbus; ferus; Virgilio* Ciri v. 133, Aen. IV, 412. *Tibull.* I, VII, 3. *Horat.* II, Od. 8, 14. *Apollon. Rhod.* IV, 446, etc. *Oppiano* 'Αλ. IV, 11 etc. ipsa matre teste in *Moschi* Eid. 1. *Bion* πάντεσσι κακὸν τὸν Ἔρωτα dixit in istis apud *Stobaeum* versibus (p. 401, 23. *Grot.* p. 267,) quos *Ursino Bionis* reliquias colligenti monuit omissos *Theod. Canter* V. L. I, XX. et nemo tamen bene monenti morem gessit. Neque in eodem dramate hoc negaverat *Euripides*, cuius tribus versibus paulo ante positis haec ex Andromeda subiicit *Stobaeus:*

Ἔρωτα δεινὸν ἔχομεν· ἐκ δὲ τῶν λόγων
Ἑλοῦ τὰ βέλτισθ'· ὥστ' ἄπιστον ἔστ' Ἔρως
B Κἂν τῷ κακίστῳ τῶν φρενῶν οἰκεῖν φιλεῖ.

In hunc locum haec erant in schedis *Piersoni:* — „Corrige: — ὡς κάκιστον ἔστ' Ἔρως· In *Stob. Grot.* legitur ὥστ' ἄπιστον· quod non video „quomodo explicari aut servari queat. Rectissime autem κάκιστον ponitur, ubi sequitur ἐν τῷ κακίστῳ. Sic in fr. e. Danaë a nobis emendato Verisim. p. 134, "Ερως γὰρ ἀργὸν κἀπὶ τοῖς ἀργοῖς ἔφυ."

Quem in his primum attigi, ponam locum e Ciri *Virgilii* v. 133,

Sed malus ille puer, quem nec sua flectere Mater
Iratum potuit, quem nec pater atque avus idem
Iupiter.

hoc si verum est,

ille sorore
C *Natus avoque suo,*

ut Veneri dilectus Adonis *Ovidio* Met. X, 520. Recentiores hic niti poterant auctoritate *Virgilii.* Qui ante *Virgilium*, aut eius aetate, vel proxima, dixerit Cupidinem Iove natum et Venere, neminem, opinor, habemus. Dicitur nostris quidem in exemplaribus *Euripidis* Hippol. v. 533,

Ἔρως ὁ Διὸς παῖς

sed quum eodem in loco more solemni videatur dictus ὁ τᾶς Ἀφροδίτας· *Veneris filius*, videor mihi probabilem meam fecisse coniecturam legentis,

ὁ τᾶς Ἀφροδίτας
Ἔρως ὀλίγος παῖς.

Hanc

Hanc coniecturam ante hoc ferme decennium per literas memini me A
communicare cum Clar. *Musgravio*, cum suo me donasset Hippolyto. Hic postea vulgatae se lectionis, prolatis aliisque sed istis inprimis versibus Virgilianis, patronum professus est Exercit. in *Eurip.* II: c. IV. Nostra nihil refert, utrum inter tot alia hoc quoque flagitium imputandum Iovi sit, nec ne: libenter tamen viro elegantissimo, mecum *Euripidis* et veritatis amatori, persuaderem, hac in parte cum ceteris popularibus conspirasse, cum vulgo certe loquutum Tragicum. Hoc futurum autumo, si quae in istum Hippolyti locum a me scripta sunt *Musgravio* non displicent. Ex antiquitate Graeca veterem certe neminem arbitror testem citari posse, qui patrem et avum Cupidini Iovem dederit. Recentior ille conditor fabulae satis absurdae de Amor. Ismen. *Eustathius*, ut ex *Euripide* longe plurima descripsit, haec etiam habet IX, p. 342, Ὦ παῖ Διὸς, τύραννε Ἔρως etc. X, p. 393, Ἔρως ὁ Διὸς παῖς ἐκστρατεύει κατὰ τοῦ πατρός. is itaque id ipsum in B
suo Cod. legit, quod in omnibus qui supersunt Euripideis Codd. probabiliter invenietur. *Virgilium* quoque iuvenem (si Ciris est *Virgilii*, quod erudite probabile reddidit Clar. *Jo. Schraderus* Observ. L. II, c. 3.) voce vitiose scripta potuisse decipi, quis tandem auderet suspicari? Si rem tradidit aliunde notam, admirabile videbitur nemini Poëtarum veterum (*Nonnum* exipio qui centena sine teste protulit:) Amorem usquam dici in Patrem quoque suum imperium exercere, ubi toties ipsum Iovem coelo detraxisse suisque sagittis victum domuisse narratur, et Venus aurea celebratur, ut amatori Helena,

Iove digna viro, ni Iove nata foret.

Cum ubique *Puer Veneris*, nusquam a veteribus filius ille Iovis vocatur; ne ab illis quidem, qui in Anthologia sive edita, seu inedita, C
tot centena nobis epigrammata condidere, qui toties Amoris, ut Veneris filioli meminere, quique, ut sua homuncionum excusent vitia, pristina Maximi Iovis et omnivoli furta tam libenter commemorant: exercitatus in hac palaestra *Meleager* patrem se Cupidinis ignorare fatetur:

Πατρὸς δ' οὐκέτ' ἔχω φράζειν τίνος·

Anthol VII, ep. 16. Non ille Veneri natus, ut Minerva Iovi, Iunoni Vulcanus, habuit inter coelicolas patrem ὁ ἀμφιθαλὴς Ἔρως *Aristophani* Av. v. 1735. Amorem honeste quidem vulgus hominum, secundum *Senecam* Octav. 560,

Ge-

A *Genitumque credit Venere, Vulcano ſatum.*

oculatiores Vulcani coniugi natum noverant ex furtivo cum Marte, vel fratre Mercurio, concubitu: Simonidea legantur in *Schol.* ad *Apollon. Rhod.* III, 26, ubi variorum opiniones recensentur de patre Cupidinis: id quoque peculiare fuit *Alcaeo* Lyrico, ut Amorem Zephyri statueret et Eridis filiolum: in *Etymologico MS.* Parisiis ista legit *D. Ruhnkenius* in v. v. Ἵμερος· — τὰ ἄνθη λέγουσιν Ἵμερα, ἐπεὶ ἐν τῷ ἔαρι φύονται, ὅτε καὶ τὰ ἐρωτικὰ θερμότερα ἐστί. τούτου χάριν καὶ ὁ Ἀλκαῖος Ζεφύρου καὶ Ἴριδος τὸν Ἔρωτα φησίν. Scripsisse Grammaticus Ἔριδος videbitur *L. Gyraldi* comparanti Hist. Deor. Synt. XIII, p. 405. F. et *Michaëlis Fourmontii* Dissert. de Venere insertam Actis Academ. Reg. Inscript. T. VII, p. 25, 26. — Mars, Vulcanus, alii nominantur *Servio* in *Virgil.* Aen. I, 664. veterum Genealogorum, qui diversis Cupidinibus diversos etiam dedere B genitores, quis tandem Iovem suspicatus est? nemo. *Cicero* de N. D. III, c. 23, *Cupido primus Mercurio et Diana prima natus dicitur; secundus Mercurio et Venere secunda; tertius Marte et Venere tertia:* haec tertia, *Iove nata et Diona*, Vulcano nupta, *cum Marte se miscuit, unde Cupido natus esse dicitur*, ut scribit *Ampelius* c. IX. Tredecim Cupidines, *Gyraldum* sequutus, invenit apud veteres *Fourmontius*, nullum Iove natum et Venere. Sed Christiani Scriptores Graeci, qui tot nobis Iovis flagitia commemorant, hoccine praetermisissent intactum, si legissent alicubi, Iove natam Venerem patri filiolum peperisse?

Si ne haec quidem Iovem huius unius flagitii poterunt absolvere, sit sanequam *Malus ille puer*, nec tamen deterior *avo genitore creatus;* fueritque secundum nonnullos, praeter ceteras, Iovi Venus,

quod Pelopéa Thyestae,
Myrrha suo patri, Nyctimeneque suo.

A

C A P U T XVI.

In fragmenta variorum dramatum.

Ex Archelao dramate sententia; in liberis enitescit patrum virtus. Aoristi de re fieri solita. Cratini duo versus ex Athenaei L. II, *MS. Auges, cuius nomen in* αὐτῆς *transiit, fragmentum. Quae onus ex Hercule conceptum deposuerat,* ἀπονήσασθαι *dicta.* Νήσασθαι. *Acrocorinthus* ὄχθος Ἀφροδίτας. *Bellerophontis reliquiis Barnesianis eximuntur aliquot versus. Improba quaedam dicta, personis Tragicis forte congrua. Hecate* Ἐνοδία. *Sophoclis ex* Ῥιζοτόμοις *anapaesti; Euripidei Erechthei pacem cupientis. Aranearum pleno Catulli sacculo similia Poëtarum Graec. dicta.* Πατρὸς *et* πρὸς *permutantur.* Σελλοὶ *sacerdotes Dodonaei,* Γηλεχέες, Τόμουροι. *Eurysthei Satyrici duo fragm. Locus ex Cyclope.* B

Nimis iterum ab instituto me locus abduxit ex *Euripidis* Antigone. Archelai dramatis initium si nobis praebet *Aristophanes* Ranis v. 1237, huius quoque Tragoediae duplex fuisse videbitur Editio. Duo fragmenta *Barnesius* suis locupletavit supplementis, quibus libenter carebimus; versum scilicet 60 implevit adiecto nomine Ἀρχέλας· versuique 49, Μὴ C πλούσιον θῇς etc. ista praefixit a se excogitata: — *στρατιώτην δὲ σὸν*, qui in tot millibus senariis ista certe sede nusquam vocem legerat στρατιώτην. — In versu 46 Ἐνέλαβε vulgavit, *Grotium* sequutus in *Stobaeo* p. 359,

Ἐν τοῖς τέκνοις γὰρ ἡ ἀρετὴ τῶν εὐγενῶν
Ἐνέλαβε· κρείσσων τ' ἐστὶ πλουσίου γάμου.

In *Stobaeo Gesneri* legitur: ἐν ἔλαβε· mihi corrigendum omnino videtur,

Ἐν τοῖς τέκνοις γὰρ ἡ 'ρετὴ τῶν εὐγενῶν
Ἐνέλαμψε·

Fortes creantur fortibus et bonis:
Est in iuvencis, est in equis patrum
Virtus;

Horat.

Horat. IV Carm. IV, 29. — Significant Euripidea: *In liberis enim parentum virtus solet enitescere:* qua vi significandi noster etiam cum ceteris interdum aoristos adhibuit; διώλεσεν, in Suppl. v. 227. Ἔβαψεν, Or. v. 706 etc. usum attigere praeter *H. Steph.* de Dial. Att. p. 139, 143 etc. *Graevius*, *Hemsterhusius*, in *Lucian.* I, p. 516. *Gataker.* de S. N. I. c. 6. et *R. Bentlej.* in *Horat.* III, Od. 23, v. 19. — Ut Latinis *virtus nitet* sive *enitescit:* (*Sallust.* vid. Cat. c. 54, 5. et *Cortius:*) Graecis Λάμπειν dicitur; hic in liberis indoles generosa parentum ἐλλάμπειν. Nec auro, neque argento, sic neque ingenio nec virtuti suus est color, *nisi temperato splendeat usu*, *Horat.* II, Od. II, 3. sua *Ovidius* I, Amor. VIII, 51,

Aëra nitent usu:
Canescunt turpi tecta relicta situ;

B sumsit e Sophocleis:

Λάμπει γὰρ ἐν χρείαισιν, ὥσπερ εὐπρεπὴς
Χαλκὸς, χρόνῳ δ' ἀργῆσαν ἤμυσε στέγος.

quae servavit *Plutarch.* T. II, p. 792. A. 1129. D. et p. 788. B. Ejusdem fortasse sunt senarii, qui velut incerti leguntur initio Florilegii *Stobaei:*

Ἀρετὴ δ', ὅσωπερ μᾶλλον ἂν χρῆσθαι θέλῃς,
Τοσῷδε μᾶλλον αὔξεται τελειουμένη.

In his vitioso τελειουμένη nihilo melius Grotianum τελεουμένη· corrigo, dubitanter tamen,

αὔξετ' ἠγλαϊσμένη.

Tanto magis crescit virtus quanto magis splendet usu: ἠγλαϊσμένος et C ἐπηγλαϊσμένος nonnunquam adhibentur; hoc etiam in *Cratini* versibus, quos in Codice Parisino Clar. *Ruhnkenius* invenit: in Epitome, quam legimus Libri secundi *Athenaei*, haec tantum ut *Cratini* prostant p. 49. A. τράπεζαι τρισκελεῖς σφενδάμνιναι. illinc apud *Eustath.* in Od. A, p. 29, 50. Ex integro Opere *Athenaei*, praeter alia quaedam loca Poëtarum, Clarissimus Amicus haec etiam *Cratini* invenit: Γαυριῶσαι δ' ἀναμένουσιν ὧδ' ἐπηγλαϊσμέναι μείραξ Φαιδραὶ τράπεζαι τρισκελεῖς σφενδάμνιναι. Duo trochaici sic videntur scribendi,

Γαυριῶσαι δ' ἀναμένουσιν ὧδ' ἐπηγλαϊσμέναι
Μείρακες Φαιδραὶ τραπέζας τρισκελεῖς σφενδαμνίνας.

Ad Augen *Euripidis* recte retulit *Grotius* quae prostant apud *Clem. Alex.* Strom. VII, p. 841, 34,

Σκῦλα μὲν βροτοφθόρα
Χαίρεις ὁρῶσα, τῶν νεκρῶν ἐρείπια·
Κοὐ μιαρά σοι ταῦτ' ἔστιν, εἰ δ' ἐγὼ 'τεκον,
Δεινὸν τόδ' ἡγῇ.

ipsius enim Auges verba sunt ad iratam Minervam, in cuius illa virginis templo suum fuerat onus enixa, quod vim Herculis passa conceperat: ἡ αὐτὴ *Potterum* decepit in *Clemente:* scripserat is: ἡ Αὔγη, δικαιολογουμένη πρὸς τὴν Ἀθηνᾶν ἐπὶ τῷ χαλεπαίνειν αὐτῇ τετοκυία ἐν τῷ ἱερῷ· eamdem mendam ex Euripidei Telèphi Prologo apud *Dionys. Halic.* II, p. 59, 17, sustulit primus *P. Leopard.* Em. III, c. 24, et plus semel apud *Pausaniam F. Sylburgius*, nec tamen vidit VIII, p. 698, Αὔγην ἐν γόνασι, legendum pro αὐτήν. Sed ad Euripidea *Clementis* oportunum Tragici locum adfert *Potterus*; potuit et excitare Iphig. in Taur. v. 74,

Θριγκοῖς δ' ὑπ' αὐτοῖς σκῦλ' ὁρᾷς ἠρτημένα.

Ammian. Marcellin. XXII, c. 8, p. 341, *immolantes advenas Dianae — caesorum capita fani parietibus praefigebant.* In Epistola *Mariae* Cassobelensis ad *Ignat.* p. 97, Iosias Deorum θυσιαστήρια νεκροῖς (L. νεκρῶν) λειψάνοις μιαίνει. Sed in *Euripidis* Auge spolia designantur hostium cadaveribus detracta: scribendum enim censui τῶν νεκρῶν ἐρείπια· pro vulgatis in *Clemente*, [Χαίρεις ὁρῶσ'] ἀπὸ νεκρῶν ἐ. *Grotio*, Χ. ὁρῶσα, κἀπὸ ν. ἐ. — Ubi *Comicus* in Ran. v. 1112, — κατέδειξ' οὗτος Καὶ τικτούσας ἐν τοῖς ἱεροῖς. *Scholiasta:* ἔγραψε γὰρ τὴν Αὔγην ὠδίνουσαν ἐν ἱερῷ.

De onere hoc deposito fortasse Chorus in Auge verbum adhibuerat, ἀπονήσασθαι. *Hesychius:* Ἀπενήσω, ἀπέβαλες. Εὐριπίδης Αὔγῃ. hoc *Is. Vossio* et *L. Kustero* de menda suspectum esse non debuerat, quod satis tuebitur eiusdem *Hesychii*, Ἀπονησαμένη, ἀποσωρεύσασα. alibi vitiose C scriptum, Ἀποθησαμένη, ἀποσωρεύσασα· hic, fateor, Ἀποσεισαμένη poterat etiam in mentem alicui venire, sed sincerum est alterum Ἀπονησαμένη, Euripideum quippe: nam, ubi vulgatur in Ione v. 875,

Οὐκ ἔτι κρύψω λέχος, ὡς στέργων
Ἀπονισαμένη ῥᾴων ἔσομαι.

nemo monitus dubitabit mecum restituere Hesychianum hinc sumtum,

Ἀπονησαμένη·

illic *Barnesius* Ἀπονιψαμένη nescio cuius absurdam coniecturam (nam talia non debebant *Scaligero* tribui) in contextum intulit, suamque meliorem, Ἀποσεισαμένη, in margine posuit: unice verum est quod dicebam: Ἀπονήσασθαι, est *onus deponere.* *Erotianus:* Ὑπονησαμένη, ὑποσωρεύσα-

A σκευα. *Apollon. Rhod.* I, 364, ἀπὸ δ' εἵματα — νηήσαντο· *vestes humeris deposuerunt*: νήησα πυρὴν in Argonauticis quae dicuntur *Orphei* v. 952, restituit Amicus meus eruditiss. *Adrian. Heringa.* Νήσασθαι sive νηήσασθαι est eximie in *cumulum congerere; congestum acervum diruere*, ἀπονήσασθαι· νεκρῶν ὁμοῦ ἐπ' ἀλλήλοις ξυννενημένων meminit *Thucyd.* p. 505, 5. σωροὺς νεκρῶν dabit *Xenophon.* p. 306, 36. *Eurip.* Phoen. v. 1202, Νεκροὶ δὲ νεκροῖς ἐξεσωρεύονθ' ὁμοῦ. *Lucretius* VI, 1261,

Confertos ita acervatim mors accumulabat.

Reliquiis e dramate Bellerophonte *Barnesius* versus aliquot adiecit, quos ego quidem illic mallem praetermissos. Indicare saltem debuerat, qua ratione motus Euripidea retulerit ad hoc drama, quae legerat apud *Strabon.* VIII, p. 582, in quibus basin anapaesticam efficere nequeunt Ἄκρον Κόρινθον· aut versum paroemiacum ista, Ἱερὸν ὄχθον πόλιν Ἀφρο-
B δίτας· *Euripides* forte dederat:

Ἥκω προλιποῦσα περίκλυστόν γ'
Ἀκροκόρινθον,
Ἱερὸν ὄχθον γ' Ἀφροδίτας.

Usitatum arcis Corinthiacae nomen ex Mediceo *Strabonis* Cod. nobis praebuit Clariss. *Abr. Gronov.* Animadv. p. 198. vocem πόλιν ut interpretamentum forte quis adscripserat: nam satis erat dixisse ἱερὸν ὄχθον, *sacrum collem Veneris:* arcem Athenarum ἐλαιοφόρον ὄχθον vocat in Herc. Fur. v. 1178; Ἀθάνας σκόπελον, Ione v. 1434, 1480. vid. *Pindar.* Nem. XI, 31. forte scripserat in Electra noster v. 1289, Χώρει πρὸς ὄχθον Κεκροπίας εὐδαίμονα· non οἶκον.

Ad Bellerophontem retulit etiam *Barnesius* duodecim senarios Lati-
C nos, quos tanquam ex *Euripidis* Bellerophonte dederat *P. Scriverius* in Tragic. Latin. Reliquiis p. 184, ex *Senecae* Epist. CXV. Sed de duodecim istis versibus quinque tantum huc referri debuerant postremi: hos enim ex Bellerophonte sumtos aliunde novimus: septem priores ex diversis videntur *Euripidis* et *Sophoclis* fabulis eum illic in finem a Philosopho collecti, ut nec *apud Tragicos* deesse monstraret, *qui lucro innocentiam, salutem, opinionem bonam* mutarent: ultimos tantum versus ex Bellerophonte petitos haec *Senecae* quoque monstrant: *cum hi novissimi versus in Tragoedia Euripidis pronuntiati essent: — dabat in illa fabula poenas Bellerophontes:* nec primi septem versus continui potuerunt in scena pronuntiari, sed sunt e diversis sedibus. Ne *Grotius* quidem hic satis attentus in Excerpt. ex *Eurip.* p. 379, ad primum ex versibus *Senecae*,

Sine me vocari pessimum, ut dives vocer.

hunc posuit Graecum: A

Ἔα με κερδαίνοντα κεκλῆσθαι κακόν.

Sed invenerat *Grotius* in Carminibus *Gregor. Nazianz.* [p. 210. B. T. II,] inter veterum dicta *τὰ μὴ καλὰ*, hos tres versus continuos, atque in una Tragoediae sede positos:

Ἔα με κερδαίνοντα κεκλῆσθαι κακόν·
Κρεῖσσον γὰρ, ἢ σέβοντα τοὺς θεῶν νόμους
Πένητα ναίειν, δόξαν ἠμπολημότα.

hos duo *Grotius* reliquit suo loco, quia *Senecae* Latinos omnes esse arbitrabatur ex Bellerophonte; secundus autem et tertius illic legebantur,

An dives, omnes quaerimus; nemo, an bonus:
Non quare, et unde; quid habeas, tantum rogant. B

Isti tres versus Graeci e quo dramate sint petiti prorsus latet; et ne quidem satis constat sintne *Euripidis* an *Sophoclis;* mihi tamen Euripidei videntur vel Ixionis aut alterius: ex huius Ixione similia quaedam dant *Stobaeus* p. 30, 8. et *Plutarch.* T. II, p. 18. E. 987. A. Nisi legum meminisset divinarum, sententia *Sophocli* non disconveniret, cuius ista velut dicta non optima dat *Athen.* III, 122. B. *τὰ μὲν Δίκαι' ἐπαίνει· τοῦ δε κερδαίνειν ἔχου·* hoc quoque: *μηδὲν εἶναι ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν.* Ex Aloidis et Creusa *Sophoclis* similia reperientur in *Stobaei* Florilegio *Grot.* p. 371, et 373.

Quod inter Bellerophontis reliquias ultimo loco posuit dramatis fragmentum *Barnes.* ad Phoenissas emendavi; paene ultimum, ex *Stobaeo Grot.* p. 441. *Gesn.* p. 565, 9, sic mihi videtur corrigendum:

Θνήσκοιμ' ἄν· οὐ γὰρ ἀξιῶ λεύσσειν φάος, C
Κακοὺς ὁρῶν πᾶσ' ἐκδίκως τιμωμένους.

vulgatur: *οὐ γὰρ ἄξιον λ. Φ.* et *Κακοὺς ὁρῶντας.*

Ipsius Bellerophontis, *Cui coelum campus fuerat*, *Manilio* v, 97, verba praebet *Scholiastes* in *Aristoph.* Vesp. v. 754. quibus ille videre desiderabat, *τίν' ἔχει στάσιν Εἰνοδία·* *quam sedem haberet Luna.* vulgatam vocem *ἐνοδίας* in *εὐοδίας* *Flor. Christianus*, *d'Orvillius* in *Charit.* p. 192, in

---

(1) *Οὐλύμπου*] Hanc in anapaestico versu formam fortasse non reiiceret Clar. *Toupius*, quam senarium Atticum *respuere* putabat in *Suid.* III, p. 155. tum forte non recordatus formarum

A in *εὐδίας* mutatam voluit: recte *Heathius* mecum restituit Hecates sive Lunae nomen Εἰνοδία· sic scriptum in *Eurip.* Ione v. 1048. *Orphei* Precibus ad Musaeum (v. 45) subiecto hymno in Hecaten, *Anthol.* I, c. 5, ep. 24. *Reisk.* Ep. 454. et in *Sophoclis* Ῥιζοτόμοις apud *Schol. Apollon. Rhod.* III, 1213; cuius dramatis istud fragmentum adponam paulo emendatius quam vulgatur in Scholiis, aut in Exc. *Grot.* p. 139, vel *Scaligeri* Conj. in *Varron.* p. 108,

Ἥλιε δέσποτα,
Καὶ πῦρ ἱερὸν, τῆς εἰνοδίας
Ἑκάτης ἔγχος, τὸ δι' (1) Οὐλύμπου
Πολλόν γε Φέρῃ, καὶ γῆς ναίουσ'
Ἱερὰς τριόδους, στεφανωσαμένη
Δρυσὶ, καὶ πλεκτοῖς
B *Ὠμῶν σπείρῃσι δρακόντων.*

vulgantur ultima, *πλείστοις ὤμῳ σπειρήμασι δρακ.* *Scaliger* dedit, *πλείσταις Ὠμῶν σπείραισι.* *πλεκτοῖς* ponatur an *πλεκταῖς* parum refert, sed alterutrum arbitror requiri: designatur eadem, ni fallor, in fragmento Argonauticorum *Varronis Atacini* (*Atacinus* pro *Acinius* recte correxit *Is. Voss.* in margine libri sui) apud *Nonium* in v. *Angues*,

Cuius ut adspexit torta caput angue revinctum.

versu 3 non ausim *ἔγχος* cum *Scaligero* in *φέγγος* mutare, quia novator est *Sophocles* etiam in voce *ἔγχος*, in qua vid. *Etymolog M.* p. 313, 3. In Ῥιζοτόμοις *Sophocles Medeam descripserat maleficas herbas secantem*, teste *Macrob.* Saturn. V, c. 19, ubi quae leguntur inde sumta, Αἴδε *καλύπτραι*, etc. sic commode restitui poterunt:

C *Αἵδε καλυπταὶ*
Κίσται ῥιζῶν κρύπτουσι τομὰς,
Ἃς ἥδε βοῶσ', ἀλαλαζομένη,
Γυμνὴ χαλκέοις ἤμα δρεπάνοις.
hae radicum
Cistae condunt segmina tectae,
Quae vociferans, nudaque oberrans
Haec desecuit falcibus aeneis.

ut

---

rum *μοῦνος· οὔνομα· γούνατα· δουρίληπτος·* et similium, quas Ionicas Attica scena vetus admisit.

ut eleganter expressit Graeca, ex patrueli mea natus, doctiss. *Joann.* A
Luzacius; hinc *Ovidii* Medea, quod *Micyllum* non latuit, *herbas — succidit curvamine falcis aënae*, Metam VII, 227. vulgantur ultima, Χαλκέοισιν ἤμα δρεπάνοις τομάς. haec vox e praecedentibus male fuerat repetita: βοῶσα forsan sequentis est interpretamentum: *operculis tectae cistae* dicuntur καλυπταὶ κίσται *Sophocli*; cuius in Antig. v. 1023, Μηροὶ καλυπτῆς ἐξέκειντο πιμελῆς.

Sophocleis succedant *Euripidis* aliquot anapaesti, hic emendatius scribendi quam leguntur alibi. De certamine, quo Hercules

Aeripidis quarto tulit aurea cornua cervi,

sic in Temenidis *Euripides* cecinit teste *Aeliano* de N. A. VII, c. 39,

Ἦλθε δ' ἐπὶ χρυσόκερων ἔλαφον,
Μεγάλων ἄθλων τινὰ δεινὸν ὑπο- B
Στὰς, κατ' ἐναύλους ὀρέων, ἀβάτους
Ἐπὶ λειμῶνας, ποίμνιά τ' ἄλση.

Versuum secundo ἵνα mutavi in τινὰ, quod, quamvis certamen ἆθλος diceretur ἀρσενικῶς, alia tamen voce magis accommoda libenter mutatum legerem: ultima vulgantur, ἐπί τε Λειμῶνας ποιμένιά τε ἄλση.

Ex *Euripidis* Erechtheo nobis anapaestos aliquot praebere videtur *Stobaeus* T. LIII, p. 367, 37, vitiose scriptos:

Ἀρκείτω μοι μίτον ἀμφιπλέκειν ἀράχνα,
Μετὰ δ' ἡσυχίας πολιῷ γήραϊ συνοικοίην etc.

Grotius, p. 211, *Salmasii* dedit coniecturam,

Ἄρκυϊ τώμῷ μίτον ἀμφιπλέκῃ ἀράχνα, C

non optimam, me iudice: nam *rete* dicitur ἄρκυς eximie venatoris, quocum nihil adeo commune fuit Erechtheo: quid huius personam deceret sensit *Grotius*, cuius ista sunt Latina:

Araneae circa meam decurrat orsus hastam.

Redeat in suum locum *hasta* Regis, dum vigebat iuventâ, bellatoris: scripserat Tragicus,

Κείσθω δόρυ μοι μίτον ἀμφιπλέκειν
Ἀράχναις.

Hasta mea inserviat araneis, quae circa illam texant telam; μίτον proprie, *pede quod gracili deducit aranea filum*, *Ovid.* Amor I, 14, 7. Quam propo-

A posui lectionem sic emendatam nuper mihi praebuit eamdem *Stobaei* Codex *Vossianus MS.* voce δόρυ hic auctior, et verbi ἀρκείτω literis postremis dans inscriptas, σθω. Illam iam ante inveneram in Nicia *Plutarchi* T. 1, p. 529. A. ἐπόθουν τὸν — ἀπόλεμον βίον, ἡδέως μὲν ᾄδοντων τὰ τοιαῦτα χορῶν ἀκούοντες, Κείσθω δόρυ μοι μίτον ἀμφιπλέκειν ἀράχναις. *Quiescat hasta aranei telis revincta*, *Xyland.* quae certe sunt eadem atque illa *Stobaei.* Pacis amatoris *Theocriti* votum idem est Eid. XVI, 96,

ἀράχνια δ' εἰς ὅπλ' ἀράχναι
Λεπτὰ διαστήσαιντο, βοᾶς δ' ἔτι μήδ' ὄνομ' εἴη.

huc spectat *Eustath.* in *Hom.* Od. Π, p. 593, 1. Et alia pacis sunt commoda secundum *Bacchyliden*,

Ἐν δὲ σιδαροδέτοισι πόρπαξιν αἰθᾶν ἀραχνᾶν
B Ἔργα πέλονται·

apud *Stobaeum* p. 367, 28. *Plutarch.* Numa T. 1, p. 73. c. (comparavit *P. Leopard.* Em. IV, c. 21,) ex quo ἀραχνᾶν ἔργα recepi, pro lectione *Stobaei* ἀραχνᾶν ἱστοί, quod legitur apud Interpretem *Jesaiae* LXI, 5. *telas araneorum*, et *operas araneorum* dixit *Plautus:* ἔργον ἀράχνα *Suidas* in v. Ἀράχνη profert ex *Callimacho;* genitivus est Doricus pro ἀράχνου· quod et monuit *Toupius* in *Suid.* III, p. 211. Ibidem praebet *Suidas* (adiiciamus enim ista, quae *Kustero* videbantur adeo obscura:) *Sophoclis* anapaesticum ex Inacho,

Πάντα δ' ἐρίθων ἀραχνᾶν βρίθει·

Omnia telam texentibus araneis sunt oppleta: habet et *Suidas* in esurientem *Cratini* senarium,

C Ἀραχνίων μεστὴν ἔχεις τὴν γαστέρα·

Ventrem habes aranearum plenum; qualis sacculus erat *Catulli;* ad quem *Cratini* versum comparavit *Janus Dousa* filius Coniectan. in *Catullum* c. 3. His *Cratini* subiiciuntur apud *Suidam* ista: Φερεκράτης Τυραννίδι· Ἀραχνεια ὥσπερ ταῖς σικυαῖσι ταῖς κεναῖς. excidit primum syllaba quae legitur infra v. Συκυαῖσι· Φερεκράτης Τυρ. Ἆρ' ἀράχνι' ὥσπερ ταῖς συκυαῖσι· Haec, in Editionibus frustra repetita, absunt a praestantissimo Codice *MS. Suidae* Leidensi, qui, suo loco in Ἀράχνη eadem exhibens veterum loca, in Pherecrateis praebet, ἆρ' ἀράχνια —. sed neque in *cucurbitulis* locus erat araneis aeque commodus ac in *panariis* inanibus, ταῖς ἀρτοθήκαις· litera tantum mutata corrigo,

Ἆρ' ἀράχνι' ὥσπερ ταῖς σιπυαῖσι ταῖς κεναῖς.

In *Aristoph.* Pluto, Ἡ μὲν σιπύη μεστή 'στι· v. 807. ἔστι δὲ [ἡ Σιπύη] πολ-

λάκις παρὰ τοῖς ἀρχαίοις Κωμικοῖς, *Harpocrat.* in v. In *Theophylacti* A *Simoc.* Epist. XXVI, [ἡ δὲ σιπύη κενὴ] καὶ ἡ ἅλως λιμοῦ μοι πεπλήρωται. voces uncinis inclusas, omissas in Edd. etiam in Aldina, praebuit Codex *MS.* olim Palatinus. *Themist.* Or. XVIII, p. 221. B. οὔκουν αἱ σιτοθῆκαι μεσταὶ εὐρῶτος καὶ ἀραχνίων, ἀλλ' ὑπερχειλεῖς καὶ ὑπέραντλοι. *Propertius* III, El. IV, 33,

Putris et in vacuo texetur aranea lecto:

sumsit ab *Homero* Od. Π, 35. ubi Ulyssis εὐνὴ — κάκ' ἀρχάνια κεῖται ἔχουσα. *Homerum* et *Hesiodum* E. κ. H. v. 473, sequuti sunt reliqui.

Sed *Euripidis* ex Erechtheo, quae praeter tractata plura praebet *Stobaeus*, ut diversi generis versus disposuit *Heathius*; mihi paucis mutatis in anapaesticorum legem omnia facile cogi posse videbantur. In specimen partem eorum ponam:

Ἄιδοιμι δὲ, καὶ, στεφάνοισι κάρα B
Πολιὸν στεφανώσας, Θρήϊκιον
Πέλταν πατρός γ' ἐν Ἀθάνας
Περὶ κίοσιν ἀγκρεμάσας, etc.

sequentia premere malo, ne nonnullos offendat licentia, quae iam nunc forte nimia videri poterit: ἀγκρεμάσας et Ἀθάνας in his subministravit *Stobaei* Codex *MS.* Ad columnam in Minervae templo suspendere desiderabat Erechtheus peltam Thracicam, quam a socio Tereo, Thracum Rege, pater eius acceperat Pandion: pro vulgatis Πέλταν πρὸς Ἀθηνᾶς, paulo, fateor, audacius scripsi, Πελταν πατρος γ' ἐν Ἀθάνας. Saepe tamen vox πατρὸς, ut a librariis compendifacta ponebatur, in praepositionem πρὸς fuit mutata; ni fallor, etiam in *Philostrati* Hercule Furente p. 848. m. ἱερεῖα δὲ προσέῤῥιπται τῷ βωμῷ βρέφη ἀγενῆ, καὶ τῇ λεοντῇ. προσβέ- C βληται etc. corrigendum arbitror: βρέφη νεογενῆ (hoc dedit et *J. Pierson* Verisim. p. 234) αὐτῇ λεοντῇ πατρός· βέβληται δ' ὁ μὲν κατὰ τοῦ λαιμοῦ etc. In *Demosthenis* Orat. πρὸς Εὐβουλίδην p. 713, 77, vulgatur ὁ πάππος ὁ τοῦ πατρὸς, sententia poscit, ut dicatur *avus paternus*, ὁ πάππος ὁ πρὸς πατρός· literae eaedem bis fuerant describendae.

Sed haec quaeque dari similia possent nihil ad *Euripidem* faciunt, eiusque Erechthea, in quo dramate nondum exputo qua occasione memorari potuerint et Μίασμα δρυὸς, illinc sumtum in Append. *Vatic.* II, Prov. 67, et Dodonaei sacerdotes: de his enim dixerat in Erechtheo quae cum Homericis comparat *Clem. Alex.* Strom. VI, p. 739, 17,

εὕδουσ' ἐν ἀστρώτῳ πέδῳ,
Πήγαισι [Σελλοὶ] δ' οὐχ ὑγραίνουσιν πόδας.

εἰ-

A attigit haec *Eustath.* in Il. Π, p. 1074, 41. vox versui deerat implendo: commodam, quam vicinae literae videntur absorpsisse, restitui, Σελλοὶ, nomen his sacerdotibus Dodonaei Iovis proprium: *Homer.* Il. II, 234, — ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται, ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι. *Sophocl.* Trach. v. 1183, Σελλῶν meminit ὀρείων καὶ χαμαικοιτῶν. Recte *Philostrat.* Iun. Icon. II, p. 859, ubi hos *Sellos* memorat ἀνιπτόποδας et χαμαιεύνας, αὐτοσχέδιοί τινές εἰσιν, inquit, καὶ οὕπω κατεσκευασμένοι τὸν βίον. *Callimacho* Γηλεχέες h. Deli vs. 286. haec enim forma melior altera Γηλογέες, quam praebet. *Etymol.* p. 230, 1. λέοντες ὀρειλεχέες χαμαιεῦναι sunt in *Empedoclis* versu ap. *Aelian.* de N. A. XII, c. 7, qui versus cum sequente ut *Orphei* prostat in Ed. Clar. *Gesneri* p. 411. Dodonaei isti Τόμουροι, quia *caudam* sibi *demetebant* sic, ni fallor, dicti, hac in parte paucos, sed millenos habuerunt in vita horrida atque inculta imitatores inter illos, qui ceteris hominibus meliores sanctioresque videri voluerunt: similia nar-
B rantur de Essenis inter Iudaeos, de Gymnosophistis in Aethiopia et in India, *Philoni Jud.* p. 1115. D. *Philostrato* V. A. III, c. 15. VI, c. 10, de monachis inter Christianos, quos inter hodiedum χαμαιευνάδες, οἰοχίτωνες, ut dicuntur *Gregorio Nazianz.* T. II, p. 318. B.

Ex *Euripidis* Eurystheo Satyrico quae proferuntur in Scholiis ad *Eurip.* Hecubam v. 837, sic videntur scribenda,

Οὐκ ἔστιν, ὦ γεραιὲ, μὴ δείσῃς τάδε·
Τὰ Δαιδάλεια πάντα κινεῖσθαι δόκει,
Βλέπειν τ' ἀγάλμαθ'· ὧδ' ἀνὴρ κεῖνος σοφός.

vulgatur illic, δοκεῖ, Βλέπει — ὅδ' ἀνὴρ, neque aliter ista leguntur in *Jo. Tzetzae* Chil. I, 518, qui scripserat v. 512,

C 'Ως Εὐριπίδης γράφει μὲν ἐν δράματι 'Εκάβης.

non ἐν γράμματι 'E. Euripidea *Tzetzes* male tribuit Comico *Platoni*: *Platonis* exhibet in eamdem rem ista *Scholiastes*,

A. Οὗτος, τίς εἶ; λέγε ταχὺ, τί σιγᾷς, οὐκ ἐρεῖς;
E. 'Ερμῆς ἔγωγε, Δαιδάλου φωνὴν ἔχων,
Ξύλινος βαδίζων, αὐτομάτως ἐλήλυθα.

In his *Euripidis* Eurystheo apud *Stobaeum* p. 531, 39, *Grot.* p. 409,

Οὐκ οἶδ' ὅτῳ χρὴ κανόνι τὰς βροτῶν τύχας
'Ορθῶς ἀθρήσαντ' εἰδέναι τὸ δραστέον,

docte *Jo. Piersonus* restituit,

'Ορθῶς σταθμήσαντ' εἰδέναι τ. δ.

 quid

quid posceret sententia *Grotium* non latuit: *Non video, qua sint lance* A *res mortalium Examinandae:* in *Euripidis* Cyclope v. 378, ubi socios dicitur Ulyssis devorasse:

> *Δισσούς γ' ἀθρήσας, κἀπιβαστάσας χεροῖν,*
> *Οἳ σαρκὸς εἶχον εὐτραφέστατον πάχος.*

ista *Piersonus* in schedis posuerat: „ *G. Canter.* N. L. 5. c. 29. legit, „ *Δισσούς γ' ἀθροίσας.* quod merito damnat *Barnes.* Lege,

> *Δισσοὺς σταθμήσας*

„ Hesychius: *Σταθμήσας, ἐν ζυγῷ στήσας.* Similiter in Eurystheo Satyr. „ fragm. Barn. ult. Lege, *'Ορθῶς σταθμήσαντ'* pro *ἀθρήσαντ'*. conf. fragm. „ Soph. ap. Athen. L. 13. p. 564. c. (Eurip.) Syleo v. 22. Valck. B „ ad Ammon. p. 190. *σταθμήσας* Eurip. Ion. v. 1137." In hoc Cy- „ clopis loco dudum idem illud restitueram ex *Hesychio:*

> *Δισσοὺς σταθμήσας κἀπιβαστάσας χεροῖν.*

Cum duo manibus sublatos velut in lance ponderasset: porcas emptori rusticus Megarensis commendat in *Aristoph.* Acharn. v. 766,

> *"Αντεινον, αἰ λῇς, ὡς παχεῖαι καὶ καλαί.*

id est *βαστάσας στάθμησον·* sive *διαστήκωσον.* In perdito dramate Comicus apud *Stobaeum* p. 268, 25, *ἰχθύδια* dixit *βεβασανισμένα 'Επ' ἰχθυοπώλου χειρί.* *Lucianus* T. II, 413, *τὸ βάρος (τοῦ ἐκπώματος) ἵστασαν αὐτοὶ διαβαστάσαντες.* hinc apud Atticos *Βαστάσαι*, *Suida* teste, significabat etiam *τὸ ψηλαφῆσαι, καὶ διαστηκῶσαι, καὶ διασκέψασθαι τῇ χειρὶ τὴν ὁλκήν.* conf. *Aristoph.* Thesm. v. 444, et *L. Kusterus.*

A

C A P U T XVII.

In Inonis Tragoediae reliquias.

Ad Inonis drama fragmenta quaedam referuntur. Ἰνοῦς ἄχη. Σπινθὴρ *figurate.* Λαμπτὴρ *servandum in Euripidis versu.* Σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν· *sententia plus semel adhibita Aeschylo et Euripidi. Sedes fragmentorum dramatis indicantur. Vinum aegritudinis remedium.* Ἄλυπον ἄνθος μανίας *profer-*
B *tur ex Sophoclis dramate Satyrico. Usitata consolatio, Non tibi hoc soli. Fragmenta dramatis cum historia collata. De iisdem diversa tradit in diversis Trag. Euripides.*

Ex *Euripidis* Inone septuaginta nobis versus servavit *Stobaeus:* quos ex *Grotii* Florilegio Stobaeano plures dedit *Barnesius*, ipsemet ex Ione fatetur petitos: unicum adiecit Stobaeanis ex *Pollucis* Onom. et in Addendis ex *Athenagora* duo versus, quos continuos ponere non debuerat, quique dubium *Sophoclis* sint an *Euripidis:* huic deberi puto quae dat *Plutarchus* T. II, p. 566. A. τῆς Οἰνοῦς [leg. Ἰνοῦς cum *Gatakero* A. M. P. c. XXX, p. 758,] ἐν τοῖς θεάτροις λεγούσης ἀκούομεν ἐφ' οἷς ἔδρασε μεταμελομένης,

> Φίλαι γυναῖκες, πῶς ἂν ἐξ ἀρχῆς δόμους
> B 'Αθάμαντος οἰκήσαιμι, τῶν πεπραγμένων
> Δράσασα μηδέν.

Quia verba sunt Inus, factorum poenitentia ductae, πῶς hic non adeo capiendum ἐρωτηματικῶς, sed εὐκτικῶς, pro ὡς, vel εἴθε, Euripideo more: πῶς ἂν οἰκήσαιμι· *utinam incolerem;* vid. *Eurip.* Hipp. v. 208, et illic notata.

In Scholiis ad *Pindari* Ἰσθμ. IV, 39, ut *Euripidis* ista prostant:

> Ἰδοῦσ' ἀδινοῦς συμφορὰν πολὺν χρόνον,
> Νῦν ὄμμ' ἐγείρει.

inter incertorum dramatum fragmenta posuit *Barnes.* v. 428,

> Ἰδοῦσα δεινὰς συμφορὰς

Ne litera quidem mutata scribendum: A

Ἰδοῦσα δ' Ἰνοῦς συμφορὰν —

qui sic corrigendum mecum vidit *Jo. Pierson* de Venere dictum suspicabatur:

At Venus immeritae neptis miserata labores

dicitur *Ovidio* Met. IV, 530. Ἰνοῦς ἄχη ex *Zenobio* IV, prov. 38, et aliunde sunt notissima: *Schol. Aristoph.* Vesp. v. 1404, παρὰ Εὐριπίδῃ γέγραπται ἡ Ἰνὼ κρεμαμένη καὶ ὠχρὰ ὑπὸ τῆς κακοπαθείας. Ista quidem suspicor esse ex *Euripidis* Inone, quo certe dramate repetita sunt in iisdem ad *Pindarum Scholiis* Πυθ. III, 66, sub *Euripidis* tantum nomine laudata: Μικροῦ γὰρ ἐκ λαμπτῆρος Ἰδαῖον σέλας Πρήσειαν ἄν τις. *Scaliger* in ora libri corrigebat:

Μικροῦ γὰρ ἐκ σπινθῆρος Ἰδαῖον λέπας B
Πρήσειεν ἄν τις.

Est illud quidem in hac sententia percommodum, probatum in Animadv. ad *Ammon.* p. 139. In *Aristoph.* Pace. v. 607, Pericles

ἐξέφλεξε τὴν πόλιν,
Ἐμβαλὼν σπινθῆρα μικρὸν Μεγαρικοῦ ψηφίσματος.

Philo Iudaeus de Migrat. Abrah. p. 407. A. σπινθὴρ καὶ ὁ βραχύτατος ἐντυφόμενος, ὅταν καταπνευσθεὶς ζωπυρηθῇ, μεγάλην ἐξάπτει πυράν. Nunc videtur vocem Tragicus adhibuisse λαμπτῆρος. Hos quatuor versus in Inone dedit *Barnesius* ex *Stobaeo Grot.* Tit. XLI. p. 159. (*Gesn.* p. 237, 33.)

Ἴστω δὲ μηδεὶς ταῦθ', ἃ σιγᾶσθαι χρεών· C
Μικροῦ γὰρ ἐκ λαμπτῆρος Ἰδαῖον λέπας
Πρήσειεν ἄν τις, κἂν πρὸς ἕν' εἴποις ποτὲ,
Πύθοιντ' ἂν ἀστοὶ πάντες, ἃ κρύπτειν χρεών.

In horum tertio πρὸς ἕνα legitur in Edd. *Gesn. Grotii*, nec non in *MS.* Cod. Leidensi: τοὺς ἕνα γ' εἴποις corrigit Clar. *Heath.* Emendetur versus ex *Plutarchi* T. II, p. 507. B.

καὶ πρὸς ἄνδρ' εἰπὼν ἕνα,
Πύθοιντ' ἂν ἀστοὶ πάντες, ἃ κρύπτειν χρεών.

Ad hos versus in isto dramate videtur Ino respondisse versibus a *Stobaeo* servatis p. 500, 29. *Grot.* p. 363. sic paulo melius scribendis, quam illic prostant, aut a *Barnesio* sunt vulgati v. 41,

Ἐπί-

A 'Επίσταμαι δὲ πάνθ' ὅσ' εὐγενῆ χρεὼν,
Σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν, ἵν' ἀσφαλὲς,
'Ορᾶν θ' ἃ δεῖ με, κοὐχ ὁρᾶν ἃ μὴ χρεὼν,
Γαστρὸς κρατεῖν τε· καὶ γὰρ ἐν κακοῖσιν ὢν
'Ελευθεροῖσιν ἐκπεπαίδευμαι τρόποις.

Sed si sunt ipsius Inonis verba, dicere debuisse videretur, καὶ γὰρ ἐν κακοῖσιν οὖσ' 'Ελ. neque sic elisa vocalis in fine senarii esset insolens: ὢν de femina poni potuit; ut de se Creusa θνητὸς ὢν ὑπερδράμω, *Eurip.* Ion. v. 973. Antigone *Sophoclis* v. 461, θνητὸν ὄντ' ὑπερδραμεῖν· quod posuit *Dawesius* Miscell. Crit. p. 317, multis labefactari potest, praeter ista quae dedit *B. Heath.* in *Eurip.* Med. v. 850. Haec quamvis ad tuendam vulgatam lectionem dici possint, plerisque tamen placituram opinor elegantem coniecturam *Jo. Luzacii*, legentis,

κἂν γὰρ ἐν κακοῖσιν ὦ.

Esse autem ista Inonis liquet ex his *Plutarchi* de Garrul. p. 506. c. ἡ δ' Εὐριπίδειος 'Ινὼ, παῤῥησίαν ἄγουσα περὶ αὑτῆς, εἰδέναι φησὶ

Σιγᾶν θ' ὅπη δεῖ, καὶ λέγειν ἵν' ἀσφαλές.

Eumdem versum, Σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ, etc. profert *Plutarch.* de Exilio p. 606. A. *Gellius* N. A. XIII, c. 18, comparat cum Aeschylo, ἐν τῷ Πυρφόρῳ Προμηθεῖ,

Σιγῶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγων τὰ καίρια.

Is versus si fuit in *Aeschyli* Prometheo Πυρκαεῖ, eamdem in quatuor
C dramatis *Aeschylus* adhibuit sententiam, Choeph. v. 580. Sept. c. Theb. v. 625. Eumen. v. 277. qui locus postremus sua scribenti, ni fallor, obversabatur *Euripidi*:

'Εγὼ, διδαχθεὶς ἐν κακοῖς, ἐπίσταμαι
Πολλοὺς καθαρμοὺς, καὶ λέγειν ὅπου δίκη,
Σιγᾶν θ' ὁμοίως.

Noster in Oreste v. 637,

ἔστι δ' οὗ σιγὴ λόγου
Κρείσσων γένοιτ' ἂν, ἔστι δ' οὗ σιγῆς λόγος.

conf. Iphig. in Aul. v. 924, 925. *Pindar.* Nem. v. 32. *Gataker.* A. M. P. c. x, p. 508. Dissert. de N. I. S. c. 25, p. 130. — Praeter ista duo dramatis fragmenta, lubet hic Inonis Euripideae reliquias Stobaea-

baea-

baeanas attingere reliquas, locis, ubi prostant designatis: sequar ordinem *Barnesii*: A

Vs. 1, 2, leguntur in *Stob. Gesn.* p. 52, 45. *Grot.* p. 27.

Vs. 3 — 6, Retulit ad duo loca diversa *Stobaeus* suorum Excerptorum Tit. x, et xciii. Leguntur in *Stob. Gesn.* p. 127, 36. *Grot.* p. 71. et p. 507, 20 (tanquam ex Ione) *Grot.* p. 377. Latina *Grotii* sunt utrobique diversa: priori loco legitur, *Βίᾳ νῦν ἕλκετ'; ὦ* — altero, *Καὶ νῦν ἐφέλκετ', ὦ κακοὶ, τιμὰς, βροτοί.*

Vs. 7 — 13, Insignem de invidia locum, quem praebet *Stobaeus* p. 222, 20. *Grot.* p. 149, respicit *Aelianus* de N. A. iii, c. 17, *Λέγει μὲν οὖν Εὐριπίδης δυσώνυμον ὄντα τὸν φθόνον.* — versus 9, *Ποῦ καὶ πότ' οἰκεῖ* sic mihi videtur refingendus:

Τί δή ποτ' οἰκεῖ σώματος λαχὼν μέρος;

versu 11 emendandum videri, B

Τομαῖς ἀφαιρεῖν, ἢ ποτοῖσι φαρμάκοις·

monitum fuit ad *Eurip.* Hippol. v. 516.

Vs. 14 — 17, Sedes iam ante fuit indicata.

Vs. 18 — 25, Nulla parte vitiati scribuntur in *Stobaeo Grot.* p. 281, *Gesn.* p. 420, 32. Nam v. 21, me iudice non est cum viro doctissimo vox *ἂν* interserenda: *ὡς* aeque ac *ἵνα*, iungi solet temporibus verborum praeteritis imperfectis.

Vs. 26 — 30, Sunt in *Stobaeo Gesneri* p. 432, 32, rectius scripti, quam in *Stob. Grot.* p. 309. illic enim reperitur, quod reponendum scribit *Heathius* v. 27.

Vs. 31 — 33, sic leguntur in *Stobaeo Grot.* p. 349. una litera minus in Ed. *Gesn.* 381, 31,

Τοιάνδε χρὴ γυναικὶ πρόσπολον ἐᾷν· C

μ' ἐᾷν Grotius edidit; *γ' ἐᾷν*, *Heathius*, qui recte corrigit v. 33, — *κεὶ κατ' ὀφθαλμοὺς ἔχει.* sed, v. 31, scribi malim, *πρόσπολόν σ' ἐᾷν.* fortasse *περᾷν* probabit, memor versus *Eurip.* in Hippol. 645,

Χρῆν δ' εἰς γυναῖκα πρόσπολον μὲν οὐ περᾷν.

Vs. 34, 35, *Stob. Gesn.* p. 493, 15. *Grot.* p. 353.

Vs. 36, 37, *Gesnero* uno ductu posita p. 498, 19, recte *Grotius* separavit p. 361; neque enim iambicos tetrametros admisit Tragoedia.

Vs. 38 — 40, ibidem leguntur.

Vs. 41 — 45, Sedes supra fuit designata.

Vs. 46 — 49, Leguntur in *Stob. Gesn.* p. 511, 51. hic prout a *Grotio* sunt interpolati; qui v. 47 pro, *τοὔνεχ' ὃν σέβειν πρέπει*, posuit, minus

A nus Graeca, *οὕνεκ' εὐσεβεῖ πρέπει.* vs. 48, 49, pro, *Μήδ' ὡς — ἀπώλεσεν*, Μὴ, *ὡς — ἀπωλέσῃς·* utrumque vitiosum: mihi, v. 47, visum fuit olim scribi commode posse, *τοὔνδικον σέβειν πρέπει.* Nunc, commodum ab *Heathio* monitus, in *Stobaeo Grotii* Tit. IX hunc versum aliter scriptum legi p. 55, (*Gesn.* p. 99, 51,) his inter se collatis versus *Euripidis* sic restituendos arbitror:

> *Κέκτησο δ' ὀρθῶς, ἃ ἂν ἔχῃς, ἄνευ ψόγου,*
> *Καὶ σμικρὰ σώζου, τῇ δίκῃ ξυνὼν ἀεί*
> *Μήδ', ὡς κακὸς ναύκληρος, εὖ πράξας ποτὲ,*
> *Ζητῶν τὰ πλείον', εἶτα πάντα γ' ἀπολέσῃς.*

Vs. 50 — 54, Ut *Euripidis* leguntur in *Stobaeo Gesn.* p. 559, 50, *Grot.* T. CV, p. 430. emendavit, atque ex *Philostrati* V. A. VII, c. 5, ostendit ex Inone petitos *Gatakerus* A. M. P. c. XI. In notis ad
B *Eurip.* Phoeniss. v. 561, suspicatus sum hos quatuor olim hoc in loco dramatis lectos:

> *Ὁ δ' ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος.*
> *Ὁρᾷς τυράννους διὰ μακρῶν ηὐξημένους*
> *Ὡς σμικρὰ τὰ σφάλλοντα· καὶ μί' ἡμέρα*
> *Τὸν μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὸν δ' ἦρ' ἄνω.*

si iusta suspicio, huic versui subiecti apud *Stobaeum* oportet ex alio fuerint loco petiti:

> *Ὑπόπτερος δ' ὁ πλοῦτος, οἷς γὰρ ἦν ποτε,*
> *Ἐξ ἐλπίδων πίπτοντας ὑπτίους ὁρῶ.*

Versu 52, *ὑψόθεν, τὸν δ' ἦρ' ἄνω*, recte emendarunt *Th. Canter.* et *Grotius*, ut legitur apud *Plutarch.* T. II, p. 104. A. et in loco quem ex *Joannis Lydi* libello de mensibus inedito citat *Leo Allatius* in *Socrat.* Epist p. 148, *ἐν μιᾷ γαρ*, (L. *μιᾷ γὰρ*,) *ὡς ἔφη τις, ἡμερᾳ* (*ρᾳ*) *Τὸν μὲν καθειλεν ὑψόθεν, τὸν δ' ἦρ' ἄνω.*

Vs. 55 — 59, His usus sum Diatribes c. II.

Vs. 60 — 62, Sunt e *Stob. Grot.* p. 461. *Gesn.* 580, 4, 6.

Vs. 63, 64, *Stob. Gesn.* p. 582, 28. *Grot.* p. 467. Pro Μὴ *Barnes.* posuit:

> *Μηδὲ σκυθρωπὸς ἴσθ' ἄγαν, πρὸς τοὺς κακῶς*
> *Πράσσοντας ἄνθρωπος γεγώς.*

Aliter ista collocari debuerant:

> *μὴ σκυθρωπὸς ἴσθ' ἄγαν*
> *Πρὸς τοὺς κακῶς πράσσοντας ἄνθρωπος γεγώς.*

Vs. 65, 66, Velut ex Inone leguntur in *Stobaeo Grot.* p. 468; ex A
Oeneo in *Stob. Gesn.* p. 583, 28. Alibi prostant ut ex *Euripidis* Antiope sumti.

Vs. 67, 68, 69, In *Grot.* Florileg. p. 468, leguntur ut ex Inone; in *Stobaeo Gesn.* p. 583, 30, recte velut ex Ione; et *Grotius* in Excerptis ex *Eurip.* p. 332, erratum suum correxit: sunt autem in Ione vss. 730, 731, 732, quod monuit et *Heathius*: sed, pro versu vulgato 731,

Ἃ μὴ γένοιτο δ' εἴτι τυγχάνοι κακὸν,

hunc praebet *Stobaeus*,

Εἰ δ' ἄρα συμβαίνοι τὶ δυσχερέστερον.

et in v. 732, vulgato εἰσβλέψαι melius ἐμβλέψαι,

Εἰς ὄμματ' εὔνου φωτὸς ἐμβλέψαι γλυκύ. B

quod *Plutarchus* adfirmat, bis minimum hoc usus senario T. II, p. 49. F. p. 69. A. qui hac voce vitiata legitur in *Schol.* ad *Pindari* Nem. VIII, 73.

Vs. 70 — Οὐκ ἔστι λύπης etc. — 74, Leguntur ibidem apud *Stobaeum*; nec tamen indicatur, ex Inone petitos. Sed in his:

Ὅς τις δὲ ταύτῃ τῇ νόσῳ (id est τῇ λύπῃ) ξυνὼν ἀνὴρ
Μόνος ταράσσει καὶ γαληνίζει φρένα,
Παραυτὰ δ' ἡσθεὶς ὕστερον στένει διπλᾶ.

vitium latet: cur enim diceretur quis *illo solus aegrotans malo*, sive *solus turbare mentem turbatamque sedare*, causa nulla poterit excogitari: *Gesneri* nobis coniecturam exhibuit *Grotius* pro vulgata lectione, μεθ' ἧς ταράσσει, — sic facile corrigenda:

Ὅς τις
Μέθῃ ταράσσει καὶ γαληνίζει φρένα,
Παραυτίχ' ἡσθεὶς ὕστερον στένει διπλᾶ.

Μέθῃ dubio vacat, *ebrietate*, sive *vino*: *vino madidus*, Μέθῃ δὲ βρεχθεὶς τῆς ἐμῆς μητρὸς πόσις, *Eurip.* Elec. v. 326. quae cur figurato sensu caret *M. A. Muretus* V. L. V, 16, causae nihil erat: *Soph.* Oed. Tyr. v. 789, ὑπερπλησθεὶς μέθης, *vino plenus*; qui τὸ μεθύειν quoque dixit πημονῆς λυτήριον, teste *Athen.* II, p. 40. A. quin *Euripides* etiam Τὴν παυσίλυπον ἄμπελον in Bacch. v. 771, et hunc imitatus *Astydamas* Tragicus τὸν ἀκεσφόρον λύπης — ἄμπελον, ibid. apud *Athen.* p. 40. B. *Varro* apud *Nonium* in *Coagulum* p. 28,

Vi-

A *Vino nihil iucundius quisquam bibit;*
Hoc aegritudinem ad medendam invenerunt.

Propius ad priora *Dion. Chrys.* Or. VI, p. 93 C. νήφοντα ἐπιθυμεῖν μέθης, ὡς ἀπαλλαγησόμενον τῶν συμφορῶν. Praeter ceteras, egregiam ex Lexico Sangerm. *MS.* quam ex *Phrynichi Sophistico Apparatu* putat haustam, hanc observationem debeo Clar. *Ruhnkenio:* Ἄλυτον ἄνθος ἀνίας εἰ θέλοις εἰπεῖν ἐπί τινος πράγματος ὃ λύπης ἀπαλλάττει, οὕτως ἂν χρήσαιο ὡς Σοφοκλῆς ἐν τῷ Διονυσιακῷ Σατυρικῷ ἐπὶ οἴνου πρῶτον γευσαμένῳ τὸν (L. — νων τῶν, *R.*) κατὰ τὸν χορὸν Σατύρων· Πόθεν ποτὲ ἄλυπον ὧδε εὗρον ἄνθος ἀνίας. In his *Sophocleis* aptius mihi videretur ἄλυτον ἄνθος μανίας· in Trachiniis contra, v. 1017, quo vulgatur ἀκήλητον Μανίας ἄνθος, accommodatius futurum Ἀνίας ἄνθος, *insanabilem vim doloris. Apollonii* dictum, τῆς ὀξυθυμίας τὸ ἄνθος μανία, legitur apud *Stobaeum* p. 173, 49. Quam
B vero Grammaticus laudat fabulam Satyricam *Sophoclis* nusquam alibi memoratam invenimus *Casaubonus* aut ego, nisi ubi *Hesychio* Θωχθεὶς explicatur μεθυσθείς. In tertium versum de tribus istis supra positis, pro Παρ' αὐτὰ δ' ἡσθεὶς, recepi *Gesneri* coniecturam, Παραυτίχ' ἡσθεὶς, tum quia τῷ δὲ hic locus non erat, tum quia Παραυτίκα legebatur et apud Tragicos, *Aesch.* Suppl. v. 774, *Eurip.* Or. v. 970. et apud quosvis Scriptores Atticos; (*Wetsten.* vid. in *Pauli* Epist. II, ad Cor. IV, 17.) non item Παραυτὰ, in Epistolis *Socraticis*, *Ignatii*, apud *Gregor. Nazianzen.* similesque obvium.

Vs. 75, 76, In *Stobaeo Gesn.* p. 615, 40, *Grot.* p. 507, ad flebilem Inonem probabiliter a mulierum choro (Φίλαι γυναῖκες dicuntur apud *Plutarch.* T. II, p. 566. A. ut Helenae v. 262, Hippol. v. 373, Med. v. 214,) dicti, consuetam praebent consolationis formulam:

C Γίγνωσκε τἀνθρώπεια· μηδ' ὑπερμέτρως
Ἄλγει· κακοῖς γὰρ οὐ σὺ πρόσκεισαι μόνη.

Cicero Tuscul. III, c. 33, *consolatio — usitata — saepe prodest: Non tibi hoc soli: Sophocles* Elec. v. 154, Οὔτοι σοὶ μούνᾳ, τέκνον, Ἄχος ἐφάνη βροτῶν. hic semel, saepius *Euripides* usus est hac ratione: Hippol. v. 834, Οὔ σοι τάδ' ὦ ναξ ἦλθε δὴ μόνῳ κακά. Alc. 892, 932. Androm. v. 1041. In Med. v. 1017,

Οὔτοι μόνη σὺ σῶν ἀπεζύγης τέκνων·
Κούφως φέρειν χρὴ, θνητὸν ὄντα, συμφοράς.

horum recordatus, qui *Phalaridis* nomine scripsit Epistolas, Epist. 144, f. οὐ, (L. ὅτι σὺ,) μὰ τὸν Δία, μόνον σὺ τοιαύτης ἀπεσφάλης γυναικὸς, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐκείνη τοιούτου ἐστερήθη ἀνδρός. ἐπεὶ τοίνυν οὔτε πρῶτος, οὔτε μόνος τοιαύτῃ ἐχρήσω συμφορᾷ, λογίζου τὰ ἀνθρώπινα πράως φέρειν. Qui sequuntur

tur in Editione *Barnesii*, p. 473, versus sunt ex Ionis dramate, praeter hunc unicum, apud *Pollucem* repertum VII, 178,

Κοίλοις ἐν ἄντροις ἄλυχνος, ὥσπερ θὴρ, μόνος.

quae forsan in Athamanta dici potuerunt: *Hyginus* in argumento dramatis Euripidei f. IV, *Athamas in venatione per insaniam Learchum maiorem filium suum interfecit: at Ino cum minore filio suo Melicerta in mare se deiecit, et Dea est facta.* De matre et filio, divinos honores adeptis, *Euripidis* ex Inone versus, vel *Sophoclis*, praebet *Athenagoras* Legat. pro Christ. c. XXVI, καὶ Ἰνὼ μετὰ τὴν μανίαν — θεὸν δοξάζουσι γεγονέναι,

Πόντου πλάνητες Λευκοθέαν ἐπώνυμον.

καὶ τὸν παῖδα αὐτῆς,

Σεμνὸς Παλαίμων ναυτίλοις κεκλήσεται. B

Ubi *Comicus* Inonis meminit Euripideae Vesp. v. 1405, *Scholiastes*, ex mente forsan *Euripidis* in Inone, Ἰνὼ, inquit, κατὰ χόλον Ἥρας μανεῖσα, ἔρριψεν αὐτὴν εἰς τὴν θάλασσαν, ἅμα τῷ υἱῷ αὐτῆς Μελικέρτῃ. verum tamen, quod addit *Scholiastes*: Εὐριπίδης δ' ἐν Μηδείᾳ φησὶν αὐτόχειρα τῶν δύο παίδων γενομένην, Λεάρχου καὶ Μελικέρτου, αὐτὴν ὕστερον εἰς θάλασσαν ῥίψαι. quae leguntur eadem in Scholiis ad *Euripidis* Medeam v. 1284; locum adscribam *Euripidis*, ut leguntur in Cod. Flor. *MS.*

Μίαν δὴ κλύω, μίαν τῶν πάρος
Γυναικῶν ἐν φίλοις χεῖρα βαλεῖν τέκνοις,
Ἰνὼ μανεῖσαν ἐκ θεῶν, ὅθ' ἡ Διὸς
Δάμαρ νιν ἐξέπεμψε δωμάτων ἄλῃ.

et paulo post: C

Δυοῖν δὲ παίδοιν ξυνθανοῦσ' ἀπόλλυται.

In diversis Tragoediis aliquoties *Euripides* diversos auctores fuit in fabulis narrandis sequutus; quod eo dico, ne quis hoc etiam utatur argumento in dramate Medeae *Euripidi* abiudicando, quod antiqui Scriptores gravissimi nostro Tragico tribuerunt, quodque illi omnino tribuendum censeo.

A

CAPUT XVIII.

In duorum dramatum fragmenta.

Ex Cresphonte versus aliquot apud Strabonem. Meropes dicta, quae Cresphontis fuit uxor; ut Atrei, Aërope. Theodorus, Poëta dictus Aeliano, actor fuit Tragicus. Regis partes tributae tertiarum actoribus. Demosthenis et Ciceronis explanantur loca leni mutatione. Ad illa Tragicae Meropes, verba Polyphontis. Duo fragm. dramatis Melanippes, quam
B *coelesti pondere Neptunus implevit. Plebis utilis opinio, de rebus humanis in Iovis tabulas relatis, a sapiente Melanippe reiecta. Ciceronis de Furiis sententia egregia. Secundum Eurip. rebus aderat humanis divina Iustitia tacita spectatrix, et tarda quidem, certa tamen scelerum vindex. Stricto iuri sapientibus prudens lenitas interdum videbatur anteponenda. De voce αὐθέντης disputatio satis verbosa, in qua de XXX Tyrannis Athen. nonnulla, tum de Socrate a iudicibus ut sicariis interfecto. Observatio de Euripidis Palamede, sub cuius persona Socrates adumbratus.*

In Cresphonte locum videbuntur invenisse tredecim *Euripidis* versus, quos
C nobis *Strabo* servavit VIII, p. 563, si praeter alia quis contulerit *Pau. m.* IV, p. 285, et haec ex *Ennii* Cresphonte apud *Nonium: An inter se sortiunt urbem atque agros?* — In hoc *Euripidis* dramate, Meropes, quam Cresphontes habuit uxorem infortunatissimam, dicta nonnulla *Plutarchus* custodivit, partim bis posita *Barnesio*; nam, quos iam ante dederat, versus infra reposuit p. 529. omisit illuc sine controversia referendum fragmentum, quod praebet *Plutarchus* T. II, p. 998. E. σκόπει καὶ τὴν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ Μερόπην, ἐπὶ τὸν υἱὸν αὐτὸν, ὡς Φονέα τοῦ υἱοῦ πέλεκυν ἀραμένην, καὶ λέγουσαν, Ὠνητέραν, [leg. e *MSS.*

> Ὁσιωτέραν] δὴ τήνδ' ἐγὼ δίδωμί σοι
> Πληγήν·

ὅσον ἐν τῷ θεάτρῳ κίνημα ποιεῖ. Quem inscia mater parum aberat quin interfecisset, suum esse filium agnovit: *Aristoteles* de Poët. c. XIV,

 is

ἐν τῷ Κρεσφόντι ἡ Μερόπη μέλλει τὸν υἱὸν ἀποκτείνειν, ἀποκτείνει δὲ οὔ, ἀλλ' ἀνεγνώρισεν. *Aëropen* Cressam, Atrei uxorem, in scenam produxit *Euripides* in Cressis; in Cresphonte *Meropen*, infortunia sua lamentantem: huius personam sic egisse suspicor coram Alexandro Pheraeo Theodorum actorem Tragicum, ut tyranno lacrymas expresserit: *Aelianus* V. H. xiv, c. 40, *Θεοδώρου τοῦ τῆς τραγῳδίας ποιητοῦ ὑποκρινομένου τὴν Ἀερόπην* (scribendum puto *τὴν Μερόπην*) *σφόδρα ἐμπαθῶς, ὅδε εἰς δάκρυα ἐξέπεσεν.* Quae nonnunquam alios, et virum egregium *J. A. Fabricium* in Bibl. Gr. decepit *Aelianum*, opinor, adpellatio *τραγῳδοὶ*, saepe huic actóri nobilissimo data, qua Tragicum credidit Poëtam designatum: hic vero *τραγῳδοποιὸς* dicebatur. Ut histriones Comici *Κωμῳδοὶ*, *Τραγῳδοὶ* veteribus erant *actores Tragici*; recentiores et *Aelianus* ipsos Poëtas sic dicere non dubitarunt. A

Inter actores Tragicos nobilissimos Theodorum recensens *Plutarchus* T. II, p. 348. E. saepius illius meminit, etiam in *Πολιτικοῖς παραγγέλμασι*, p. 816. F. his notatu dignissimis: *τὸν μὲν ἐν τραγῳδίᾳ πρωταγωνιστὴν, Θεόδωρον ἢ Πῶλον ὄντα, μισθωτῷ, τῷ τὰ τρίτα λέγοντι, πολλάκις ἕπεσθαι καὶ προσδιαλέγεσθαι ταπεινῶς, ἂν ἐκεῖνος ἔχῃ τὸ διάδημα καὶ τὸ σκῆπτρον.* respicit ibi *Plutarch.* locum *Demosth.* de Falsa Legat. p. 253, §. 445. nec *Valesio* neque *Tayloro* satis, opinor, intellectum: *ἐν πᾶσι δράμασι τοῖς τραγικοῖς ἐξαίρετόν ἐστιν ὥσπερ γέρας τι τοῖς τριταγωνισταῖς, τὸ τοὺς τυράννους καὶ τοὺς τὰ σκῆπτρα ἔχοντας εἰσιέναι.* corrigatur, *τὸ τούτους* (nempe *τοὺς τριταγωνιστὰς*) *τυράννους καὶ τὰ σκῆπτρα ἔχοντας εἰσιέναι.* conf. *Plutarch.* Lysandro p. 446. D. Cur autem partes Regis in Tragoediis datae fuerint tertiarum partium actoribus tradit in *Scholiis* ad h. l. *Demosthenis* *ὁ τὰς θεατρικὰς ἱστορίας συγγράψας*· fuit is, ni fallor, *Asclepiades* in Tragodumenis. His commode succedent ista *Ciceronis* Divinatione in Q. Caecil. Orat. I, 1, p. 325, *Ut in actoribus Graecis fieri videmus, saepe illum, qui est secundarum aut tertiarum partium, quum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, multum submittere, ut ille princeps quam maxime excellat.* In his *actores Graeci* iam displicuisse videntur *Asconio*; scripsisse suspicor *Ciceronem*: *Ut in actoribus Tragicis fieri videmus*, — nam Graeci fuerint actores an Latini, nihil ad rem faciebat determinasse: Latine loquentes videbant audiebantque Romani; et hos potius intellexisse *Cicero* videbitur legenti Tuscul. 1, c. 44, de Off. 1, c. 31. Orator. c. 31. Tragicos actores designari non Comicos monstrant et verba *Demosthenis*, *Plutarchi*, et ipsius *Ciceronis*, non vitae quotidianae speculo, sed Tragoediae congrua magnificentiae. Utrumque locum praeter alia *H. Valesius* adhibuit in Notas *Mauss.* ad *Harpocr.* p. 293, 294. conf. *J. F. Gronovii* Observ. in Script. Eccles. c. 25, p. 285. et *Jo. Taylor* in *Demosth.* T. II, p. 354

(Margin letters: B beside "II, p. 348. E. … p."; C beside "qui est secundarum … clarius".)

Nisi nobis in hoc scribendi genere liberrimo emansoribus esse lice-

A ceret, ista nimium abire faterer ab *Euripidis* in Cresphonte Merope, cuius ad Polyphontem dictum, Criticis antiquis vexatum, egregie tuetur *A. Gellius* N. A. VII, c. 3,

> Εἰ γάρ σ' ἔμελλεν, ὡς σὺ φῄς, κτείνειν πόσις,
> Χρῆν καὶ σὲ μέλλειν, ἕως χρόνος δῆθεν παρῆν.

Duas literas adieci vulgatis Χρὴ — et ὡς· posuique Χρῆν, et ἕως, hoc tamen in unam syllabam contrahendum pronuncianti: *tu quoque tamdiu cessare debueras a caede, usque dum tempus scilicet illud adesset*; quo frater, quod fingis, consilium exsequi aggrederetur: miror, quae de Graecis, ὡς χρόνος δῆθεν παρῆν, Latina fecit vir Clar. *cum occasio non esset omnino tibi defutura.*

Eiusdem Meropes ad patrem Cypselum argumentationem ex *Ennii* nobis Cresphonte, probabiliter Euripideo, dedit *Auctor* Rhetoricorum ad
B Herenn. II, c. 24,

> *Iniuria abs te afficior indigna, pater;*
> *Nam, si improbum Cresphontem existimaveras,*
> *Cur me huic locabas nuptiis? sin est probus,*
> *Cur talem invitum invitam cogis linquere?*

Supersunt, praeter ceteros, quinque versus *Ennii*, quibus quatuor Euripideos, verbum de verbo propemodum, expressit. — Fratris viduae scelus suum excusantis Polyphontis, ut suspicor, verba sunt, quae nobis e Cresphonte dedit *Schol.* in *Eurip.* Med v. 85,

> Ἐκεῖνο γὰρ πέπονθ', ὅπερ πάντες βροτοί,
> Φιλῶν μάλιστ' ἐμαυτὸν οὐκ αἰσχύνομαι.

C quam sententiam *Victorius* attigit V. L. XIV, c. 6, cum similibus dictis comparavit *Gataker.* in *M. Antonin.* XII, 4.

Duo tantum attingam e fragmentis dramatis Melanippes: hoc, *Grotium* sequutus, ordine tertium posuit *Barnesius:*

> εἰ δὲ παρθένος
> Φθαρεῖσά γ' ἐξέθηκέ τις τὰ παιδία,

petitum ex *Dionys. Halic.* Arte Rhetor. p. 103. illic *Dionysio*, vel cuicunque demum, scripta comparanti ad p. 185, mihi videtur ad patrem Tragica dixisse Melanippe:

> εἰ δὲ παρθένος
> Φθαρεῖσά γ' ἐξέθηκεν εἰς βουφόρβια,
> Φοβουμένη τὸν πατέρα, σὺ δράσεις φόνον;

his

his scriptis Clar. *Toupium* vidi Emend. in *Suid.* III, p. 21, Euripidea paulo aliter constituisse. A

Quos ex Neptuno conceperat infantes inter armenta posuerat Melanippe; inter vaccas repertos stulte pater puellae Desmontes monstra credidit: mortem filiorum ut averteret, ista patri dixit Melanippe. *Dionysius* p. 85, 25, ὁ (σχηματισμὸς) τῆς Μελανίππης, τίς (legerim, ὅτι τὶς) τὰ παιδία ἐξέθηκεν εἰς τὰ τοῦ πατρὸς βουφόρβια. p. 103, 6, ἡ δὲ Μελανίππη ἐπαιδεύθη μὲν ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος· γέγονε δὲ ταύτῃ παιδία· ἐξέθηκε δὲ αὐτὰ εἰς τὰ τοῦ πατρὸς βουφόρβια· etc. vitiosum est ἐπαιδεύθη· non longe recedit ἐπλήσθη μὲν ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος. Ingeniosa est doctissimi *Toupii* coniectura III, p. 20, qua legit ἐπαιδώθη· meo tamen iudicio ne *Callimacheum* quidem παιδοῦσα, tanquam insolens, adhibuisset *Dionysius*; ut ille, βουφόρβια, vocem servavit *Euripidis*, sic et πλησθῆναι hac in re suspicor adhibitum Tragico de Neptuno, qui puellam vitiatam impleverit κύματος θεοσπόρου. cuius γέμουσαν, ἐκ Ποσειδῶνος δηλαδή, teste *Eustathio* ad B Od. I, p. 371, 46, dixerat Alopen *Euripides* in Cercyone:

Coelesti tumidus pondere venter erat,

Ovid. Fast. III, 42. Eiusdem Alopes Euripideae, a Neptuno, postquam Deus libidinem expleverat, se neglectam questae haec nobis verba servavit in Od. Φ, p. 749, 6, simplicitate sua pervenusta.

> Πλήσας δὲ νηδὺν οὐδ' ὄναρ κατ' εὐφρόνην
> Φίλοις ἔδειξεν αὐτόν.

Sunt etiam voces Euripideae βουφορβὸς, βουφορβεῖν, βουφόρβια, in Iph. in Taur. v. 237, Alc. v. 8, v. 1031.

Alterum dramatis Melanippes fragmentum generis est diversissimi; quo sapientiae civibus non valde fructuosae specimen praebuit *Euripides*. Atticam quoque plebem utilis ista continebat superstitio, qua credebant inter homines oculis humanis non spectabiles versari rerum laudabilium inspectores, scelerumque spectatrices et vindices, qui quaeve bonorum malorumque nomina referrent ad suum Imperatorem Iovem, suis quaeque tabulis inscribenda. Qui Prologum agit in *Plauti* Rudente Arcturus v. 13, C

> *Qui falsas lites falsis testimoniis*
> *Petunt; quique in iure abiurant pecuniam;*
> *Eorum referimus nomina exscripta ad Iovem.*

v. 21,

> *Bonos in aliis tabulis exscriptos habet.*

Dum nomina factaque hominum in tabulas inscribi curabat Iupiter, di-

A dicitur illa *ἀπογράφεσθαι.* vid. in *Herodotum* a me notata P. 400, et a Clar. *Jo. Aug. Ernesto* in *Callim.* h. Cerer. v. 47. Sed Pater optimus Max. tardus ad vindictam, non nisi sceleribus conduplicatis, tabulas illas suas pelliceas evolvebat: hac mente suspicor *Aeschylum*, aliumve Tragicum veterem scripsisse senarium, qui vim obtinuit proverbii,

Ὁ Ζεὺς κατεῖδε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρας·

postea pellibus pugillares et libros substituerunt: de teste veraci proverbium habet *Lucianus* de Merc. Cond. T. 1, p. 667, *ἐκ τῶν Διος δέλτων ὁ μάρτυς.* Hoc velut populare figmentum *Euripidis* Philosopha reiecit Melanippe in *Stobaei* Excerptis de Rer. Nat. *Grot.* p. 121,

Δοκεῖτε, πηδᾶν τἀδικήματ' εἰς θεοὺς
B Πτεροῖσι, κἄπειτ' ἐν Διὸς δέλτων πτυχαῖς
Γράφειν τιν' αὐτὰ, Ζῆνα δ', εἰσορῶντά νιν,
Θνητοῖς δικάζειν;

quae proxima sequuntur,

οὐδ' ἅπας ἂν οὐρανὸς,
Διὸς γράφοντος τὰς βροτῶν ἁμαρτίας,
Ἐξαρκέσειεν·

comparari possunt cum his apud Auctorem Philopatridis (*Lucian.* T. III) p. 603, v. 38, *πολλούς γε γραφέας φῂς ἐν τῷ οὐρανῷ, ὡς ἅπαντα ἀπογράφεσθαι.* dixerat ibidem Triephon p. 599, *ἔστιν ἐν οὐρανῷ βλέπων δικαίους τε κἀδίκους, καὶ ἐν βίβλοις τὰς πράξεις ἀπογραφόμενος.* haec quem in finem scripta sint neminem latet. Nec tamen impias opiniones in vulgus serere voluit *Euripides*; sed qua mente sapienter et animose *Cicero* scripsit Orat. in L.
C Pison. c. 20, *Nolite — putare, — ut in scena videtis, homines consceleratos impulsu Deorum terreri Furiarum taedis ardentibus: sua quemque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat: hae sunt impiorum furiae, hae flammae, hae faces.* horum, ut opinor, recordatus *Quinctilian.* Declam. CCCXIV, p. 623, non tamen sine causa traditum putat, *eos, qui aliquid commiserunt scelus, Furiis agitari, et per totum orbem agi: ut nomina*, inquit, *mentita sit* (sic scribendum, *sit*, *vetus aetas* nempe,) *ut aliquid fabulae affingant, ab aliquo tamen exemplo ista experimenta venerunt.* Tabulas in coelo fictas repellens *Euripides*, statuit tamen rebus humanis Iustitiam adesse facinorum spectatricem, quae, mortalium oculis non nisi mentis spectabilis, omnia videret, et, tacito lentoque gressu sceleratos sequuta,

poenae tandem gravitate tarditatem suam compensaret. hunc ipsum locum, quem tractavi, sic claudit Melanippe:

ἀλλ' ἡ Δίκη
'Ενταῦθα ποῦ 'στιν ἐγγὺς, εἰ βούλεσθ' ὁρᾷν.

nihil in his me quidem offendit: quos enim alloquuta primum, Δοκεῖτε, *Nolite putare*, vel *Putatisne* potius, — ad eosdem nunc, εἰ, inquit, βούλεσθ' ὁρᾷν· *si vultis* illam, oculis nempe mentis, *intueri*, *hic praesens* adesse deprehendetur *Iustitia:* ingeniose tamen amicus quidam meus corrigere tentabat, εἰ κοὐκ ἔσθ' ὁρᾷν· proferens ex *Stob.* Ecl. *Grot.* p. 123, versum 'Ορᾷς Δίκην ἄναυδον οὐχ ὁρωμένην· et ex p. 127, 'Η δ' ἐγγύς ἐστιν· οὐχ ὁρωμένη δ' ὁρᾷ· haec *Euripidis*, *Aeschyli* sunt priora apud *Theophil.* ad Autol. II, p. 256.

De Iustitia divina, tarda, certa tamen, scelerum vindice, locus est *Euripidis* e perdito dramate peregregius apud *Plutarch.* de Sera Numinis vindicta p. 549. A. et *Stobaeum* Ecl. *Grot.* p. 121, 123, his inter se collatis corrigendus, et forte versu *Euripidis*, alibi lecto, sic augendus: B

Οὔ τοι προσελθοῦσ' ἡ Δίκη σε, μὴ τρέσῃς,
Παίσει πρὸς ἧπαρ, οὐδὲ τῶν ἄλλων βροτῶν
Τὸν ἄδικον· ἀλλὰ σῖγα, καὶ βραδεῖ ποδὶ
Στείχουσα μάρπτει τοὺς κακοὺς ἀεὶ βροτῶν,
Ὅταν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ, Δίκη.

Huc pertinet etiam, alium in usum adhibitus, in Oreste versus 420,

Μέλλει· τὸ θεῖον δ' ἐστὶ τοιοῦτον φύσει.

de Deo *Euripides* Troad. v. 887,

πάντα γὰρ, δι' ἀψόφου
Βαίνων κελεύθου, κατὰ δίκην τὰ θνήτ' ἄγεις.

Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede Poena claudo,

Horat. III, Od. II, 32.

Sera tamen tacitis Poena venit pedibus,

Tibull. I, El X, 4, βραδεῖ ποδὶ, vel δι' ἀψόφου κελεύθου. *Themistio* feliciter Euripidea restituit *Jo. Toupius* Emend. in *Suid.* ad Δίκης ὀφθαλμός. *Aeschyli* locum Noster expressit, quem apud *Theophilum Antiochen. Theod. Canter.* iam emendavit V. L. I, c. 4. Versum proverbialem ore vulgi tritum praebet *Sextus Empir.* p. 279,

'Οψὲ Θεῶν ἀλέουσι μύλοι, ἀλέουσι δὲ λεπτά.

In

A In *Stobaei* laudato Tit. sic vulgavit primus ex Cod. *MS. Grotius* hos *Euripidis* e perdita Tragoedia versus p. 125,

> Συγγνώμονάς τοι τοὺς θεοὺς εἶναι δοκεῖ,
> Ὅταν τις ὅρκῳ θάνατον ἐκφυγεῖν θέλῃ,
> Ἢ δεσμὸν, ἢ βίαια πολεμίων κακὰ,
> Ἢ παισὶν αὐθένταισι κοινωνῇ δόμων·
> Ἢ τ' ἄρα θνητῶν εἰσὶν ἀσυνετώτεροι,
> Ἢ τἀπιεικῆ πρόσθεν ἡγοῦνται δίκης.

horum tres priores tamen iam ante legebantur paulo aliter scripti in *Stobaei* Floril. *Gesn.* p. 197, 37. *Grot.* p. 123. hinc excerpti inter *Barnes.* p. 507, 102, quibus tres reliquos adiiciendos *Heathius* monuit p. 184. B. Ut sint isti versus sincere scripti, tribus certe reliquis insunt mendosa: ex quarto quae Latina fecit *Grotius*, *Vel una dominis*
B *tecta quos pueris habent*, nullam admittunt his accommodam sententiam: corrigens ista vir Clar. convertit: *Aut filios homicidas in domus receperit: filii* sint an *patres* nihil intererat: cum homicidis sub eodem tecto, aut in eadem esse navi, nefas arbitrabantur. Fac scriptum ἢ πέσ. · facilis est mutatio in ἢ τοῖσιν αὐθ. Sequenti versu scribendum Euripideo more Ἦτ' ἆρα — ultimo, Εἰ τἀπιεικῆ. Sic itaque hos versus reficiendos arbitror,

> Συγγνώμονάς τοι τοὺς θεοὺς εἶναι δοκεῖς,
> Ὅταν τις ὅρκῳ θάνατον ἐκφεύγειν θέλῃ,
> Ἢ δεσμὸν, ἢ βίαια πολεμίων κακὰ,
> Ἢ τοῖσιν αὐθένταισι κοινωνῇ δόμων;
> Ἦτ' ἆρα θνητῶν εἰσὶν ἀσυνετώτεροι,
> Εἰ τἀπιεικῆ πρόσθεν ἡκοῦνται δίκης.

C *Si quis periurio mortem evitare studet, aut carcerem, vel tristia belli mala; aut cum homicidis sub eodem versatur tecto; huiccine tu Deos esse putas ad condonandum faciles? Sunt profecto mortalibus Dii minus sapientes, si iuri et aequo nimiam lenitatem anteponunt.* hic enim opponuntur τἀπιεικῆ τῇ δίκῃ, ut alibi opponit *aequitatem stricto iuri*; τοὐπιεικὲς καὶ τὴν χάριν τῇ ἁπλῶς δίκῃ, sive noster Tragicus, seu, quod credere malim, *Sophocles* (ob Plutarchea T. II, p. 761. F. facile emendanda) apud *Clem. Alex.* Strom. II, p. 494, 9, ubi Orcus, *Illacrymabilis Horatio*; ἄσπονδος θεὸς, *Eurip.* Alcest. v. 424, cuius

> *Panditur ad nullas ianua nigra precis,*

Propert. IV. El. XI, 2,

> οὔτε τοὐπιεικὲς, οὔτε τὴν χάριν
> Ἤιδει· μόνον δ' ἔστεργε τὴν ἁπλῶς δίκην.

sic Cato Uticensis, iustitiae rigidae satelles, dicitur *τὸ περὶ τὴν δικαιοσύνην* A *ἀτενὲς, καὶ ἄκαμπτον εἰς ἐπιείκειαν καὶ χάριν, ὑπερηγατηκὼς*, *Plutarcho* T. 1, p. 761. D. Erat tamen boni Regis ac iudicis persona dignius *τὸ ἐπιεικὲς δίκαιον, τὴν αὐστηρὰν τῶν νόμων φωνὴν παραμυθούμενον*, Magistratibus prudenter, neque inter Graecos frustra, commendatum a *Sopatro Stobaei* p. 314, 2. et eiusdem *Diotogeni* p. 331, 45, Rex bonus dicitur futurus, *δίκαιος τε ὢν, καὶ ἐπιεικὴς καὶ εὐγνώμων*· et v. 54, *ἁ ἐπιείκηα καὶ εὐγνωμοσύνα πάρεδροί τινες — τᾶς δικαιοσύνας, ἁ μὲν τὸ ἀπότομον τᾶς βλάβας μαλθαίνοισα, ἁ δὲ τοῖς ἐπὶ ποσὸν ἀμπλακίσκουσι συγγνώμας ἀπομερίζουσα.* eamdem rationem probabant Socrates, *Plato*, *Aristoteles*: hic vero ferme loquitur personae serviens *Euripides*, ut postea solebant Stoici, suum sapientem *ἐπιεικῆ* esse negantes. Sed, nostro nos modulo metientes, minutas potius lectionum varietates persequamur. Scribendum censui:

Ἦτ' ἆρα θνητῶν εἰσὶν ἀσυνετώτεροι, B
Εἰ τἀπιεικῆ πρόσθεν ἡγοῦνται δίκης.

utrumque ex *Euripidis* more; de quo nonnulla scripta sunt in hunc locum Hippol. v. 480,

Ἦτ' ἆρά γ' ὀψέ γ' ἄνδρες ἐξεύροιεν ἄν,
Εἰ μὴ γυναῖκες μηχανὰς εὑρήσομεν.

Pro Οὔτ' ἄρ', Iphig. in Aul. loco nostri simillimo, scribendum pute v. 1189,

Ἦτ' ἆρ' ἀσυνέτους τοὺς θεοὺς ἡγοίμεθ' ἄν,
Εἰ τοῖσιν αὐθένταισιν εὖ φρονήσομεν.

ultimum verbum vitiosum arbitror: *εὔφρονες γένοιντ'*, aut simile quidpiam, ad Deos referendum, sensus loci postulare videtur, qui commodum praebet, quod *Euripidis* versu praecedenti restitui: C

Ἢ τοῖσιν αὐθένταισι κοινωνῇ δόμων.

Domini, *δεσπόται*, et *αὐτονόμοι*, quibus licebat *αὐτοδικεῖν*, *auctores* etiam, recentioribus *αὐθένται* dicebantur et *αὐθεντεῖν*· veteribus istis Atticis, qui florente republica Graecorum viguerunt, ut equidem puto, nusquam: his vel sui vel aliorum *interfectores* *αὐθένται* vocabantur: locum *Euripidis*, qui potuerat obmoveri, (vid. Observ. Miscell. v, 1, p. 190. et *Jo. Alberti* ad *Hesych.* in Αὐθέντης) emendavit egregius Criticus *Jer. Marklandus* in Suppl. *Eurip.* v. 442. Recte *Thomas M.* in v. Δεσποτεία, — Αὐθέντης, inquit, *παρ' οὐδενὶ τῶν δοκίμων ῥητόρων εὕρηται ἐπὶ τοῦ τῆς δεσποτείας ὀνόματος· — τὸ γὰρ Αὐθέντης οἱ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ φονέως τάττουσιν.* Sed ne hoc quidem sensu veteribus Atticis valde vox fuit frequenta-

ta,

A ta, si bene memini, nunquam adhibita *Demostheni*, nunquam *Isocrati*; *sui ipsius interfectorem* frequenter appellantibus αὐτόχειρα. miror adeoque vulgata nobis in *Harpocrationis* Lex. Αὐθέντης, ὁ αὐτόχειρ, ἢ ὁ αὐτὸν ἀναιρῶν· διὸ παρ' Ἰσοκράτει αὐθέντης· Mallem scripsisset ut veriora, Αὐθέντης, ὁ αὐτόχειρ, ἢ ἑαυτὸν ἀναιρῶν, παρ' Ἀντιφῶντι· διὸ παρὰ Σοφοκλεῖ, αὐτοέντης. certe, teste *Phrynicho* in Soph. Appar. Σοφοκλῆς λύσας τοὔνομα αὐτοέντης εἶπεν. conf *Eustath*. Il. ε, p 397, 3. sed ille Laïi interfectores αὐτοέντας dicit Oed. Tyr. v. 107. Unus oratorum *Antiphon* τὸν αὐτόχειρα plus semel dixit αὐθέντην· cui hoc ipsum restituendum Orat. VIII, p. 122, 44, ὀῤῥωδῶ μὴ οὐ μόνον τῆς χρείας τοῦ παιδὸς ἀποστερηθῶ, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν προκαταγνωσθέντα ὑφ' ὑμῶν ἐπίδω αὐτοῦ. corrigendum est, ἀλλὰ καὶ αὐθέντην προσκαταγνωσθέντα —. *sed et metuo, ne insuper illum videam a vobis condemnatum tanquam sui ipsius interfectorem*: conferatur accusatio in fine p. 120. et p. 123, 4. — Αὐθέντης eodem sensu legitur p. 123, 39. 125,
B 4, 6. P. 124, 17, respondens ad ista priora, σχετλιάζει, inquit, κακῶς ἀκούειν φάσκων τὸν παῖδα, εἰ μήτε ἀκοντίσας μήτε πονήσας αὐθέντης ὢν ἀποδέδεικται· in his, pro μήτε πονήσας, scribendum arbitror μήτ' ἐπινοήσας, scil. ἀκοντίσαι· ut p. 123, 2, dixit οὔτε ψαύσαντα τοῦ ἀκοντίου, οὔτε ἐπινοήσαντα ἀκοντίσαι. De *homicida* in genere semel adhibuit *Antiphon* Orat. de caede Herodis p. 130, 31, ὁ διώκων τὴν δίκην τοῦ φόνου ἵνα μὴ ὁμωρόφιος γένηται τῷ αὐθέντῃ· *ne actor cum homicida sub eodem esset tecto*, sive *scelerati contage pollueretur*: hoc esset *Euripidi*, μὴ — τοῖσιν αὐθένταισι κοινωνῇ δόμω. *Antiphontis* ultima *Spanhemius* attigit in *Callim*. h. Cereris v. 118, notatis quaedam adiecit apposita *Jacob. Elsnerus* Observ. S. in Evang. *Matthaei* VIII, 8. — Quod praeterea scribit *Harpocration* in v. Αὐθέντης, *Lysiam* in oratione quadam sua, nobis perdita, vocem sibi quodam peculiari modo, ἰδίως, posuisse de XXX Tyrannis, καίτοι δι' ἑτέρων εἰργάζοντο τοὺς φόνους· attendenti nemini mirum videbitur. Αὐθένται, *percus-*
C *sores* et *sicarii*, dici poterant qui per carnifices suos tot centenos cives intra paucos menses e medio sustulerunt: *caedis* enim *auctores* non minus fuerunt, quam si suis ipsi manibus patrassent. *Heraclit*. in Allegor. *Homer*. p. 434, οἱ νομοθέται, inquit, τοὺς πατροτύπτας χειροκοποῦσι. Persarum Rex, Τιθραύστην κατατέμψας, ἀποτέμνει αὐτοῦ (Tissaphernis) τὴν κεφαλὴν, *Xenophon* Ἑλλ. III, p. 293, 30. qui de his ipsis XXX tyrannis sub persona Cleocriti, L. II histor. Grac. p. 278, 21. ὀλίγου δεῖν, ait, πλείους ἀπεκτόνασιν Ἀθηναίων ἐν ὀκτὼ μησὶν, ἢ πάντες Πελοποννήσιοι, δέκα ἔτη πολεμοῦντες. Secundum *Senecam* de Tranquill. c. III, p. 352, *mille trecentos cives, optimum quemque, occiderunt*: mille quadringentos, *Diogen. Laërt*. VII, 5. quinimo mille quingentos ἀκρίτους interfecisse non uno loco dicuntur *Isocrati* et *Aeschini*; huic de mala Legat. p. 38, 15. contra Ctesiph. p. 87, 20. *Isocrati* in Areop. p. 153. c. contra Lochit. p. 397.

D. hic nihil vetabat omnia loco adnotasse, partim tantum designata Praeceptoribus meis, *Ti. Hemsterh.* ad *Schol.* in *Aristoph.* Plut. p. 440. *P. Wesseling.* ad *Diodor.* Sic. T. 1, p. 643. ubi hanc historiae particulam attigerunt. Viros aliquot primarios, quos percussores isti sustulere, recenset *Jo. Taylor* V. C. in *Lysiae* vita p. XLVI. — Horum impotenti dominationi, quantum poterat, obluctatus Socrates illud quidem evasit incendium; sed, anno post eiectos Tyrannos duodecimo, ab eodem isto populo, cuius iura fuerat et libertatem contra tyrannos tuitus, insons morti fuit damnatus: de Socrate *Dion Chrys.* Or. XLI, p. 507. A. B. *ἐν μὲν τῇ τυραννίδι τῶν τριάκοντα ἔπραττε πάντα ὑπὲρ τοῦ δήμου· — ἀλλ' ὅμως ὑπὸ τοῦ δήμου, δι' ὃν ἐκινδύνευεν, ὕστερον εὖ πράττοντος, διαβληθεὶς ὑπὸ συκοφαντῶν τινῶν, ἀπέθανεν.* In Socratem itaque peiores istis triginta sicariis in libera republica iudices Atticos, eadem voce, qua tyrannos istos *Lysias*, *αὐθέντας* dixerat, ni fallor, *Aristippus*, seu qui sub eius nomine scripsit epistolam XVI inter Socraticas: *ἀνεχωρήσατε πάντες ἀπ' Ἀθηνῶν οἱ Σωκράτους ἐρασταὶ — δεδιότες μή τι ἐφ' ὑμᾶς ἔλθοι τῶν αὐτῶν ἂν*, Corrigo, *τῶν αὐθεντῶν. veriti, ne quid et vobis eveniat a sicariis.* Quae quidem in istis Epistolis *Aristippi* nomen praeferunt, Dorice scriptae, IX, XI, XIII, XVI, nihil, quantum memini, continent indignum *Aristippi* persona; sed eidem inscriptam Epistolam XXVII, velut ad Areten filiam datam, qualem tamen memorat *Diogen. Laërt.* II, 84, in qua nulla sunt Dorismi vestigia, illam tanquam spuriam reiicio, nec tamen omnes cum praestantissimo sane viro *Jo. Pearsono* Vind. *Ignat.* p. 361.

Non adeo haec remota sunt, quam prima specie videbuntur, a reliquiis perditarum *Euripidis* Tragoediarum, si Palamedis dramate sub huius persona Socratem nobis expinxit, iam tum, cum illud prima vice ageretur *Euripidis* drama, sycophantarum Atticorum saepe calumniis vexatum, atque in Attico theatro splendidis *Aristophanis* mendaciis turpiter agitatum: docuit enim suas Nubes mordacissimus Comicus, in Socratis contumeliam scriptas, Olymp. LXXXIX, anno 1; octo demum annis post actas primum illius Nubes, suum drama Palamedem *Euripides* in certamen duxit, Olymp. XCI, a. 1. Quod dicebam tametsi mihi quidem videatur verisimillimum, non potuit tamen *Euripides* hoc in dramate sub fictis personis exprobrare civibus suis immane scelus in Socrate necando commissum. Ista nihilominus, oppresso calumniis Ulyssis et aliorum Palamede, in *Euripidis* Palamede cantata sunt a choro:

Ἐκάνετ', ἐκάνετε τὰν
Πάνσοφον, ὦ Δαναοὶ,

Τὰν

A *Τὰν οὐδέν' ἀλγύνουσαν*
'Αηδόνα Μουσᾶν,
Τῶν 'Ελλάνων τὸν ἄριστον.

vid. in *Eurip.* Phoen. notata p. 112. Et his auditis, intellecto quid vellet indicatum Poëta, fertur totum theatrum illacrymasse: ista, sed ex incerto rumore, narrantur in argumento Busiridis Encomii *Isocratei*: *καὶ νοῆσαν τὸ θέατρον ἅπαν ἐδάκρυσε, διότι περὶ Σωκράτους ἠνίττετο.* Atheniensibus in Palamede Socratis mortem exprobrasse, censuit et *Diogenes Laërtius*; nam narratis, quae illam sunt Athenis consequuta, L. II, 44, Εὐριπίδης δὲ, inquit, *καὶ ὀνειδίζει αὐτοῖς ἐν τῷ Παλαμήδει λέγων, 'Εκάνετ' ἐκάνετε τὰν* Πάνσοφον etc. sed quod mox addit *Diogenes*, *Φιλόχορος δέ φησι, προτελευτῆσαι τὸν Εὐριπίδην τοῦ Σωκράτους*, verissimum utique: Philochorus sub Archonte Callia mortem adnotaverat *Euripidis*; illam Socratis, octennio post sub Lachete: si quid in hoc
B genere certum, planissime constat, *Euripidem* rebus humanis ereptum Olymp. XCIII, anno I; Socratem demum Ol. XCV, I. hoc a *Jo. Meursio*, *Jo. Pearsono* Vind. *Ignat.* p. 361, aliisque demonstratum neque *Sam. Petitus* negare potuit Miscell. I, c. XIII. In historia levem errorem commisit Cl. *Sallierius dans les Memoires de Litterat. de L'Acad. R.* T. VI, p. 388. Sed quam *Petitus* illic iniit rationem, ut post mortem Socratis acta videretur Tragoedia Palamedes, perpaucis probatam arbitror: mihi sic videtur; *Euripidi*, qui Attica noverat civium suorum ingenia, dum drama conderet Palamedis, obversatum prae ceteris amicum suum Socratem; forsan etiam quae postea demum evenerunt, ut erat in rebus humanis perspicax, partim praevisa. Sed si verum est, toto theatro lacrymas fuisse profusas, dum ageretur Palamedes, atque ista, quae posui, flebilibus modis canerentur, hoc evenisse suspicor, quum post mortem Socratis *Euripidis* repraesentaretur Palamedes.

CA-

CAPUT XIX.

In octo dramatum reliquias.

Ex Tragoediis dicta quaedam Ciceronis ad Atticum. Additamenta hic illic Ciceronis verbis olim videntur interiecta. Ad Oedipum fragmenta quaedam relata. οἰδίπους *de felici coniectore. Sphinx,* οὐρὰν ὑπίλασ', *erat versicolor. de Iride verba Anaxagorae et Xenophanis proferuntur ex MSS. Ex oratione soluta versus efformasse Grotium. Oedipum Euripidis* ἐξωμμάτωσαν *famuli Polybi. Exoculati Phineus et filii,* φινεῖδαι. Ἐξωμμάτωται, *oculatus factus est, Aristophani. Talia dari etiam apud Latinos. Ex Oeneo quaedam et Pirithoo. Notitia Codicis Stobaei Leid. ex quo nomina quaedam dramatum eruuntur etc. et emendate scripti versus Phanoclis. De Glauco Minoïde extincto in dolio melle pleno. Ex Eurip. Polyido versus aliquot ex MS. proferuntur, quibus augur ex artis disciplina loquitur.* Κυματότροφος *et similia vi passiva. Aliud dramatis fragm. ex MS. Suis quaedam personis attributa. Ex Rhadamantho quaedam et Syleo; ex hoc Satyrico dramate dictum iocosum.* ξύλον *usu rariori positum. Loca veterum indicantur qui dictum alludunt ex Stheneboea, Amor poëtam vel facit vel invenit.*

Perditae Tragoediae videtur esse fragmentum in *Ciceronis* (1) ad Atticum Epist. 3 libri VII,

ποῦ σκάφος
Τὸ τῶν Ἀτρειδῶν;

Aliud

(1) Sunt et in istis ad Atticum Epistolis alia perditarum Tragoediarum fragmenta: Sophoclea videntur L. XIV, Ep. XXII,

Ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθοῦνται ψόγον.

L. XV, Ep. XI, partim repetita. L. XVI, Ep. VI,

Ἡ δεῦρ' ὁδός σοι τί δύναται νῦν θεοπρόπε;

So-

A Aliud etiam arbitror in Epist. quarta latere L. VI, qua, cum dixerat Attico scripturum se *μυστικώτερον*, nonnulla de uxoris suae liberto loquutus *ἐν αἰνιγμοῖς*, ista dedisse censetur: *δέδοικα δὴ, μήτι νοήσῃς. εἷς δή που τοῦτο δὴ περισκεψάμενος τὰ λοιπὰ ἐξασφάλισαι.* Ultima ne nobis quidem obscura sunt, si ad praecedentes hinc abstractae referantur voces *εἷς δή που*· in quibus facile mecum Lector detegat nomen *Οἰδίπου*. Tragici veteris, ut puto, verba sunt:

> *δέδοικα δὴ,*
> *Μή τοι νοήσῃς, Οἰδίπου*·

vereor sane ne rem intelligas Oedipe: hariolor autem ex *Euripidis* Oedipode verba fuisse Iocastae. In ista *Ciceronis* quadrat *Plauti* dictum Poen. I, III, 34, *isti quidem hercle orationi Oedipo Opus est coniectore, qui Sphingi interpres fuit.* Νῦν Σφιγγὸς γρίφους Οἰδίπους ἐφρασάμην, est *Alcaei* scriptoris epigrammatum Anthol. III, c. XII, ep. 19.

B De Sphinge certe fuit *Euripidis* in Oedipode dictum elegans,

> *Οὐρὰν δ' ὑπίλλουσ' ὑπὸ λεοντόπουν βάσιν*
> *Ἐκαθέζετ'*·

prout illud scriptum legitur ad *Schol.* in Phoen. p. 790, emendatius quam apud *Aelian.* de N. A. XII, c. 7, *Athen.* XV, p. 701. B. *Erotian.* Lex. *Hippocr.* in v. Ὑπείλ[illegible] conf. *T. H.* apud *Ruhnken.* in *Timaei* Lex. p. 52. Ὑπήλλασα quum legatur apud *Aelianum*, ap *Athenaeum* *ὑπήλασ'*· a *τίλλειν* autem formentur *τίλαι* (*Theocr.* III, 23,) *τίλας*· *ἐκτίλας*, *ἀποτίλας*· venit in mentem tanquam verior Euripideae vocis scriptio,

> *Οὐρὰν δ' ὑπίλασ' ὑπὸ λεοντόπουν βάσιν,*

Sphinx *Senecae* pingitur in Oed. v. 96,

> *caudam movens*
> C *Saevi leonis more;*

sed

> *quum conciperet minas,*
> *Quumque e superna rupe, iam praedae imminens,*
> *Aptaret alas verbere.*

Sphinx

Sophocleis praesertim delectabatur Atticus: *Cicero* L. II, Ep. VII, *cupio istorum naufragia ex terra intueri, cupio, ut ait tuus amicus Sophocles*, *κἂν ὑπὸ στέγῃ Πυκνᾶς ἀκούειν ψεκάδος*· quibus commodum *A. Schottus* utitur ad *Zenob.* Cent. III, Pr. 95, *Ἐξάντης λεύσσω· τὸν ἐμὸν* (sic scribendum) *κακὸν ἄλλον ἔχοντα.* *Sophoclis* versus

Sphinx autem in hoc *Euripidis* loco *consedit*, ab Oedipo iam soluto carmine: A

caudamque remulcens
Subiecit pavitantem utero:

quae *Virgiliana* contulit ex Aen. XI, 812, aptissima *Hemsterhusius*; *Horatii* quoque simul spectari potest Cerberus Bacchi veneratione *leniter atterens Caudam* Carm. II, Od. XIX, 30.

Huc usque latuerunt in *Stobaei* Plutarcheis p. 403, 1, tres de Sphingis colore senarii, quos ob voces, et vocum σύνθεσιν, arbitror equidem ex *Euripidis* Oedipode petitos:

Εἰ μὲν πρὸς αὐγὰς ἡλίου, χρυσωπὸν ἦν
Νώτισμα θηρὸς, εἰ δὲ πρὸς νέφη βάλοι,
Κυανωπὸν, ὥς τις Ἶρις, ἀνταυγεῖ σέλας.

De Iride *Scholion* hic proferam in *Homeri* Il. P, v. 547, ex *MS. Leidensi*, tum quia ineditum est, e quo nihil excerpsit *Eustathius*, tum quia sit in illo mentio praeceptoris *Euripidis*: Ὅταν ἐξ ἐναντίας τῷ ἡλίῳ νέ- B

---

sus e Tympanistis qui leguntur in *Stobaeo Gesn.* p. 377, 5, et *Grotii* p. 227, vitiati, Τί τούτου χάρμα etc. nihil vetat hic emendatos posuisse:

Τί τοῦδε χάρμα μεῖζον ἂν λάβοις ποτὲ
Τοῦ γῆς ἐπιψαύσαντα κἂν ὑπὸ στέγῃ
Πυκνῆς ἀκοῦσαι ψεκάδος εὑδούσῃ φρενί;

Cum Attico suo, qui, *Cornelio* teste, *sic Graece loquebatur, ut Athenis natus videretur*, toties Graece *loquutum* huiccine *Ciceronem* crederemus vocem γλίσχρως Latinâ *minutatim* interpretatum L. XVI, Ep. I, p. 702? Ne ad haec quidem *Pindari*, Πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, L. XIII, Ep. XXXVIII, adiecisset ista: *id est, utrum aperte hominem asperner et respuam.* Ad Romanorum scribens doctissimum *Varronem* Epist. ad Fam. IX, Ep. I, *Scito — me — redisse cum veteribus amicis nostris in gratiam*; his non utique interiecisset, *id est cum libris.* Scripserat, opinor, Servius Sulpicius ad *Ciceronem* (L. IV, Ep. V, p. 195.) *Noli te oblivisci Ciceronem esse*; *neque imitare malos medicos* etc. quae vulgantur his interiecta, *et eum qui aliis consueris praecipere et dare consilium*, mihi literatoris esse videntur, qui vim nominis iuvenibus explicabat. His in Catone Maiore c. XIII, p. 420, *divine enim Plato escam malorum voluptatem appellat*, subiecta, *quod ea videlicet homines ca-* C

A *νέφος στῇ πετιλημμένον καὶ πλῆρες ὕδατος, αἱ δὲ ἀκτῖνες προσπίπτωσι τῷ νέφει, καὶ καθάπερ ἀπὸ κέντρου τοῦ ἡλίου περιγράφωσι κύκλον, τότε τοῦ μὲν τῶν ἀκτίνων ἐρυθροῦ φαινομένου πρὸς τὸ κροκοειδὲς, τοῦ δὲ ἐν τῷ νέφει μέλανος ἐκλυομένου πρὸς κυάνεον, ἡ κρᾶσις ἀμφοῖν Ἶρίς ἐστιν. Ἀναξαγόρας δὲ φησὶν, Ἶρις νεφέλῃσιν ἀντιλάμπει τῷ ἡλίῳ.* In eiusdem libri scripti *Scholiis* in Il. Δ, v. 27, sub nomine *Xenophontis* hi duo versus exstant:

> Ἥν τ' Ἶριν καλέουσι, νέφος καὶ τοῦτο πέφυκε
> Πορφύρεον, καὶ φοινίκεον, καὶ χλωρὸν ἰδέσθαι.

Pro Ξενοφῶν illic scribi debuerat Ξενοφάνης. *Xenophanis* versus dedit *Eustathius* p. 759, 20. et alibi nomina ista permutata sunt, et apud *Etymologum* in Γῆρας p. 231, 3, Ξενοφῶν vulgatur, ubi Ξενοφάνης legendum.

Quae duo prima posuit ut Euripidei dramatis fragmenta *Barnesius*, abiicienda sunt: primi duo versus sunt ex eius Antigona; sequentia B sunt ne versus (2) quidem. Horum loco ponendos duo, quos notis in *Schol.* ad Phoen. v. 61, *Grotio* dicebam et *Barnesio* praetermissos, posuisse video *Barnesium* in Addendis p. 521, cum duobus aliis ex *Galle-*

---

capiantur, ut hamo pisces, equidem reiecerim, ut indigna *Cicerone*, quibus ad intelligendum illud *Platonis* (ἡδονὴν μεγιστον κακῶν δέλεαρ. in Timaeo p. 69. D.) neque nos indigemus, neque censeri poterant egere Scipio vel Laelius. In Hortensio scripserat *Cicero: an vero voluptates corporis expetendae, quae vere et graviter a Platone dictae sunt illecebrae atque escae malorum?* — Istiusmodi additamenta adulterina in aliis etiam scriptis Philosophicis *Ciceronis* dantur meo quidem iudicio nonnulla. Quod de Latinis C aliquot Scriptoribus nuper adeo vere dicebat *Jerem. Marklandus* in Explicat. quas *Euripidis* Supplicibus subiecit p. 261, de Graecis etiam verissimum arbitror, et praesertim dici potest de *Xenophonte.*

(2) Hac parte saepe peccavit in *Stobaeo* suo *Grotius*, cuius viri Maximi, ut hominis, errores tamen praecavendi sunt: ex. gr. quae dedit ut *Antiphanis* p. 411, miris modis interpolata, verba sunt *Antiphontis:* ex *Aristotelis* verbis plus semel Poëtarum nobis senarios efformavit. Quae dat ut incerti, Florileg. p. 25, Κρύπτειν ἀμαθίαν — *Heracliti* verba sunt: *κρύπτειν ἀμαθίην κρέσσον, ἢ ἐς τὸ μέσον φέρειν.* ad quae *Sositii* vel *Sosibii* nomen adscriptum fuit, p. 487, mihi non videntur esse Poëtae, *πῶς ἀναλύεται τὸ σῶμα πνεύματος φυγόντος.*

leni Protreptico, qui cum non legerentur in *Sophoclis* Oed. Tyr. et memorarent τὸν πλανήτην Οἰδίπουν· satis hoc causae credidit, cur huc illos referendos iudicaret; tum forte non recordatus, Oedipum in Colone scripsisse quoque *Sophoclem*, et huius dramatis versus esse tertium et quartum; quos *Galeno* commode narratur adhibuisse, quum fracta nave salvus Syracusas venisset, *Aristippus*. A

In *Euripidis*, quos paulo ante dicebam, versibus ex Oedipode miror famulos Laïi facientes, quam sibi vim Oedipus ipse intulerit: *Scholia* in Phoen. v. 61, ἐν τῷ Οἰδίποδι οἱ Λαΐου θεράποντες ἐτύφλωσαν αὐτὸν,

> Ἡμεῖς δὲ Πολύβου παῖδ' ἐρείσαντες πέδῳ
> Ἐξομματοῦμεν, καὶ διόλλυμεν κόρας.

Huc videri potuisset respexisse *Comicus* in Pluti v. 635,

> ἀντὶ γὰρ τυφλοῦ B
> Ἐξωμμάτωται, καὶ λελάμπρυνται κόρας·

nisi *Scholiastae* diceretur ἐκ Φινέως Σοφοκλέους ὁ στίχος· in contrarium videlicet sensum adhibitus *Aristophani*, quam fuerat a *Sophocle* de Phineo, in poenam divinitus coecato, quod uxoris Idaeae fraude scelerata suaque motus credulitate filios ex Cleopatra prior coecasset: sic rem, in nonnullis controversam, *Sophoclem* narrasse novimus ex *Schol.* in *Apollon. Rhod.* II, v. 178. Quae tamen illic dantur Phinidis nomina, barbara *Sophoclis* senariis non conveniebant, sed Graeca Plexippi Pandionisque, memorata in *Schol.* ad *Soph.* Antig. v. 982. In versu Comici *Timoclis* apud *Athen.* VI, p. 223, c.

> Ὀφθαλμιᾷ τις; εἰσὶ Φινεῖδαι τυφλοί·

de sincera, quam dedit, scriptura dubitare non debuerat *Casaubonus* in Anim. p. 396, neque ista scribere: *non Phinei liberos, sed ipsum oculis captum narrant Poëtae; Sophoclis* et aliorum, dum scribebat ista, non recordatus: ubi *Diodor. Siculus* IV, p. 298, 28, τινὲς τῶν μυθογράφων τυφλωθῆναι φασὶ τοὺς Φινείδας ὑπὸ τοῦ πατρὸς, notat Cl. *Wesselingius*. Sunt autem Timocli Φινεῖδαι non *Phinidae* tantum, sed et ipse Phineus cum filiis; quo sensu saepe *Herodoto* memorantur aliisque Πεισιστρατίδαι C

Sophocli Phineus Ἐξωμμάτωται, *oculorum* fuit *acie privatus*; ut *Euripides* suum adhibet Ἐξομματοῦμεν· contrario sensu, posuit ex *Aristophanis* versu *Aelianus* de Nat. Anim. XVII, c. XX, Ἀριστοτέλης λέγει γίνεσθαι ἐν Σάμῳ λευκὴν χελιδόνα· ταύτης γε μὴν ἐάν τις κεντήσῃ (f. ἐκκεντήσῃ τοὺς ὀφθαλμοὺς, γίνεσθαι μὲν αὐτὴν παραχρῆμα τυφλὴν, μετὰ ταῦτα δὲ ἐξομματοῦται καὶ τὰς κόρας λελάμπρυνται, καὶ ἐξ ὑπαρχῆς ὁρᾷ, ὡς ἐκεῖνος φησί. de quarumvis hirundinum pullis hoc narrat *Aristoteles*, verbum adhibens ἐκκεντῆσαι,

Z.

A Z. Ἰ. II, p. 49, 24. VII, p. 163, 24. π. Z. Γ. IV, p. 294, 5. Scripserat *Aelianus* probabiliter versum *Comici:*

> Ἐξωμμάτωται, καὶ λελάμπρυνται κόρας.

Aristoph. autem verbum posuit pro *oculatus factus est:* sed et *oculos eripere, exoculare*, dicebatur ἐξομματῶσαι. Quae sunt in *Onomastico* veteri, *Exoculasso*, ἐξοφθαλμίζω. *Exoculatus*, ἐξομματωμένος· spectant loca *Plauti* Rud. III, IV, 26. et *Apuleji* Met. VIII, p. 207, 6. cuius *Apuleji* plurima praebet illud a *Vulcanio* vulgatum *Onomasticon.* Ista diversa vis praepositionis est in aliis etiam nonnullis conspicua: ἐξοπλίζειν significat non tantum *armare* sed et *exarmare:* ἔκδικος est ὁ ἄδικος, et ὁ ἄγαν δίκαιος, *Eustath.* in Il. O, p. 1039, 23, ad ἐξαίσιον. apud eumdem in Od. Δ, p. 193, 44, Ἔκτιμον παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἑλένῃ τὸ ἔξω τιμῆς — τὸ Ἐκτιμᾶσθαι τιμῆς ἐπίτασιν δηλοῖ. vigent et alia quaedam hac duplici
B virtute; apud Romanos *incoctus* et *infractus* significant bene coctum et valde fractum: alia dedit Criticorum Princeps *R. Bentlej.* in *Horat.* III, Od. 2, 18. Supersunt et in Stobaeanis ex *Euripidis* Oedipode reliquiis emaculanda.

Oenei dramatis fragmenta suis singula personis ex argumento probabiliter poterunt adsignari. Quae prima ponuntur Diomedis verba sunt e bello domum redeuntis. Ad senem infortunatum (nam secundum *Timoclem* apud *Athen.* VI, p. 223. C. et *Stobaeum* p. 616, 42,

> Γέρων τὶς ἀτυχεῖ, κατέμαθεν τὸν Οἰνέα.)

nescio cuius ista sint ex Oeneo apud *Stobaeum* p. 583, 21. *Grot.* p. 499,

> Σχολὴ μὲν οὐχί· τῷ δὲ δυστυχοῦντί πως
> C Τερπνὸν τὸ λέξαι, κἀποκλαύσασθαι πάλιν.

sic ista dedit ex Chrysippo Stoico *Galenus* circa finem L. IV de *Hipp.* et *Platon.* Dogm. τοῖς δὲ δυστυχοῦσί πως Τερπνὸν τὸ κλαῦσαι καὶ ἀποδύρασθαι τύχας· hinc formarem ut Euripidea,

> Τερπνὸν τὸ λέξαι κἀποδύρασθαι τύχας.

De Pirithoo dubitatum, utrum *Euripidis* esset drama, an *Critiae*, liquet ex *Athen.* XI, p. 496. B. ex quo saltem hoc fragmentum ad reliqua istius dramatis referri potuerat:

> Ἵνα πλημοχόας τάσδ' εἰς χθόνιον
> Χάσμ' εὐφήμως προχέωμεν.

Ipsius in hoc dramate verba forte fuerint, ex Tragoedia certe Pirithoi, quae

quae sub nomine prostant (3) Pirithi vel Pirithoi in *Stobaeo Gesneri* p. A
220, 17. *Grot.* p. 147.

Τρό-

---

(3) Hanc meam de *Pirithoo* tanquam dramatis nomine suspicionem adfirmavit, quem nuper demum diligenter adhibui, *Vossianus* Leidensis Bibliothecae Codex ex optimo descriptus, bonitate potius commendabilis, quam antiquitate, qui pleraque complectitur ex *Stobaei* Florilegio Poëtarum dicta, de ceterorum dictis pauca. — In hoc Codice *MS. Euripidis* ex Archelai dramate versibus (Ed. *Gesn.* p. 497, 49,) praefigitur tantum nomen Ἀρχελάου. Alibi (Ed. p. 562, 24,) locis Κλειτομάχου· Βάβωνος ἐξ Αἰτωλῶν· subiiciuntur haec ut Ἀρχελάου, Πάλαι B
σκοποῦμαι etc. — versus sunt ex *Euripidis* Archelao. — Ubi nihil Euripideum praecesserat, leguntur in Codice *MS.* tanquam Ἀντιγόνου, Ἀνδρὸς δ' ἐρῶντος (f. ὁρῶντος) εἰς Κύπριν νεανίου, etc. quae sunt in Ed. p. 386, 32, *Euripidis ex Antigone.* Ubi ex eodem petita dramate prostant ista in Ed. p. 411, 47, Ζευχθεὶς γάμοισιν οὐκέτ' ἔστ' ἐλεύθερος etc. in *MS.* Leid. tantum praefigitur nomen Ἀντιγόνου· Alibi locis contiguis nomina praefiguntur in *MS.* Διφίλου· Πολυΐδου· Ἀλέξιδος· ubi est in Ed. *Gesn.* p. 514, 43, *Euripidis in Polyide.* — Quamvis et ista suum habeant usum, ut hoc constat exemplo, mihi scriptum Codicem, quem in angulo Bibliothecae publicae latentem indicio *Ruhnkenii* mei feliciter detexi, praesertim commendant spectabiles, quas obtulit nonnullas, lectiones, et nomina dramatum nonnumquam Poëtarum nominibus iis etiam in locis adiecta, in quibus illa ne ex Parisi- C
nis quidem *Grotius* enotavit. Speciminis gratia pauca quaedam indicabo:

Ed. *Gesn.* p. 101, 34. *Grot.* p. 58, his Palamedis persona dignissimis,

> Εἷς τοι δίκαιος μυρίων οὐκ ἐνδίκων
> Κρατεῖ, τὸ θεῖον τὴν δίκην τε συλλαβών.

> *Vir iustus unus millia immensa improbûm*
> *Superat, favente fretus et iure et Deo.*

in Edd. tantum *Euripidis* nomen, in *MS.* ubi versus praecedunt ex *Euripidis* Theseo, adscriptum legitur, τοῦ αὐτοῦ Παλαμήδει.

Ed.

Τρόπος ἐστὶ χρηστὸς ἀσφαλέστερος νόμου.
Τὸν μὲν γὰρ οὐδεὶς ἂν διαστρέψαι ποτὲ

Ῥή-

Ed. *Gesn.* p. 222, 50. *Grot.* p. 150, his versibus,

Ἤδη γὰρ εἶδον καὶ δίκης παραστάτας
Ἐσθλοὺς πονηρῷ τῷ φθόνῳ νικωμένους·

adscriptum in *MS.* Εὐριπίδου Βελλεροφόντης. In versu illic sequente *MS.* recte praebet,

Οἴμοι· θανοῦμαι διὰ τὸ χρήσιμον φρενῶν,

ubi vulgatur θανοῦμεν.

Ed. P. 226. Tit. περὶ πατρίδος, *Grot.* p. 154, primo fragmento, Εἰκὸς δὲ παντὶ etc. tantum *Euripidis* nomen, in *MS.* adpositum Εὐριπίδου Τημενίσιν. scribi debuerat, Τημενίδαις.

Ed. *Gesn.* p. 437, 20, *Grot.* 135, ad ista, Οὐ γάρ ποτ' ἄνδρα τὸν σοφὸν γυναικὶ χρὴ etc. ubi praecesserant *Euripidis* ex Andromache versus, scriptum in Cod. Leid. τοῦ αὐτοῦ Κρήσσαις.

Aeschyli, *Sophoclis*, *Aristophanis*, *Menandri*, et aliorum loca suis illinc fabulis aliquando poterunt restitui. Euripidea tractanti quae dedi sufficere videbantur. Cui haec lectu minus digna fuerint visa, huic suavissimos aliquot *Phanoclis* versus non arbitror displicituros, quos ex isto *Stobaei* Codice paulo meliores adscribam, quam prostant a *Trincavello* vulgati, vel *Gesnero* p. 399. vel *Grotio* p. 263,

Ἢ ὡς Οἰάγροιο πάϊς Θρηΐκιος Ὀρφεὺς
    Ἐκ θυμοῦ Κάλαϊν στέρξε Βορηϊάδην.
Πολλάκι δὲ σκιεροῖσιν ἐν ἄλσεσιν ἵζετ' ἀείδων,
    Ὃν πόθον, οὐδ' ἦν οἱ θυμὸς ἐν ἡσυχίῃ.
Ἀλλ' αἰεί μιν ἄγρυπνοι ὑπὸ ψυχῇ μελεδῶναι
    Ἔτρυχον, θαλερὸν δερκομένου Κάλαϊν.
Τὸν μὲν Βιστονίδες κακομήχανοι ἀμφιχυθεῖσαι
    Ἔκτανον, εὐήκη φάσγανα θηξάμεναι.

In his Θρηΐκιος ex Cod. Paris. *Grotius* adnotaverat in exemplari *Stobaei* sui; in quo etiam erat μελεδῶναι v. 5, ut et in Cod. *MS.* Leid. qui praebuit, v. 8, εὐήκη (hoc est etiam in *Leopardi* Em. IV, c. 4.) et, v. 6, pro δερκόμενον, hic elegantius δερκομένου. Μελεδῶναι δερκομένου Κάλαϊν ἀεὶ αὐτὸν ἔτρυχον.

Ῥήτωρ δύναιτο· τὸν δ' ἄνω τε καὶ κάτω A
Λόγῳ σπαράσσων πολλάκις λυμαίνεται.

Ultimum ita versum corrigo, quo legitur,

Λόγοις ταράσσων·

alterum formulae ἄνω τε καὶ κάτω convenire mihi videbatur aptius, non nescienti tamen versum *Aristophanis* Ἀχ. 688, Ἄνδρα Τιθωνὸν σπαράττων, καὶ ταράττων, καὶ κυκῶν. *Plato* de Rep. VII, 539, C. χαίροντες, ὥσπερ σκυλάκια, τῷ ἕλκειν τε καὶ σπαράττειν τῷ λόγῳ τοὺς πλησίον ἀεί. *Lucian.* Icaromen. T. II, p. 776, οὐδὲν ἀνιᾶσι διασπαράττοντές με τῷ λόγῳ.

Peliadum *Euripidis* primus versus,

Μήδεια πρὸς μὲν δώμασι τυραννικοῖς,

ob unicam literam male pronunciatam latuit in *Scholiis* ad *Eurip.* Medeam in hunc versum 693, in Peliasin etiam lectum, B

Τί χρῆμα δράσας; φράζε μοι σαφέστερον.

Schol. Σεσημείωται ὁ στίχος, ὅτι καὶ ἐν Πελιάσιν ἐστὶν, ὧν ἄρχει, Μήδ. π. μ. δ. τ. scribendum ὧν ἀρχὴ, ut apud *Athen.* legitur XIII, p. 539. F. ἐν Σεμέλῃ, ἧς ἀρχὴ, Ὦ νύκτες. Aedibus adstabat Peliae Regiis venefica, — κτανεῖν πείσουσα Πελιάδας κόρας Πατέρα· conf. *Eurip.* Med. v. 9, 486, 504. Argumento respondet hinc enotatum apud *Hesych.* Ἀρτυμεῖν, κατακόπτειν· Εὐριπίδης Πελιάσιν. Sunt et ex Peliasin apud eumdem alia quaedam, et in Lexico *MS. Sangerm.* penes *Ruhnken.* In his *Aeliani* de N. A. VII, c. 47, τῶν ὑστρίχων — τὰ ἔκγονα ὄβρια καλεῖται· καὶ μέμνηται Εὐριπίδης ἐν Πελιάσι τοῦ ὀνόματος, καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι καὶ Δικτυουλκοῖς. ad indicium *Aeschyli* scribi facile potuerat ὀβρίκαλα καλεῖται· sed in Editione C Londinensi permulta reliquerunt aliis viri doctissimi curanda: Αἰσχύλος Ὀβρίκαλα φησὶ τοὺς λεοντιδεῖς, *Eustath.* in Il. Γ, p. 288, 36.

In *Polyïdi* dramate nomen auguris usitato more Πολύειδον scripsisse suspicor *Euripidem;* quia de *Sophocle* notatum a Grammaticis, nomen ipsi scriptum paene ultima correpta, Πολύϊδον. Praeter versus ex *Polyïdo*, quos infra ponam, alia quoque ex ineditis non pauca, haec mecum pro humanitate sua literarumque amore communicavit Clar. Noster *Ruhnkenius* ex *Etymologico Regio Paris.* Πολύϊδος. οὕτω καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τοῦ Ἀρχιβίου, καὶ ἔστι φησὶν πολυίδμων μάντις ὤν. οὕτω δὲ καὶ τὸ δρᾶμα ἐπιγράφεται παρὰ Ἀριστοφάνει· μαρτυρεῖ δὲ Φιλόξενος. καὶ Σοφοκλῆς δὲ Μάντεσι συνέστειλεν, ὁρῶ πρόχειρον (L. Ὁρῶ πρὸ χειρῶν) Πολυΐδου τοῦ μάντεως. καὶ πάλιν· Οὐκ ἔστιν εἰ μὴ Πολυΐδην (Πολυΐδῳ) τῷ κοιράνῳ. horum pauca prostant in edito *Etymologico* p. 681, 24. nihil apud *Eustathium.*

Po-

A *Polyïdi* dramatis argumentum vel ex *Aeliano* non difficulter intelligeretur, ubi cum aliis negat in Creta noctuam reperiri, Tragicum etiam vituperat qui ex noctua visa Polyidum fecerit augurantem; de N. A. v, c. 2, Ἔοικεν ὁ Εὐριπίδης ἀβασανίστως πεποιηκέναι τὸν Πολύϊδον ὁρῶντα [Γλαῦκα,] καὶ ἐξ αὐτῆς τεκμηράμενον ὅτι εὑρήσει καὶ τὸν Γλαῦκον τὸν τεθνεῶτα, τοῦ Μίνω τὸν υἱόν. Minoïdes ille Glaucus ceciderat *in dolium melle plenum*, *Hygin.* f. 136. εἰς μέλιτος πίθον πεσὼν ἀπέθανεν, *Apollod.* III, p. 134. πίθῳ, Φασὶν, ἐνατεπνίγη μέλιτος, *Eustath.* in *Hom.* Il. M, p. 850, 39. non scripserat illum *Palaephatus* π. 'A. c. 27, *extinctum* ἐπὶ τῷ μέλιτι, quod vulgatur; sed ἐν πίθῳ μέλιτος. Horum *M. Solanus* non recordabatur ad *Lucian.* T. III, p. 245, 24. Puerum, cuius ne cadaver quidem usquam inveniebatur, quaerentibus respondisse parentibus fertur Apollo secundum *Hyginum* l. c. *Monstrum vobis natum est, quod si quis solverit puerum vobis restituet.* — (Minoï) *dixerunt natum esse vitulum, qui ter in die colorem*
B *mutaret.* ob ultima videtur Polyïdi drama designasse *Scholiastes* in *Aristid.* ed. *Jebb.* T. II, p. 307, Τραγικῆς βοὸς] Δρᾶμα πεποίηται Εὐριπίδου, ἐν ᾧ βοῦν τρίχρωμον ποιεῖ εὑρῆσθαι τισί. quae subiiciuntur, περὶ οὗ γέγονεν αὐτοῖς Φιλονεικεία βασιλείας, nihil illa huc, opinor, faciunt; videnturque ab alio adiecta, confundente Minois vitulum cum aureo Pelopis in stabulis ariete; *Agnum inter pecudes aurea clarum coma* dixit *Attius*.

Dubium erat, utrum Glauci cadaver esset mari obrutum, an in terra iaceret neglectum. Aquila visa marina, quae in litore praedam quaereret, auspicio laetus augur in *Euripidis* dramate Polyïdus exclamabat: Ἔα, ἔα. Ὁρῶ τὸν ἀκταῖς — vel, ut scribendum potius arbitror:

Ἔα, ἔα.
C Ὁρῶ γ' ἐν ἀκταῖς νομάδα, κυματοφθόρον
Ἁλιαίετον· τὸν παῖδα χερσεύει μόρος·
Εἰ μὲν γὰρ ἐκ γῆς εἰς θάλασσαν ἵπτατο
Ὁ κύματ' οἰκῶν ὄρνις, ἡρμήνευσεν ἂν
Τὸν παῖδ' ἐν ὑγροῖς κύμασιν τεθνηκέναι.
Νῦν δ', ἐκλιπὼν ἤθη τε καὶ νομὸν βίου,
Δεῦρ' ἔπτατ'. οὐκοῦν ἔσθ' ὁ παῖς ἐν οἴδμασιν.

Ea! Video equidem marinum praedonem Haliaeëton (servavit Graecam vocem *Ovidius*,) *in litore quaerentem escam: in terra iacet pueri cadaver:* (τὸν παῖδα χερσεύει μόρος, obscura forma loquendi divinum non dedecebat;) *Siquidem enim ales in undis habitans marinis* (οἰκοῦσι περὶ θάλατταν

καὶ ἀκτὰς, *Aristoteles* Ζώων Ἱστ. ix, p. 281, 14.) *in mare evolasset, puerum in undis extinctum significaret: nunc locis sibi consuetis, quibus escam venatur, derelictis huc devolavit: non itaque puer fluctibus iacet obrutus.* Obscura quae videbantur hoc in loco Latinis adiectis explanasse me pleraque opinor: de primi versus voce κυματοφθόρον dubitantem confirmavit amicus eruditissimus *D. Ruhnkenius*, sibi non displicere significans κυματότροφον. hoc legitimum atque *Euripidi* restituendum censeo; *mari nutritum Haliaeëton* sic dixerit Poëta, ut *a feris nutritum* θηρότροφον· Cithaerona montem χιονότροφον dixit *nivibus nutritum.* Praeter alia sic ὀρεσίτροφος et οἰκότροφος adhibentur. Hunc locum insignem, unicum in suo genere, in lucem profero ex *Scholiis ineditis* in *Hermogenem*, qui tres tantum versus medios ex *Euripidis* nobis proferebat Polyïdo p. 416. *Schol. MS.* (ex quo Clar. *Ruhnkenius* excerpta mihi dedit utenda) ad ista *Hermogenis*, Τὸ Εὐριπίδου ἐν Πολυΐδῳ] Οὕτως, inquit, ἔχουσι τὰ τοῦ Πολυΐδου ῥητά. tum sequuntur, post voculas, clamantis hic indices laetantisque, septem versus continui, quos harum rerum studiosis non ingratos futuros exhibui.

Eiusdem Auguris esse videntur quae dat ex *Euripidis* Polyïdo *Stobaeus* p. 382, 20. quibuscum componi poterit querela Tiresiae similis in *Eurip.* Phoeniss. v. 961, seqq. Polyïdo neganti fieri posse, quod mortui filioli pater desiderabat, dicere potuit hoc in dramate Minos:

Ὅστις νέμει κάλλιστα τοῖς αὐτοῦ φίλοις,
Οὗτος σοφὸς πέφυκεν εἰς τὸ συμφέρον.

quae *Grotio* ceterisque praetermissa sunt in *Stobaeo Gesn.* p. 36, 43. dramatis indicium ex Cod. *MS. Paris.* praebuit *Grotius* p. 18, recepta in hunc locum lectione, quam *Gesner.* posuerat in margine.

Aliud huius Tragoediae fragmentum lucramur ex *Scholiis Homeri Leidensis MSS.* in Il. κ, v. 56, ubi ad Τέλος nomini Ξενοφῶντι subiiciuntur C ista: ποτὲ δὲ τὸ δαπάνημα, ὡς Εὐριπίδης ἐν Πολυείδῳ.

Μάτην γὰρ οἴκῳ σὸν τόδ' ἐκκαίει τέλος.

καὶ Δημοσθένης ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς, Χεῤῥόνησον δὲ ἐν τοῖς αὐτοῦ τέλεσι διορύξει. Scribendum ut sua de Philippo scripsit *Demosth.* Philipp. iii, Χεῤῥόνησον δὲ τοῖς αὐτοῦ τέλεσι διορύξειν. τέλεσι τοῖς οἰκείοις est ap. *Thucyd.* p. 272, 89. quae, praeter cetera, dedit *A. Dounaeus* in *Demosth.* p. 40. alia *Toupius* in *Suid.* iii, p. 36. Omisso dramatis nomine, verba tamen hinc *Euripidis* excerpsit *Eustathius* p. 702, 47.

Μάτην δ' εἰκοστὸν τόδ' ἐκβαίη τέλος.

Iuvant ista se invicem: absque illis ex εἰκοστὸν difficulter eruisset aliquis οἴκῳ σῷ· pro ἐκκαίει commodum praebet *Eutath.* ἐκβαίη. Dedisse Tragicum arbitror,

Μά-

A *Μάτην ἄρ' οἴκῳ σῷ τόδ' ἐκβαίη τέλος.*

vel *οἴκων σῶν. haec impensa frustra de bonis tuis decederet:* huic versui fortasse proxime fuere subiecta, quae dat ex *Eurip.* Polyïdo *Stobaeus* p. 613, 37.

ἀνθρώπων δὲ μαίνονται φρένες,
Δαπάνας ὅταν θανοῦσι πέμπωσιν κενάς.

quaeque de Minoë dicta praebet *Plutarchus* T. II, p. 1104. D.

Κρητικοὺς
Αὐλοὺς, θανούσης κῶλα ποικίλης νεβροῦ,
[*Συνέθαψε*]

Faciunt ista praesertim ut suspicer insigne me huius dramatis detexisse fragmentum in *Eratosthenis* Epistola de cubi duplicatione, quam scrip-
B tam ad Ptolemaeum Regum servavit nobis *Eutocius Ascalonita* Comment. in *Archimedis* L. II. de Sphaera et Cylindro p. 20. hinc repetitam, cum aliis reliquiis operum *Eratosthenis*, *Arati* sui Phaenomenis subiecit venerandus *Joann. Fellus:* sic autem Epistolam inchoat *Eratosthenes:* *Τῶν ἀρχαίων τινὰ Τραγῳδοποιῶν φασὶν εἰσαγαγεῖν τὸν Μίνω τῷ Γλαύκῳ κατασκευάζοντα τάφον· πυθόμενον δὲ, ὅτι πανταχοῦ ἑκατόμπεδος εἴη, εἰπεῖν, μικρὸν γ' ἔλεξας βασιλεικοῦ σηκὸν τάφου, διπλάσιον ἔστω. τοῦ δὲ τοῦ κύβου μὴ σφαλῇς.* quae sequuntur verba sunt *Eratosthenis*, quibus, ut et illis, versuum speciem indidit *Jac. Nic. Loënsis* Miscell. Epiphyll. III, c. I. Duo Tragici versus sic videntur scribendi,

Μικρόν γ' ἔλεξας βασιλικοῦ σηκὸν τάφου·
Διπλάσιος ἔστω· τοῦ κύβου δὲ μὴ σφαλῇς.

C Ex *Euripidis Rhadamantho* versum paene integrum praebet Grammat. *Sangerman. Ruhnkenii:* *Ἐξαιρεῖν, ἀντὶ τοῦ ἀπαίρειν* (leg. *ἀφαιρεῖν J. P.*) *Εὐριπίδης δε Ῥαδαμάνθυϊ. Οὐδεὶς γὰρ ἡμᾶς ἐξαιρήσεται, ἀντὶ τοῦ ἀφαιρήσεται.* Probabiliter, *αὐτὸν* inserto, versum explevit *Jo. Piersonus:*

Οὐδεὶς γὰρ ἡμᾶς αὐτὸν ἐξαιρήσεται.

Sic verbum etiam illud cum duplici accusativo construit *Euripides* Med. v. 793, Alc. v. 70, 848, Iph. Aul. v. 972, Heraclid. 977. Ad exemplum *Homeri* frequentius *ἀφελέσθαι* hunc in modum adhibent veteres: vid. *Herodot.* P. 620, 38, et nota, ut et *Wesselingii* in P. 470, 89. Praeter *Sophoclem* Phil. v. 376, 930, *Eurip.* Hec. 284, Alc. 45, Androm. 325, et dramatis v. 772, si pro *Τιμὰ* scribatur,

Τιμὰν καὶ κλέος
Οὔτοι λείψανα τῶν ἀγαθῶν
Ἀνδρῶν ἀφαιρεῖται χρόνος.

Idem ille *Sangerm.* Grammaticus *MS.* ex *Euripidis* Syleo servavit ista: A

> Βαυβῶμεν εἰσελθόντες· ἀπόμορξαι σέθεν
> Τὰ δάκρυα.

Domum ingressi cubitum eamus: absterge tuas lacrymas: sic enim pro Βαβῶμεν scripserim, et Βαυβᾶν pro lectione Codicis, Βαβᾶν ἀντὶ τοῦ καθεύδειν. Εὐριπίδης Συλεῖ, Βαβῶμεν etc. — Κάνθαρος Μηδείᾳ, Βαβήσομεν. Praeter *Hesychium*, praebet Βαυβᾶν ex *Aristophane* Grammatico inter alias καινοφώνους λέξεις *Eustathius* in *Hom.* Od. Ξ, p. 546, 3.

Ex eodem dramate, nisi fallor, Satyrico, dictum quoddam iocosum exhibet *Eustath.* in Il. Α, p. 80, 52, a se repertum in Arte Grammatica *Georgii Choerobosci:* Φέρει δὲ καὶ χρῆσιν τῆς λέξεως (εἶα) κειμένην, φησὶ, παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Συλεῖ ταύτην,

> εἶα δὴ, φίλον ξύλον· B
> Ἔκτεινέ μοι σεαυτὸ, καὶ γίνου θρασύ.

Per ξύλον hoc in loco forte quis Herculis notius gestamen, *clavam*, τὸ ῥόπαλον intelligat: quam clavam qui primus finxit gestantem *Stesichorus* dixisse videtur,

> Ξύλον τ' ἔχοντα καὶ λεοντῆν καὶ βέλη·

vocem ultimam vulgatae τόξα substituendam suspicabatur Doctiss. *Jo. Luzacius* apud *Athen.* XII, p. 512. F. *Eustath.* Il. Χ, p. 1384, 12. Adiecta vero, φίλον ξύλον, Ἔκτεινέ μοι σεαυτό· quin imo τὸ, γίνου θρασύ, aliud ῥόπαλον, sive *telum* demonstrant, τό δεῖνα, δόρυ quoque dictum, ut *Aristophani*, sic Diogeni; quo Hercules ἐν μιᾷ νυκτὶ τας Θεστίου πεντήκοντα θυγατέρας, ut loquitur modeste *Gregorius Nazianzenus* T. 1, p. 81. D. memor Theocritei fortasse (nam sancti Patres isti qui vocantur, et coelestes animae, ἀνθρώπινα δεδράκασιν, et humane loqui debuerunt,) ex Eid. 1, 105, C

> Οὐ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βώκολος.

Ipsa Venus *Aristophanis* Lysistratae dicitur v 553, ἐντέξαι τετανὸν τερπνὸν τοῖς ἀνδράσι καὶ ῥοπαλισμούς. hoc itaque Herculis *telum*, quo semper arma-

(4) Ex *Suida* multa poterunt colligi, in Scholiis ad istam olim Comoediam lecta; quae *Scholia* forsan ex antiquo nobis Codice aliquando prodibunt in lucem: in hoc enim unico propemomodum genere Grammatico monumentorum veterum multa latent

Amatus, antequam in coelum abiret, strenue pugnavit Ὀρθιγέρας, potuit ut ξύλον sic et ῥόπαλον vocari. Multa dici possent, quae nec severissimi Catones suum usum habere negarent, siquidem forte meminissent عصا, עץ, ξύλον, in Orientalibus sic linguis adhiberi et Magni interpretis *Iobi* XXIV, 20, — p. 689, b. Velint autem, nolint, Curii, *aliter haec sacra non constant.*

Ex *Euripidis* Stheneboea supersunt aliquot fragmenta pervenusta, de quibus singulis nonnulla dici possent. Unicum, sed omnium, me quidem iudice, elegantissimum, nunc tantum pertractabo; ubi primum ista proposuero ex *Athen.* X, p. 427. E. de Stheneboea, quem mortuum putabat, Bellerophontem tamen amante:

Πεσὸν δέ νιν λέληθεν οὐδὲν ἐκ χερὸς,
Ἀλλ' εὐθὺς αὐδᾷ, τῷ Κορινθίῳ ξένῳ.

Docte *Casaubonus* explicuit Animadvers. p. 722. Huc spectat *Aristoph.* in Thesm. v. 410,

Ἀνὴρ ἐρωτᾷ· τῷ κατέαγεν ἡ χύτρα;
Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τῷ Κορινθίῳ ξένῳ.

Illic vellem *Scholia* nobis legerentur, aut apud (4) *Suidam: Cratini* versus,

Ἵησι λάταγας τῷ Κορινθίῳ πέει,

partem facit loci, quem cum *Hesychii* nota *Jo. Piersonus* emendavit in *Moer.* p. 253, 254.

In his, quae dedit ex Excerptis *Grotii* p. 401,

Μουσικὴν δ' ἄρα
Ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ἦν τὸ πρὶν,
Συνετόν τε ποιεῖ, κἂν ῥάθυμος ἦν τὸ πρίν.

Si nolebat *Barnesius* vera monentem tantae vir auctoritatis tum iuvenem sequi *Bentlejum*, turpe saltem vitium, κἂν — ἦν, scribendo ᾖ, cum sui ordinis populari haud paulo doctiore, *Th. Gatakero* A. M. P. p. 527, corrigere potuerat, et abiicere horum versuum tertium, quo prio-

tent in Bibliothecis, cum Editores primi librorum meliora haberent peragenda, iure neglecta; quae nunc tamen nollem ab elegantiarum veterum cupidis quibusdam fastidiose reiicerentur, Poëtas pensiculatius tractantibus instrumenta pernecessaria.

priorum venustas deformatur: sed talis suspicio nunquam *Barnesiis* venit in mentem. Comparat *Gatakerus* senarium, quem *Apostolii* (xx, 92,) fide credidit *Euripidis* esse; niti poterat auctoritate *Stobaei* p. 200, 42, qui dat ex *Euripidis* Telepho, Οὐ γάρ τ' 'Οδυσσεύς, sive Οὐ γαρ 'Οδ. ut est in *MS.* Cod. Leid. scribi malim : A

> *Οὐκ ἆρ' 'Οδυσσεύς ἐστιν αἱμύλος μόνος,*
> *Χρεία διδάσκει, κἂν βραδύς τις ᾖ, σοφόν·*

Quod apud *Suidam* legitur in v. Χρεία·

> *Χρεία διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ, σοφόν·*

suspicatur Cl. *Toupius* Emend. III, p. 321, ex *Menandri* (5) dramate ductum, cui nomen fuerit Καρχηδόνιος· Illinc non vidit *Gatakerus*, in altero *Euripidis* loco, non Μουσικὴν, sed scribendum Μουσικὸν, quod B ubi primus monuit perspicacissimus ille *R. Bentlej.* in Epist. ad *Mill.* p. 21, praeter alia, „ Legent, inquit, qui sapient, *μουσικὸν*, non *μουσικήν.* Μουσικὸν διδάσκει, i. e. *ποιητὴν ἀποδείκνυσι*, *poëtam reddit:* „ Quasi hoc senario Latine dixeris:

> „ *Amor poëtam vel facit vel invenit.*"

Observatio *Bentleji* minime vulgaris manet eadem, sive legatur *μουσικὸν*, seu, quod *Euripidem* arbitror dedisse:

> *ποιητὴν δ' ἄρα*
> *Ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.*

Quod *Grotius* aliique dedere, *μουσικὴν δ' ἄρα* — semel apud *Plutarchum* Sympos. I, 5, p. 622. c. alterum legitur apud eumdem bis. In Erotico *Plutarchi* reperiuntur ista p. 762. B. *ἐπεὶ, καίτερ ὢν ἐρωτικὸς, ὁ* C *Εὐριπίδης τὸ σμικρότατον ἀπεθαύμασεν, ἐπεὶ* (f. leg. *εἰπὼν*)

> *ποιητὴν ἄρα*
> *Ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.*

συνετόν τε γὰρ ποιεῖ, κἂν ῥάθυμος ᾖ τὸ πρὶν, καὶ ἀνδρεῖον, ᾗ λέλενται, τὸν ἄτολμον. Ex verbis *Plutarchi Grotius* nobis hic quoque versum efformavit, Συν-

---

(5) *Menandri* certe latet apud *Suidam* comoedia et alibi, et in v. 'Αντάλλαγον, — Μένανδρος ΚανηΦόρῳ· 'Εδεῖτο χρῆσαι τὸν σεαυτῆς θυγατέρα ἀντάλλαγον χήραν. 'Εκοῦσα ἡ ἀδελΦὴ, etc. quae nimis sunt vitiosa. Sed in istis corrigi facile poterit:

'Εδεῖ-

A ... Συνετόν τε ποιεῖ, κἂν ῥᾴθυμος ᾖ τὸ πρίν.

quem de hoc loco, tanquam indignum *Euripide*, Criticis furcillis deturbabimus. Eadem *Euripidis* latent in *Plutarchi* mendosis de Pyth. Orac. p. 405. F. ὁ δ' Εὐριπίδης εἰπὼν διδάσκειν ποιητὴν, ὡς ἔρως κἂν ἄμουσος ᾖ τοπρὶν ἐννοῆσαι. ὅτι etc. in variis lectionibus posita, διδάσκει μουσικὴν ἔρως, virorum doctorum παραδιορθώσεις, vulgatis quaedam sunt ex Ed. Bas. meliora. Scripserat hic *Plutarchus*, ut puto, ὁ δ' Εὐριπίδης, εἰπὼν, ποιητὴν ὡς ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρὶν, ἐνενόησε, ὅτι ποιητικὴν καὶ μουσικὴν ἔρως δύναμιν οὐκ ἐντίθησιν, ἐνυπάρχουσαν δὲ κινεῖ. Primus, opinor, *Euripidis* non nominati dictum ut testimonium adhibuit in Symposio *Plato*, p. 196. D. E. πρῶτον μὲν ποιητὴς ὁ θεὸς σοφὸς οὕτως, ὥστε καὶ ἄλλον ποιῆσαι· πᾶς γοῦν ποιητὴς γίγνεται,

B κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρὶν,

οὗ ἂν Ἔρως ἅψηται, ᾧ δὴ πρέπει ἡμᾶς μαρτυρίῳ χρῆσθαι ὅτι ποιητὴς ὁ Ἔρως ἀγαθὸς etc. Nemo nunc, opinor, dubitabit, quin, aeque ac *Plutarchus*, *Plato*, legerit ποιητὴν in hoc *Euripidis* dicto; cuius ubi partem adhibet *Aristophanes* Vesp. v. 1069,

[Ῥαδίως ἐγὼ διδάξω,] κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρὶν,

in *Scholiis*, ὁ στίχος esse dicitur ἐκ Σθενεβοίας Εὐριπίδου. docenti nos Grammatico, unde locus insignis sit translatus, peccatum condonat *Bentlejus* in Epist. p. 20. Dictum *Euripidis* bis expressit *Aristides*; cuius T. I, p. 55, Bacchus

Ποιεῖ χορευτὴν, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.

Incolis Romae, p. 345, Graeculus adulatur tanquam τοιούτοις ἀνδράσιν, C ὑφ' ὧν τις,

κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρὶν,

κατ' Εὐριπίδην, ἐμμελής τε καὶ δεξιὸς εὐθὺς γίγνεται, καὶ δύναται λέγειν καὶ περὶ τῶν μειζόνων ἢ κατ' αὐτόν. neque hic *Canterum* latuit; latuit omnes in *Longino* dictum illud ante, quam in perverse scriptis, κἂν ἄλλοις ὅσον, detexisset *Boivinius Longini* manum κἂν ἄμουσος ᾖ. Sect. XXXIX, Ed. *Toll.* p. 208,

---

Ἐδεῖτο χρῆσαι τὸν σεαυτῆς θυγατέρα
Ἀντάλλαγον.

ἐν Χήρᾳ, Ἐκοῦσ' ἀδελφὴ etc. conf. *Suidas* in Ἀποκρίθητι· Ἀπόστα· Αἴρειν· Ζάκορος. etc.

p. 208, αὐλὸς — βάσιν ἐνδεῶς τινα (ῥυθμοῦ vocem hic omissam maluissem; nisi *Ruhnkenio* videretur in εὔρυθμον mutanda,) πρὸς ταύτην ἀναγκάζει βαίνειν ἐν ῥυθμῷ, καὶ συνεξομοιοῦσθαι τῷ μέλει τὸν ἀκροατὴν, κἂν ἄμουσος ᾖ παντάπασι. Correctionem loci, iam ante depravati quam Codices scriberentur superstites, eximiam *Toupium*, cuius ingeniosissimi Critici *Longinum* legere vehementer desideramus, arbitror in contextum recepturum, veritatis paene vi coactum; experturum in illa quoque quod scribit *Longinus* VII., 4. A

C A P U T XX.

In quatuor Tragoediarum fragmenta. B

Sisyphi nomine Tragoediam Critias, drama Satyr. scripsit Eurip. Ex talibus rara cur legantur prolata. Prologi forte fragm. Telephus Euripidis Comico vexata, etiam iniuste. Sublimia quaedam dicta, quorum vis in propriis Magnorum virorum sita nominibus. Hypsipyles eruitur venustum fragm. de infante Ophelte in gramine ludente. Quibus versibus matrem, infante necato, soletur Amphiaraus Tragicus. Redintegratur fragm. vitiosissimum apud Galenum. Ἀετοῖς, *pinnaculis templorum fastigatis, insculptas imagines fuisse. Statuarii quidam veteres. De Smilide Aegineta, cuius nomen redditur Pausaniae, paulo plura notantur. Ex Euripidis Phryxo reliquiae.* Ἄνδρες αἱ πόλεις, οὐ τείχη, *sententia variis adhibita.* Σιροὶ *foveae cavatae, sive Thracum granaria.*

Ex *Critiae* Sisypho duo nobis et quadraginta versus *Sextus Empiricus* servavit; quorum duo primi tanquam *Euripidis* prostant apud illum, qui sub nomine *Plutarchi* de Placitis scripsit Philosophorum;

(1) Duo tamen ex *Sophoclis* Inacho versus praebet Stobaeanus Codex *MS.* Leid. de quo supra dicebam: ubi enim p. 307, 31. *Grot.* p. 178, *Sophoclis* tantum nomen legitur, in isto Cod. adscriptum, Σοφοκλέους ἐν Ἰνάχῳ,

Ἐπ-

A rum; huius auctoritate totum fragmentum retulit ad *Euripidis* Sisyphum *Grotius*. Longam hic ea de re disputationem ingredi commodum nunc non est: mihi versus isti non videntur *Euripidis* quem tamen edidisse drama novi Satyricum sub nomine Sisyphi, quod partem fecit Tetralogiae in scenam commissae Ol. XCI, 1. testis est *Aelianus* V. H. II, c. 8, isthoc anno superatum a Xenocle, quum docuisset Alexandrum, Palamedem, Troadas, et Sisyphum Satyricum.

Istiusmodi fabulae iocosae, quibus probabiliter plebs Attica multo magis delectabatur, quam heroicorum dramatum severitate, nihil admodum continebant ad virtutis commendationem aut mores formandos. Nihil itaque, quod meminerim, *Stobaeus* ex *Euripidis* excerpsit Cyclope, nihil ex Autolyco, nihil ex Sisypho; nihil etiam ex Syleo, quod ego quoque Satyricum fuisse drama suspicor. Ex *Sophoclis* Satyricis fabulis, Andromeda, Amyco, Amphiarao, Hercule, (1) Ina-
B cho, Nausicaa, ne unicus quidem versus in Edito *Stobaei* reperietur Florilegio.

Ex *Euripidis* Sisypho nominatim nihil enotatum nostris in libris inveni nisi vocem *Hesychio*; ob formam autem loquendi duo versus in *Suidae* Lexico: *Hesychio* ad Ἑλίσσων, πλέκων, ψευδόμενος, οὐκ ἐπὶ εὐ:ε:χς λέγων· laudatur Εὐριπίδης Σισύφῳ. in eius etiam Oreste v. 890, Talthybius dicitur καλῶς κακοὺς λόγους ἑλίσσων· sic enim scribendum puto pro καλοῖς. Duo versus ex Sisypho praebet *Suidas*, emendate scriptos, *Etymologo* adiutore, in notis in *Eurip.* Phoen. p. 287. Paululum diversa quae placuit *Heathio*, mihi quoque nunc lectio placet,

> Χαίρω σέ γ', ὦ βέλτιστον Ἀλκμήνης τέκος,
> Ἐλθόντα, τὸν δὲ μιαρὸν ἐξολωλότα.

C quae retractata *Toupio* suspicor placitura prae suis Emend. in *Suid.* III, p. 310.

Solus nobis *Dicaearchus*, in Βίῳ Ἑλλάδος p. 22, hos quatuor versus custodivit *Euripidis*:

> Ἕλλην γὰρ, ὡς λέγουσι, γίνεται Διός·
> Τοῦ δ' Αἴολος παῖς· Αἰόλου δὲ Σίσυφος,

Ἀθά-

> Ἐπῄνεσ'· ἴσθι δ', ὥσπερ ἡ παροιμία,
> Ἐκ κάρτα βαιῶν γνωτὸς ἂν γένοιτ' ἀνήρ.

quae dramati congruunt Satyrico, ut et quae supersunt reliqua: vid. *T. H.* ad *Schol.* in *Aristoph.* II. p. 248.

Ἀθάμας τε, Κριθεύς τ', ὅς τ' ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς A
Θεοῦ μανεὶς ἔῤῥιψε, Σαλμωνεὺς, φλόγα.

Non tantum non leguntur hi versus in superstite dramate *Euripidis*, sed nec perditorum ulli congruere mihi videntur praeterquam Sisypho, qui ex fratris inimici Salmonei filia Tyro divinitus iussus duo filios procreavit: videntur itaque ex *Euripidis* Sisyphi Prologo repetiti. *Grotio* praetermissos versus *Heathius* tamen ut ex incerto dramate sumtos proposuit p. 189.

Ad *Telephi* reliquias idem *Heathius* ex *Aristophane* fragmenta quaedam retulit, quae *Scholiastarum* beneficio novimus ex isto dramate petita. Quaecunque praebet *Aristophanes* continua dari mallem, quam diversis in locis distracta legi. Dedit inter illa quoque versum *Heath.* ex *Schol.* in Ἀχ. 453,

Τί δ' ὦ τάλας σὺ τῷδε πείθεσθαι μέλλεις; B

ubi vox ultima, quae versum vitiat, in legitimam θέλεις facile poterat commutari; ad ultimum etiam istorum versuum ex *Aristoph.* Λυσ. 707,

Ἄνασσα πράγους τοῦδε καὶ βουλεύματος,

adiici qui sequitur 710,

Τί μοι σκυθρωπὸς ἐξελήλυθας δόμων;

ut *Euripideus*: sed *Euripidis* dicendi χαρακτὴρ illic etiam in vicinis quibusdam adparet: *Scholia* vulgatis meliora plura nobis, opinor, monstrarent. Cum ceteris etiam *Heathius* omisit ex Telepho versum, quem dat *Plutarch.* T. II, p. 46. F. οὐ μόνον, ὡς Εὐριπίδης φησὶ, τὸ Τηλέφου τραῦμα

Πριστοῖσι λόγχης θέλγεται ῥινήμασιν, C

ἀλλὰ καὶ τὸν ἐκ φιλοσοφίας ἐμφυόμενον εὐφυέσι νέοις δηγμὸν αὐτὸς ὁ τρώσας λόγος ἰᾶται. Usus his fuit *Ti. H.* in *Luciani* T. I, p. 82. Est illud distichon in epigramm. *Anthologiae MS.* non invenustum:

Τήλεφον ὁ τρώσας καὶ ἀκέσσατο, μὴ σύγε κούρη
Εἰς ἐμὲ δυσμενέων γίνεο πικροτέρη.

horum sunt in Latinis Poëtis multa similia, quaedam etiam in Antholog. Latina, quam Clar. Nostri *P. Burmanni Sec.* legimus beneficio.

Omnium *Euripidis* Tragoediarum maxime Telephum vexavit *Aristophanes*, cui tale fuit ingenium, ut minime mirarer, si nonnulla vituperaverit, quae castigatis etiam ingeniis placuerint. *Scholiasta*, καὶ ταῦτα, ait, ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου, in Ἀχ. v. 554,

Ταῦτ'

A Ταῦτ' οἶδ' ὅτι ἂν ἐδρᾶτε· τὸν δὲ Τήλεφον
Οὐκ οἰόμεσθα;

nempe δρᾶσειν· Telephi verba fuisse cum Ulysse loquentis liquet ex *Scholiis* in *Aristid. Jebb.* T. II, p. 16, Τὸν δὲ Τήλεφον οὐκ οἴει] Τὶς τῶν ποιητῶν εἰσάγει τὸν Τήλεφον ἐλέγχοντα τὸν Ὀδυσσέα ἐκ τῶν αὐτοῦ λόγων, οὓς πρὸς τὸν Τήλεφον εἶπε. mihi Telephi dictum videtur egregium, et quodammodo comparandum cum Iphicratis dicto superbiam sumentis quaesitam meritis sanequam magnifico, quod nobis custodivit cum aliis quibusdam viri Magni dictis *Aristides* T. III, p. 657. proditionis accusatus ab Aristophonte, oratione ad adversarium conversa, σὺ δ' αὐτὸς, inquiebat, εἰ κύριος ἦσθα τῶν νεῶν, πότερον προὔδωκας ἂν, ἢ οὔ; ἐπειδὴ ἀπέφησεν ὁ Ἀριστοφῶν, „ εἶτα σὺ μὲν οὐκ ἂν προὔδωκας, ὢν Ἀριστοφῶν· Ἰφικράτης δὲ προὔδωκεν;" *Siccine vero? tu, qui es Aristophon, tu quidem non prodidis-*
B *ses naves; et prodidisset illas Iphicrates?* Dantur hic illic similia quaedam; nihil tamen me legere recordor huic dicto nisi longo intervallo proximum, quod mihi quidem videtur Demostheneae δεινότητος· et fertur dictum *Demosthenis* apud *Lucian.* T. III, p. 525, ἐπείσθην ἂν τούτοις Ἀρχίας ὤν· ἐπεὶ δὲ Δημοσθένης εἰμὶ etc. cuius simile Macedonis Alexandri ad Parmenionem apud *Diodorum Siculum* T. II, p. 206, 96. *Plutarch.* T. I, p. 681. F. olim lectum apud *Longinum* IX, 8. Versus fuit in *Euripidis* Telepho,

Ἕλληνες ὄντες βαρβάροις δουλεύσομεν;

quem versum comparat *Clemens Alex.* Strom. VI, p. 746, 9, cum his ex oratione *Thrasymachi* pro Larissaeis: Ἀρχελάῳ δουλεύσομεν Ἕλληνες ὄντες βαρβάρῳ· meas aures oratoris periodus numerosior accideret, litera si producta sic pronunciaretur, Ἀρχελάῳ δουλεύσομεν; *Archelao serviremus? qui sumus Hellenes, barbaro?* Oratoris Attici commodum recordor, ubi ore loquitur *Herodoti* P. 579, 78, Συρηκοσίοισι, ἐόντες Ἀθηναῖοι, συγχωρήσωμεν τῆς ἡγεμονίης; duabus literis ablatis suam me vim arbitror dicto restituisse. Atticis ingeniis iucundam sententiam *Euripidis* Iphig. in Aul. v. 1400,

Βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκὸς, ἀλλ' οὐ βαρβάρους.

Demosth. expressit Olynth. III, p. 25, §. 33, ὑπήκουε δὲ ὁ ταύτην τὴν χώραν ἔχων αὐτοῖς βασιλεὺς (Perdiccas Macedo,) ὥσπέρ ἐστι προσῆκον βάρβαρον Ἕλλησι.

Multo rarius, quam *Telephum Euripidis*, attigit *Aristophanes* eximium *Hypsipyles* drama, cum Antiopa commissum et Phoenissis. Hinc suspicor sumptum elegans fragmentum, quo canebat chorus Hypsipyles alumnum Ophelten, Lycurgi filiolum et Eurydices, dum nutrix infantis Hypsipyle sitientibus Danais aquae fontem monstrabat, suosque casus narrabat,

Lascivum, et prono vexantem gramina cursu, . A

ut canit *Statius* Theb. v, 612, cuius sunt ista de puerilibus actis in cespite flores inter aggestos locati Opheltae pervenusta iv, v. 786,

At puer in gremio vernae telluris, et alto
Gramine, nunc faciles sternit procursibus herbas,
In vultum nitens; caram modo lactis egeno
Nutricem clangore ciens, iterumque renidens,
Et teneris meditans verba illuctantia labris,
Miratur nemorum strepitus, aut obvia carpit.

Archemorus, *obvia carpens*, his verbis Tragici veteris non nominati bis pingitur *Plutarcho* T. ii, p. 93, c. et p. 661. F.

[ὁ τῆς Ὑψιπύλης τρόφιμος] B

Εἰς τὸν λειμῶνα καθίσας
Ἔδρεπεν ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ
Αἰρόμενος ἄγρευμ' ἀνθέων,
Ἁδομένᾳ ψυχᾷ,
Τὸ νήπιον ἄπληστον ἔχων.

Eadem utrobique leguntur, nisi quod in altero loco sit ἄχρηστον ἔχων. *Grotius*, una alterave voce frustra mutata, in Exc. p. 463, ut incerti posita Tragici, sic Latina fecit:

In prato residens puer
Nunc hunc nunc alium cupit
Florem carpere: gaudio
Mens perfunditur: innocens C
Expleri studium nequit.

Cui quidem ista conveniant, Hypsipyles drama, qui mihi innotuerit, nemo scripsit praeter *Euripidem;* huic idcirco restituamus dramatis fragmentum. Aliud habet insigne fragmentum Tragoediae *Plutarchus*, quam aliunde novimus Hypsipylen *Euripidae* fuisse: octo versibus ista praemittuntur apud *Plutarch.* in Consolat. Apollon. p. 110. F. οὐ φαύλως γὰρ ἂν δόξειεν ὁ παρὰ τῷ ποιητῇ Ἀμφιάρεως παραμυθεῖσθαι τὴν Ἀρχεμόρου μητέρα, δυσχεραίνουσαν ὅτι νήπιος ὢν ὁ παῖς καὶ ἄγαν ἄωρος ἐτελεύτησε· φησὶ γὰρ οὕτως,

Ἔφυ μὲν οὐδεὶς ὅστις οὐ πονεῖ etc.

In *Statii* Carmine narratur Eurydice

Foemineos coetus plangentiaque agmina ducens,

[A v, 652, et quibus illa modis immaturam filioli mortem sit lamentata vi, 138—184. Sed illam de septem ducibus nemo consolatur: tumultum sedat Amphiaraus v, 669. Lycurgum v, 46,

solatur Adrastus
Alloquiis genitorem ultro, nunc fata recensens
Resque hominum duras, et inexorabile pensum;
Nunc aliam prolem, mansuraque numine dextro
Pignora.

Archemori matrem in *Euripidis* Hypsipyle his verbis solabatur Amphiaraus, hic una alterave vocula emendatius scriptis, quam alibi reperientur:

Ἄ γ' οὖν παραινῶ, ταῦτά μοι δέξαι, γύναι.
B Ἔφυ μὲν οὐδεὶς, ὅστις οὐ πονεῖ, βροτῶν,
Θάπτει τε τέκνα, χ' ἅτερ' αὖ κτᾶται νέα,
Αὐτός τε θνήσκει. κᾆτα δ' ἄχθονται βροτοὶ
Εἰς γῆν φέροντες γῆν. ἀναγκαίως δ' ἔχει
Βίον θερίζειν, ὥστε κάρπιμον στάχυν·
Καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή. τί ταῦτα δεῖ
Στένειν, ἅπερ δεῖ κατὰ φύσιν διεκπερᾶν;
Δεινὸν γὰρ οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς.

Quales in *Stobaeo* suo p. 449 dederat *Grotius*, novem versus repraesentavit *Barnesius*, orsus a vitiosa voce Ἐγῶν· illic legerat ἔγ' οὖν, operarum peccatum: tres horum versuum *Heathius* exhibuit melius scriptos ex *Plutarcho*. Praeter primum et ultimum, septem reliquos ex *Euripidis* dedit Hypsipyle *Stobaeus Gesn.* p. 568, 10. *Plutarchus* octo T. II, p. 110,
C 111. paene sex, sed hos inter solus primum *Clemens Alex.* Strom. IV, p. 588. Horum quinque, de quorum ad consolandum usu a Chrysippo Carneades dissentiebat, Latinos fecit *Cicero* Tusc. III, c. 25. Locum notissimum, uno alterove versu adnotato, sibi revocavit in memoriam *M. Antonin.* VII, 40. XI, 6. Imperatoris Philosophi verba tractans *Leopardus* Em. XVI, c. 23, ad Latina *Ciceronis* dudum ante *Davisium* Graecos adjecit *Euripidis*, accuratius tamen *Davisio* scriptos et *Gatakero*.

Ex *Euripidis* Hypsipyle voces enotantur *Harpocrationi*, *Hesychio*; in inedito quoque Libello *Grammatici Sangerm.* Ἐκδημία, et Νεαρος, ἀντὶ τοῦ νέος· ex veteribus Grammaticis apud *Eustath.* in Il. N, p. 940, 46. Σᾶ pro σῶα· ubi ad istam formam versus adfertur ex Hypsipyle, praetermissus et aliis et *Grotio*:

Εὔφημα, καὶ σᾶ, καὶ κατεσφραγισμένα.

Eustathii observatis utenti *Piersono* ad Moer. p. 348, iure merito suspectum A
erat in hoc senario vocabulum Εὔφημα; scripserat, ut puto, *Euripides:*

Εὔσημα, καὶ σᾶ, καὶ κατεσφραγισμένα.

Quae velut ex *Euripidis* Hypsipyle valde vitiata prostant apud *Galenum* Operum T. v, p. 615, 20, ἰδοὺ πρὸς αἰθέρα ἐξαμιλλῆσαι κόραι γραπτοὺς οἴσι προςβλέπον τύπους· quaeque primum nullo tentamine sananda videbantur, cum amici Clarissimi monitu retractassem, quid sibi vellent adparuit. *Hippocratis* ἀέτωμα οἴκου postquam exposuisset *Galenus*, causam quoque, cur *domus fastigium* sic adpellassent οἱ παλαιοὶ, haec subiunguntur: δε τὸν δὲ καὶ οἵδε, (ἀετὸν δὲ καὶ οἵδε, nempe οἱ παλαιοὶ, recte corrigit *Foesius* in v. Ἀέτωμα,) καθάπερ καὶ ὁ Πίνδαρος, (hoc ulcus satius erit non attigisse) — καὶ Εὐριπίδης ἐν Ὑψιπύλῃ φησὶν, ἰδοὺ etc. Sic primum verba vulgata ponam, ut constet hic senarios latere: B

Ἰδοὺ πρὸς αἰθέρ᾽ ἐξαμιλλῆσαι κόραι
Γραπτοὺς . . . οἴσι προςβλέπον τύπους.

Cur autem Euripidea protulit *Galenus?* ut aedificiorum fastigium, *Hippocrati* ἀέτωμα dictum, veteribus etiam dictum fuisse doceret ἀετόν. Sed ἀετοῦ, vel ἀετῶν, nulla fit in Euripideis istis mentio: οἴσι, literis quae praecesserant extritis, remansit ex ἀετοῖσι, vel αἰετοῖσι. Probabiliter, ut equidem puto, nunc *Euripidis* versus integritati suae restituo sic scriptos:

Ἰδοὺ, πρὸς αἰθέρ᾽ ἐξαμιλλῶνται κόραι
Γραπτοὺς ἐν αἰετοῖσι προσβλέπειν τύπους.

En, coelum versus spectantes puellae pictas (sive *sculptas*) *in* (*templi*) C
fastigiis imagines intueri certatim connituntur. De primo versu nulla erit, opinor, dubitatio, cum singula sint Euripidea. *picturae* Tragico sunt γραφαὶ, et γραπτοὶ τύποι, *imagines pictae:* γλυπτοὺς, *sculptas*, in templorum quis forte fastigiis maluerit. *Aquilae* Poëtis etiam Atticis sunt αἰετοί. Templorum praesertim *fastigia*, sive *pinnacula fastigata* (*J. F. Gronov.* in *Livii* 1, c. 38. f.) Ἀετοὺς fuisse, et cur ita fuerint dicta docue-

---

(2) Talis scribendi ratio, Grammaticis usitatissima, turpem, praeter ceteros, errorem peperit apud *Suidam* in Ἀνανεοῦσθαι· — pro, καὶ Πλούταρχος Κρατῖνος· scribendum, καὶ Πλούτοις Κρατῖνος· Comoediarum sic nomina nominibus Comicorum saepe

A cuerunt *P. Leopardus* Emend. v. c. 2, *A. Foesius* Oecon. *Hipp.* in v.
et, in primis lectu dignissima animadversione, *P. Scriverius* in *Martial.* x, ep. xix. Sed, quod ne ex horum quidem liquet observatis,
in templorum istis pinnaculis triangularibus τύπους fuisse γραπτοὺς, sive
γλυπτοὺς, hoc variis nos exemplis thesaurus antiquitatum docebit *Pausaniae*, L. vi, p. 500. m. viii, p. 693. m. f. ix, p. 732. f. praesertim L. v, p. 399 et 400, ubi enarrat imagines insculptas in Olympici
templi τοῖς ἀετοῖς· et cuius fuerint statuarii τὰ ἔμπροσθεν τῶν ἀετῶν· cuiusque τὰ ὄπισθεν αὐτῶν. quae visebantur in parte fastigii postica, opera
fuisse dicuntur *Alcamenis* aetate Phidiae clari, atque ad illius praestantiam proximi; quae in antica parte, opera fuisse *Paeonii* Mendaei.
Paeonius ille, ex urbe Thraciae Mende natus, cum aliis omissus est in
Francisci Junii, vitiis saepe decepti, Catalogo veterum Artificum utilissimo: memoratur tamen, qui nullus fuit, *Mendaeus* statuarius, ex *Pausa-*
B *niae* v, p. 446, 4. ἔργον ibi dicitur Μενδαίου Παιωνίου, qua ratione (2)
eidem τέχνη Ἀργείου Γλαύκου, p. 447. ἔργα Αἰγινήτου Σίμωνος. Sed,
praeter ceteros Aeginetas statuarios, antiquissimus ex isthac insula memoratur *Smilis*, Euclidae Filius. De hoc *Smilide*, qui dicitur aequalis fuisse
Daedalo, sed multo minus nobilitatus, cum dixisset *Pausanias* L. vii,
p. 531, subdit p. 532, *nusquam illum videri peregrinatum*, ὅτι μὴ παρὰ
Σαμίους καὶ ἐς τὴν Ἠλείαν. Samiae Iunonis illum signum effinxisse et
aliunde noveramus; sed quo tandem argumento confecit *Pausanias* in
Elide versatum Aeginetam illum Smilida? In Eliacis quidem *Pausaniae*
nusquam illius nomen invenietur; ab erudito tamen scriptore semel illic
positum sub duabus literis depravatis huc usque latuit. L. v, c. xvii initio,
signa templi Iunonis enarrans, τὰς, inquit, καθημένας ἐπὶ θρόνων Ὥρας
ἐποίησεν Αἰγινήτης Ἔμιλος· hic Σμιλις reponatur, verum nomen; et ex
C Indice in *Pausaniam*, et ex *Iunii* Catalogo eiiciatur *Emilus*. Quod vero
vidit, ante *Wesselingium* in Probab. p. 312. *Franc. Iunius* in *Euclides* et
in *Smilis*, in loco *Clementis Alex.* legendum Σμίλιδι Εὐκλείδου, miror
non animadversum *R. Bentlejo* in *Callimachi* Fragm. cv. Istius epigrammatis primum hic distichon ponam, prout voce mutata iam olim emendandum censui:

Οὔπω Σμίλιδος ἔργον ἐΰξοον, ἀλλ', ἐπὶ βαθμοῦ
Δηναίου, γλυφάνῳ ἄξοος ἦσθα σανίς.

Illud

---

saepe praemittuntur apud *Suidam*: Δραπέτισι Κρατῖνος, in v. Ἀνεικάσασθε. Δουλοδιδασκάλῳ Φερεκράτης, in v. Ἀναψηφίσασθαι. Λημνίαις Ἀριστοφάνης, in Ἀπεχρήσατο. etc.

Illud nobis epigramma qui servavit *Plutarchus* in *Eusebii* Praep. Ev. III, p. 99. A. turpi menda liberabitur, si pro vulgatis, Ἡ δὲ τῶν ξοάνων (id est ἐξεσμένων, λιθίνων ἢ ἐλεφαντίνων,) ποίησις ἀρχαῖον ἔοικεν εἶναι· scribatur, ἀρχαῖον οὐκ ἔοικεν εἶναι. quam lectionem sequentia postulant *Plutarchi* quaeque praecedunt *Eusebii* verba. Sed, ne quid de Smilide relinquam intentatum, scribi non potuisse ab *Athenagora*, Legat. p. 61, ἡ ἐν Σάμῳ Ἥρα καὶ ἐν Ἄργει Σμίλιδος χεῖρες· sed scribi debuisse suspicor, Σμίλιδος χειρὸς, vel χειρῶν, nempe ἔργα εἰσί. Scriptor Libri *Sapientiae Solomon.* XIII, 10, ἐκάλεσαν θεοὺς ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων — ἢ λίθον ἄχρηστον χειρὸς ἔργον ἀρχαίας. — Sed redeundum est ad *Euripidis* ex Tragoediis perditis reliquias. A

Phryxi dramatis emendati si fuit initium, quod dicitur in *Scholiis* ad *Aristoph.* Ran. v. 1256, ex prioris esse videntur Editionis Prologo, quae dat *Scholiastes* in *Eurip.* Phoeniss. v. 6. — In Ed. *Barnesii* versuum e Phryxo tertius ex *Etymol.* p. 410, 44, — versus 4 cum duobus B
seqq. ex *Iustino M.* p. 41. D. sunt Euripidei; sequentes, ex eodem descripti, partim tantum. Huic ῥήσει subiectus v. 17,

Λάτρις πενέστης ἀμὸς ἀρχαίων δόμων,

ex Phryxo citatur *Athenaeo* VI, p. 264. C. hinc *Eustathio* in *Hom.* Il. Π, p. 1120, 22. Thessalis, ut notum est, quos bello captos sibi servire cogebant, proprie πενέσται dicebantur: πενεστῶν τῶν ἐκ Θετταλίας mentionem faciunt *Aristoph.* Vesp. v. 1264. *Xenophon* Ἑλλ. II, p. 273, 42. VI, p. 340, 4. *Theopompus Athenaei* VI, p. 259. F. p. 265. B. etc. — Isti versui subiecti:

Ἀνὴρ δ' ὃς εἶναι φῇς· ἀνέρος οὐκ ἄξιον
Δειλὸν κεκλῆσθαι, καὶ νοσεῖν αἰσχρὰν νόσον.

sic scripti *Stobaeo Gesn.* p. 95, 5. *Grot.* p. 50, forsan aliis videbuntur C
sincere scripti, mihi quoque viderentur ista sana Ἀνὴρ δ' ὃς εἶναι φῇς, — si legerentur alibi: ut ἀνὴρ εἶναι φῄς, multa Graecis ad eamdem rationem dicuntur: proximum accedit hoc Ganymedis ad Iovem *Luciani* T. I, p. 209, Σὺ, ὦ βέλτιστε φῂς εἶναι, ὃς πρώην κατέχεας ἡμῶν τὴν πολλὴν χάλαζαν; sed cum sequentibus ista stare posse nego; scribendumque arbitror, una ferme tantum litera mutata:

Ἀνέρα δέ σ' εἶναι φῄς; ἀνέρος οὐκ ἄξιον etc.

haec adhibens vir Doctiss. ἀνέρος pro ἀνδρὸς ponendum putabat Iphig. Aul. v. 1224, ubi nunc forte placebit coniectura nostratis *Piersoni*. — Versum qui sequitur, ex *Stobaeo Grotii* sumptum p. 162. in *Stob. Gesn.* p. 239, 27,

Αἱ γὰρ πόλεις εἴσ' ἄνδρες, οὐκ ἐρημία.

du-

A dubites utrum hunc quoque versum respexerit *Aristides* T. II, p. 332, dum laudat τὸ πάλαι (imo τὸ παλαιὸν) τοῦτο, ὡς ἄρα οὐ τείχη, etc. — αἱ πόλεις εἶεν, ἀλλ' ἄνδρες αὐτοῖς εἰδότες θαῤῥεῖν; scribendum ἀλλ' ἄνδρες αὐτοὶ εἰδότες θ. *Thucyd.* p. 498, 31, αὐτοί τε πόλις ἐστε. ad Rhodios *Aristides* urbe eversa terrae motu T. II, p. 371, οὐκ οἰκίαι — ἡ πόλις — ἀλλ' ἄνδρες χρῆσθαι τοῖς ἀεὶ παροῦσι δυνάμενοι. Recte *Canterus* attulit versum *Alcaei*,

Ἄνδρες γὰρ πόλεως πύργος ἀρήϊοι·

repetitum ex *Scholiis* in *Aesch.* Pers. v. 349. Si meminisset *Scholiorum* in *Sophoclis* Oed. Tyr. v. 56, ubi praeter fragmentum *Alcaei* haec leguntur ut verba *Demosthenis*, Ἄνδρες γὰρ πόλεις, καὶ οὐ τείχη, huius forsan etiam dictum Sophistam in animo habuisse censuisset. Decent ista verba Demosthenem, in cuius tamen orationibus illa non arbitror inveniri quae
B supersunt: reperiuntur apud illum, quem sibi *Demosthenes* ut exemplar imitandum praefixerat, *Thucydidem*, qui dat ista Niciae VII, c. 77. f. ἄνδρες γὰρ πόλις, καὶ οὐ τείχη, οὐδὲ νῆες ἀνδρῶν κεναί. ubi nonnulla notat *Jos. Wasse.* dicti primum auctorem laudat *Aristides* T. III, p. 339, ubi vere dicitur re ipsa Themistocles demonstrasse ἀληθῆ τὸν λόγον ὄντα, ὃν πάλαι μὲν Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς εἶπεν, ὕστερον δὲ οἱ πολλοὶ (scribendum ὕ. δὲ πολλοὶ, nam οἱ πολλοὶ sunt *vulgus*) παραλαβόντες ἐχρήσαντο, ὡς ἄρα οὐ λίθοι — αἱ πόλεις εἶεν, ἀλλ', ὅπου ποτ' ἂν ὦσιν ἄνδρες αὐτοὺς σώζειν εἰδότες, ἐνταῦθα καὶ τείχη καὶ πόλεις.

Quod reliquis subiungitur Phryxi dramatis fragmentum,

ἀνοῖξαι μὲν σιροὺς οὐκ ἠξίου·

petitum est ex *Etymologico M.* p. 714, 20. *Draco Stratonicensis* in libello de metris, quem sibi descripsit ineditum *Ruhnkenius* Noster: Σιροὶ, οἱ
C Ἀττικοὶ ἐκτείνοντες (L. ὀξύνοντες) τὸ ὄνομα τὸ ῑ βραχύνουσιν· ἡ δὲ συνήθεια ἐκτείνει. εὑρίσκεται δὲ καὶ (nempe βραχὺ) παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Φρίξῳ, — ἀνοῖξαι δὲ (sic *MS.* Cod.) σιροὺς οὐκ ἠξίου. Ex *Etymologico MS. Leidensi* versum saltem implere poterimus: ista dat liber editus in Σιροὶ — Ἀμμώνιος ἱστορεῖ ὡς οἱ Ἀττικοὶ, ὀξύνοντες τὸ ὄνομα, τὸ ῑ βραχύνουσι. quae sequuntur sic in libro scripto iuvenis meliora legi: καὶ ἡ μὲν τριβὴ τῆς ἀναγνώσεως ἐκτείνει αὐτό· εὑρίσκεται δὲ καὶ βραχὺ, ὡς Εὐριπίδης ἐν Φρίξῳ, Καὶ μῶν ἀνοῖξαι μὲν σιροὺς οὐκ ἠξίου. In ista versus sede Καὶ μῶν non convenit: corrigo:

Καὶ νῷν ἀνοῖξαι μὲν σιροὺς οὐκ ἠξίου.

Et nobis quidem aperire granaria recusabat: Καὶ νῷν sic inchoat in *Eurip.* Oreste versum 1128. Vocem σιροὺς, quam ab Atticis corripi recte tradit *Ammonius*, sic adhibuit in Epigrammate *Eratosthenes* perinsigni,

quo suam figuram, qua cubi duplicationem demonstravit, Regi dedicavit Ptolemaeo apud *Eutocium* in *Archimed.* p. 22; initium tantum adscribam: A

> Εἰ κύβον ἐξ ὀλίγου διπλάσιον, ὦ 'γαθὲ, τεύχειν
> Φράζεαι, τὴν στερεὴν πᾶσαν ἐς ἄλλο Φύσιν
> Εὖ μεταμορΦῶσαι. τὸ δέ τοι πάρα, κἂν σύ γε μάνδρην,
> Ἢ σιρὸν, ἢ κοίλου Φρέατος εὐρὺ κύτος.

nempe *τεύχειν Φράζῃ* vel *νοήσῃς*· vocem *σειρὸν*, in *σωρὸν* male mutatam, emendate scriptam iam exhibuit *Jo. Fellus*, ubi hanc edidit *Eratosthenis* Epistolam. Corripit et vocem adhibitam suo significatu nativo *Anaxandrides* in Protesilao, iocose traducens epulum Iphicratis nuptiale in Thracia apud Cotyn, *Athen.* IV, p. 131. c. narrat Comicus, illum in dotem accepisse praeter cetera, B

> Κέγχρων τε χύτραν, βολβῶν τε σιρὸν
> Δωδεκάπηχυν,
> Καὶ πουλυπόδων ἑκατόμβην.

sic arbitror ista scribenda, et ne *βολβοὺς* quidem aut *πολύποδας* memorari absque aceto, tanquam *βρώματα* quae *Menander* vocabat *ὑποβινητιῶντα*; quibus miles Atticus indigeret, ad viraginem Threïssam exsaturandam. In his primum *Casaubonus* scribendum coniecerat *βολβῶν σειρὰν*· legat quis eius Animadvers. IV, c 3, et fatebitur hunc etiam utilem nobis errorem viri magni; quem illinc postea recte *foveae* retraxerunt *in usum granarii cavatae*, dictae Graecis *σιροὶ*, *siri* Latinis, quarum praesertim in Thracia fuit usus: *τῶν μελινῶν καὶ τῶν ὀλυρῶν τῶν ἐν τοῖς Θρᾳκίοις σιροῖς* meminit *Demosthenes* in Oratione quae olim dicebatur octava Philippicarum p. 60. §. 56. Illinc corrigendum suspicor locum *Xenophontis* in K. 'A VII, p. 240, 13. De his Thracum *granariis* sive *siris* egerunt *H. Valesius* in *Harpocr.* ad v. Μελίνη p. 125. *P. Wesseling.* in *Diodori Siculi* T. II, p. 351. *Victorius* et *Schoettgenius* in *Varron.* de R. R. I, c. 57. C

CAPUT

A

C A P U T XXI.

In fragmenta dramatnm incertorum.

Timor expellit memoriam. Ipsi hoc evenit Demostheni. Λόγων ἀγών. τἀπὸ, τἀγέννητα. *Loca Tragic. et Comic. quae latent apud Plutarch. Tom.* 1, *cuius emendantur et alia quaedam. Menandrea Tolluntur in altum etc. Locus ex Iphig. Aul. Mars optimum quemque metit*, ἁμᾷν φιλεῖ. *Hoc in Aeschyli*
B *repositum trochaico.* Πάτερ *in fine senariorum. Omissa mul-*
ta Barnesio. Μεταβολὴ πάντων γλυκὺ, *Euripidis sententia ab incerto Comico refutata, cuius versus aliquot eruuntur ex Schol. MSS. in Eurip. Medicus cunctator secanti saepe praeferendus.* Μέλλειν. *Aeschyleum*, μὴ τεθυμῶσθαι θεοῖς. Θυμὸς, *excandescentia. Vitae miseris etiam inest dira cupido.* Θνατοῖς οὐδὲν γλυκερώτερον αὐγᾶς *in lapide scriptum; rarius etiam illud* κάλων τείνας οὔριον εὐφροσύνᾳ, *explanatur.* Ἐφεῖναι *et* δοῦναι ἡδονῇ. *De vento secundo locutiones. Locus ex Oreste. Pedem laxare* Στάλα *et* στήλη *in lapidibus scripta. Exhibetur ex lapide egregii Poëtae Epigramma.*

C Attingam etiam incertarum *Euripidis* Tragoediarum fragmenta nonnulla, quae multo plura supersunt quam a *Grotio* fuere Latinis numeris reddita, aut a *Barnesio* vel *Heathio* indicata. Sed omissa proferre, Editoris erit officium, si quem aliquando nanciscatur suorum dramatum *Euripides*, qualem hac qua vivimus aetate desideraremus. In his quem sequamur ordinem quum nihil referat, sequemur Editionis *Barnesii* ductum. P. 506 praebet ex *Stobaeo Grot.* p. 53, *Gesn.* p. 97 hanc egregiam et verissimam *Euripidis* sententiam:

Ὁ φόβος, ὅταν τι σώματος μέλει πέρι,
Λέγειν καταστὰς εἰς ἀγῶν' ἐναντίον,
Τό, τε στόμ' εἰς ἔκπληξιν ἀνθρώπων ἄγει,
Τὸν νοῦν τ' ἀπείργει μὴ λέγειν, ἃ βούλεται.

Tribus illum verbis expressit admirabilis in talibus artifex *Thucydides*

des II, c. 87, v. 41, Φόβος μνήμην ἐκπλήσσει. Thucydidéum qui effinxe- A
rint imitando partim indicantur viro Summo *T. H.* in *Thom. Mag.* p. 287,
288. Quibus autem memoriam timor excutit, dicuntur ἐκπίπτειν. Hoc
Graeculis saepius evenisse Sophistis, dum verba facerent coram Romanis
Imperatoribus, haud sane mirandum est, siquidem illud evenerit *omnium
suae aetatis facundissimo Theophrasto, verba ad populum Atheniensem
facturo;* quin obticuerit ipse coram Philippo *Demosthenes:* vid. *Aelia-
nus* V. H. VIII, c. 12. ibi *Scheffer. Perizon.* et *Philostratus* de V.
Soph. p. 565, 614. Quam omnes experti novimus, monstrant et ista ve-
ritatem sententiae, verbis *Euripidis* eleganter expressae; cuius versum
secundum una voce mutata legi malim:

Λόγων καταστὰς εἰς ἀγῶν' ἐναντίον.

Vulgatum Λέγειν tuiturus diu frustra requiret exemplum simillimum, quale
hoc esse nego *Stobaeo* servatum ibidem p. 97, 28. *Hyperidis*, τὴν ἀγωνίαν B
τοῦ λέγειν πέδην εἶναι· ego vero λόγων ἀγῶν' *Euripidi* frequens esse
novi, positum in Androm. v. 233. Phoeniss. v. 591, 937, et alibi: *He-
rodot.* P. 704, 54. *Thucyd.* p. 210, 61. *Sophoclis* in Elec. v. 1521,

λόγων γὰρ οὐ
Νῦν ἐστιν ὡ 'γών, ἀλλὰ σῆς ψυχῆς πέρι.

Sic et in loco, quem tractamus, *Euripidae* reliquis hi versus subiiciuntur:

Ὅμως

---

(1) Sophoclea latent et Euripidea in isto secundo Volumine
operum *Plutarchi* longe plurima; sed et in primo hic illic *So-
phoclis*, *Euripidis*, et Comicorum nonnulla: Marcellum dixit et C
Cimonem T. 1, p. 310. c. 480. E. κατὰ τὸν Εὐριπίδειον Ἡρακλέα,

Φαῦλον, ἄκομψον, τὰ μέγιστ' ἀγαθόν.

priori loco superfluum ὂν eiiciendum est; posteriori γνῆμα mutan-
dum in σχῆμα. Ex *Euripidis* esse Licymnio versum anapaesticum
novimus ex *Diog. Laërt.* III, 63, *Suida* in 'Ιδέα (sic *MS.* Leid.
ubi vulg. Εἰδέα·) et in Φαῦλον· *Etymolog.* p. 789, 33. qui illinc
facile corrigi poterunt. — Prorsus latent apud *Plutarch.* T. 1,
Euripidis senarii, p. 20. D.

Σοφὸς γὰρ ὡ 'νήρ, τῆς δὲ χειρὸς οὐ κρατῶν·

et p. 444. E. versus ex eius Telepho, cuius supra non recorda-
bar, p. 206. A.

Οὐκ ἆρ' 'Οδυσσεύς ἐστιν αἱμύλος μόνον. etc.

— *Euripideis* ex Andromache v. 598, quae respicit *Propertius*

III,

A "Ομως δ' ἀγῶνα τόνδε δεῖ μ' ὑπεκδραμεῖν
Ψυχὴν γὰρ ἆθλα τιθεμένην ἐμὴν ὁρῶ.

de vita namque mea certamen esse video: Grotius: Cui posita merces aut mea est mors aut salus: sed *vitam positam mercedem* Graece non dixeris, opinor, ψυχὴν ἆθλα τιθεμένην· sed τεθεισαν vel τεθειμένην. Hoc itaque restituamus *Euripidi:*

Ψυχὴν γὰρ ἆθλα τεθειμένην ἐμὴν ὁρῶ.

Poëtarum ῥήσεις excerpenti *Stobaeo* saepe vocula visa fuit mutanda, quo connectebantur cum illis quae praecedebant: Versus inter Euripideos istos 76,

'Εμοὶ γένοιτο πτωχὸς

B cum sequentibus sic legitur apud *Stob.* p. 145, 27. *Grot.* p. 183. Hoc modo scriptos exhibet omisso nomine Tragici *Plutarchus* T. II, p. 64. A.

'Εμοὶ γὰρ εἴη πτωχὸς, εἰ δὲ βούλεται.
Πτωχοῦ κακίων, ὅστις ὢν εὔνους ἐμοὶ
Φόβον παρελθὼν τἀπὸ καρδίας ἐρεῖ.

sic omnino scribenda syllaba τἀπὸ, ut possit produci, saepissime nostris in libris male scripta: apud eumdem *Plutarchum* (1) latuit idcirco *So-*

III, El. XII, 3, subiicit in Numa *Plutarchus* ista *Sophoclis* vitiose scripta I, p. 77. A. Καὶ ταν νεορτὸν ἄσετ' ἄστολος χιτὼν etc. Re-
C deat in suum locum Sophoclea vox νέορτος *recens orta;* vox ἄσετ' cum *Aurato* separetur in duas ἇς ἔτ' et ex Hermione *Sophoclis* dramate hoc chori lucrabimur fragmentum:

Καὶ τὰν νέορτον, ἇς ἔτ' ἄστολος χιτὼν
Θυραῖον ἀμφὶ μηρὸν
Πτύσσεται, Ἑρμιόναν.

Duo *Cratini* senarii latent in Solone Plut. p. 92. B.

Πρὸς τοῦ Σόλωνος, καὶ Δράκοντος, οἷσι νῦν
Φρύγουσιν ἤδη τὰς κάχρυς ταῖς κύρβεσιν.

hinc restituendi *Scholiis* in *Aristoph.* Nub. v. 447. — Ex *Eupolidis* Δήμοις Periclem facit cum Myronide loquentem *Plutarch.* I, p. 165. E. senariis, sic facile scribendis:

ΠΕΡ. 'Ο νόθος δέ μοι ζῇ; ΜΥΡ. Καὶ πάλαι γ' ἂν ἦν ἀνὴρ,
Εἰ μὴ τὸ τῆς πόρνης ὑπωῤῥώδει κακόν.

Sophoclis versus T. II, p. 732. D. in istis, ἅπαντα τὰ γένη τὸ πρῶτον ἦλθεν ἅπαξ. Quis dubitet *Sophoclis* esse senarium: A

Ἅπαντα τἀγέννητα πρῶτον ἦλθ' ἅπαξ;

adhibitum ἐπὶ τῶν ὅτι μὴ πρότερον ἦν ἀπιστουμένων εἰ γέγονε νῦν. Eadem illius fuit opinio, cuius exhibet *Aristoteles* Rhetor. II, p. 102, hunc quoque versum,

Ἄπιστ' ἀληθῆ πολλὰ συμβαίνειν βροτοῖς.

A veteribus multa tamen ἄπιστα nobis narrantur, in quae huius aetatis homines dicerent, quae *Minutius Felix* in Oct. c. XX, p. 185, *si essent facta, fierent; quia fieri non possunt, ideo nec facta sunt.*

Vs. 80, 81, Si quis hinc auferre velit tanquam incerti versus, vicinos ex *Stobaeo* p. 172. 24, 25 horum loco ponere poterit Euripideos sine controversia, B

Τῷ γὰρ βιαίῳ κἀγρίῳ τὸ μαλθακὸν
Ἐς ταὐτό γ' ἐλθὸν τοῦ λίαν παρείλετο.

literâ mutatâ sonum effeci suaviorem, quam in ταὐτὸν ἐλθόν. Sententiae

---

Latent *Diphili* versus in Nicia p. 523. D. et forsan *Aristophanéus* p. 524. C.

Γεροντανωγῶν, κἀναμισθαρνεῖν διδούς·

comparandus ad *Aristoph.* Equit. v. 1096. — In Periclem *Hermippi* versus anapaestici sunt acerbissimi p. 170. E. sic, ut puto, disponendi, C

Βασιλεῦ Σατύρων,
Τί ποτ' οὐκ ἐθέλεις δόρυ βαστάζειν,
Ἀλλὰ λόγους μὲν περὶ [τοῦ] πολέμου
Δεινοὺς παρέχῃ,
Ψυχὴν δὲ Τέλητος ὑπέστης;

scripserat fortasse:

Ψυχὴν δ' Ἀτέλητος ὑπέστης.

sequentia, ad eamdem rationem facile concinnanda, paulo sunt obscuriora: *Teleclidis* anap. tetrametri catalectici prorsus latent in Pericle p. 161. E. Τηλεκλείδης παραδεδωκέναι φησὶν αὐτῷ τοὺς Ἀθηναίους,
Πόλεών τε φόρους, αὐτάς τε πόλεις, τὰς μὲν δεῖν, τὰς δ' ἀναλύειν·
Λάϊνα τείχη, τὰ μὲν οἰκοδομεῖν, τὰ δ' αὖτε πάλιν καταβάλλειν.
Σπονδάς, δύναμιν, κράτος, εἰρήνην, πλοῦτόν τ', εὐδαιμονίαν τε.

Haec

A tiae vim auditoribus arbitror fuisse conspicuam, cum in *Sophoclis* perdito dramate ad Ajacis convitia responderet Nestor:

Οὐ μέμφομαί σε· δρῶν γὰρ εὖ κακῶς λέγεις.

quem auctore suo dignum senarium etiam *Plutarcho* debemus T. II, p. 504. B, 810. B.

In vs. 85, pro ἄνθρωπον scribendum omnino

Κρινεῖ τίς αὐτὸν πώποτ' ἀνθρώπων μέγαν;
Ὃν ἐξαλείφοι πρόφασις οὐ τυχοῦσ' ὅλον.

Hanc ῥῆσιν quae praecedunt in *Stob. Gesn.* p. 187, 21, itidem tribuuntur *Euripidi: Menandro* dedit *Grotius* p. 110, Codicis auctoritate Paris. motus; mihi quoque videntur Menandrea, sententiam complectentia, quam egregie tractavit *Claudianus :*

B *tolluntur in altum*
Ut lapsu graviore ruant:
Ἐπαίρεται γὰρ μεῖζον, ἵνα μεῖζον πέσῃ·

quem *Grotius* adiecit reliquis, apud *Antonium Melissam* p. 141, legitur ut *Philistionis* versus.

Vs.

Haec speciminis instar sufficient. — Quibus ista minus placent, quando *Plutarchi* Vol. primum est ad manum, his dabo de multis pauca melius scripta, quam vulgantur. In Romulo p. 28. C. laudatur Ἀντίγονος· ubi scribendum Ἀντίας· et *Valerius Antias* est intelligendus: vid. p. 25. E. 75. E. etc. — In Pericle p. 162. B. ἅπαντα μὲν οὖν ταῦτα τῆς Ἀναξαγόρου σοφίας· posuisse videtur, ἀπᾴδοντα μὲν οὖν —· verbum ἀπᾴδειν, eadem structura frequentatum, reddi poterit *Aeliano* in V. H. XIII, c. 1, 843, 1, pro ἀποδεῖν. — In Marcello *Plutarchi* p. 305. E. ubi memorantur λογικῆς καὶ πραγματικῆς ἀποδείξεως οὐκ εὐποροῦντα προβλήματα· nemo corrigere dubitabit λογικῆς καὶ γραμμικῆς ἀποδ. apud *Suidam* eadem vox in [illegible]ματικῇ degeneraverat, monente *Toupio* 1, p. 61. — In *Plutarchi* Cleomene p. 808. B, memorantur δύο τῶν συντρόφων Κλεομένους, οὓς Σαμοθρᾷκας καλοῦσιν. *Samothraces* isti nimis diu lectores fatigarunt: corrigendum est, οὓς Μόθακας καλοῦσι vid. *Meursii* Misc. Lacon. II, VI, p. 10. cum scriba per errorem μόθακας dedisset, sciolus egregie se facturum credidit, si *Samothracas* in hunc locum induceret.

Vs. 99, 100, 101, — scriptos *Grotio* p. 123 quales in *Stob.* legerat *Gesneri* p. 196, 32, perperam etiam apud *Theophilum Antioch.* II, p. 259, in duo trochaicos esse redigendos, quorum alter illinc esset restituendus (2) in *Euripidis* Iphig. in Aul. ante v. 395, viderunt *S. Musgravius* Exercit. in *Eurip.* I, c. IX, et *B. Heathius* in *Eurip.* p. 77. Utrique rem arbitror non ingratam me facturum si dixero, versus praecedentis, 394, lectionem sic emendatam fuisse *Tiersono* Nostrati, — *ὅρμα. μωρία δ' εἴση Φρενῶν Τοὺς κακῶς* — ignorabat ille versum hic interserendum, utpote qui necdum accurate tractasset Stobaeana. Videant nunc viri Doctissimi, quam bene cohaereant omnia, si sic scribantur ista: A

Οὓς λαβὼν στράτευέ γ', ὅρμα· μωρίαν δ' εἴσῃ Φρενῶν.
Οὐ γὰρ ἀσύνετον τὸ θεῖον, ἀλλ' ἔχει συνιέναι
Τοὺς κακῶς παγέντας ὅρκους καὶ κατηναγκασμένους. B

In horum primo stare non poterat *οἶμαι*, paulo ante recte adhibitum, hinc autem alienum: literis vulgatis proximum *ὅρμα* cum *στράτευε* quam apte haereat multis posset vel ex *Herodoto* solo exemplis monstrari, si quis illa requireret, cui saepe Reges dicuntur *ὁρμῆσαι στρατεύεσθαι*· hoc sic distractum *στράτευέ γ', ὅρμα·* animoso Regi videtur inprimis congruum.

Sed, ut hic latebant, saepe trochaici versus latent apud *Athenaeum*, *Plutarchum*, aliosque, *Sophoclei* in *Schol.* ad *Apollon. Rhod.* IV, 223, *ἐν τοῖς Σκύθαις ὁ Σοφοκλῆς ἑτερομήτορα τῆς Μηδείας* (conf. *Schol.* in *Apollon.* III, 242.) *τὸν Ἄψυρτον λέγει. οὐ γὰρ ἐκ μιᾶς κοίτης ἔβλαστον. ἀλλ'* etc. senarios hinc efficere tentabat Clar. *Heathius* in *Soph.* Fragm. p. 103. Una voce *κοίτης* eiecta, quam Grammaticus adiecerat, aut ex vicinia repetitam librarius, restitui facile poterunt *Sophoclis* trochaici:

Οὐ γὰρ ἐκ μιᾶς ἔβλαστον· ἀλλ' ὁ μὲν Νηρηΐδος C
Τέκνον ἄρτι βλαστάνεσκε, τὴν δ' Ἰδυῖα πρίν ποτε
Ὠκεανοῦ κόρη γ' ἔτικτεν.

Sophocleis Aeschyli succedat trochaicus ex *Stobaei* Florilegio. Ex *Aeschyli* Caribus p. 356, 28, quae *Gesneri* praebet Editio continuo ductu, sic *Grotius* collocavit, p. 199,

Ἀλλ'

---

(2) Ex *Suida* in *Χλάζειν* versus, qui probabiliter excidit, restitui poterit in *Aristophanis* Nubibus, quam suspicionem miror Clar. *Toupio* non incidisse, dum tractabat *Suidae* locum Emend. III, p. 345. Inserto versu, quem praebet *Suidas*, sic egregie cohaerent Aristophanei anapaestici Nubib. v. 963,

Εἰ

A ᾽Αλλ᾽ Ἄρης φιλεῖ
᾽Αεὶ τὰ λῷστα πάντα τ᾽ ἀνθρώπων στρατοῦ.

Stanlejus eadem dedit, et haec Latina: *verum Mars amat semper viros praecipuos exercitus.* Siccine vero amat illos Ἄρης, qui secundum *Sophoclem Plutarchi* T. II, p. 23. B. 757. B coecus,

Συὸς προσώπῳ πάντα τυρβάζει κακά;

amabat, opinor, Ὡς λύκοι ἄρνα φιλοῦσ᾽· at cur, obsecro, dicitur *amare semper*

τὰ λῷστα πάντα τ᾽ ἀνθρώπων στρατοῦ·

(aut πάντα γ᾽ ἀνθρώπων, ut emendandum putabat *Pauwius*·) *optima omnia hominum exercitus:* an ut ne ranarum aut murium intelligeremus exercitum; aut ne crederemus illum, insignem Συὸς προσώπῳ, B suo genere contentum? Redeat vox ανθρώπων in suum compendium ἀνῶν. Alicubi μῶν in *Euripidis* versu mutatum fuit in νῶν. hic ἀνῶν mutetur in ἀμῶν, *metens:* de Marte homicida, qui *demetit* ense suo *praestantissimos quosque*, dici certe potuit: χαίρει γ᾽ ἀεὶ τὰ λῷστα πάντ᾽ ἀμῶν στρατοῦ. Sed φιλεῖ requirit ἀμᾷν· hoc itaque restituamus, et suum *Aeschylo* versum trochaicum:

᾽Αλλ᾽ Ἄρης φιλεῖ γ᾽ ἀεὶ τὰ λῷστα πάντ᾽ ἀμᾷν στρατοῦ.

Sed amat metere semper Mars optimos quosque ex exercitu: metere, sicut *Claudius*, *Horatii* Carm. IV, Od. XIV, 31,

Primosque et extremos metendo
Stravit humum.

C L. II, Epist. II, 178, *metit Orcus Grandia cum parvis:* plura dedit in eam rem *N. Heins.* in *Ovid.* Met. v, v. 104. Ajax *Philostrati* p. 690, I, τοὺς τὰ πλήθη ἀποκτείνοντας θεριστὰς ἡγεῖτο μεγα μηδὲν ἀμῶντας. *Pausan.* p. 612. f. ἔμελλεν ὁ δαίμων καὶ τὸ γένος τὸ Κασσάνδρου κακῶς ἐξαμήσειν. *Sophoclis* chorus de Antigone moritura Antig. v. 610, νὶν φοινία θεῶν Νερτέρων αμᾷ κοπις᾽ (ut vulgatam vocem κονις recte corrigit *Reiskius*:) *illam Deorum*

Εἰ δέ τις αὐτῶν βωμολοχεύσαιτ᾽, ἢ κάμψειέν τινα καμπὴν,
[Αὐτὸς δείξας, ἔν τ᾽ ἁρμονίαις Χιάζων ἢ Σιφνιάζων,]
Οἵας οἱ νῦν τὰς κατὰ Φρῦνιν ταύτας τὰς δυσκολοκάμπτους·
᾽Επετρίβετο τυπτόμενος πολλὰς, ὡς τὰς μούσας ἀφανίζων.

rum inferorum saevus ensis demetit, quam in aedibus Oedipi dixerat ultimam ῥίζαν. proprie Medea ῥιζῶν — τομὰς — Χαλκέοις ἤμα δρεπάνοις, in *Sophoclis* Ῥιζοτόμοις, teste *Macrobio* Saturn. v, c. 19, p. 511. Sed neque verbum, opinor, in controversiam cadet, nec ipsa sententia dubitabitur an Marti, sive bello, conveniat: A

> Τοὺς εὐφυεῖς γὰρ κἀγαθοὺς, ὦ παῖ, φιλεῖ
> Ἄρης ἀναιρεῖν·

solet interficere: Sophoclis est ex Phrygibus apud *Stob.* p. 96, 53. ubi vulgatur Ἄρης συναίρειν. apud eumdem p. 356, 25, *Sophoclis* est e Scyriis versus:

> Φιλεῖ γὰρ ἄνδρας πόλεμος ἀγρεύειν νέους.

In Philoct. 436, B

> πόλεμος οὐδέν' ἄνδρ' ἑκὼν
> Αἱρεῖ πονηρὸν, ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς ἀεί.

Apud *Stobaeum* quoque sunt ex Temenidis versus *Euripidis* p. 351, 40, [vulgatis videtur praefigendum

> Καὶ γὰρ] φιλεῖ τοι πόλεμος οὐ πάντ' εὐτυχεῖν,
> Ἐσθλῶν δὲ χαίρει πτώμασιν νεανιῶν.

Vacare, fateor, culpa potueram, quam deprecor. Nimis diu me versus *Aeschyli* detinuit.

Quem in his excerpendis ad manum habuit *Barnesius*, post versum 11, praeter ceteros, undecim in una pag. *Stobaeani* Florileg. (240, 12 etc. 29 — 31.) *Grot.* p. 165 reliquit intactos. Postquam posuisset ex *Stob. Grot.* p. 171, (*Gesn.* 276, 38,) C

> ἄρχεσθαι χρεὼν
> Κακοὺς ὑπ' ἐσθλῶν, καὶ κλύειν τῶν κρεσσόνων.

ubi scribi debuerat κρεισσόνων· ex p. 185 *Grotii* posuit ista:

> Ἡ γὰρ τυραννὶς πάντοθεν τοξεύεται
> Δεινοῖς ἐρῶσιν, οὓς φυλακτέον πέρι.

ut ille dederat, pro ἧς φυλακτέον π. *Gesneri* p. 343, 31. Neutrum Graecum arbitror, genuinum autem quod prostat in *Herodoti Wess.* P. 223,

> Δεινῶς ἐρῶσιν, οὓς φυλακτέον, πάτερ.

in fine versuum πάτερ etiam in fragmentis invenietur Tragoediarum Aeoli v. 47. Alcmaeonis v. 22. Danaës v. 124. ad οὓς φυλακτέον unius ad-

A adscribam *Andocidis* c. Alcibiad. verba ex p. 32, 12, ἔστι δὲ σωφρόνων ἀνδρῶν φυλάττεσθαι πολιτῶν τοὺς ὑπεραυξομένους, ἐνθυμουμένους (*Markland.* in *Lys.* P. 180, 9) ὑπὸ τῶν τοιούτων τὰς τυραννίδας καθισταμένας.

Quae in Ed. *Gesn.* p. 324. 41. *Grot.* p. 183. ut *Euripidis*, sed loco legebantur ex Plisthene subiecta, more suo retulit *B.* ad istius dramatis reliquias: atque ita subiecta versibus ex Heraclidis *Gesn.* p. 307, 1. *Grot.* p. 177, praetermisit, suspicatus, opinor, in isto dramate reperiri: hic etiam fefellit illum opinio. Sunt ex perdito dramate versus *Euripidis:*

Ἐγὼ γὰρ ὅστις, μὴ δίκαιος ὢν ἀνὴρ
Βωμὸν προσίζει, τὸν νόμον χαίρειν ἐῶν,
Πρὸς τὴν δίκην ἄγοιμ' ἄν, οὐ τρέσας θεούς.
Κακὸν γὰρ ἄνδρα χρὴ κακῶς πάσχειν ἀεί.

B Eadem ratio, cur hos omiserit amanuensis *Barnesii*, in p. 361. *Grot.* *Gesn.* p. 498, 14. quorum primum commode restituit *Jo. Piersonus* Verisim. p. 138.

Τὸν σὸν δὲ παῖδα σωφρονοῦντ' ἐπίσταμαι,
Χρηστοῖς θ' ὁμιλοῦντ', εὐσεβεῖν τ' ἠσκηκότα.
Πῶς οὖν ἂν ἐκ τοιοῦδε σώματος κακὸς
Γένοιτ' ἄν; οὐδεὶς τοῦτό μ' ἂν πίθοι ποτέ;

In horum versuum tertio σώματος mutandum videtur in σχήματος·

Πῶς οὖν ἂν ἐκ τοιοῦδε σχήματος κακὸς
Γένοιτ' ἄν;

ut sensus sit, οὕτως ἐσχηματισμένος, *istis ornatus virtutibus quomodo tandem malus fieret?* vid. *T. H.* in *Luciani* somnium p. 11. a. Sed omissos
C in Editione *Barnesii* versus *Euripidis*, qui mihi plurimi sunt ad manum ex quibusvis scriptoribus, hic non conquiram.

Insignis ista ῥῆσις ex *Stobaeo* p. 355, 20, vitio vacabit si scribatur v. 120.

Ὁρᾷς τὸν εὐτράπεζον ὡς ἡδὺς βίος,
Ὅ, τ' ὄλβος, ἔξωθ' εἴ τις ἐστὶ πραγμάτων.

pro ἔξωθεν τίς· — Vitiosum dedit versum 131, *Grotium* sequutus:

Ἐγὼ γὰρ ἃ 'χω λέκτρα, τάδε καλῶς ἔχειν.

nisi quod ille scripserit ἃ ἔχω, minus vitiose, memorans in notis lectionem a se mutatam in Ed. *Gesn.* p. 429, 20,

Ἐγὼ γὰρ ἔξω λέκτρα αὐτοῖς καλῶς ἔχειν,
Δίκαιόν ἐστιν, οἷσι συγγηράσομαι.

 hinc

hinc legitimam facile formabimus; in γὰρ ἕξω latet παρέξω. monstrat ipsa A
sententia patris, ut puto, cum filia loquentis, *Euripidem* dedisse:

A. Ἐγὼ παρέξω λέκτρα σοὶ καλῶς ἔχειν.
B. Δίκαιόν ἐστιν, οἷσι ξυγγηράσομαι.

eadem structura Noster ista posuit in Iphig. in Aul. v. 936,

οὐ γὰρ ἐμπλέκειν πλοκὰς
Ἐγὼ παρέξω σῷ πόσει τοὐμὸν δέμας.

Omissos ne memorem, ab illo facile detegendos, qui hoc sibi crediderit negotii datum; incuriae Barnesianae specimen inter istos, P. 508, versus praebet 147, omnis sensus inanis. Duo leguntur in *Stobaeo Gesn.* p. 454, 10, *Grot.* p. 335,

Ὅστις δὲ τοὺς τεκόντας ἐν βίῳ σέβει, B
Ὅδ' ἐστὶ καὶ ζῶν καὶ θανὼν θεοῖς φίλος.

non enim ex Heraclidis esse sed incerto dramate monuit *Grotius*: sequentes illic duo sunt ex isto dramate; qui sequitur ex incerto; quo pro Καὶ nihil interest utrum χρὴ scribatur, an

Δεῖ τοῖς τεκοῦσιν ἀξίαν τιμὴν νέμειν.

adiici poterit ex pagina sequente 455, 11. *Grot.* p. 339,

Δίκαια τοὺς τεκόντας ὠφελεῖν τέκνα.

In his, post versum 164, omissus, legitur apud *Stobaeum* versus p. 507, 28,

Σκαιὸν τὸ πλουτεῖν, κἄλλο μηδὲν εἰδέναι. C

Grotius in suo Florileg. p. 377. alterum huic praefixit ex *Plutarch.* T. II, p. 20. D. utrumque dedit et in Exc. ex *Eurip.* p. 421. Restituenda vox est a viro summo mutata:

A. Χρυσοῦ σε πλήθει, τούσδε δ' οὐ χαίρειν χρεών;
B. Σκαιὸν τὸ πλουτεῖν, κἄλλο μηδὲν εἰδέναι.

atque in alium longe sensum accipienda sententia: *Tene decet auri copia laetari, hos autem dedecet?* quin imo his nocerent divitiae ἄλλο μηδὲν εἰδόσι. Eadem *Stobaei* pag. v. 44, versum dat *Euripidis*, qui huc debuerat referri,

Πολλῶν τὰ χρήματ' αἴτι' ἀνθρώποις κακῶν.

Pag.

A Pag. autem 531, 41, tres velut ex Iphig. quos vidit *Grotius* ex incerto dramate petitos, hos nempe:

> Πολλαί γε πολλοῖς εἰσὶ συμφοραὶ βροτοῖς,
> Μορφαῖς δὲ διαφέρουσιν· ἕνα δ' ἄνευ τύχης
> Μόλις πότ' ἐξεύροι τὶς ἀνθρώπου βίον.

versu secundo *Grotius* ἐνδ' in ἕνα δ' egregie mutavit. sunt et ex incerta Tragoedia versus *Euripidis*, quos dat *Stobaeus Gesn.* p. 558, 18. *Grot.* p. 427,

> Κεκλημένῳ δὲ φωτὶ μακαρίῳ ποτὲ
> Αἱ μεταβολαὶ λυπηρόν· ᾧ δ' ἀεὶ κακῶς
> Ἔστ', οὐδὲν ἀλγεῖ συγγενῶς δύστηνος ὤν.

B Hac sententia correxisse forsan videbitur alteram suam *Euripides*, in Oreste saltem aegrotante, (Orest. v. 234,) si non in universum, veram

> Μεταβολὴ πάντων γλυκύ.

Eustath. in Od. A, p. 38, 50, *οὔτε ἡ ὑπερβολὴ ἀεὶ κακίζεται, οὔτε μεταβολὴ πάντων ἡδὺ ἐξ ἀνάγκης κατ' Εὐριπίδην.* idem ad ista in Il. P, p. 1124, 43, *δῆλον γὰρ*, ait, *ὡς γλυκὺ ἔστιν ἡ μεταβολὴ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἡ τῶν κακῶν.* Atque ita in *Scholiis* ad *Eurip.* Orest. v. 234, *προσυπακουστέον* (*MS.*) *τὸ κακῶν.* quod additur, *κεκωμῴδηται δὲ ὁ στίχος*, forsan referri potuisset ad *Antiphanis* locum apud *Athen.* x, p. 446. A. ubi vid. Animadv. *Casaub.* x, c. XIII. nisi pro vulgatis *Φήσει μὲν γάρ τις* etc. haec multo mihi meliora Codex praeberet *Augustanus MS.* *Φησὶ γὰρ ὁ Κωμικὸς, ὁ πρῶτος εἰπὼν μεταβολὴ πάντων γλυκὺ οὐχ ὑγιαίνει δέ ποτε· ἐκ μὲν γὰρ κόπου* (vel *κόπων*) *γλυκίαι* (sic *MS.*) *ἀνάπαυσις, ἐξ ἀλουσίας δὲ ὕδωρ καὶ τὰ τοιαῦ-*
C *τα. ἂν δὲ ἐκ πλουσίου πτωχὸς γένηται, μεταβολὴ μὲν, ἡδὺ δὲ οὔ. ὥστε οὐχὶ πάντων ἡ μεταβολὴ γλυκεῖν.* sic in librum ista meum ex *Augustano* transscripsit *Georg. Tryllitschius.* Ex his sex versus incerti *Comici*, si verba nonnihil adiuventur, hi poterunt effingi:

> Ὁ πρῶτος εἰπὼν, μεταβολὴ πάντων γλυκὺ,
> Οὐ δῆθ' ὑγιαίνει, δέσποτ'· ἐκ μὲν γὰρ κόπων
> Γλυκεῖ' ἀνάπαυσις, ἐξ ἀλουσίας δ' ὕδωρ,
> Καὶ τἄλλα δὴ τοιαῦτά γ'· ἂν δ' ἐκ πλουσίου
> Πτωχὸς γένηται, μεταβολὴ μὲν, ἡδὺ δ' οὔ·
> Ὥστ' οὐχὶ πάντων μεταβολὴ γλυκεῖα δή.

Ff 3 Ver-

Versu secundo τὸ δέσποτα non male videor restituisse pro δέ ποτε· ut A servum Comicus fecerit irridentem Euripidea; δήποτ' isti versus sedi non conveniebat; eius initio scribi quoque poterit: Οὔ τοι γ' ὑγιαίνει· sic *Aristoph.* Pluto v. 364, Οὔ τοι, μὰ τὴν Δήμητρ', ὑγιαίνειν μοι δοκεῖς. sic saepe loquutus v. 507, 1061, 1067, Nub. 1278, etc.

Ad haec et similia Poëta noster Philosophus multa, opinor, dixisset; cuius hoc etiam est sapientissimum dictum *Plutarcho* saepe laudatum aliisque:

Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακὰ,
Ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις ὥστ' ἔχειν καλῶς.

forsan dixerit *Euripides*, qualia multa *Maximus Tyr.* Diss. quinta, ubi praeter alia §. 6, ποθεῖ, inquit, ἄνθρωπος καὶ νύκτα μέθ' ἥλιον, καὶ λιμὸν μετὰ κόρον, καὶ δίψαν μετὰ μέθην· κἂν ἀφέλῃς αὐτοῦ τὴν μεταβολὴν, λύπην τὴν ἡδονὴν ποιεῖς. sed laudare dictum *Euripidis* dignatus est *Aristoteles*, B loco quem indicat *Ti. Hemsterhus.* in *Lucian.* p. 435, 25.

Inter versus Barnesianos, 166, aliique, alibi iam sunt emendati.

Vs. 170,

Μέλλοντ' ἰατρὸς τῇ νόσῳ διδοὺς χρόνον·

defendi poterit ut recte sic scriptus in *Stob.* Flor. *Gesn.* p. 551, 7. *Grotii* p. 422. Sed nemo negabit scribi quoque potuisse:

Μέλλων γ' ἰατρὸς, τῇ νόσῳ διδοὺς χρόνον,
Ἰάσατ' ἤδη μᾶλλον, ἢ τεμὼν χρόα.

mihi quidem perplacet Μέλλων γ' ἰατρὸς, *medicus qui quidem prudenter cunctatur*, τῇ νόσῳ διδοὺς χρόνον, *suos morbo dies relinquens*, atque exspectans τὴν κρίσιμον· tempus illud intermedium ducendo, medicus ille C cunctator *sanare certius saepe solet*, *quam si remediis morbum irritaret:*

Ἰάσατ' ἤδη μᾶλλον, ἢ τεμὼν χρόα.

hanc aoristi vim non attendebat Cl. *Heathius.* In his μέλλων esset ut apud *Thucyd.* p. 56, 82, τὸ βραδὺ καὶ μέλλον, ὃ μέμφονται. in *Eurip.* Orest. v. 420. Μέλλει τὸ θεῖον. in Cresphonte: Χρῆν καὶ σὲ μέλλειν. *Xenoph.* Ἑλλ. II, p. 270, 15, οὐ γὰρ ἔτι ἐνεχώρει μέλλειν. Sed saepe medico quiescere non licet, ἡνίκ' ἂν ὀξὺς ὁ καιρὸς ὢν διαμέλλειν μὴ διδῷ, *Longin.* π. Ὕ. XXVII, 2.

Vs. 180, 181, apud *Stobaeum* quidem p. 570, 17, leguntur ut Euripidei; mihi vero gravitate digni videntur *Aeschyli*, cui tribuuntur a *Plutarcho* T. II, p. 116. F. ex utriusque scriptura haec mihi legitima videtur:

Ἀν-

A Ἀνδρῶν γάρ ἐστιν ἐνδίκων τε καὶ σοφῶν,
Κἂν τοῖσι δεινοῖς μὴ τεθυμῶσθαι θεοῖς.

Iracundiâ exardescere θυμοῦσθαι dicebatur veteribus, non θυμεῖσθαι, *Aeschylo* in *Aristoph.* Ran. v. 1038, Θυμοῦμαι μὲν τῇ ξυντυχίᾳ. *Soph.* Oed. T. v. 352, Θυμοῦ δι' ὀργῆς ἥτις ἀγριωτάτη. *Herodotus* P. 529, 64, ἐθυμώθη ὁ Ξέρξης καὶ ἀμείβετο· quod etiam recipi debuerat ex Codd. In *Aristoph.* Ran. v. 592 scribendum: Οἶδ', οἶδ', ὅτι θυμοῖ, pro θυμεῖ. Non θύμωσις, quod vulgatur, sed scripsisse videtur *Cicero* Tusc. IV, c. 9, *ut — Excandescentia sit ira nascens, — quae* θυμὸς *Graece dicitur:* Vocem θύμωσις illic iam displicuisse video *H. Stephano* Th. Gr. L. T. I, p. 1598. A, conf. *Menag.* et *Kühn.* in *Diogen. Laërt.* VII, 114. In hac quidem voce non aberrans a veritate *Plato* Cratylo p. 419. E. Θυμὸς, ait, ἀπὸ τῆς θύσεως καὶ ζέσεως τῆς ψυχῆς ἔχοι ἂν τοῦτο τὸ ὄνομα.

Versum 185, in Ed. *Gesneri* p. 581, 28, valde vitiatum, egregie
B *Grotius* edidit emendatum p. 463. in vicino versu, quo posuit ἐξαίρου, pro ἐξ ᾅδου, latet adhuc veritas. Qui hic, ut apud *Stobaeum*, proximi praecedunt:

Πτηνὰς διώκεις, ὦ τέκνον, τὰς ἐλπίδας,
Οὐχ ἡ τύχη σε· τῆς τύχης δ' οὐχ εἷς τρόπος.

obversati videntur *Horatio* Carm. III, Od. 29, v. 53, ubi

Fortuna —
Ludum insolentem ludere pertinax —
Laudo manentem: si celeres quatit
Pennas; resigno, quae dedit.

Versum 188, et sequentes decem quae macula deformat, tolli non
C poterat, nisi veteri lectione adhibita quae prostat apud *Stobaeum* p. 608, 44, ἀ δαιμόνων, cuius loco Κακοδαίμονος posuit *Grotius* p. 499, scribi debebat,

Εὐδαιμονῶν ταῖς συμφοραῖς ἐλοιδόρουν.

centies a librariis ευ et α permutata sunt: κατ' εὐφύλλους ἀνὰ κήπους legitur in loco *Strattidis* apud *Athen.* II, p. 69. A. pro καταφύλλους ἀνὰ κήπους: κατάφυλλος dictum ut κατάδενδρος, κατάτυρος etc. Qui frequenter hoc vitium praeter ceteros attigit *D'Orvillius* in *Charit.* p. 241, multis ibi pertractat locum *Herodoti* IV, c. 191, quo, litera tantum detracta, θηρία κατάψευστα scribendum videt *Gisbertus Koenius*, quem, Academiae Frisiacae nuper adeo datum dignissimum Doctorem, aliquando proximum speraveram accessurum ad praestantiam *Piersoni* mei, ante diem anno huius seculi LIX, aetatis XXIX rapti. Sed et *Koe-*
nium,

nium, qui annum vix tricesimum excesserat, invida mors extinxit huius A anni (MDCCLXVII) mense Aprili, *Gregorii* de Dialectis edito libello duraturum nomen inter harum literarum amatores adeptum.

Quae mortales tenet etiam miserrimos vivendi divinitus insita voluptas his in versibus eleganter et vere Tragico fuit expressa:

ὦ φιλόζωοι βροτοὶ,
Οἳ τὴν ἐπιστείχουσαν ἡμέραν ἰδεῖν
Ποθοῦσ', ἔχοντες μυρίων ἄχθος κακῶν·
Οὕτως ἔρως βροτοῖσιν ἔγκειται βίου.

Seneca in Agamemn. v. 589,

Heu quam dulce malum mortalibus additum,
Vitae dirus amor! cum pateat malis
Effugium, et miseros libera mors vocet, B
Portus aeterna placidus quiete.

Tibullus II, El. VII, 1,

credula vitam
Spes fovet, et melius cras fore semper ait.

τὴν ἐπιστείχουσαν ἡμέραν ἰδεῖν Ποθοῦσ'·

Lucretius III, 1090,

Quae mala nos subigit vitaï tanta cupido?

Virgil. Aen. VI, 721,

quae lucis miseris tam dira cupido?

Aen. XII, 646,

Usque adeone mori miserum est?

Hac, qua fruimur, luce nihil esse mortalibus iucundius dixerat etiam *Auctor* epigrammatis in sepulcrum cuiusdam ante diem raptae Cleopatrae, C quod ex antiquo lapide *Th. Reinesius* exhibet Inscript. Classe XVII, 36, p. 824. Primus erat epigrammatis versus,

Στᾶς ξένε, τάνδ' ἄθρησον ἐπὶ στάλᾳ Κλεοπάτραν.

sed ista quam dicebam sententia latet in versu septimo, sic vulgato:

ΚΑΙ ΓΝΟΥΣ ΩΣ ΘΑΝΑΤΟΙΟ ΟΥΔΕΝ ΓΛΥΚΕΡΩΤΕΡΟΝ ΑΥΤΑΣ
ΖΗΘΙ ΚΑΛΟΝ ΤΕΙΝΑΣ ΟΥΡΙΟΝ ΕΥΦΡΟΣΥΝΑΝ.

ex his non mirum est Latina prodiisse, quae neminem opinor intellecturum:

Et cognoscens quod morte nihil dulcius splendore:
Vive bonum tendens ventum secundum prudentiam.

In

A In talibus, qualia centena prostant in Inscriptionibus, nihil aliud Latina monstrant, nisi, quod absque illis non ignoraretur, Graeca Editori non intellecta fuisse. *Reinesius*, (cuius tamen ista Latina non sunt:) „ Septimo, ait, versu, ne sensus contrarius emergat, muto θανάτοιο in βιότοιο. Octavo, κάλων. Πάντα κάλων κινεῖν, apud Lucian. *extr. Scytha.*" mihi quidem ea vis videtur, et θνατοις in θνατοιο hinc in θανατοιο multo facilius mutatum: Latinum *splendore* monstrat ex lapide descriptum αὐγᾶς. Sed illud πάντα κάλων κινεῖν nobis non explicat secundum versum, cuius formulam minime vulgatam nihil hic vetat pertractasse: sic distichon illud arbitror scribendum:

> Καὶ γνοὺς, ὡς θνατοῖς οὐδὲν γλυκερώτερον αὐγᾶς,
> Ζῆθι, κάλων τείνας οὔριον εὐφροσύνᾳ.

B sic autem Latine reddendum: *Atque, ubi cognoveris, nihil hac luce dulcius esse mortalibus, vive, cursu secundo plenisque velis veram animi voluptatem persequutus.*

Non sane *vela* Graecis erant κάλωες· sed non ante torti *funes rudentes* moti tendebantur, quam quum vela ventis darentur; quique vento secundo velisque adeo plenissimis navigabant, omni fune contento navigabant, πάντα κάλων τείναντες. Ex his, opinor, paucis figuratae locutiones pleraeque poterunt intelligi. Doctus epigrammatis Scriptor contractam adhibuit: — κάλων τείνας οὔριον εὐφροσύνᾳ tantumdem significat, ac si dixisset: κάλων τείνας, οὐρίᾳ ἐφεὶς εὐφροσύνᾳ· sive potius κάλων τείνας, οὐρίῳ δρόμῳ, ἐφεὶς ἑαυτὸν εὐφροσύνᾳ, *ut fune contento cursuque* usus intelligatur *secundo*, *qui totum se dat honestae voluptati.* Qui se voluptati dederant dicebantur in *Euripidis* Oeneo, ἐφέντες ἡδονῇ· eadem ellipsi, qua de Prodico *Philostratus* et *Isaeo*, ἡδοναῖς
C ἐδεδώκει. p. 496, et 512. de Laïo *Tragicus* in Phoen. v. 21, Ὁ δ' ἡδονῇ δούς· quod sane nollem Clar. *Marklando* de menda fuisset suspectum in Ed. Clar. *Joann. Burtoni* p. 63. Nunc verba spectentur *Platonis*, quae scriptor forsan epigrammatis habebat in animo, ex Protagora T. I, p, 338. A, ubi verba facturis auctor est Hippias, Socrati quidem ἐφεῖναι καὶ χαλάσαι τὰς ἡνίας τοῖς λόγοις· contra Protagorae, μὴ πάντα κάλων ἐκτείναντα, οὐρίᾳ ἐφέντα, φεύγειν εἰς τὸ πέλαγος τῶν λόγων· *ne omni fune contento, vento secundo vela dans, orationis se in magnum aequor immitteret: Ovidii* Pythagoras, *magno*, ait, *feror aequore, plenaque ventis Vela dedi*, Metam. XV, 176. Est et in Dialogo Sisypho locus, illinc nunc non explicandus. Locutiones, πάντα κινεῖν κάλων, et Euripideum ἐξιέναι πάντα κάλων sive κάλως, tractarunt *P. Leopardus* Em. X, c. VIII, et *L. Kusterus* in *Aristoph.* Equit. v. 753. *Platonis* attigit verba Clar. *Abreschius* in Auctario Dilucid. *Thucyd.* p. 404. *Platonis* mentem

Gg

tem clarius explicant ista *Philonis Iudaei* de Legat. ad Cajum p. 1017. E. A
quibus calumniator *πάντα δὴ κάλων ἀνασείων, ὡς οἱ πνεῦμα δεξιὸν κατ᾽ οἰάκων
ἔχοντες, ἐφέρετο πληςίστιος οὐριοδρομῶν*. *Platonis* *οὐρία ἐφέντες* hic sunt *οἱ
πνεῦμα δεξιὸν κατ᾽ οἰάκων ἔχοντες· accipientes ventum a tergo*, ut loquitur *Ovi-
dius* Met. XII, 37. *Πρύμνηθεν οὖρον* dixit *Euripides* in Troasin v. 20. *Thucydides*
II, c. 97, *ἢν κατὰ πρύμναν ἱστῆται τὸ πνεῦμα, si ventus navi fuerit secundus:*
ὅδ᾽ ἐπείγει γὰρ κατὰ πρύμναν, *Sophocli* Philoct. v. 447, (conf. Clar. *D. Ruhn-
kenius* Epist. Crit. I, p. 16, 17.) cui *ventum adversum* dici *τὸ ἐναντίον τοὐκ
πρώρας* recte vidit Cl. *D'Orvillius* in *Chariton.* p. 115, sed non vidit cor-
ruptum illic esse verbum *ἀγῇ*· quod, ab *ἄγνυσθαι* *frangi* derivans, interpre-
tatur *fuerit fractus* ventus adversus: *Καταγῇ* hoc ferme sensu legerat vir
Doctissimus apud *Aristophanem* semel, et apud *Platonem*; *ἀγῇ* forte nus-
quam; nusquam saltem apud Tragicos, nedum hoc sensu: laudat *D'Orvil-
lius Hesychium* in Ἄγη. Quid *Hesychius* itaque nobis narrabit? Ἄγη, in-
quit, *θάμβος, ἔκπληξις, μίασμα. ἔστι δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ κατεαγῆναι, ὡς τὸ,* B

Πᾶν δέ οἱ ἐν χείρεσσιν ἄγη ξίφος.

παρὰ δὲ Τραγικοῖς, τιμὴ, σεβασμός. ultima virum eruditissimum ab errore
revocare debuerant; monstrant enim priorem istum usum non esse ex Le-
xico Tragico: sunt ex Homerico, sic emendanda: Ἄγη — *ἔστι καὶ ἀντὶ
τοῦ κατεάγη. ὡς τὸ,*

Νῦν δέ μοι ἐν χείρεσσιν ἄγη ξίφος.

sic olim in Codicibus scriptis lectum; quod et ex tribus enotatum in
Edit. *Barnes. Hom.* Il. Γ, 367, ubi rectius vulgatur *ἐν χείρεσσ᾽ ἐάγη.*
Hesych. Ἐάγη, *κατεάγη.* etc. At hoc quidem dubio vacat; neque minus
in *Sophoclis* Philoct. v. 641, non *ἀγῇ*, sed legendum, quod etiam vidit
Jo. Pierson Verisim. p, 63, *ἀνῇ, remiserit*:

ἐπειδὰν πνεῦμα τοὐκ πρώρας ἀνῇ,
Τότε στελοῦμεν· νῦν γὰρ ἀντιοστατεῖ. C

Herodot. IV, p. 347, 28, *οὐ γὰρ ἀνίει τὸ πνεῦμα.* de morbi vel doloris
violentia remissa, in *Sophoclis* dramate v. 761, *ἕως ἀνῇ Τὸ πῆμα τοῦτο τῆς
νόσου τὸ νῦν παρόν.* *Eurip.* Oreste v. 227, *ὅταν ἀνῇ νόσος.* idem illud le-
gitur in eiusdem dramatis eleganti loco, quem partim ex *Stobaeo* ponam
melius paulo scriptum quam vulgatur v. 695,

Ὅταν γὰρ ἡβᾷ δῆμος εἰς ὀργὴν πεσὼν,
Ὅμοιος ὥστε πῦρ κατασβέσαι λάβρον.
Εἰ δ᾽ ἡσύχως τις αὐτὸν ἐντείνοντι μὲν
Χαλῶν ὑπείκοι, καιρὸν εὐλαβούμενος,
Ἴσως ἂν ἐκπνεύσει᾽· ὅταν δ᾽ ἀνῇ πνοὰς,
Τύχοις ἂν αὐτοῦ ῥᾳδίως ὅσον θέλεις.

Latinis ista numeris, praeter *Grotium*, expressit *Nicol. Abramus* in
Orat.

A Orat. *Ciceronis* de Provinciis Consul. c. xv. accedant ex Oreste qui paulo leguntur inferius duo versus:

Καὶ ναῦς γὰρ, ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ,
Ἔβαψεν· ἔστη δ' αὖθις, ἢν χαλᾷ πόδα.

et ex Antigone *Soph.* v. 726,

ναὸς ὅστις ἐγκρατῆς πόδα
Τείνας ὑπείκει μηδὲν, ὑπτίοις κάτω
Στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασιν ναυτίλλεται.

De veli nauticis pedibus sint omnia pervulgata; qui de illis egerunt, hos spectantem *Aristophanem* non tamen animadverterunt in Lysistrata scripsisse, ut emendandum arbitror, v. 173,

B *Οὐχ ἇς πόδας γ' ἔχωντι ταὶ τριήρεες.*

(conf. *Etymolog.* in Ἀταλάντη et Ποδορρώη.) neque locum *Epicratis* Comici, quem ex *Athenaei* Epitome *MS.* *Casaubonus* dedit Anim. XI, c. 4, p. 782 f. cuius ultima vulgantur illic: *ἐντρεπῆ τε τον κόντον ποοῦ, καὶ τοὺς κάλους ἔκλυε καὶ χάλα πόδας.* Sic corrigenda videntur:

εὐτρεπῆ τε τὸν κόντον ποιοῦ,
Καὶ τοὺς κάλως ἔκλυε, καὶ χάλα πόδα.

contum compone; solve rudentes et pedem laxa. Huic contrarium *κάλων τείνας* dixit auctor epigrammatis apud *Reinesium* p. 824, quod integrum si ad finem huius capitis adscripsero, credo equidem illis rem me non ingratam facturum, qui versiculos e lapidibus paucos non postponunt illis, quos multo plures in libris habemus chartaceis. In epigrammatis C primo versu, pro ΕΠΙΣΤΑΜΑΙ, *Reinesius* optime correxit *ἐπὶ στάλᾳ.* — *τᾶνδ' ἄθρησον ἐπὶ στάλᾳ Κλεοπάτραν.* forma vocis insolentior neminem offendet, qui legerit *στάλαν λιθίναν*, et *στάλας λιθίνας τρεῖς*, in aliis lapidibus Doricis, Inscriptione Corcyraea, quam dedit Ven. *Montfauc.* Diar. Ital. p. 421. Foedere Cretensi apud *Gruter.* p. DV, v. 4. ubi exhibet illud *Chishullus* in Antiq. Asiat. p. 133, non debuisset omittere fracti lapidis reliquias: forma vocis usitata turpiter vitiata legitur in *Gruteri* Thes. p. 1073, 4, ΕΤΗΛΛΗΝ. Dubium enim non est quin tabula praebuerit ΣΤΗΛΗΝ *λαϊνέην*, *lapideam columnam*; quam illic Aesculapio dedicat sanitati restitutus. Nostrum epigramma columnae insculptum erat sepulcri Cleopatrae, pro more veterum, cuius *Plato* iam meminit IX de LL. p. 873. D. XII, p. 958. E. ubi mensuram praescribit non *λιθίνοις* tantum *ἐπιστήμασι* (sepulcro *στήλην ἐπιστῆσαι* est apud *Lucian.* T. III, p. 538.) sed et ipsis epigrammasin in laudem defunctorum, quae

 no-

noluit esse πλείω τεττάρων ἡρωϊκῶν στίχων. Usus, ut puto, *Platonis* scriptis satis familiariter Epigrammatis Auctor apud *Reines.* p. 824, ista dederat in honorem Cleopatrae non invenusta disticha; A

Στᾶς, ξένε, τάνδ' ἄθρησον ἐπὶ στάλᾳ Κλεοπάτραν,
  Ἂν φθόνος εἰς ἀΐδαν, οὐ χρόνος, ἠγάγετο.
Μορφᾶς ᾇ πρωτεῖον ἔχειν δωρήσατο Κύπρις,
  Ἔργα δ' Ἀθαναία τερπνὰ σαοφροσύνας.
Μοῦσα δὲ καὶ σοφίαν, καὶ πακτίδα τὰν φιλέραστον,
  Συμφώνως ἐρατοῖς μιξαμένα μέλεσιν.
Καὶ γνοὺς, ὡς θνατοῖς οὐδὲν γλυκερώτερον αὐγᾶς,
  Ζῆθι, κάλων τείνας οὔριαν εὐφροσύνᾳ.
. . . .
  . . . .
Εἰ καὶ σοῦ κεύθει κάλλος νέον, ὦ Κλεοπάτρα, B
  Τύμβος, καὶ φροῦδον σῶμα λέλογχε κόνις,
Ἀλλ' ἀρετὰ βιοτᾶς αἰὲν ζωοῖσι μέτεστι,
  Ψυχᾶς μανύουσ' εὐκλεᾶ εὐφροσύναν.

Hoc epigramma sic emendatum cum *Joanni* nostro *Luzacio* dedissem, Romani iuris et Graece supra aetatem perdocto, Latinis numeris illigandum, quae mihi tradidit de Graecis Latina digna sane visa sunt, quae iuvenibus Batavis in exemplum proponerentur: sunt autem haec:

Hospes siste gradum; Cleopatram in marmore cernas,
  Quam non abripuit tempus, at invidia.
Cypria cui tribuit praestanti excellere forma;
  Artes quam docuit blanda Minerva bonas.
Dotibus instruxit cantus cum pectine Musa, C
  Cordaque iucundo tincta lepore dedit.
Quumque scias homini vitae nil gratius aura,
  Hanc carpas. Puppim vela rudente vehant,
Gaudia quem tendant. . . . .
  . . . .
. . . . . . *Tua sed quamvis Cleopatra,*
  Formosae et iuvenis pulvis hic ossa tegat;
Semper erit vivis praesens virtutis imago,
  Mentis quae dotes indicet usque tuae.

A

CAPUT XXII.

In fragmenta dramatum incertorum.

Sanguine iuncti, οἱ ὁμόθεν ὄντες. *Suam cuique mentem secundum Eurip. esse Deum. Ex Dione tragoediae fragmentum. Mari navigantes* σώζει ξύλον τριδάκτυλον. *Anacharsidis dictum. in Philetae versu vis ventorum* μένος. *Ne nave quidem fracta spe nautas destitui.* Ἐπ' ἐλπίδος ὀχεῖσθαι. *Amor honestus*, παίδευμα σοφίας, *alumnus sapientiae*, ἀρετῆς ὑπάρχει, *inchoat virtutem.*
B *De hoc amore quaedam Euripidis, probantis moderata. Eius aliquot trochaici, quibus uxorem* φίλανδρον *describit. Alia quaedam illius ex Clemente Alex. Matris querela, quae vitam* ἄπαιδα *praefert liberis. Locus ex Iphig. Taur. De usu accentuum in Graecis. Attica suppletur* βραχυλογία. *Euripidis anapaesti ex Dionys. Halic.* Φίλε θυμὲ *in versu f. Alcaei. Non* Περαιτέρω τὸ κάλλος ἢ μέσως *vel* ἢ 'ν μέσῳ λαβεῖν.

Incertae Tragoediae quod nobis ultimum dedit fragmentum *Barnesius*, vs. 205—208, ex *Stobaeo Grotii* p. 517, dedit quoque viri Magni coniectura deformatum; cuius loco pristinam ex *Stobaeo Gesneri* (p. 621, 7.) scripturam recte monuit *Heathius* revocandam: mihi quoque
C scripsisse videtur *Euripides*:

Σπάνιον ἄρ' ἦν θανοῦσιν ἀσφαλεῖς φίλοι,
Κἂν ὁμόθεν ὦσι· τὸ γὰρ ἔχειν πλέον κρατεῖ
Τῆς εὐσεβείας. ἡ δ' ἐν ὀφθαλμοῖς χάρις
Ἀπόλωλ', ὅταν τὶς ἐκ δόμων ἔλθῃ θανών.

ultimum illud est *Scaligeri*, sic defectum supplentis; et, ne cui suspectum sit illud de mortuo dictum ἐκ δόμων ἔλθῃ, vel ἐξέλθῃ δόμων· inspiciat *Euripidis* Alcest. v. 767, Phoen. v. 1733. Miror *Grotio* non intellectam formulam Κἂν ὁμόθεν ὦσι, *tametsi sint* vel *iisdem parentibus*, vel *eodem genere prognati*: nam *fratrum quoque gratia rara est.* Cyrus moriturus apud *Xenophontem* Κ. Π. p. 139, 28, filio Cambysi, si quem sibi vellet adiungere, fratrem fratri commendat; neminem enim amiciorem inventurum Cambysen τοῦ ὁμόθεν γενομένου. *Eurip.* Oreste v, 486,

 Ἐλ-

Ἑλληνικόν τοι, τὸν ὁμόθεν τιμᾶν ἀεί. Soph. Elec. v. 157, *Οἷς ὁμόθεν εἶ, καὶ γονᾷ ξύναιμος, quibus es sanguine coniuncta.* — Illud fragmentum qui sequuntur e perditis Tragoediis ducenti versus, omnes labore *Grotii* collecti sunt, atque ex Excerptis viri Summi descripti, non quo ordine *Grotius* fragmenta posuerat p. 421 — 435, sed ordine quacunque tandem de causa perturbato: *Barnesii* cura triginta circiter versus accesserunt ad Grotiana fragmenta; quorum nec sedes fuit indicata, neque lectiones antiquae memorantur. Quorumdam autem sedes difficulter investigabitur. Vs. 226, A

Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῖν ἐστιν ἐν ἑκάστῳ θεός.

Mortalium cuique sua mens est Deus,

Dubito legaturne usquam alibi plenus iste senarius quam in Excerptis *Grotii* p. 429. Sententiam novimus *Euripidis*, quam sic, opinor, explevit *Grotius:* neque enim hunc versum, quem legerat apud *Grotium*, invenit apud *Theonem Sophistam Gatakerus*, ut videretur ex eius in *M. Antonin.* commentario xii. 26, sed ista tantum p. 79, *Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς τὸν νοῦν ἡμῶν ἑκάστου ἔφησεν εἶναι θεόν.* In Aegypto fertur Alexander Psammonis illud maxime probasse dictum, *ὅτι πάντες ἄνθρωποι βασιλεύονται ὑπὸ θεοῦ· τὸ γὰρ ἄρχον ἐν ἑκάστῳ καὶ κρατοῦν θεῖόν ἐστι·* ut scribit *Plutarchus* in Alexandro T. i, p. 680. f. a quo T. ii, p. 999. d. *Menandro* tribuuntur ista: *Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεός.* ut mirum non sit ista scripsisse *Nemesium* de Nat. hom. p. 169, *Εὐριπίδης καὶ Μένανδρος ἐν ἐνίοις τὸν νοῦν ἐν ἑκάστῳ φασὶ προνοεῖν ἑκάστου, θεὸν δὲ μηδενός.* sic enim pro *μηδένα* videtur legendum. In *Schol.* ad *Pindari* Nem. vi, 7, similes Diis esse dicimur *κατὰ νοῦν. Θεῖος γάρ τις ἐν ἡμῖν κατὰ τὸν Εὐριπίδην·* scribendum, *Θεὸς γάρ τις ἐν ἡμῖν· Cicero* Tuscul. i, c. 25, *animus, ut ego dico, divinus, est, ut Euripides dicere audet, Deus*: sic ista videntur interpungenda. Praeter cetera *Theonis* illic verba dedit etiam *Davisius*, alieniora *Bouhierius.* B C

In versum 250,

Σμικραῖς δ' ἐπιτρέπουσιν αὑτοὺς ἐλπίσιν,

quem habet *Grotius* p. 421, paucis e *Plutarcho* sumtis T. ii, p. 390. c. subiectum; In istum, inquam, vs. *Heathius* p. 185, „ Hunc, ait, versum apud Dionem Prus. Orat. lxiv praecedit alter cuius metrum ita „ Gatakerus A. P. p. 505. restituit,

„ *Πόντου πέρωντες ἀωρὶ κυματ' εὐρέως.*"

Ista verborum ingrata *σύνθεσις* non est Euripidea; melior erui facile poterit ex his *Dionis* verbis p. 594. c. *Εὐριπίδης τὸν ναύτην μέμφεται, Ἀωρὶ πόντου κύματ' εὐρέως περῶντα· καὶ διὰ τῶν ἑξῆς ἐπιτιμᾷ λέγων ὅτι,*

Σμικραῖς ἐπιτρέπουσιν αὑτοὺς ἐλπίσιν.

Hinc

A Hinc primum liquet, hunc versum aliorum aliquot intervallo tantum fuisse proximum reliquis; deinde, non sic *Euripidis* fuisse verba collocata, sed hunc potius in modum scripta:

[ἀλλὰ] μέμφομαι
Τὸν ναυβάτην, ἀωρὶ κύματ᾽ εὐρέος
Πόντου περῶντα.

Haec nonnullis Euripidea videbuntur; neque tamen mirabor si non videbuntur aliis. Illorum cupidus, videor et Euripidea detexisse proximis in verbis *Dionis:* ὦ παῖ Μνησαρχίδου ποιητὴς μόνον (sive μεν) ἦσθα, σοφὸς δὲ οὐδαμῶς. οὐδὲ γὰρ πίττῃ τὴν ψυχὴν οὔτε σχοινίοις επιτρέπουσιν, οὔτε τριδάκτυλον αὐτοὺς σώζει ξύλον πεύκινον. Dicere quidem vix ausim, *Euripidis* versum videri:

B [ἀλλά νιν μόνον]
Τριδάκτυλον σώζει τὸ πεύκινον ξύλον.

sive hunc,

Τὸ πεύκινον σώζει τριδάκτυλον ξύλον.

Ab *Euripide* tamen sumsisse *Dionem* arbitror τριδάκτυλον ξύλον· qua trium tantum digitorum tabula fragili navigantes dixerit a morte remotos: Mardonium ad Graecos dicentem facit in Aristide *Plutarchus* p. 324. c. Νενικήκατε θαλασσίοις ξύλοις χερσαίους ἀνθρώπους. — Senario conveniebat τριδάκτυλον ξύλον, non τετραδάκτυλον· tantundem abesse navigantes a morte dixerat Anacharsis: rem satis notam ex *Diogene Laërt.* 1, 104, f. et aliunde, quia paulo aliter tradit, ineditum Grammatici *Scholion* adponam ex *Homeri* Cod. *MS. Leid.* in Il. O, 628, Τυτθὸν] Ὀλίγον. βραχὺ γαρ ἐστι τὸ διεῖργον αὐτοὺς τοῦ θανάτου διάστημα. Πρῶτος δὲ τοῦτο εἶπεν Ἀνάχαρ-
C σις ὁ Σκύθης, ὅς, προέμενος τινὰς τῶν ναυτῶν, (ἠρώτησε videtur omissum,) πόσον ἀπέχομεν τοῦ ὕδατος, καὶ μαθὼν, ὥστε (L. ὡς) τέσσαρας δακτύλους, τοσοῦτον, ἔφη, καὶ τοῦ θανάτου. καὶ Ἄρατος, ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον. *Aratea* Phaenom. v. 299,

ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον ἄϊδ᾽ ἐρύκει.

attulit *Longinus* π. Ὕ. x, 9, ut ostenderet, quantum absint ab imagine *Homeri*, cuius *nautis tremor alligat artus*, quando πάρεστιν

Αἰψηρῶν ἀνέμων μοῦνον ὀρξῃ τὸ μένος.

ut scripserat *Philetas*, non ὀρξῃ τέλενος, quod post *Gesnerum Grotius* dedit in *Stobaeo* suo p. 227, quodque praebet Cod. *MS.* Leid. χειμῶνος ἄγριον μένος est in *Eurip.* Heraclid. v. 429. *Homerea* miratur ista praesertim *Longinus*,

τυτθὸν γὰρ ὑπ᾽ ἐκ θανάτοιο φέρονται·

tan-

tantillum enim a morte rate vecti, *quantum fluctibus absunt. Libanius* A
in Progymn. T. I, p. 124, C. *οἱ πλωτῆρες*, ait, *πλησίον ἔχοντες τὸν θάνατον πλέουσι, λεπτὴν ἔχοντες εἰς σωτηρίαν ἐλπίδα, τὰ ξύλα, ἐφ' ὧν φέρονται. Euripidis* senario,

Σμικραῖς δ' ἐπιτρέπουσιν αὑτοὺς ἐλπίσιν,

similem *Sophoclis* e Scyriis sententiam exhibet *Stobaei* Tit. *περὶ ναυτιλίας* p. 376, 31, *Grot.* p. 225, qua *ποντοναῦται*

Λεπτῆς ἐπιῤῥοπῆσιν ἐμπολὰς μακρὰς
'Αεὶ παραῤῥίπτοντες οἱ πολύφθοροι
"Ισως ἂν ἢ 'κέρδηναν, ἢ διώλεσαν.

Sic *Gesnero* vulgata, *Ἧς ὡς ἂν κέρδανον*, corrigo: *Grotius* dederat, *Ἕως ἂν ἢ κερδάνοι*. hoc non bene cohaeret cum *παραῤῥίπτοντες*, quod explanavit Clar. *Abreschius* Addend. in Dilucid. *Thucyd.* p. 828. Sed, ne nave B
quidem fracta nautas omni spe destitui, dixisse suspicor eumdem *Ssphoclem*; huius certe, vel alterius Tragici, verba prorsus in his latuisse apud *Plutarchum* T. II, p. 1103. E. *καί τοι νεὼς μὲν ἐκπεσὼν ἐπιβάτης διαλυθείσης ἐλπίδος ὀχεῖται τινὸς, ὡς γῇ προσέξων τὸ σῶμα καὶ διανηξόμενος.* Hic id unum mihi detur, vocum Poëtae loco duo nunc interpretamenta legi, pro *Βάτης*] *ἐπιβάτης*· pro *Λυθείσης*] *διαλυθείσης*. quorum hoc de navis tabulis huc illuc disiectis usitatius, illud de vectore. Facile tum restitui poterit fragmentum Tragoediae, ni fallor, *Sophoclis*:

καί τοι νεὼς μὲν ἐκπεσὼν
Βάτης λυθείσης ἐλπίδος ὀχεῖται τινὸς,
'Ως γῇ προσέξων σῶμα.

huius est interpretatio, quod additur, *καὶ διανηξόμενος*. Venustum illud *ἐλπίδος ὀχεῖται τινὸς*, pro *ὑπ' ἐλπίδος*, vel potius *ἐπ' ἐλπίδος ὀχεῖται*. C
Aristophanis ex Equit. v. 1241, *Λεπτή τις ἐλπίς ἐστ', ἐφ' ἧς ὀχούμεθα*· turpiter distractus prostat in libello Biblioth. *Coislin.* p. 467, *Λεπτῆτις· ἐλπίς. ἐφ' ἧς ὀχούμεθα. Eurip.* Or. v. 68, *ἐπ' ἀσθενοῦς 'Ρώμης ὀχούμεθ'*. istius locutionis elegantiam attigit *Ti. Hemsterhusius* in *Lucian.* T. I, p. 30, 21.

Pag, 511, undecim nobis versus offert anapaesticos ex Chori cantico in honorem Amoris, quos ex *Athenaei* XIII, p. 561. A. *Grotius* dedit in Exc. p. 421. Ut vera sit *Grotii* sententia, *Ad virtutem sapere egregius Dat doctor Amor*; non illa tamen Euripideam satis exprimit accurate, in his aliter, ac solent, distinctis, facile quaerendam:

Παίδευμα δ', Ἔρως, σοφίας, ἀρετῆς
Πλεῖστον ὑπάρχει.

Amor, alumnus sapientiae, plerumque virtutem inchoat; atque adeo ad vir-

A virtutem viam demonstrat. Saepe quidem malorum dicuntur auctores κακῶν vel ἀδίκων ἔργων ὑπάρξαι· ut in *Eurip.* Phoeniss. v. 1576, sed frequenter etiam auctores primi beneficiorum dicuntur εὐεργεσίας ὑπάρξαι vel ἐλευθερίας, vel cuiuscunque boni, quod grati memorem animum postulet: apud *Andociden* p. 18, 34. *Isocratem* p. 307. D. *Demosth.* p. 260, §. 512. p. 286, §. 79. *Dionem Chrys.* p. 314. c. *Gul. Budaeum* C. L. G. p. 135. Amor sapienter πεπαιδευμενος, *sapientiae* velut *alumnus*, eleganter hic dicitur παίδευμα σοφίας, more *Euripidis:* sensu non nihil diverso Hylas illius fuit παίδευμα, Ὅς μιν πάντ' ἐδίδαξε, πατὴρ ὡσεὶ Φίλον υἷα. *Eurip.* Elec. 886, ἀνδρὸς εὐσεβεστάτου Παίδευμα Πυλάδη. Hippol. v. 11, Ἱππόλυτος, ἁγνοῦ Πιτθέως παιδεύματα. cuius pater fuerat *virgo pii Lycomedis*, *Stat.* Achill. II, 199, *Sophocli* dicitur Philoct. v. 243, (Ὦ) τοῦ γέροντος θρέμμα Λυκομήδους. per contemtum quemdam Aegyptii *Niligenae Platoni* θρέμματα Νείλου
B vocantur de LL. XII, p. 953. E. et θρέμματα dicere quoque potuisset *Euripides*, quae vocabat in Aeolo, Χθονίων τ' ἀερίων τε παιδεύματα. conf. locus Comici *Nausicratis* tractatus Clar. *Jo. Toupio* Emend. in *Suid.* III, p. 223. sumsit ab *Euripide* χθόνια γῆς παιδεύματα *Lucianus* in Iovem Trag. T. II, p. 643. — Qui *Platonis* scripta legerunt aliorumque ex eadem palaestra, hi multa possunt de Amore Φιλολογεῖν· honestum amorem et virtutis etiam alumnum saepe commendavit *Euripides*, cuius pauca ponam dicta; alterum ex *Plutarchi* T. II, p. 11. E.

Ἀλλ' ἔστι δή τις ἄλλος ἐν βροτοῖς ἔρως,
Ψυχῆς δικαίας, σώφρονός τε, κἀγαθῆς.

omissum, ni fallor, *Grotio* ceterisque: homo amabilis *Aeschines* Orator c. Tim. p. 21, 27, Εὐριπίδης, inquit, ἕν τι τῶν καλλίστων ὑπολαμβά-
C νων εἶναι τὸ σωφρόνως ἐρᾷν, ἐν εὐχῆς μέρει τὸν ἔρωτα ποιούμενος λέγει που,

Ὁ δ' εἰς τὸ σῶφρον ἐπ' ἀρετήν τ' ἄγων ἔρως
Ζηλωτὸς ἀνθρώποισιν, ὧν εἴην ἐγώ.

Amor ἀρετῆς πλεῖστον ὑπάρχων, hic dicitur ἐπ' ἀρετὴν ἄγων ἔρως; cuius se Theagenes et Charicleam σώματα dicebat, σωφρονοῦντος ἔρωτος, αἰχμάλωτα, *Heliodoro* IV, p. 194. Cuius supra dedi versum primum, hic totum canticum adscribam, specimen egregium suavitatis et facilitatis Euripideae:

Παίδευμα δ', Ἔρως, σοφίας, ἀρετῆς
Πλεῖστον ὑπάρχει, καὶ προσομιλεῖν
    Οὗτος ὁ δαίμων
Πάντων ἥδιστος ἔφυ θνητοῖς·

 Καὶ

Καὶ γὰρ, ἄλυπον τέρψιν τιν' ἔχων, A
Εἰς ἐλπίδ' ἄγει.
Τοῖς δ' ἀτελέστοις τῶν τοῦδε πόνων
Μήτε συνείην, χωρίς τ' ἀγρίων
Ναίοιμι τρόπων.
Τὸ δ' ἐρᾷν προλέγω τοῖσι νέοισιν
Μήποτε φεύγειν,
Χρῆσθαι δ' ὀρθῶς, ὅταν ἔλθῃ.

Nam bonum est pauxillum amare sane, insane non bonum est: quae *Plauti* sententia Circul. I, Sc. III, 20, eadem erat *Euripidis*, moderatam Venerem desiderantis. Hic quoque miseros iudicabat, in quos *tota rueret Venus;* felicem contra *cui placidus leniter* afflaret *Amor.* Perditae spectabat *Plutarchus* Tragoediae locum, ista scribens T. II, p. 132. B A. πρὸς τὸν οἶνον, ἅπερ Εὐριπίδης πρὸς τὴν Ἀφροδίτην, διαλεκτέον,

Εἴης μοι μέτριον δέπας, εἴης,
Μήδ' ἀπολείποις.

δέπας esse videtur a *Plutarcho;* scribi potuit ab *Euripide*

Εἴης μοι μετρία θεὸς αἰεὶ,

Eurip. Iphig. in Aul. v. 543, Μάκαρες, οἳ μετρίας θεοῦ Μετά τε σωφροσύνας μετέσχον Λέκτρων Ἀφροδίτας, etc. Med. v. 630, εἰ δ' ἅλις ἔλθοι Κύπρις, οὐκ ἄλλα θεὸς Εὔχαρις οὕτω. *Grotius*, in *Stobaeo* suo p. 239, ista Latina fecit, *Dulce et salubre quae modum novit Venus*, de his *Euripideis* ex Antigone,

Ἢν δ' εὖ προσῆται Κύπρις, ἥδιστον λαβεῖν. C

quae mihi quidem illud significare non posse videntur, atque in alium sensum accipienda: praecedunt enim ista:

Ἀνδρὸς δ' ὁρῶντος ἐς Κύπριν νεανίου
Ἀφύλακτος ἡ τήρησις

ut illic pro ἐρῶντος pereleganter emendavit *S. Musgravius* in Exercit. p. 100, haec fortasse non male succederent,

Ἢν δ' οὐ προσῆται, Κύπριν ἥδιστον λαβεῖν.

Quod si non admiserit, vel *admittere recusaverit*, nolentis *flore frui iucundissimum;* Ut sensus non multum sit dissimilis istius versus:

Γλυκεῖ ὀπώρα φύλακος ἐκλελοιπότος.

Di-

A Diversissimi generis Trochaicos, prout illos *Grotius* interpolavit in Exc. p. 423, 425, exhibet *Barnes* p. 512, nisi quod ista [Οὐδέν ἐστί μοι Πικρὸν] ὃ περὶ σοῦ Φορήσω· *nil erit pro te grave*, *Nil acerbum*, quae *Grotius* addidisse se fatetur versui explendo, mutari siverit in ὃ παρὰ σοῦ φ. Vtrumque satis erit iis monstrasse qui Graece docti harum rerum gustum habent. Duo quoque versus *Grotius* hinc distractos in suam certe sedem non restituit. Reiectis emblematis facile redibunt emendatiora quaedam, partim ex *Clemente Alex.* cui soli debet istos versus *Grotius*, Strom. IV, p. 620, 621; sic ibi *Clemens:* Φιλάνδρου μετὰ σεμνότητος ὑπογράφει γυναῖκα Εὐριπίδης παραινῶν,

Εὖ λέγειν δ', ὅταν τι λέξῃ, χρὴ δοκεῖν, κἂν μὴ λέγῃ,
Κἀκποιεῖν, ἃ ᾽ν τῷ ξυνόντι πρὸς χάριν μέλλῃ λέγειν.

B Ex eadem *Clementis* pag. petita quoque sunt sequentia, atque ex eadem scena dramatis:

Ἡδὺ δ', ἢν κακόν τι πράξῃ, συσκυθρωπάζειν πόσει
Ἄλοχον, ἐν κοινῷ δὲ λύπης θ' ἡδονῆς τ' ἔχειν μέρος.

His ista proxima subiunguntur apud *Clementem:* τό, τε πρᾷον καὶ φιλόστοργον ὧδέ πως ὑποδεικνύειν· κἂν ταῖς συμφοραῖς ἐπιφέρει,

Σοὶ δ' ἔγωγε καὶ νοσοῦντι συννοσοῦσ' ἀνέξομαι,
Καὶ κακῶν τῶν σῶν συνοίσω.

καὶ,

οὐδέν ἐστί μοι
Πικρόν· μετὰ γὰρ τῶν φίλων εὐτυχεῖν τι χρή·
Τί γὰρ δὴ φίλον ἄλλο πλὴν τόδε.

C Attendenti primum apparebit verba quaedam apud *Clementem* loco suo mota; neque enim cohaerere ὑποδεικνύειν et κἂν ταῖς συμφοραῖς ἐπιφέρει. deinde, verba Poëtae, κἂν ταῖς συμφοραῖς, *Clementem* iunxisse more suo cum ἐπιφέρει· tandem *Clementem* scripsisse primum ista: τό, τε πρᾷον καὶ φιλόστοργον ὧδέ πως ὑποδεικνύει,

Σοὶ δ' ἔγωγε . . . .
Καὶ κακῶν. . . . . πικρόν.

his subiunxisse,

Κἂν ταῖς συμφοραῖς, ἐπιφέρει, * * * μετὰ τῶν φίλων
Εὐτυχεῖν . . . .

Nunc concinnari poterunt *disiecti membra Poëtae*. atque hi quatuor erunt *Euripide*, nisi egregie fallor, digni trochaici:

Σοὶ δ' ἔγωγε καὶ νοσοῦντι συννοσοῦσ' ἀνέξομαι, A
Καὶ κακῶν τῶν σῶν συνοίσειν οὐδὲν ἐστί μοι πικρόν.
Κἂν [τε] ταῖσι συμφοραῖσι [δυστυχεῖν] μετὰ τῶν φίλων,
Εὐτυχεῖν τε χρή· τί γὰρ δὴ τὸ φίλον ἄλλο, πλὴν τόδε;

duo horum medii sic fuerant a *Grotio* facti:

Καὶ κακῶν τῶν σῶν ἀνοίσω· καὶ [γὰρ] οὐδὲν ἐστί μοι
Πικρὸν, [ὃ περὶ σοῦ φορήσω. δυστυχεῖν] μετὰ τῶν φίλων

In istorum secundum, verbis ultimis a me revocatis, pro συνοίσω, recipi debebat, συνοίσειν, veteri more positum pro συμφέρειν· quo sensu nempe Medea dicitur in cognomine Trag. v. 13, πάντα συμφέρουσ' Ἰάσονι. *Antiphon.* vid. p. 122, 21. et *Thom. M.* in Συμφορά. Συνοίσειν adhibitum *Xenophonti* saltem et *Isocrati*. *Hesychius*: Συνοίσειν, συνεισενεγκεῖν. Ex Lexico *Rhetor.* Biblioth. *Coislin.* p. 493. vulgatum, B Συνοίσειν, τὸ εἰς αὐτὸ (L. ταὐτὸ) συμφέρειν, Ταραντῖνοι. excidit, opinor, Comici, nomen, et legendum: Ἄλεξις Ταραντίνοις. alibi plus semel istud citatur *Alexidis* drama; his etiam in Excerptis Grammaticis *Montfauconi* p. 482, Κάθου, Ἄλεξις Ταραντίνοις. ibidem legitur, Καθίσω, καθεδοῦμαι. ἀπολέγων διαμαρτανούσῃ· ubi suspicarer in ἀπολ. latere nomen Ἀπολλόδωρος, cuius dramata memorantur Ἀπολείπουσα· Ἀποκαρτερῶν. Ἀποτυγχάνων etc. nisi legisset in Cod. MS. *Cl. Ruhnkenius* ἀπολέγει. et corrigendum putaret, Εὔπολις λέγει.

Ex eadem forte dramatis incerti scena petiti sex trochaici, qui paucis interiectis sequuntur apud *Clementem*, p. 621, hinc apud *Grotium* et *Barnes.* p. 512, hic etiam, paucis emendatius scriptis, adponentur:

Οὐδεμίαν γ' ὤνησε κάλλος εἰς πόσιν ξυνάορον·
Ἡ 'ρετὴ δ' ὤνησε πολλάς· πᾶσα γὰρ ἀγαθὴ γυνὴ, C
Ἥ τις ἀνδρὶ συντέτηκε, σωφρονεῖν γ' ἐπίσταται·
Πρῶτα μέν γε τοῦθ' ὑπάρχει, κἂν ἄμορφος ᾖ πόσις,
Χρὴ δοκεῖν εὔμορφον εἶναι τῇγε νοῦν κεκτημένῃ·
Οὐ γὰρ ὀφθαλμὸς τὸ κρῖνόν ἐστιν, ἀλλὰ νοῦς, ...

γύναι versui visum fuerat explendo paene necessarium ad Phoen. p. 209; quod quidem omnes anteponent viri Magni supplementis, Οὐ γὰρ ὀφθαλμὸς τὸ [μορφὴν] κρῖνον ἐστιν, ἀλλ' [ὁ] νοῦς. Clar. *Heathius* ad meam coniecturam, *de huiusmodi*, inquit, *coniecturis non nisi perquam incerte statui potest.* huius observati veracissimi, neque adeo tamen ignoti studiosis harum literarum, non semper vir Doctissimus fuit recordatus. In istis Euripideis materfamilias locuta, mulier certe, quod liquet ex *Clemente*, consilia novae nuptae dedisse videtur, qualia dat in Episto-

la

A la Dorica *Melissa* Clearetae; et qualia in *Euripidis* cognomine dramate Andromache Hermionae; quorumque ipsa in se fuerat utilitatem experta: legantur in *Euripidis* Troasin uxoris optimae mores expicti v. 640—651. In eius Androm. leguntur ista v. 206, *σὺ τὸ κάλλος, ὦ γύναι, Ἀλλ' αἱ 'ρεταὶ τέρπουσι τοὺς ξυνευνέτας.* vs. 212, *Χρὴν γὰρ γυναῖκα, κἂν κακῷ πόσει δοθῇ, Στέργειν, ἅμιλλαν τ' οὐκ ἔχειν φρονήματος.* v. 228, *Μὴ τὴν τεκοῦσαν τῇ φιλανδρίᾳ, γύναι,* etc. addam et ista Hermionae v. 236, *Ὁ νοῦς ὁ σός μοι μὴ ξυνοικοίη, γύναι.* Si ne nunc quidem vocula *γύναι*, quae necessario debuit omitti *Clementi*, *Heathio* placet, neque etiam aliis eius Popularibus, alteri spatium vacuum relinquamus, nunquam nobis rediturae.

Trochaicos istos praecedit apud *Grotium* et *Barnesium* *Euripidis* praeceptum medicis datum, quod cum *Hippocratis* sententia comparans *Clemens Alex.* Strom. VI, p. 749, dixisse propterea scribit *Euripidem*
B *ἐν ἑξαμέτρῳ χρήσει*, prout emendat *Ti. H.* in *Aristoph.* Plut. p. 227. Ab omissis pendere potuit in Euripideis *ἰατρεύειν*· quae sic, una tantum inserta litera, legi desiderem:

ὅσοι δ' ἰατρεύειν καλῶς,
Πρὸς τὰς διαίτας τῶν ἐνοικούντων πόλιν,
Τὴν γῆν τ', ἰδόντας τὰς νόσους σκοπεῖν χρεών.

simile praeceptum ex *Eurip.* Bellerophonte servatum *Stobaeo* p. 539, 48. *Grot.* p. 418. comparavit *Gatakerus* A. M. P. c. X, p. 519. In istis ex incerto dramate litera ne quem offendat saepius producta, versus faciet *Euripidis*, qui velut proverbialis adhibetur *Eustathio* in Il. Λ, p. 840, 30,

Ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων.

C Ex eiusdem *Clementis* L. III. Strom. p. 520, dedit nobis et *Barnesio* (v. 334—340) *Grotius* matris Euripideae querelam, vitam *ἄπαιδα* foecundo matrimonio praeferentis. Tractavit eumdem locum *Euripides* in Medea v. 1090—1104, in Alcesti v. 882—888, in Oenomai *ῥήσει* quam inde servavit *Stobaeus* Tit. 76, *Grot.* p. 329. ceterorum *Euripidis* nihil illic attulit. Quos habet ex Tragoedia *Clemens*, sententia, praeter verborum compositionem, monstrat Euripideos esse, sunt autem hi versus:

Ἔπειτα παῖδας σὺν πικραῖς ἀλγηδόσι
Τίκτω· τεκοῦσα δ', ἢν μὲν ἄφρονας τέκω,
Στένω ματαίως, εἰσορῶσα μὲν κακούς·
Χρηστοὺς δ', ἀπολέσασ' ἢν δὲ καὶ σεσωσμένους,

Τήκω

Τήκω τάλαιναν καρδίαν ὀῤῥωδίᾳ. A
Τί τοῦτο δὴ τὸ χρηστόν; οὐκ ἀρκεῖ μίαν
Ψυχὴν πολεύειν, κἀπὶ τῇδ' ἔχειν πόνους;

Melius ista nunc distincta quam ante, voculas aliquot ex *Clemente* receperunt, partim etiam *Heathio* probatas; cuius tamen in ultimo horum versuum coniecturam Grotianae postposui. Legitur apud *Clem.* οὐκ ἀρκεῖ μίαν Ψυχὴν ἀπολύειν· corrigit *Heathius* ἀπολαύειν, interpretatur, *unius vitae fructus percipere.* Latina miror, et invectum anapaestum, quem toties ista sede deturbavit: sed forsan αυ in ἀπολαύειν, ipso iudice, corripi poterat, ut ευ corripit (1) in γενοίμην. *Grotii* placet ψυχὴν πολεύειν. *Hesychius:* Πολεύειν· τρέφειν, οἰκεῖν, περιέχειν, θεραπεύειν, περιάγειν. unum hinc auferatur οἰκεῖν, *Homeri* spectans πολεύειν in Od. X, 223, *versari;* reliqua huic loco satis congruunt: quique terram *versat* aratro πολεύων dicitur *Sophocli* Antig. v. 348. — Quae medio horum B versuum locum invenit, interpretibus certe non intellecta βραχυλογία, posita distinctione nunc quidem facile patebit attendenti: Plena forma loquendi scriberentur ista hunc in modum: Τεκοῦσα δὲ παῖδας

---

(1) In *Eurip.* Iphig. in Taur. v. 952, ad Δαιτὸς γενοίμην· Clar. *Heath.* „ *Quid obsecro est* γίνεσθαι δαιτὸς καὶ πώματος. *Procul* „ *dubio reponendum est* γευοίμην." Hic enim rei metricae peritus, pro iambo, spondeum admisit in secundam senarii sedem; aut diphthongum ευ statuit ab Attico posse Poëta corripi, ut οι nonnunquam corripitur; neutrum doctis ille suis Popularibus aut auribus Batavis adprobabit. Scripserat *Euripides*, ut vulgatur: ὅπως Δαιτὸς γενοίμην πώματός τ' αὐτῶν δίχα· *ut ab ipsorum convivio* C *separatus essem:* δίχα γενέσθαι, ut *Euripidis*, phrasis est *Thucydidea* I, p. 42, 12. p. 78, 81. VI, p. 442, 70. *Thucydides* autem Atticismi regula. *Xenophontis* Cyrus K. Π. VIII, p. 140, 10, ἡ ψυχὴ ἐπειδὰν τοῦ — σώματος δίχα γένηται, *mens cum a corpore fuerit separata.* Matris caede contaminato quid Athenis evenerit Oresti narrant *Athenaeus* ex Atthide *Phanodemi*, X, p. 437. C. et *Plutarch.* T. II, p. 613. B. emendatus *A. Schotto* Observ. Human. V, c. 29. conf. *Jo. Meurs.* de Reg. Athen. III, c. 8. et *Th. Stanlej.* in *Aesch.* Choëph. v. 289. — Magis adhuc insolens, praeter cetera, visum fuisset Atticis auribus in scena εἴωθμεν, quod, pro ἔοιγμεν, in Heraclid. v. 681, legi forsan potuisse suspicabatur Clar. *Heath.* qui moleste non feret, quod

A *δας χρηστοὺς, τούτους ἀπολέσασα στένω· ἐὰν δὲ καὶ τοὺς χρηστοὺς σεσωσμένους εἰσορῶ, Τήκω τάλαιναν καρδίαν ὀῤῥωδίᾳ·* metu nempe *μὴ πάθωσί τι*, ut loquitur in Oenomai dramatis fragmento. Edaces parentum sollicitudines duobus versibus expressit in Med. v. 1100 scribens,

> *Κατατρυχομένους τὸν ἅπαντα χρόνον,*
> *Πρῶτον μὲν ὅπως θρέψωσι καλῶς,*
> *Βίοτόν θ' ὁπόθεν λείψουσι τέκνοις.*

Istius quam dicebam Atticae *βραχυλογίας* exempla simillima *Sophocles* quidem et *Euripides* perpauca subministrabunt: non illud diversissimum, quod ex iocoso dramate *Euripidis* Scirone praebet *Pollux* IX, 75,

> *Καὶ τὰς μὲν ἄξῃ, πῶλον ἢν δίδως ἕνα,*
> *Τὰς δὲ, ξυνωρίδ'· αἱ δὲ κἀπὶ τεσσάρων*
> B *Φοιτῶσιν ἵππων ἀργυρῶν.*

praeter *Thucydidea*, proximum hoc accedit *Demosthenis* de falsa legat. p. 240, §. 331, *Νῦν δ' ἃ μὲν ἦν πλεύσασι σῶσαι, βαδίζειν κελεύων ἀπο-*

---

quod in Adnot. in Hippol. quae dederat accentibus destituta, iisdem instruxerim. Ipse vocibus in alium a se sensum acceptis, ad mentem lectori declarandam, accentus imponere nonnunquam se coactum sensit: in Alcesti v. 504, *συμβαλῶν* corrigens pro *συμβαλών*. v. 565, *τῳ*, pro *τῷ*. v. 921, *εἶμεν*, pro *εἰμεν*. Androm. v. 1036, *ἀν'* pro *ἄν*. Iphig. Aul. v. 62, *συναμυνεῖν*, pro *συναμύνειν*. v. 995, et alibi, *ταὐτὰ* pro *ταῦτα*. Heraclid. v. 198, *κρινοῦσι*, pro *κρίνουσι*. v. 690, *προστιθεὶς*, pro *προστίθεις*. Helenae v. 1248, *χρόνια*, pro *χρονία*. Ionis v. 236, *τᾶσδ' ἐρωτᾶς*, pro *τάσδ' ἐρῶτα*. v. 578, *ἀναμένει*, pro *ἀναμενεῖ*. v. 711, *κύρει*, pro *κυρεῖ*. Elec. v. 873, *νυν* pro *νῦν*. v. 625, *πορσυνῶν*, pro *πόρσυν' ὡς*. In his, et in centenis similibus vim vocum Lectori soli monstrant accentus. — Quid itaque? an accentus libris Graecis Poëtarum saltem atque Oratorum sunt eiiciendi, qui certe, quod nemo, credo, diffitebitur, versuum et periodorum modulo nocent? Quinimo sunt ad significatuum diversitatem determinandam pernecessarii; quod in istis suis correctionibus sensisse virum Doctissimum opinor. Accentibus, quam occupant, sede relictis, sic tamen statuo, ne unicum quidem versum Poëtae, et ne unicam quidem Oratoris periodum legi debere secundum accentus.

ἀπολώλεκεν οὗτος· ἃ δ' εἰποῦσι τἀληθῆ, ψευδόμενος. plene dixisset: *ἃ δ'* A
ἦν εἰποῦσι τἀληθῆ σῶσαι, ψευδόμενος ἀπολώλεκεν.

Ex proximis versibus unum omiserunt: quinque debuerant ex *Clementis* L. III. Strom. p. 521 hac ratione scribi:

> *Ὦ δυστυχεῖν φὺς καὶ κακῶς πεπραγέναι·*
> *Ἄνθρωπος ἐγένου, καὶ τὸ δυστυχὲς βίου*
> *Ἐκεῖθεν ἔλαβες, ὅθεν ἅπαντ' ἐνήρξατο*
> *Τρέφειν ὅδ' αἰθὴρ, ἐνδιδοὺς θνητοῖς πνοάς.*
> *Μή νυν τὰ θνητὰ θνητὸς ὢν ἀγνωμόνει.*

Quos ex *Grotio* praebet *Barnes* vs. 355, etc. leguntur apud *Dionys. Halicarn.* de Compos. verbor. p. 8. apud eumdem *Dionysium* omiserunt *Euripidis* ista p. 55, 25, *Ὦ βασιλεῦ χώρας τῆς πολυβόλου Κισσεῦ, πεδίον πυρὶ μαρμαίρει*, quae una litera transposita, prima praeter- B
missa, sic videntur scribenda:

> *Βασιλεῦ χώρας τῆς πολυόλβου,*
> *Κισσεῦ, πεδίον πυρὶ μαρμαίρει.*

Sed, altero loco *Dionysii* positis si voculam liceret interiicere commodam, paulo melius fortasse sic possent illa disponi:

> *Μή μοι λεπτῶν θίγγανε μύθων,*
> *Ψυχή [γε φίλη,] τί περισσὰ φρονεῖς;*
> *Εἰ μὴ μέλλεις*
> *Σεμνύνεσθαι παρ' ὁμοίοις.*

hoc si minus placet, non displicebit, opinor, Homericum *φίλε θυμὲ*, C
Theognidi aliisque adhibitum, in his apud *Athenaeum* IX, p. 388. E. F. *αἰεί μ' ὦ φίλε οὔ με τανύπτερος ὡς ὄκα πορφυρίς.* *Alcaei*, cuius alia quaedam his olim ad avis *πορφυρίδος* nomen firmandum praefixa nobis perierint, verba fuisse suspicor:

> *Αἴρεις μ', ὦ φίλε θυμὲ, τανύπτερος ὡς ὄκα πορφυρίς.*

Anime mi, effers me, sicut alis extensis porphyris evolat in altum.

Quam dederat *Grotius* p. 433, vocem non Graecam *περάτερον* [*κάλλος*] admisit *Barn.* in v. 385. alia tribuit *Barnesio* vir Clar. Ista sunt in *Galeni* Protrept. p. 3, 9, *Corporis olim forma stulte superbi, quum evanuit*

A *nuit illa*, τῷ γήρᾳ λοιδοροῦνται, (sic legendum non λοιδοροῦντας) δέον ἑαυτοῖς, καὶ τὸν Εὐριπίδην ἐπαινοῦσι λέγοντα, οὐ γὰρ ἀσφαλὲς εἶναι περαιτέρω τὸ κάλλος ἢ μέσῳ λαβεῖν, hinc ista mihi videntur *Euripidis*:

οὐ γάρ ἐστιν ἀσφαλὲς,
Περαιτέρω τὸ κάλλος ἢ μέσως λαβεῖν.

fac de uxore loquutum: sensus erit, *non esse tutum uxorem sibi sumere, cuius forma prae quotidianis nimis excellat*: utraque vox est Euripidea: μέσως legitur in eius Hec. v. 1120, Androm. v. 873, Herc. v. 58. ἢ 'ν μέσῳ vel μέσον aeque commodum esset: μέσον κάλλος esset *media forma*, seu *mediocris pulcritudo*: Περαιτέρω, id est πλέον, legitur in *Eurip.* Phoen. 1675, Androm. 270, Iphig. in Taur. 247. *Thucyd.* p. 216, 17, οὐδὲν (δεινὸν) ὅ, τι οὐ ξυνέβη, καὶ ἔτι περαιτέρω, *cuncta fuere, et alia am-*
B *plius*, *Sallustius*. habet et in Trachin. v. 676, *Sophocles*.

Sophoclis esse versus, quos dedit *Barnes.* ut Euripideos, vs. 422-425, recte monuit *Heathius*; non animadverterat *Sophocli* quoque tributos a *Plutarcho* T. II, p. 89. A. ubi Φιλεῖ γὰρ, inquit ὁ τοιοῦτος, κατὰ τὸν Σοφοκλέα,

[Φιλεῖ δὲ πολλὴν] γλῶσσαν ἐκχέας μάτην
Ἄκων ἀκούειν οὓς ἑκὼν εἴπῃ λόγους.

quam lectionem praetulissem *Stobaeanae*, οὓς ἑκὼν εἶπεν κακῶς, nisi veram servasset *Clemens Alex.* Paedag. II, p. 181, 12, — Φιλεῖ —

Ἄκων ἀκούειν, ἅπερ ἑκὼν εἶπεν κακῶς.

C Praeivit in his *Hesiodus* Ἔ. κ. Ἡ. v. 721. — *Aristides* T. III, p. 726, ὁποῖ' ἄττ' ἂν εἴποις, τοιαῦτ' ἂν ἀκούσεσθαι (Leg. τοιαῦτ' ἀντακούσεσθαι· et vid. *Iobi* XI, 2.) χρὴ προσδοκᾷν. Euripidea, seu *Menandri* similia, *Terentio* (Andr. X, IV, 17.) non ignota fuere scribenti,

Si mihi perget quae volt dicere, ea quae non volt audiet.

A

CAPUT XXIII.

De eloquentiae abusu in Attica Republica.

Euripides morum erat magister. Eloquentiâ cur unis Athenis tot oratores valuerint. Illam alibi in Graecia fuisse neglectam. Abusus eloquentiae Ciceroni agnitus et Quinctiliano. Secundum illos etiam Athenas perdidit. De demagogis atque oratoribus disputatur. Omnes Δημαγωγοὺς *fuisse* ῥήτορας· *non contra.* Δημαγωγοῦ *honesta principum in civitate virorum olim adpellatio. Locus tractatur Eupolidis nunc primum editus.* B *Postea sic dicti quicunque gererent et quomodocunque remp. aliis etiam adpellationibus designati. Corruptis moribus Demagogi pessimi fuerunt adulatores, ornate dicentes speciosa. Euripides illos et abusum damnat eloquentiae. A demagogis diversi* ῥήτορες, *in tribunalibus bonorum accusatores et malorum patroni, flagitia verborum obscurantes ornamentis, Athenis venales. Mercenariis patronis exemplo suo praeivit Antiphon. Socrate fingit Aristophanes indigna. In hos etiam rabulas Euripidis quaedam, cui vindicatur ex Clemente dictum.* Εὐγλωσσίᾳ *adversarium in foro vel quomodocunque* Νικᾷν; *cui contrarium* ἡττᾶσθαι. Εὔγλωσσος· εὐεπὴς, εὐέπεια.

Socratis exemplum sequutus, isthac iam aetate corruptos civium C suorum mores emendare studuit *Euripides*, ἄξιος ὡς ἀληθῶς Σωκρατικῆς διατριβῆς, ut vere *Clementi* dicitur *Alex.* in Protrept. p. 65, 12. si praestare non adeo potuit, facere tamen conatus est, quod Poëtam decere dicit *Agathon* in *Aristoph.* Ran. v. 1041. Pro istiùs aevi licentia malos cives nominatim insectabatur *Aristophanes*, quorumdam etiam optimorum irrisor maledicentissimus. Humanitatis amans, *Euripides* sub heroicis personis, antiquis certe, vitia civitatis Atticae plurima modeste notavit; nullum frequentius, quam bonis civibus et civitati perniciosum eloquentiae studium. Vim ornate dicendi florente Republica rebus omnibus paene anteponebant Athenienses, quique illa pollerent, omni honoris genere cumulabant; ut minime mirandum sit, Athenis, vigente libertate, tot oratores eminentissimos prodiisse, pae-

A paene nullos extra Athenarum ambitum. Hanc in rem dignissima lectu sub finem Libri primi Hist. Rom. scribit *Vellejus Paterculus.* In nonnullis Graeciae civitatibus facultatem bene dicendi nec profiteri licebat neque exercere. Cretensium hac de re legem, expressam *Lycurgo* Spartano, memorat ex Academicorum scriptis *Clitomachi* et *Charmidae Sextus Empiricus* Ἀντιῤῥ. II. περὶ ῥητορικῆς, (§. 20, 21,) quo libro protulit pleraque *Sextus*, quae dicta fuerant in abusum eloquentiae, Romanorum etiam disertissimis agnitum, *Ciceroni* et *Quinctiliano. Cicero* de Off. II, c. 14, *quid est tam inhumanum*, inquit, *quam eloquentiam, a natura ad salutem hominum — datam, ad bonorum pestem perniciemque convertere.* Idem *Cicero* apud *Ammian. Marcellin.* XXX, c. IV, *Mihi*, ait, *hoc plus mali facere videtur, qui oratione, quam qui pretio iudicem corrumpit: quod pecuniâ corrumpere prudentem nemo potest; dicendo potest. Quinctilianus* I. O. XII, c. I, *si vis*, B ait, *illa dicendi malitiam instruxerit, nihil — publicis privatisque rebus perniciosius eloquentia.* Quae scribit eam in rem plura *Quinctilianus*, illa pleraque congruunt Atticis huius aetatis oratoribus, sive populo quid suaderent dissuaderentve; seu sceleratis nebulonibus causas orantes patrocinarentur; aut innocentes in iudicio capitis arcesserent, omnibus certe modis vexarent immeritos. His *rerum natura* (verba sunt *Quinctiliani*,) *non parens, sed noverca, facultatem dicendi, sociam scelerum, adversam innocentiae, hostem veritatis* invenisse dicenda est. Nihil horum in Atticos oratores dixit *Cicero*, nihil adeo *Quinctilianus;* ea tamen uterque, ex quibus ista conficias. *Cicero* pro L. Flacco, c. VII, *illa*, inquit, *vetus* [Graecia] *quae quondam opibus, imperio, gloria floruit, hoc uno malo concidit, libertate immoderata ac licentia concionum.* Concionum temeritas concionantibus est imputanda; a quorum ore pendebant in theatro homines imperiti, rerum saltem publicarum *rudes ignari*C*que:* atque hinc malorum repetit originem *Quinctil.* Declam. CCLXVIII, p. 509, *Civitatum status scimus ab oratoribus esse conversos: sive illam Atheniensium civitatem, quondam late principem, intueri placeat, accisas eius vires animadvertemus vitio concionantium.* De temporibus etiam vigentis adhuc Reipublicae dici potuit, quod scribit de recentioribus *Livius* XXXI, c. 44, *nec unquam ibi desunt linguae promtae ad plebem concitandam: quod genus, cum in omnibus liberis civitatibus, tum praecipue Athenis, ubi oratio plurimum pollet, favore multitudinis alitur.* Illic *Dukero*, eximio sane viro, laudatus *H. Stephanus*, Dialogo de Graecorum moribus, *linguas promtas ad plebem concitandam* potius τὰς τῶν δημαγωγῶν fuisse censet, quam τὰς τῶν ῥητόρων. Hoc idcirco miror, quod mihi liquet ex isthoc etiam libello, ad hanc partem Atticae Reipublicae non indiligenter attendisse hominem inter paucos Linguae rerumque Graecarum peritissimum, *Henr. Stephanum.* Non omnes quidem Ῥήτορες Athenis

erant δημαγωγοὶ, sed omnes δημαγωγοὶ, ut erant, dicebantur etiam ῥή- A
τορες. Recte *Gellius* N. A. III, c. XIII, *Is Callistratus*, (inquit, quem sectari coeperit *Demosthenes*,) *Athenis orator in republica fuit: illi δημαγωγοὺς appellant.* Ubi ῥήτορες aliquot ἔνδοξοι καὶ μεγάλοι, qui ante claruerint, quam ipse ad rempublicam accesserit, memorantur *Demostheni* de Cor. p. 177, primus comparet Καλλίστρατος ἐκεῖνος. Hi quidem boni consiliarii populum utiliter ducebant, erantque adeo optimi δημαγωγοί· nec enim natura sua nomen illud odiosum est, sed honesta primum fuit magnorum in civitate virorum appellatio; qui, sapienter populares, moribus nondum corruptis, speciosis utilia praeferenti populo placebant. Tales fuere Solon, (1) Miltiades, Aristides, Themistocles, Pericles, alii, populares iisdem, et Senatores, et Imperatores optimi, προστάται τῆς πόλεως καὶ στρατηγοί. quam in rem legi poterunt *Isocrates* p. 170. c. 262. c. D. *Demosth.* (usus Editione sum Parisina *Benenati*) p. 24, §. 30, 31. *Aeschines* c. Tim. p. 4, 23. Talis ad B
exemplum Solonis, Aristidae, Periclis, fuit apud Athenienses Phocion, pa-

(1) *Eupolis* in Comoedia quadam sua (ἐν Δήμοις, ut suspicor ob narrata *Plutarcho* in Pericle p. 153. E. conf. *Eupolidéa Stobaei* p. 239. 49 etc.) Miltiadem et Periclem excitabat ab inferis, qui imperium abrogarent sui temporis Imperatoribus, adolescentulis luxuriosis, quique virtutes Imperatorias non in mente haberent, sed in pedum malleolis repositas. Ad ista *Aristidae* T. III, p. 374, τῶν Κωμικῶν τις ἐποίησε τέτταρας τῶν προστατῶν ἀνεστῶτας· haec leguntur in *Scholiis* ineditis, quae Clar. *Petri Burmanni Secundi* perinsignem ornant Bibliothecam, quaeque dignissimi Possessoris mecum humanitas communicavit: Εὔπολις ἐποίησεν ἀναστάντα τὸν C
Μιλτιάδην, καὶ Ἀριστείδην, καὶ Γέλωνα, (corrigo, Σόλωνα,) καὶ Περικλέα. ἐν τούτοις οὖν ἔνεισι δύο Φησὶ Περικλῆς καὶ Μιλτιάδης. λέγει δὲ Εὔπολις οὕτως, Καὶ μηκέτι ἄναξ Μιλτιάδου καὶ Περικλεεῖ, ἐάσα τ' ἄρχειν μειράκια κινούμε α Ἐν τοῖσι σφυροῖσιν ἕλκοντα τὴν στρατηγίαν. *Eupolidis* sic mihi scribendi videntur versus:

Καὶ μηκέτ', ὦ 'ναξ Μιλτίαδες, καὶ Περίκλεες,
Ἐάσατ' ἄρχειν μειράκια κινούμενα,
Ἐν τοῖς σφυροῖς ἕλκοντα τὴν στρατηγίαν.

Sen-

A pace rector civitatis prudentissimus, bello quinque et quadraginta vicibus designatus Imperator: vid. *Plutarchi* Phocion p. 744. F. 745. A. Talis apud Romanos M. Cato, quo, teste *Cicerone* de Orat. III, c. 33, *nemo apud populum fortior, nemo melior senator: idem facile optimus Imperator.* Notatu dignissima verba sunt *Solonis* apud *Diogen. Laërt.* I, 64, *τὸ θεῖον καὶ οἱ νομοθέται οὐ καθ' ἑαυτὰ δύνανται ὀνῆσαι τὰς πόλεις, οἱ δὲ ἀεὶ τὸ πλῆθος ἄγοντες* (atque adeo *οἱ δημαγωγοὶ*) *ὅπως ἂν γνώμης ἔχωσιν· οὕτω δὴ καὶ τὸ θεῖον καὶ οἱ νόμοι, εὖ μὲν ἀγόντων, εἰσὶν ὠφέλιμοι, κακῶς δὲ ἀγόντων, οὐδὲν ὠφελοῦσιν.* dicti veritatem Attica demonstrat historia: salutares ante, post mortem Periclis nihil amplius civitati profuere *Solonis* leges, mutandarum legum libidine, quae demagogos agitabat, morumque depravatione in contemptionem adductae. Honestam olim bonorum civium adpellationem fuisse *δημαγωγοῦ* monstrant vel *Aristophanis* ex Equit. ista v. 191,

B *Ἡ δημαγωγία γὰρ οὐ πρὸς μουσικοῦ*
Ἔτ' ἐστὶν ἀνδρὸς, οὐδὲ χρηστοῦ τοὺς τρόπους.

olim

Sensum arbitror expressisse me Comici paulo superius; et verbis minus invidiosis turpe vitium obvolvisse notatum Comico, dum *μειράκια* dixit *κινούμενα·* quo sensu *Euripidis* Macareus apud *Aristophanem*, ἐκίνει Ἀδελφὸς — *τὴν ὁμομητρίαν ἀδελφήν.* Respexisse mihi videtur in his *Eupolis Archilochi* Trochaicos,

Οὐ φιλέω μέγαν στρατηγὸν, οὐδὲ διαπεπλιγμένον,
Οὐδὲ βοστρύχοισι γαῦρον, οὐδ' ὑπεξυρημένον,
Ἀλλά μοι μικρός τις εἴη, καὶ περὶ κνήμας ἰδεῖν
C *Ῥοικὸς, ἀσφαλέως βεβηκὼς ποσσὶ, καρδίης πλέως.*

Haec nobis *Archilochi* servarunt *Dion Chrys.* Or. 33, p. 399. et *Galenus* in *Hippocrat.* T. V, p. 630, 30. et 618, 8. quibus formam indidit trochaicorum *D. Heinsius* Lect. *Theocr.* c. 8, p. 323. in una voce errantem corrigit *T. H.* in *Hesych.* T. I, p. 959. Hi autem *Eupolidis* versus *Hegesippo* mihi videntur obversati, seu quicunque orationem inter *Demostheneas* scripsit de Haloneso, cum haec in ultimá scriberet oratione p. 53, §. 53, *εἴπερ ὑμεῖς τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις καὶ μὴ ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον φορεῖτε.* de quibus, *Longino* quoque tractatis, Sect. 38, 1, *Hermogeni* p. 294, *A. Dounaeo* in *Demosth.* p. 74, 75, dici possent, quae huius esse loci non viderentur.

olim itaque fuerat. Pericles, bonis omnibus laudatus, *δημαγωγὸς Isocrati* p. 184. D. *Princeps* ille *consilii publici*, dicitur *αγων τὴν πολιτειαν Thucydidi* p. 82, 11. *Plutarcho* in Nicia p. 524. D. *ἀπό τε ἀρετῆς καὶ λόγου δυνάμεως τὴν πόλιν ἄγων.* Ἔπαινος ῥήτορος καὶ δημαγωγοῦ legi poterit apud *Pollucem* IV, 34. A

Moribus mutatis, ut erant bonis civibus invisi plerique qui male rempublicam gerebant, debuit etiam odiosum fieri nomen *Δημαγωγῶν*. Sic tamen omnes, sive bene rem administrarent, seu male, dicebantur Athenis, qui verba faciebant in concione populi, *οἱ λέγοντες Demostheni*, *οἱ λέγοντες ἐν τῷ δήμῳ Lysiae*, qui decreta condebant; qui foedus, bellum, pacem vel suadebant vel dissuadebant; quique adeo in universum personam gerebant *συμβούλων*, ut dicuntur saepe *Dinarcho* c. Dem. p. 99, 22. p. 102, 36, 39. haberi volebant populares, et *consiliarii*; dici amabant et *patroni civium*, *προστάται*, *Aristoph.* Εἰρ. v. 683. Ἐκκ. v. 176. *Thucyd.* VIII, c. 65. Qui gerebat rempublicam, *λέγων καὶ γράφων Demostheni* de Cor. p. 150, §. 151, *Plutarcho* in Phocione p. 744. F. 751. A. est *γράφων ψηφίσματα*· in Alcib. *Plutarchi* p. 200. B. *ἔγραψε τῶν ῥητόρων Δημόστρατος καὶ εἶπεν.* ubi de se *Critias* ad Alcibiadem p. 209. F. B

Γνώμην δ', ἥ σε κατήγαγ' ἐγὼ ταύτην ἐν ἅπασιν
Εἶπον, καὶ γράψας τοὖργον ἔδρασα τόδε.

Οἱ λέγοντες καὶ τὰ ψηφίσματα γράφοντες demagogi sunt apud *Athen.* XII, p. 532. C. in verbis *Theopompi*, qui partem historiae Philippicae dicavit moribus enarrandis *τῶν Ἀθήνησι δημαγωγῶν*, *Athen.* IV, p. 166. D. in qua certe parte potuit ingenio *Theopompus* obsequi. Ubique *δημαγωγοὶ* dicti, dicuntur et *ῥήτορες καὶ δημαγωγοί*, *Isocrati* p. 185. B. Duas proponit in *Hesychio* coniecturas Clar. *Jo. Toupius* Emend. III, p. 279, quarum alteram iam dederat *Jo. Meursius*, altera vereor ut probari possit. Dicuntur *οἱ δημαγωγοῦντες ῥήτορες*, *Sexto Empir.* p. 297. saepenumero simpliciter *ῥήτορες*, *Aristophani*, *Andocidae*, *Lysiae*, ceterisque; dicuntur et *πολιτευόμενοι*· sive *τὰ κοινὰ* vel *τὰ πολιτικὰ* vel *τὰ τῆς πόλεως πράττοντες*· scripsisse *Lysias* videtur p. 118, 10, *παρασκευάζεται τὰ πολιτικὰ πράττειν καὶ ἤδη δημηγορεῖ*· conf. 307, 15. 309, 13. 423, 6. *Demosth.* p. 221, §. 192. cui p. 144. §. 104. iunguntur *πολιτεύεσθαι καὶ δημηγορεῖν*. *Andocides* c. Alcib. p. 32. A. *στρατεύονται μὲν οἱ πρεσβύτεροι, δημηγοροῦσι δὲ οἱ νεώτεροι.* *Callistratum τὸν δημηγόρον* Iphicrates adiungebat sibi, teste *Xenoph.* Ἑλλ. VII, p. 344, 34. C

Cum *Solonis* leges nihil amplius proficiebant, hi demagogi blanda oratione decipientes adulabantur populo: vere *Sextus Empir.* Ἀντιῤῥ. II, §. 41, *ὁ δημαγωγὸς*, inquit, *κακοδιδασκαλεῖ τοὺς πολλοὺς τὰ κεχαρισμένα λέγων, καὶ διαβολαῖς αὐτοὺς ἐξαλλοτριοῖ πρὸς τοὺς ἀρίστους.* Pravae huius

δη-

A *δημαγωγίας* temporibus antiquissimis Theseo Rege jam praebuerat exemplum
Menestheus Petei filius, *πρῶτος (ὥς φασιν) ἀνθρώπων ἐπιθέμενος τῷ δημα-*
γωγεῖν, καὶ πρὸς χάριν ὄχλῳ διαλέγεσθαι, ut scribit *Plutarch.* in Theseo
p. 15. B. *Aristophanis* et Oratorum dicta de demagogis proferri possent
plurima; sed nostro nunc sufficiet instituto dixisse, praesertim his tempo-
ribus demagogo, qui populo placeret, vim ornate dicendi fuisse necessa-
riam. Duas sibi res confidentiam et vocem defuisse confitetur *Isocrates*
quominus ad rempublicam accesserit Orat. ad Philipp. p. 98. c. *πρὸς*
μὲν τὸ πολιτεύεσθαι πάντων ἀφυέστατος ἐγενόμην τῶν πολιτῶν· οὔτε γὰρ
φωνὴν ἔσχον ἱκανὴν οὔτε τόλμαν etc. et in Panathen. p. 234. E. Legi-
tur in *Ciceronis* Catone Maj. c. v, [*Isocrates*] *eum librum, qui Pa-*
Panathenaicus inscribitur: quarto et nonagesimo anno scripsisse dicitur.
Ciceronem vero hoc in loco posuisse, non quod vulgatur, sed, *scrip-*
cisse se dicit, quod et in uno Cod. Palatino repertum fuit, liquebit *Iso-*
B *cratem* comparanti p. 288. E. Neque vox tantum sonora, verum elo-
quentia requirebatur in demagogo, qua mellitos verborum globulos in
aures animosque auditorum insinuaret. *Aristoph.* Equit. v. 215,

τὸν δῆμον αἰεὶ προσποιοῦ,
Ὑπογλυκαίνων ῥηματίοις μαγειρικοῖς,
Τὰ δ' ἄλλα σοὶ πρόσεστι δημαγωγικὰ,
Φωνὴ μιαρὰ, γέγονας κακὸς, ἀγοραῖος εἶ.

Qui haec et centena similia Comicorum non illibenter audiebant, quos
habebant despicatui, iisdem utebatur populus, *ἐπιθυμῶν προπηλακίζειν*
τοὺς ἐν ἀξιώματι καὶ συκοφαντεῖν· ut de Hyperbolo loquens in Alcibia-
de scribit *Plutarch.* p. 197. A. Semper autem populo in concione pla-
cebant *οἱ λόγῳ τέρποντες ῥήτορες*, ut Cleoni dicuntur *Thucydidae* III, c. 40,
qui tribuit ipsis *τὸ εὖ εἰπεῖν*, ipsemet hac re populo commendabilis et
C impudentissima confidentia. *Andocidae* dicitur Alcibiades *τοὺς μὲν λόγους*
δημαγωγοῦ, τὰ δὲ ἔργα τυράννου παρέχων. *Isocrates* Or. de Pace p.
159. D. *αὐτοὶ*, inquit, *πεποιήκατε τοὺς ῥήτορας μελετᾶν καὶ φιλοσοφεῖν*
οὐ τὰ μέλλοντα τῇ πόλει συνοίσειν, ἀλλ' ὅπως ἀρέσκοντας ὑμῖν λόγους
ἐροῦσιν. Haec et similia qui habuerit in numerato, ne dubitabit quidem,
quin sui temporis demagogos, atque hanc Atticae civitatis pestem saepe-
numero suis in tragoediis respexerit *Euripides;* velut in his, quae facit
Hecubam ad Ulyssem dicentem in Hec. v. 253,

Ἀχάριστον ὑμῶν σπέρμ', ὅσοι δημηγόρους
Ζηλοῦτε τιμὰς, μηδὲ γινώσκοισθέ μοι·
Οἳ τοὺς φίλους βλάπτοντες οὐ φροντίζετε,
Ἢ τοῖσι πολλοῖς πρὸς χάριν λέγητέ τι.

Ubi

Ubi nuncium facit in Oreste narrantem quid evenerit in Argiva populi A concione, post primum oratorem illic v. 900,

ἀνίσταται
Ἀνήρ τις ἀθυρόγλωσσος, ἰσχύων θράσει,
Θορύβῳ τε πίσυνος, κἀμαθεῖ παῤῥησίᾳ,
Πιθανὸς ἔτ' ἀστοὺς (sic l.) περιβαλεῖν κακῷ τινι.
Ὅταν γὰρ ἡδὺς τοῖς λόγοις, φρονῶν κακῶς,
Πείθῃ τὸ πλῆθος, τῇ πόλει κακὸν μέγα.
Ὅσοι δὲ σὺν νῷ χρηστὰ βουλεύουσ' ἀεὶ,
Κἂν μὴ παραυτίκ' αὖθίς εἰσι χρήσιμοι.

his ultimis utilia speciosis praeferentes populo commendatos voluit; quumque supra dixisset Orestes v. 770,

Δεινὸν οἱ πολλοὶ, κακούργους ὅταν ἔχωσι προστάτας· B

subiicit Pylades,

Ἀλλ' ὅταν χρηστοὺς λάβωσι, χρηστὰ βουλεύουσ' ἀεί.

In his Cleone non meliorem Cleophontem demagogum obversatum Tragico, quod suspicatur *Scholiastes*, verisimile reddit quod ex *Philochoro* nobis narrat, firmatum a *Diodoro Siculo* XIII, c. 53. ubi de homine seditioso notatis a *Wesselingio* multa possent addi. Perniciosam hanc civitati facundiam non dubito quin respexerit dum ista scribebat sub Phaedrae persona Tragicus noster in Hippol. v. 486,

Τοῦτ' ἔσθ' ὃ θνητῶν εὖ πόλεις οἰκουμένας
Δόμους τ' ἀπόλλυσ', οἱ καλοὶ λίαν λόγοι.
Οὐ γάρ τι τοῖσιν ὡσὶ τερπνὰ δεῖ λέγειν, C
Ἀλλ' ἐξ ὅτου τις εὐκλεὴς γενήσεται.

istorum versuum loco suspicor in Editione prima dramatis lectos, quos nobis adservavit *Stobaeus:*

Φεῦ, φεῦ, τὸ μὴ τὰ πράγματ' ἀνθρώποις ἔχειν
Φωνὴν, ἵν' ἦσαν μηδὲν οἱ δεινοὶ λέγειν.
Νῦν δ' εὐρόοισι στόμασι τἀληθέστατα
Κλέπτουσιν, ὥστε μὴ δοκεῖν ἃ χρὴ δοκεῖν.

sic istos versus esse scribendos alibi iam fuit monitum.

Quos habet ex eius Archelao *Stobaeus Gesneri* p. 215, 5, pro λέγε, scribendo λέγ' εὖ, facile sanari poterunt:

Ἁπλοῦς

A 'Απλοῦς ὁ μῦθος, μὴ λέγ' εὖ· τὸ γὰρ λέγειν
Εὖ δεινόν ἐστιν, εἰ φέροι τινὰ βλάβην.

Huc etiam spectasse dictum videtur in Troasin v. 967, sic, ni fallor, emaculandum:

Πειθῷ διαφθερεῖ σε τῆσδ', ἐπεὶ λέγει
Καλῶς κακοῦργος οὖσα. δεινὸν οὖν τόδε.

Vulgatur, Πειθὼ διαφθείρουσα τῆσδ'. In Bacchabus quae dicit in Pentheα Tiresias conveniunt in malos demagogos Atticos v. 268,

Σὺ δ' εὔτροχον μὲν γλῶσσαν ὡς φρονῶν ἔχεις,
Ἐν τοῖς λόγοισι δ' οὐκ ἔνεισί σοι φρένες.
B Θρασὺς δὲ δυνατὸς, καὶ λέγειν οἷός τ' ἀνὴρ
Κακὸς πολίτης γίγνεται, νοῦν οὐκ ἔχων.

Sed nusquam hoc malorum civium genus clarius expinxit quam sub persona Thebani praeconis in Supplicibus v. 412. et seqq. civitas, inquit, a qua missus huc venio,

'Ενὸς πρὸς ἀνδρὸς, οὐκ ὄχλῳ κρατύνεται.
Οὐδ' ἔστιν αὐτὴν ὅστις, ἐκχαυνῶν λόγοις,
Πρὸς κέρδος ἴδιον ἄλλοτ' ἄλλοσε στρέφει·
Οὐδ' αὐτίχ' ἡδὺς, καὶ διδοὺς πολλὴν χάριν,
Εἰσαῦτις ἔβλαψ', εἶτα διαβολαῖς νέαις,
Κλέψας τὰ πρόσθε σφάλματ', ἐξέδυ δίκης.

Ista nobis ratione locum emendavit *Jer. Marklandus*, quem, in Atticis
C quoque Scriptoribus exercitatissimum Criticum, latere veritas non poterat. „ His, inquit, versibus describit Euripides, sub persona Praeconis Thebani, mores Rhetorum et δημαγωγῶν sui temporis."

Hi Demagogi saepe bonos cives accusabant in iudicio; sed et a demagogis diversi rabulae, sive ῥήτορες, in tribunalibus dominabantur: hoc quoque genus pessimorum civium notavit *Euripides*, qui sua vi dicendi turpiter abutebantur ad iudices corrumpendos; sive ipsi pro se verba facientes scelera sua speciosis argumentis defenderent, seu patrocinarentur aliis, qui quidem essent indigni patrocinio: nam *nocentem aliquando, modo ne nefarium impiumque, defendere — patitur consuetudo, fert etiam humanitas*, iudice *Cicerone* de Off. II, c. 14. Indignabatur *Euripides*, insontes in iudicio toties vexari; iustitiam et leges perversis interpretamentis violari; resque turpissimas orationis ornamentis velari; non adeo, quamvis hoc quoque noluerit, *pulcra vocabula pigris*

Praetendi vitiis, ut loquitur *Claudianus* in Eutrop. II, v. 206, *verbisque decoris* Obvolvi *vitium*, ut *Horatius* Serm. II, Ecl. VII, 41. Hoc qui faciebant Ὀνόματι περιπέττουσι τὴν μοχθηρίαν in *Aristoph.* Pluto v. 159. Sed in Atticos istos oratores potius congruit illud *Musonii* apud *Stobaeum* p. 597, 54, τὰ δεινὰ καλλωπίζουσί τε καὶ ἐπισκιάζουσιν ἑτέροις ὀνόμασιν, et *S. Joannis Chrysost.* T. III, p. 27. B. στωμυλία ῥητόρων τοῖς κατευγλωττισμένοις λόγοις ὑποκλέπτουσα τὴν ἀλήθειαν. In iudicio saepenumero, A

Καὶ τὰν ἀλάθειαν τὸ δοκεῖν βιάζεται·

quae *Simonidis* sententia turpiter vitiata in *Scholiis* ad *Eurip.* Orest. v. 225, sincere scripta prostat ad v. 780. Scripsisse mihi *Menander* videtur,

Τὸ ψεῦδος ἰσχὺν τῆς ἀληθείας ἔχει
Ἐνίοτε μείζω, καὶ πιθανωτέραν ὄχλου.

non quod vulgatur in *Stobaei* Titulo XII Florileg. περὶ ψεύδους· Τὸ πιθανὸν ἰσχὺν — *Dinarchus* c. Demosth. p. 97, 1, εἶτ' οὐ δεινὸν ὅτι — ἴσχυσεν ἂν τὸ ψεῦδος τῆς ἀληθείας μᾶλλον. v. 6, νῦν τὰ νόμιμα — καὶ τὰ δίκαια καὶ τἀληθῆ ἀσθενέστερα γενήσεται τῶν Δημοσθένους λόγων; καὶ ἰσχύσει μᾶλλον τῆς ἀληθείας ἡ — διαβολή; *Aeschines* c. Ctesiph. p. 55, 21, εὕρηνται κρείττονες λόγοι τῶν νόμων. p. 67, 2, dicitur ipsi *Demosthenes* καλλίστοις ὀνόμασιν αἰσχίστας πράξεις γράφων. B

Ob scelera periclitantibus quam facile fuerint patroni venales Athenis, ex variis liquet *Aristophanis* e Nubibus dictis: vid. v. 1034, et seqq. ubi se gloriatur Ἄδικος,

Αἱρούμενον τοὺς ἥττονας λόγους ἔπειτα νικᾷν.

illic v. 444 et seqq. rabulis istis dignae leguntur adpellationes. Pluti versus est 379,

Τὸ στόμ' ἐπιβύσας κέρμασιν τῶν ῥητόρων. C

Lycurgus c. Leocratem p. 167, 23, ἐκπέπληγμαι, inquit, μάλιστα ἐπὶ τοῖς — μισθοῦ συνηγορουμένοις ἀεὶ τοῖς κρινομένοις. Ceteris patronis mercenariis exemplum iam praebuit *Antiphon*, cuius quidem, teste *Philostrato*, p. 499, *Comici* meminerunt ὡς δεινοῦ τὰ δικανικὰ, καὶ λόγους μετὰ τοῦ δικαίου ξυγκειμένους ἀποδιδομένου πολλῶν χρημάτων αὐτοῖς μάλιστα τοῖς κινδυνεύουσι. nec frustra populo suspectum *Antiphontem* fuisse διὰ δόξαν δεινότητος, quod scribit *Thucyd.* VIII, c. 68, eventus docuit. Illud minime protritum est, quod in Prooemio librorum de Vitis *Soph.* narrat *Philostratus* p. 483, f. Sophistas tribunalibus exclusos Athenis, ὡς ἀδίκῳ λόγῳ τοῦ δικαίου κρατοῦντας καὶ ἰσχύοντας παρὰ τὸ εὐθύ. Romae quidem notum est quid legato Atheniensium Carneade audito censuerit *Cato* censorius. Sed mendacissima malevolentia Strepsiadi dat in Nubibus suis *Ari-*

A *Aristophanes* magistrum Socratem, unum omnium maxime alienum ab oratoriis artibus. Is causae suae fretus iustitia ad iudices initio *Platonis* Apologiae, *ex me*, inquit, *audietis* πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, οὐ μέν τοι — κεκαλλιεπημένους γε λόγους, ὥσπερ οἱ τούτων, ῥήμασί τε καὶ ὀνόμασιν, οὐδὲ κεκοσμημένους.

Nunc ponam Euripidea quaedam, quibus malos Oratores, καλλιεπουμένους, sive καλλιλεκτοῦντας, respexisse videtur, speciosa oratione ius et leges violantes. In eius Hecuba cum sceleri suo Polydorus honestam causam praetexuerat, illamque verbis ornatissimis commendaverat, ad iudicem Hecuba v. 1194,

Ἀγάμεμνον, ἀνθρώποισιν οὐκ ἐχρῆν ποτὲ
Τῶν πραγμάτων τὴν γλῶσσαν ἰσχύειν πλέον·
Ἀλλ', εἴτε χρήστ' ἔδρασε, χρήστ' ἔδει λέγειν·
B Εἴτ' αὖ πονηρὰ, τοὺς λόγους εἶναι σαθροὺς,
Καὶ μὴ δύνασθαι τἄδικ' εὖ λέγειν ποτε.
Σοφοὶ μὲν οὖν εἰσ' οἱ τάδ' ἠκριβωκότες,
Ἀλλ' οὐ δύναιντ' ἂν διὰ τέλους εἶναι σοφοί.

ultimum sic versum exhibet Cod. *MS.* Leid. sequentem 1201 (ed. *King.*) si Codicibus abesset, nemo, credo, requireret.

Ad Eteoclis impiam orationem sui muneris memor Chorus in Phoeniss. v. 529,

Οὐκ εὖ λέγειν χρὴ μὴ 'πὶ τοῖς ἔργοις καλοῖς,
Οὐ γὰρ καλὸν τοῦτ' ἀλλὰ τῇ δίκῃ πικρόν.

In Ione senex v. 832,

C Οἴμοι κακούργους ἄνδρας ὡς ἀεὶ στυγῶ,
Οἳ, συντιθέντες τἄδικ', εἶτα μηχαναῖς
Κοσμοῦσι.

Suam, ut saepe, sententiam *Euripides* Medeae tribuit, in Med. v. 579,

Ἦ πολλὰ πολλοῖς εἰμι διάφορος βροτῶν·
Ἐμοὶ γὰρ ὅστις, ἄδικος ὢν, σοφὸς λέγειν
Πέφυκε, πλείστην ζημίαν ὀφλισκάνει.
Γλώσσῃ γὰρ αὐχῶν τἄδικ' εὖ περιστελεῖν
Τολμᾷ πανουργεῖν. ἔστι δ' οὐκ ἄγαν σοφός.

Haec qui legerit non dubitaturum confido, quin sint *Euripidis* ex perdito dramate versus, quos ex Tragoedia servavit *Clemens Alex.* Strom. 1,

 p.

p. 340, 341, quosque *Grotius* ut incerti Tragici posuit in Excerptis. Sic A versus isti leguntur apud *Clementem* minus emendate scripti:

Ὦ παῖ, γένοιντ' ἂν εὖ λεγόμενοι οἱ λόγοι
Ψευδεῖς· ἐπῶν δὲ κάλλεσιν νικῶεν ἂν
Τἀληθές· ἀλλ' οὐ τοῦτο τἀκριβέστατον,
Ἀλλ' ἡ φύσις καὶ τοὐρθόν. ὃς δ' εὐγλωσσίαν
Εἰ καὶ σοφὸς μὲν, ἀλλά γε τὰ πράγματα
Κρείσσω νομίζω τῶν λόγων ἀεί ποτε.

Primorum versuum deteriorem vulgata lectionem dedit *Grotius*, veram, ut arbitror, aut verae proximam *Marklandus* in *Eurip.* Suppl. v. 109, nam virum arbitror humanissimum suae hanc etiam praelaturum:

Ὦ παῖ, γένοιντ' ἂν οἱ λελεγμένοι λόγοι B
Ψευδεῖς·

propter haec *Euripidis* in Suppl. v. 333, Ἐμοὶ λόγοι μὲν, μῆτερ, οἱ λελεγμένοι Ὀρθῶς ἔχουσ' Iphig. in Aul. v. 402, Οὔδ' αὖ διάφοροι τῶν πάρος λελεγμένων Μύθων. etc. — Ultima recte constituit, ante *Grotium*, *Sylburgius*,

ἀλλ' ἐγὼ τὰ πράγματα
Κρείσσω νομίζω τῶν λόγων ἀεί ποτε.

in hanc sententiam *Thucydides* III, c. 67, [ἔργων] ἀγαθῶν μὲν ὄντων, βραχεῖα ἡ ἐπαγγελία ἀρκεῖ· ἁμαρτανομένων δε λόγοι ἔπεσι κοσμηθέντες προκαλύμματα γίγνονται. ἀλλ' ἢν ἡγεμόνες etc. — ἧσσόν τις ἐπ' ἀδίκοις ἔργοις λόγους καλοὺς ζητήσει. De armis Achillis iudicaturos iubet Ajax *Antisthenis* p. 181, 28, μὴ εἰς τοὺς λόγους σκοπεῖν, περὶ ἀρετῆς κρίνοντας, ἀλλ' εἰς τὰ ἔργα μᾶλλον. (τἄργα σκοπεῖν *Sophocles.*) et Palamedes *Gorgiae* p. 191, 18. *Dion Chrys.* Or. LXIX, p. 622. A. ἄτοπον, inquit, ἀπὸ (sic scribendum pro ὑπὸ) τῶν λόγων μᾶλλον, οὓς λέγοι τις, ἢ ἀπὸ τῶν ἔργων εἰδέναι καὶ τεκμαίρεσθαι τὸν ἑκάστου βίον.

Sed in istis *Euripidis* versibus vitiosa,

ὃς δ' εὐγλωσσίαν
Εἰ καὶ σοφὸς μὲν

minus attendenti videri poterit recte *Grotius* sanasse, corrigendo,

ὃς δ' εὐγλωσσίαν
Ἀσκεῖ, σοφὸς μὲν

qui quidem verbi noverit ἀσκεῖν usum, et meminerit, *Isocratis* esse phrasin,

A sin, τὴν δεινότητα τὴν ἐν λόγοις ἀσκεῖν. ego tamen iam dudum plane mihi persuasi, in vitiatis εὐγλωσσίαν εἰ καὶ latere voces sinceras, εὐγλωσσίᾳ νικᾷ· atque adeo *Euripidem* hic scripsisse:

ὃς δ' εὐγλωσσίᾳ
Νικᾷ, σοφὸς μὲν, ἀλλ' ἐγὼ τὰ πράγματα
Κρείσσω νομίζω τῶν λόγων ἀεί ποτε.

qui facundia dicendi victor est in iudicio, huius ille quidem rei peritus est; sed facta verbis semper equidem anteponenda iudico.

Qui sententiis iudicum liberabatur etiam in foro Νικᾷν, qui causa cadebat dicebatur ἡττᾶσθαι. Scripserat *Isaeus*, non quae vulgantur in eius Orat. de Agniae Haered. p. 86, 3, τὸν μὲν νικᾶσθαι, τὸν δὲ ἡττᾶν· quorum hoc illis ne usitatum quidem; sed scripserat, τὸν μὲν ἡττᾶσθαι, τὸν δὲ νικᾶν· quod harum rerum scientes verum esse fatebuntur; aliis nunc commode
B demonstrari non potest, ubi sufficient Euripidea quaedam emendationi versus Euripidei firmandae. In Oreste legitur v. 942,

Ἀλλ' οὐκ ἔπειθ' ὅμιλον, εὖ δοκῶν λέγειν,
Νικᾷ δ' ἐκεῖνος ὁ κακὸς ἐν πλήθει λέγων.

Ubi praecesserant in Supplicibus ista v. 433,

Γεγραμμένων δὲ τῶν νόμων ὅ, τ' ἀσθενὴς
Ὁ πλούσιός τε τὴν δίκην ἴσην ἔχει.

sequitur v. 437,

Νικᾷ δ' ὁ μείων τὸν μέγαν δίκαι' ἔχων.

Ubi vulgatur in Hecubae v. 292,

Τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃς, τὸ σὸν
C Πείσει.

A. Gellius praebet τὸ σὸν Νικᾷ, N. A. XI, c. 4. In *Aristoph.* Ran. v. 1521,

Ἔκρινα νικᾷν Αἰσχύλον·

ut de Alcibiade, qui tantum valuit dicendo, *ut nemo ei potuerit resistere*, *Andocides* p. 31, 42. *iudices*, inquit, νικᾷν ἔκριναν αὐτόν. Incertum scripseritne *Comicus* in Vesp. v. 579, δίκην νικᾷ, an δίκῃ νικᾷ. nam in Equit. v. 93 — νικῶσι δίκας. alibi legitur usitatior structura, qua hic in Euripideis εὐγλωσσίᾳ Νικᾷ. In Equit. *Aristophanis* v. 833, Ζηλῶ σε τῆς εὐγλωττίας, *Laudo linguae tuae volubilitatem*, qui quidem Reipublicae sis praefuturus. Suaviloqui Nestoris eloquentiam τὸ Νεστόρειον εὔγλωσσον μέλος vocat *Eurip.* ap. *Athen.* initio L. XV, quocum dicto comparari possunt *Eurip.* Alcest. v. 357. Iphig. in Aul. 1211. Εὔγλωσσος est εὐεπής, εὐγλωσσία dicitur et εὐέπεια· quorum hoc *Procopio* restitui de-

debet in *Iesaiae* XLIII, 20, p. 492, *per* Σειρῆνας παρίστησι τῶν ἔξω τινὰς σοφοὺς A ἔπεια (imo εὐέπεια) κεκοσμημένους, πρὸς θεὸν ἐπιστρέψοντας. illud, ni fallor, scripserat *Menander*, si *Menandri* sunt versus apud *Stobaeum* p. 217, 23,

Αἰσχρόν γ' ὅταν τις, εὐεπὴς γλώσσῃ φυεὶς,
Γλώσσῃ ματαίους ἐξακοντίσῃ λόγους.

pro vulgato ἐπὶ, ἤπιος edidit, p. 145, *Grotius.*

C A P U T   X X I V.

De Phoenicis Euripidei dramatis argumento.

Phoenicis Euripidei unde erui possit argumentum, viris doctis B *incognitum. De Phoenice iuvenilia Homero narrata, in versibus etiam Aristarcho male reiectis. Homerei loci monstratur elegantia. Iuvenis Phoenicis* πταῖσμα. *Secundum Eustath. Euripidi fingi Phoenicem* ἄπταιστον, *immunem omnis culpae; qualis laudatori Sophistae fingitur Agesilaus* ἀναμάρτητος. Ἄπταιστοι *quinam Iudaeis Hellenistis. De Eustathio, qui in Homero raro loca profert librorum S. S. Enniani Phoenicis de Graecis facti versus. Amyntorides Homereus et Euripideus moribus pinguntur diversis. Ex Hieronymo de Poëtis et aliunde Dramatis firmatur argumentum. Ad illud accommodantur fragmenta quaedam. De rei moribus iudici potius spec-* C *tandis quam accusantis testibus. Non omnibus laudatum dictum, Patriam esse ubicunque bene sit.* Πικρὸν νέᾳ γυναικὶ γέρων. ΙΔ. ΔΙ. ΑΙ. *et* Μ. *permutantur a librariis.* Δμὼς *vox etiam Euripidea. Uxoribus ancillari pecuniosis pauperes, vetulos iuvenibus. Seni coelibi prolem desideranti datam a Deo Delphico, docti Poëtae ministerio, consilium non absurdum,* Ἱστοβόῃ γέροντι νέαν ποτίβαλλε κορώνην.

Admirator *Homeri Sophocles* in argumentis ex isto fonte petitis si saepenumero fuit ausus, Cyclicos veteres aliosque sequutus, ab *Homero* tradere diversissima, de *Euripide* hoc minus est mirandum. Quid

A Quid in multis novaverint Tragici plene cognosceremus, ut arbitror,
si pervenissent ad nos *Asclepiadis* Τραγῳδούμενα, et librorum *Hierony-
mi Rhodii* de Poëtis ea pars, qua de Tragicis egerat. Sed vel ex re-
liquiarum antiquitatis lenta comparatione multa possunt detegi. Praebeat
hanc in rem ultimum nobis exemplum *Euripidis Phoenix*. Ex ista Tra-
goedia Graeci tantum versus pauci supersunt; et de his, quos *Barne-
sius* dedit, aliquot videntur eiiciendi, quorum loco decem ex *Ennii*
Phoenice superstites collocari poterunt, de Graecis conversi.

Nihil admodum his inesse fateor ex Phoenice notis reliquiis, ex quo
conficias argumentum dramatis. Aliunde tamen illud erui poterit; inter se
comparatis *Aeschine* contra Timarch. p. 21, 32, *Suida* in Ἀναγυρά-
σιος· *Eustathio* in *Hom.* Il. ι, p. 667, 35. Adhibuit *Eustathii* verba,
sed in his ceterisque longius a vero aberravit, *Hieron. Columna* ad
Ennii fragm. p. 276. Ad verba *Eustathii*, καὶ Εὐριπίδης ἐν Φοίνικι
B ἄπτιστον τὸν Ἥρωα συντηρεῖ. „ hoc est, ait, et in Phoenice Euripides in-
„ divisum (ab Achille scilicet) conservat heroem. Hunc, — cum ma-
„ tris Hippodamiae precibus impulsus Clytiam patris pellicem stupras-
„ set, cumque id rescisset Amyntor, odiosum atque invisum iam inde
„ habuit." Non mirum profecto patri Phoenicem odiosum fuisse, si
patris filius pellicem stupravit.

Error est in his *Columnae* verbis non unus: ἄπτιστος hoc sensu non
potuit ab *Eustathio* poni, Graecis inusitatum. Phoenix in *Euripidis*
dramate nihil habuit commune cum Achille, quippe qui Peleo nondum
esset natus, cùm evenirent isthoc in dramate narrata. Secundum *Home-
rum* quidem, matris non iniustis precibus expugnatus, Amyntorides ad
patri dilectam puellam paulo propius accessit, ἆσσον ἦλθε Κλυτίας, non
ut cupidinem expleret; sed ut illa, suum iuvenis experta vigorem, se-
nilem patris aversaretur amplexum, suaeque adeo matri minus esset odio-
C sa. Pondus illa iuvenile non experta Phoenicis, ἄπειρος et prorsus ἀταυ-
ρώτη, potuerat forsan Amyntoris esse contenta συκίνῃ 'πικουρίᾳ· sed ἥτις
ἀνδρὸς ἦν γεγευμένη vetulum profecto debuit ἀθερίζειν. Amyntor *Home-
ri*, puellam ubi sensit doctiorem quam ante, facile suspicatus palaestram,
in qua fuerat exercita, filio diras imprecatus eam vovet partem infructuo-
sam, qua in se peccaverat. Cum non irrita caderent votata; (malis enim
precibus (1) parentum Dii libenter morem gerebant istarum regionum)
hanc

(1) Nollem his exemplis etiam Amyntoris et Thesei *Platonem*
L. xi de LL. p. 931. B. De his antiquis Patrum imprecationi-
bus exstant observata quaedam Clariss. *Claudii Francisci Fra-
guierii* in Hist. Acad. Reg. Inscript. T. v, p. 24, et seqq.

hanc indignatus Phoenix sibi factam contumeliam, accensus ira, impium A facinus videtur meditatus in patrem, quod Deus benignior averterit. Iisdem in aedibus cum irato patre versari postea noluit Phoenix; seque contulit exul ad amicum aequalem Pelea, qui partem regionis primum dedit, postea filium ipsi commisit regendum. Haec sua iuvenis peccata narrat Achilli, non ille severus minoris castigator, *Homeri* Phoenix Amyntorides.

Prorsus hinc diversam in suo Phoenicis dramate scenam instruxit *Euripides*; tametsi rem narraverit eodem articulo temporis, quo contigere *Homero* tradita, atque inter eosdem, gestam. Sed ab *Homero* nondum ausim secedere, ne quis haec mea conferens ad illius carmina finxisse me dicat quae ne *Homerus* quidem confinxerit; humanum *Homero* iuvenis commemorari Phoenicis peccatum, at nullum facinus impium, quod fuerit in patrem meditatus. Haec itaque legat Homeréi Phoenicis: B

Τὸν μὲν ἐγὼ βούλευσα κατακτάμεν ὀξέϊ χαλκῷ·
Ἀλλά τις ἀθανάτων παῦσεν χόλον, ὅς ῥ' ἐνὶ θυμῷ
Δήμου θῆκε φάτιν, καὶ ὀνείδεα πόλλ' ἀνθρώπων·
Ὡς μὴ πατροφόνος μετ' Ἀχαιοῖσιν καλεοίμην.

Per multa secula, fateor, hi versus abfuere ab oratione Phoenicis in Il. ι; ab *Aristarcho*, ne lecti nocerent iuvenibus, eiecti carminibus *Homeri:* hoc nos docet *Plutarchus* T. II, p. 26. F. 27. A. et simul quam apte fuerint ab *Homero* atque utiliter, secus ac Grammaticus arbitrabatur, scripti: quod plenius demonstrat *Plutarchus* de Adulat. et Amici discr. p. 72. B. Laudo *Jo. Henr. Lederlinum*, cuius, narrante *Steph. Berglero*, consilio versus isti sunt in Editionem *Westenianam* recepti; *Barnesium* quoque, qui sedem illis in Edit. Cantabrigiensi restituit, ut arbitror, suam post versum 457 Iliadis Ἰῶ. Locorum *Plutarchi* viris doctis prior tantum innotuisse videtur. Hoc exemplo disci poterit, C quanta fuerint etiam in *Homeri* poëmatis grassati licentia; ut minime mirandum sit si postea idem in aliis multo frequentius fecerint. Praebebit aliud exemplum haec eadem historia.

Superius a me narratis conveniunt plerisque versus *Homeri* ex Il. ι, 448, etc. Qui mea legunt patienter ne hic quidem Phoenicis *Homerici* versus aliquot elegantissimos relegere recusabunt:

Φεύγων νείκεα πατρὸς Ἀμύντορος Ὀρμενίδαο,
Ὅς μοι παλλακίδος πέρι χώσατο καλλικόμοιο,
Τὴν αὐτὸς φιλέεσκεν, ἀτιμάζεσκε δ' ἄκοιτιν,
Μητέρ' ἐμήν· ἡ δ' αἰὲν ἐμὲ λισσέσκετο γούνων
Παλλακίδι προμιγῆναι, ἵν' ἐχθήρειε γέροντα·
Τῇ πιθόμην, καὶ ἔρεξα. πατὴρ δ' ἐμὸς αὐτίκ' ὀϊσθεὶς

Πολ-

A *Πολλὰ κατηρᾶτο, στυγερὰς δ' ἐπεκέκλετ' Ἐριννῦς.*
Μή ποτε γούνασιν οἷσιν ἐφέσσεσθαι φίλον υἱὸν
Ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα. θεοὶ δ' ἐτέλειον ἐπαρὰς,
Ζεύς τε καταχθόνιος, καὶ ἐπαινὴ Περσεφόνεια.

ultimo horum versuum proximos quatuor illos Poëta subiecerat, quos *Aristarchus* inconsiderate voluit eiectos quam occupabant sede.

In his suavissimus senex suam quidem iuvenis in amatore patre, patre tamen, irritando culpam fatetur; atque adeo sibi puellaeque, quam pellicis loco Pater haberet, *πραχθῆναι*, quae *Theocriti* Simaethae (Eid. 11, 143) videbantur *τὰ μέγιστα*. Iuvenile peccatum Poëta verbis quantum potuit imminuit aptissimis. Uxorem Amyntor *ἀτιμάζεσκε·* haec, optimi iuvenis mater, non tantum *λισσέσκετο*, sed filium *αἰὲν λισσέσκετο γούνων·* et quid adeo obsecrabat mater Phoenicem? non ut in eodem
B cum patre se inquinaret volutabro; non *μιγῆναι*, sed *Παλλακίδι προμιγῆναι·* antequam adeo senex, qui sibi pellicem destinaverat, cum ea rem habuisset: *ἵν' ἐχθήρειε γέροντα*. *Eustathius* veterum Criticorum exhibet observationem non ineptam, qua nititur quod dicebam de verbo *προμιγῆναι·* τὴν Κλυτίαν Ἀμύντωρ (p. 667, 3) *οὔπω μὲν ἔγνω, καθὰ οἱ παλαιοὶ φασὶν, εἰς τοῦτο δὲ ἀνέτρεφε. διὸ οὐδὲ μιγῆναι φησὶν ὁ Φοῖνιξ τῇ παλλακίδι, ἀλλὰ προμιγῆναι, ἤτοι πρὸ ἐκείνου μιγῆναι, ἵνα ἐχθήρειε τὸν γέροντα.* Matris, non iniusta petentis, expugnatum se Phoenix fatetur precibus fecisse, quod illa tam *cupienter cupierat:*

Τῇ πιθόμην, καὶ ἔρεξα·

Hoc si peccatum erat in patrem, et *πταῖσμα* iuvenile Phoenicis, hominum ille more fecit; *πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες*, *Jacobus* inquit in Epist. III, 2.

C *Ἄνθρωπος ὢν ἔπταικε·*

Liceat mihi verba hic adhibere *Comici* veteris sensu diverso posita apud *Stobaeum* p. 530, 9. ut vel hinc intelligantur *Columnae* non intellecta *Eustathii* verba, de *Euripidis* Phoenice p. 667, 35, *καὶ Εὐριπίδης δὲ ἐν Φοίνικι ἄπταιστον* (sic vulgatur) *τὸν Ἥρωα συντηρεῖ.*

Sed valde notabilia sunt quae haec verba proxima praecedunt apud *Eustathium*. Ut praeceptor Achillis vitiis etiam iuvenilibus caruisse censeretur, *Nyssaeënsis Aristodemus*, Rhetor et Grammaticus, Homerea sic *μετέγραψεν*, ut dixisse videretur,

Τῇ οὐ πιθόμην οὐδ' ἔρεξα· sive potius, *οὐδ' ἔρξα.*

atque adeo negaret se fecisse, quod fatetur. Qui hoc tradit apud *Eustathium Apion* laudatores mutati versus *Aristodemum* ait invenisse: *εὐδοκιμήσας ἐτιμήθη, ὡς εὐσεβῆ ποιήσας τὸν Ἥρωα.* miror quod addit de *Sosi-*

 pha-

phane, fortasse Tragico: *πρὸ δὲ αὐτοῦ Σωσιφάνης τὴν τοιαύτην εὗρε γραφήν.* A
minime miror ista: *καὶ Εὐριπίδης δὲ ἐν Φοίνικι ἄπταιστον τὸν Ἥρωα συντηρεῖ.* *Euripides in Phoenice heroa* suum *servat* sic *lapsus* et offensionis *immunem*, ut nullius insimulari possit culpae, atque adeo omni careat reprehensione: haec mihi vocis *ἄπταιστος* isto loco vis esse videtur: Iudaeis Graeciensibus, Sacrisque Scriptoribus nostris, quos tamen nominatim nusquam (2) memorat in suis ad *Homerum* commentariis *Eustathius*, supra captum seculi sui perdoctus ille antiquitatis admirator, Iudaeis, inquam, Graece loquentibus *ἄπταιστοι* sunt paene iidem qui dicuntur *ἀπρόσκοποι*, *ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχοντες·* et *μηδενὶ σκανδάλου ἀφορμὴν παρέχοντες.* In Epistola *Iudae* §. 24, *φυλάξαι ἀπταίστως·* *Vulgatus* reddidit *conservare sine peccato:* huc spectat in *Glossario Gr. Lat.* Ἄπταιστος, *Inpeccatus*, *irreprehensibilis.* Qui sub nomine *Xenophontis* Agesilaum laudavit, talem illum finxit. In Ed. *Hutchinsoni* p. 80, *ἀναμάρτητος* inquit, *ἐτελεύτησε*, quem *Xenophon* in Hellenicis ut virum B
egregium miratus, hominis tamen atque Imperatoris peccata commemo-

---

(2) Partim verum est, quod in Gnomolog. Homerica p. 278 scribit *Jacobus Duportus:* „ Eustathius, — in tam vastis Com-„ mentariis (in Homerum) Sacros Scriptores raro admodum „ citat; Sacram Scripturam, quod scio, nunquam." — Illud ubi merito miratum *Duportum* dixerat *J. A. Fabricius* B. G. L. II, c. III, 10, quam huius dat silentii vir eximius rationem vereor ut illis sit adprobaturus, qui commentarios *Eustathii* legerunt. Per Sacros Scriptores, dum Sacram Scripturam distinguit, *Duportus* Ecclessiasticos voluit intellectos. Verissimum autem est, in tam vasto opere *Homeri* commentatorem, quo C
centenos laudat Scriptores Profanos, ne unicum quidem nominatim citasse Scriptorem Sacrum libri Novi Foederis aut Antiqui; neque etiam nominatim ullum veterem Scriptorem Ecclesiasticum. Quinimo ne narrata quidem in libris nostris Sacris attigit, ubi commoda se praeberet occasio. Haec quamvis vera sint; parce quidem, nonnunquam tamen verba quaedam profert de libris Sacris petita. Ex libris N. F. sunt quae praebet in Il. Γ, p. 289, 39 [*κονιάω — ἐξ οὗ*] *τοῖχος κεκονιαμένος.* in Il. Ε, p. 443, 33 [*ὁποῖον καὶ τὸ,*] *βάλε σεαυτὸν κάτω.* Antiqui Foederis loca quaedam obscurius designata reperientur in *Hom.* Il. Β, p. 178, 48. p. 234, 21, *τὸ αἷμα σταφυλῆς τὸν οἶνον λέγειν, ἐντεῦθεν ἤρτηται.* Il. Γ . . . . *φῶς ἀναβαλέσθαι ἱματίου δίκην.* [*Psalmi* CIII, 2, verba proferuntur et in *Schol. ad Theocrit.*

A morare non praetermisit: ut unum de multis attingam, vid. Ἑλλ. L. v, p. 333, 29, quaeque illic sequuntur et p. 334.

Talem quoque fecit in hoc suo dramate Phoenicem Amyntoriden *Euripides*, non qualem se *Homeri* senex iuvenem fuisse fatebatur, iuvenilia passum atque *ἀνθρώπινα ἁμαρτόντα*. Habuit hac etiam in re probabiliter *Euripides Pherecyden*, aut *Hellanicum*, vel *Pisandrum*, vel *Epicum* ex Cyclo, quem imitaretur; neque ab *Aristophane*, nec ab aliis propterea reprehensus. Τὸν ἄπταιστον, Phoenicem, opinor, *Euripidis* ipsum, audiamus *Ennii* verbis loquentem, servatis ex huius Phoenice *A. Gellio* N. A. VII, c. 17.

> *Sed virum vera virtute vivere animatum addecet;*
> *Fortiterque eum vacare adversus adversarios:*
> *Ea libertas est, qui pectus purum et firmum gestitat;*
> B *Aliae res obnoxiosae nocte in obscura latent.*

Hos

---

crit. VI, 21.] Il. Z, p. 486, 20, *ὁ ὡς ἄνθος ἀγροῦ-θάλλειν γνωματεύων τὰ ἡμέτερα.* in Il. I, p. 693, 33, *ὡς ἐν τῷ, σελήνην καὶ ἀστέρας, ἃ σὺ ἐθεμελίωσας·* eadem ex *Ps.* VIII, 4, praebet in Il. Ξ, p. 977, 28. in Il. Φ, p. 1342, 36. *ὡς ἐν τῷ, ἀνῆκεν ἡ γῆ βοτάνας*, ex *Genes.* I, 12. Libri *Iobi* Scriptor ipsi dici videtur in Il. Φ, p. 1316, 30, *τὶς τῶν θείων καὶ πάνυ μεγάλων*, qui *ἐν οἰκείῳ λόγῳ* meminerit Σειρίου καὶ Ὠρίωνος. et designari *Iobi* XXXVIII, 31, ubi nostris in libris Graecis Πλειάδος fit et Ὠρίωνος mentio. — Sed disciplinae, quam vir eruditissimus profitebatur, alia quoque in istis ad
C *Homerum* commentariis quaedam indicia reperientur in Il. A, p. 86, 13. p. 94, 40. Δ, p. 357, 3. Θ, p. 595, 30. M, p. 867, 18. in Odyss. Θ, p. 323, 11. I, p. 340, 4. Λ, p. 416, 37. In Il. A, p. 73, 25, *οἱ τῆς ἡμετέρας*, ait, *θείας αὐλῆς* Μέροπας τοὺς *ἀνθρώπους ἐπικληθῆναι φασὶν ἀπὸ τοῦ μερισμοῦ — τῆς ὀπὸς, ὃν ἔπαθον μετὰ τὸν τῆς Χαλάνης πύργον, διαμερισθέντες ἁπανταχοῦ τῆς γῆς.* hunc tamen locum observatum quoque *Duporto* fuisse liquet ex ipsius in *Theophr.* Praelect. p. 225. Qui dicitur ipsi in Od. X, p. 785, 15, *σοφὸς πάμμεγας καὶ ἱερὸς*, *Gregorius* est Nazianzi Episcopus, cuius ex altera in *Iulianum* Oratione verba cum Eustathianis attulit *P. Leopardus* Emend. X, c. IX, f. Sed Imperatoris ille *Iuliani* scripta libentius legit quam *Gregorii*; certe saepius ipsi citatur *Iulianus*, semper tamen, opinor, adpellatione, qua *οἱ τῆς θείας αὐλῆς* fuerant usi, *τοῦ παραβάτου.*

Hos quoque versus ex Phoenice, *Columnae* collectos et *Scriverio*, ipsius arbitror heroïs esse Phoenicis, atque ex eadem oratione: A

Saeviter suspicionem ferre falsam, futilum est.

Ut quod factum est futile, amici, nos feramus fortiter.

Plus miser sim, si scelestim faxim: quod dicam fore —

Ultimi trochaici pendet a perditis sententia: fac amicos, quos ex *Homero* quoque liquet habuisse iuvenem fidelissimos, auctores ipsi fuisse, B ut quomodocunque vindictam de patre sumeret iniusto: respondere potuit:

Plus miser sim, si scelestim faxim,

Innoxium pater ira coecus coecaverat: fortiter tulit calamitatem:

Ut quod factum est futile, amici, nos feramus fortiter.

Falsam suspicionem non ille *saeviter*, sed tulit, vt,

qui pectus purum et firmum gestitat,

atque adeo velut ἄπταιστος.

Nihil est horum, quod non scenae conveniat *Euripidis*, eumdem in hac historia sequuti, quem *Apollodorus* III, p. 191, ubi Φοῖνιξ, inquit, C ὁ Ἀμύντορος — ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐτυφλώθη, καταψευσαμένης (αὐτοῦ videtur inserendum) φθορὰν Κλυτίας τῆς τοῦ πατρὸς παλλακίδος. illic etiam oculorum aciem Phoenici dicitur restituisse Chiron; et *sanavit*, ipso *Propertio* teste,

Phoenicis Chiron lumina Phillyrides.

II El. I, 62. Sed hoc nihil ad Euripideum huius diei Phoenicem, qui, iam exul abiturus ab iniusto patre, ut erat, veste lacera coecus in scenam prodiit: *Euripides Aristophanis*, Ἀχ. v. 417, 420. Τὰ ποῖα τρύχη; — Τὰ τοῦ τυφλοῦ Φοίνικος; absurdum est *Joannis Tzetzae* commentum ad *Lycophr.* Alex. in v. 421;

Τὸν πατρὶ πλεῖστον ἐστυγημένον βροτῶν.

Ne ceteros nominem; *Homeri* Phoenici, qui culpam iuvenilem confite-

A fitetur senex, pater diras fuerat imprecatus. *Euripidis* Phoenix, prorsus insons et ἄπταιστος, ob falsam suspicionem ab Amyntore patre fuit excoecatus: ob poenam, quam memorat Homericam, nihil est cur censeremus de Phoenice dicta in Or. XXVII, p. 362. C. D. *Themistium* ex *Euripidis* perdita sumsisse Tragoedia: non is unicus est error *Jo. Harduini* in istum *Themistii* locum. Periit Hippolytus *Credulitate patris, sceleratae fraude novercae.* Eadem saepe fuit mutatis nominibus fabula. Pellex Amyntoris, a Phoenice iuvene secundum *Euripidem* passa repulsam, credulum senem falsis facile criminibus impulit, ut castum iuvenem coecaret. — Pellex hoc in dramate quomodo dicta sit, ista monstrant *Hesychii*: Ἀμνήστευτος γυνὴ, ἡ παλλακή. Εὐριπίδης Φοίνικι. hinc nonnihil diversa, quae *Sophoclis* ex Phoenice, multo rarius laudato dramate, memoratur Φορβὰς γυνὴ, *Eustathio* in *Hom.* Il. Π, p. 1117, 12.

B In Ἀνάγυρον κινεῖν, et in Ἀναγυράσιος δαίμων, alia narrant Paroemiographi: nova quaedam traduntur ex *MS.* Cod. Biblioth. *Coislin.* p. 604, N°. 6. sed qui fecit ista Latina non intellexit Graecam phrasin αἰτίαν ἔχοντα ἐξυβρίζειν· *parvamque insulam sterilem*, λυπρὸν νησίδιον, convertit in insulam *Lypron*, omnibus aliis inauditam. Solus *Suidas* in Ἀναγυράσιος testem laudans idoneum egregia nobis tradidit, atque ad Phoenicis Euripidei argumentum demonstrandum utilissima: memoratur illic etiam Ἀνάγυρος ἥρως, cuius nomen pro ἄνθρωπος (ἄνος) ἥρως reddi poterit *Zenobio* Cent. II, Pr. 55. Istius Anagyri rusticus ex isto demo dicitur lucum violasse, qui propterea, ut erant heroës isti facile irritabiles, τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἐπέμηνε τὴν παλλακήν· ἥτις, μὴ δυναμένη συμπεῖσαι τὸν παῖδα, διέβαλεν ὡς ἀσελγῆ τῷ πατρί. ὁ δὲ, inquit, ἐπήρωσεν αὐτὸν καὶ ἐγκατῳκοδόμησεν. ἐπὶ τούτοις καὶ ὁ πατὴρ ἑαυτὸν ἀνήρτησεν·
C ἡ δὲ παλλακὴ εἰς Φρέαρ ἑαυτὴν ἔρριψε. his ista subdit *Suidas*: Ἱστορεῖ δὲ Ἱερώνυμος ἐν τῷ περὶ Τραγῳδοποιῶν, ἀπεικάζων τούτοις τὸν Εὐριπίδου Φοίνικα. In his ἐγκατῳκοδόμησεν, id est, καθεῖρξεν εἰς οἴκημα, *Erasmo* non intellectum, transsumsit *Hieronymus* ab *Aeschine* contra Timarch. p. 26, 7, (Ed. *Taylori* p. 78, 3,) crudelissimum Atheniensis Hippomenis innominati facinus narrante: *Kustero* notata dedit et plura *H. Vales.* in *Harpocr.* p. 106. conf. *Duker.* in *Thucyd.* p. 216, 217. Cui sua *Suidas* debet, *Hieronymum* si quis aliunde habet incognitum, ut habebat *Erasmus* in Adag. *Anagyrum commoves*, adeat *Jo. Jonsium* de Script. Hist. Phil. II. c. 3, §. 6.

Nulla remanebit amplius super *Euripidis* Phoenice dubitatio, haec ubi fuerint Oratoris *Aeschinis* rite spectata ex eadem Orat. c. Tim. p. 21, Ed. Cl. *Taylori* p. 66. Primum illic de virtutis amore duo versus exhibet *Euripidis* (ex eius Oedipo petitos) qui dicitur ipsi οὐθενὸς ἧττον σοφὸς τῶν ποιητῶν. Paulo post, πάλιν, inquit, ὁ αὐτὸς ποιητὴς

ἐν τῷ Φοίνικι ἀποφαίνεται (infra legitur recte, v. 43, *γνώμας — ἀποφαίνεται·* hic requiri videtur, *φαίνεται — ἀπολογούμενος·*) *ὑπὲρ τῆς γεγενημένης αὐτῷ πρὸς τὸν πατέρα διαβολῆς ἀπολογούμενος, καὶ ἀπεθίζων τοὺς ἀνθρώπους μὴ ἐξ ὑποψίας μηδὲ ἐκ διαβολῆς ἀλλ' ἐκ τοῦ βίου τὰς κρίσεις ποιεῖσθαι.* Sequuntur tum novem versus *Euripidis*, in dramate ab amico pro Phoenice dicti, quos, una alterave voce mutata, hic etiam ponam: A

Ἤδη δὲ πολλῶν ᾑρέθην λόγων κριτής,
Καὶ πόλλ', ἁμιλληθέντα μαρτύρων ὕπο,
Ἐναντί' ἔγνων, συμφορᾶς μιᾶς ὕπερ·
Κἀγὼ μὲν οὕτω, χ' ᾧστις ἔστ' ἀνὴρ σοφὸς,
Λογίζομαι τἀληθὲς, εἰς ἀνδρὸς φύσιν
Σκοπῶν, δίαιταν ἥντιν' ἐμπορεύεται.
Ὅστις δ' ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνὴρ,
Οὐ πώποτ' ἠρώτησα, γινώσκων ὅτι B
Τοιοῦτός ἐσθ' οἷοίςπερ ἥδεται ξυνών.

Latina sunt *Grotii*, propter quae *Barnesii* laudat *sagacitatem* Clar. *Jo. Taylor* in *Aeschin.* p. 104. Versu tertio vulgatur *Τἀναντί' ἔγνων σ. μ. πέρι* vel *πάρα·* sequenti, *οὕτως*, *ὅστις·* *χ' ᾧστις* est in Ione v. 786. *Aeschini* respondens *Demosthenes* Or. de falsa legat. *Τὰ ἰαμβεῖα ἐκ Φοίνικος Εὐριπίδου*, tres saltem ultimos ex istis versibus acriter in adversarium retorquet p. 252; adhibitos *Diodor. Sic.* XII, c. XIV, ad *Charondae* quam dicebat *κακομιλίας δίκην.* Praeter *Plinium* IV Epist. 27, laudatum *Gatakero* in *Antonin.* III, 4, ultima transtulit in contrarium sensum *Libanius* Epist. 430, *Ὅστις γὰρ ὁμιλῶν Εὐριπίδῃ ἥδεται·* scripsisse videtur: *Ὅστις δ' ὁμιλῶν* (*κατ' Εὐριπίδην*) *ἥδεται Θεμιστίῳ, Οὐ πώποτ' ἠρώτησα, γιγνώσκων ὅτι τοῦ ζῆν ὡς ἄριστα ποιεῖται λόγον.*

Quae cum istis novem versibus posuit in Exc. e Phoenice *Grotius* p. 415 versum efficiunt trochaicum: C

Τἀφανῆ τεκμηρίοισιν εἰκότως ἁλίσκεται.

Clemens ista servavit *Alexandr.* et similis sententiae multa Strom. VI, p. 747, 4. a *Clemente* sumsit cum vicinis *Theodoretus* Therap. VI, in fine: sed apud hunc perperam scribitur, *ἐν Φοινίσσαις·* ubi vulgari debebat *ἐν Φοίνικι.* sic loco ex Phoenice, quem dat *Stobaeus* p. 222, 39, in Codice *MS.* Leid. adscribitur, *Εὐριπίδου Φοινίσσαις.*

Quae versibus ab *Aeschine* custoditis subiecta sunt in Editione *Barnesii*:

Ἅπας μὲν ἀὴρ αἰετῷ περάσιμος·
Ἅπασα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πόλις.

nihil habebat causae *Barnesius* cur huc referret: In *Grotii Stobaeo* Tit.

XL,

A xl, p. 158, loco subiiciuntur ex *Euripidis* Phoenissis; in *Stobaeo Gesn.* p. 234, 39, versus isti duo leguntur a *Musonio* laudati. Sententia, quae potuit et in Phoenice locum invenire, Philosophis placuit et Poëtis: vid. *Gataker.* in *M. Antonin.* vi, 44. Eleganter Athenienses aetate Themistoclis πατρίδα dicuntur τὴν ἐλευθερίαν νομίσαντες, *Isocrati* in Archid. p. 124. d. Patriam esse reputantes, ubicunque bene sit, μὴ τὴν πόλιν, ἀλλὰ τὴν οὐσίαν πατρίδα αὐτοῖς ἡγεῖσθαι, *Lysiae* dicuntur in Orat xxxi, 487. b. explanavit *Lysiae* mentem eleganter *M. A. Muretus* V. L. ii, c. 3.

In istis ex *Euripidis* Phoenice *Stobaei Gesn.* p. 226, 31, *Grot.* p. 155,

Σὺ δ' ὦ πατρῴα χθὼν ἐμὴ γενητόρων.

tormento forte quodam adhibito defendi poterit ἐμή· mihi leve vitium videtur sic corrigendum, ut scribatur:

B Σὺ δ' ὦ πατρῴα χθὼν ἐμῶν γενητόρων
Χαῖρ'· ἀνδρὶ γάρ τοι, κἂν ὑπερβάλλῃ κακοῖς,
Οὐκ ἔστι τοῦ θρέψαντος ἥδιον πέδον.

et, ne dubitemus, ex Cod. Paris. *MS.* ἐμῶν enotavit in margine libri sui *Grotius*, quem servat Bibl. Lugd. Bat.

In senem amatorem et suspicacem Amyntora dici potuit in Phoenice versus e *Stobaeo Gesn.* p. 592, 17,

Ὦ γῆρας, οἷον τοῖς ἔχουσιν εἶ κακόν.

ubi scribi poterit et τοῖς σ' ἔχουσιν, ut placebat *Marklando* in Suppl. v. 1108.

Occasione pessimae pellicis, cuius fraudulenta libidine Phoenix a patre fuit oculorum lumine privatus, potuit osor mulierum *Euripides* ingenio suo morem gerere; atque in ista oratione versum etiam collocare, quem habet ex illius Phoenice *Stobaeus Gesn.* p. 434, 26, paulo aliter scriptum quam *Grot.* p. 312, et forte rectius,

Γυνή τε πάντως ἀγριώτατον κακόν.

qualia multa dixit in mulieres praeter ceteros ὁ μισογύνης *Euripidis Hippolytus*; cui dramati simillimum fuit quod ad rei summam Phoenicis argumentum: bene proinde iunguntur *Arriano* Diss. *Epict.* i, c. 28, p. 149, ποία τραγῳδία ἄλλην ἀρχὴν ἔχει; — Φοῖνιξ [τί ἐστι;] τὸ φαινόμενον. Ἱππόλυτος; τὸ φαινόμενον.

Mirarer, cum toties pudicus laudetur Hippolytus, tam raram Euripidei factam Phoenicis mentionem, nisi dixisset apud *Homerum*:

Τῇ πιθόμην, καὶ ἔρεξα·

atque in his etiam praevalere debuerit omnibus aliorum narrationibus auctoritas *Homeri*. A

Sed non erant omnino versus hic a me praetermittendi, quos ex Phoenice petitos quatuor continuos exhibet Editio *Barnesii*. Sub titulo *Stobaei*, Ὅτι ἐν τοῖς γάμοις τὰς τῶν συναπτομένων ἡλικίας χρὴ σκοπεῖν, primum p. 429, *Grot.* p. 293, tres versus isti locantur ut ex *Eurip.* Phoenice; quos valde vitiatos reliquit *Grotius*, quales invenerat in Edd. et Codd. *MSS.*

> Μοχθηρόν ἐστιν ἀνδρὶ πρεσβύτῃ τέκνα
> Δίδωσιν ὅστις. οὐκέθ' ὡραῖος γαμεῖ.
> Δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή.

sub finem Tituli versus legitur itidem ex Phoenice:

> Πικρὸν νέᾳ γυναικὶ πρεσβύτης ἀνήρ· B
>
> *Senex maritus foeminae ingratissimus.*

Talis in hoc dramate pellici iuvenculae videri debuit Amyntor, Phoenicis etiam iuvenis amore percussae secundum *Euripidem*. Neque ignorabat Homerica materfamilias Hippodamia, suum vetulum despicatui futurum pellici, *tauri ruentis in Venerem* si semel illa *pondus* tolerasset; idcirco filium orabat iuvenem Phoenicem,

> Παλλακίδι προμιγῆναι, ἵν' ἐχθήρειε γέροντα.

ad quem versum *Eustathius* in Il. 1, p. 667, 1, ἀφίσταται γὰρ, inquit γέροντος νέα γυνὴ, πειραθεῖσα ἡβῶντος (et σφριγῶντος) ἀνδρός.

> Γυναικί τ' ἐχθρὸν χρῆμα πρεσβύτης ἀνὴρ, C

Euripidis ex Danaë versus iste legitur ibidem apud *Stobaeum*; alterum ex Phoenice, voce mutata, transsumsit in perditam nobis comoediam *Aristophanes*, si huius est versus,

> Αἰσχρὸν νέᾳ γυναικὶ πρεσβύτης ἀνὴρ,

ut

---

(3) Literae ΙΔ. ΔΙ. ΛΙ. et Μ, a librariis permutatae, frequenter errores pepererunt: in verbis *Perictiones* apud *Stobaeum* p. 487, 48, pro ἠμφιᾶσθαι εἵματα, male vulgatur ἢ διαφᾶσθαι εἵματι. ut alterius generis quid adiiciam, legitur in Evangelio *Mar-*

A ut esse dicitur *Clementi Alex.* Strom. VI, p. 747, 12; qui *Theognidis* sententiam nobilem v. 458—460, multo rectius, quod fecit *Athenaeus* XIII, p. 570. A, et hunc sequutus *Jo. Taylor* Lect. *Lys.* c. 2, comparasset cum *Theophili* Comici versibus ex Neoptolemo, qui quidem ex Theognideis accurate sunt expressi:

> Οὐ σύμφορον νέα 'στὶ πρεσβύτῃ γυνή.
> Ὥσπερ γὰρ ἄκατος οὐδὲ μικρὸν πείθεται
> Ἑνὶ πηδαλίῳ· τὸ πεῖσμ' ἀποῤῥήξασα δὲ
> Ἐκ νυκτὸς ἕτερον λιμέν' ἔχουσ' ἐξευρέθη.

in συμφέρον literam mutavi; vocemque τὸ πεῖσμ', in τὰ δέσμ' immutatam *Grotio* p. 707, restitui.

Sed quid reliquis versibus faciemus velut ex Phoenice prolatis? Primi B sententia, si separetur a reliquis, in universum sumta, falsa est; nec cum vicinis iungi potest. τέκνα Δίδωσιν ὅστις absurdum est. Laudo *Heathium*, qui monuerit primum a reliquis separandum: in altero pro Δίδωσιν corrigere tentat Δείλαιος· huic ille pro suo candore meam anteponet coniecturam legentis ex literarum ductu (nam (3) ΙΔ et Μ saepe fefellere librarios, ἐστιν uno ductu scribentes,) Δμώς ἐστιν, ὅστις —

Primo versui de tribus hanc restituo sententiam:

> Μοχθηρόν ἐστιν ἀνδρὶ πρεσβύτῃ νέα [Γυνὴ]

ex τῃ νέα ubi natum esset τέκνα, versus alterius omitti debuit initium. Sequentis loci, qui potuit alibi in Phoenice poni, haec mihi scriptio pro Δίδωσιν legitima videtur:

> Δμώς ἐστιν, ὅστις οὐκ ἔθ' ὡραῖος γαμεῖ·
> Δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή.

C horum versuum secundus ut *Euripidis* legitur in *Aristoph.* Thesm. 420. Huius *dominae* meus ille Δμὼς apte, ni fallor, respondet. Vox est Homerica Δμὼς, non illa tamen evitata *Xenophonti*, neque Tragicis; in *Euripidis* una quoque Tragoedia Electra saepe repetita vss. 628, 631, 799, 814, 822, 844, 851, 960. Δμωὶς legitur in Euripideis, quae nusquam alibi reperiri suspicor, quam in *Alexandri Rhetoris* libello (p. 28,) sic fere emendata *Laur. Normanno* p. 175,

Ἀλλ'

Marci VIII, 1. vox παμπόλλου· Graecis quidem πάμπολυς adhibetur; sed nusquam alibi quum occurrat in N. F. aut in Antiqui Foederis Alex. Vers. Codicum *MSS.* lectio, πάλιν πολλοῦ ὄχλου ὄντος, caput *Marci* VI, 34, comparanti fortasse genuina videbitur.

'Αλλ' ἥδε μ' ἐξέσωσεν· ἔστι δέ μοι τροφὸς, A
Μήτηρ, ἀδελφὴ, δμωῒς, ἄγκυρα, στέγη.

Commodum recordor, in hoc ipso dramate, Phoenice, vocem adhibitam *Euripidi:* haec nobis valde vitiata (quod multis evenit in isto libello Tragoediarum fragmentis) prostant in *Erotiani* Lexico *Hippocrat.* Διϊπετὴς ὁ γόνος] 'Αντὶ τοῦ διαυγὴς καὶ καθαρός. ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Φοίνικι, (sic Clar. *Jo. Alberti* ad *Hesych.* I, p. 993, 3) λέγων, Δμωσὶ δ' ἐμοῖσιν εἶπον ὡς ταυτηρίαις πυρίδες καὶ διηπέτη κτεῖναι. Quando per duo secula nihil opis allatum est ex Codicibus, et Φαγέδαιναι licet medicis ἀποκόψαι in hoc quoque cancro vix medicabili licebit adhibere medicinam periculosam. Quid si dixerit Amyntor in Phoenice?

Δμωσὶν δ' ἐμοῖσιν εἶπον, ὡς καυτήρια
'Ες πῦρ ἔδει καὶ [ταῦτα] δὴ διϊπετῆ B
Θεῖναι.

Voluitne ferro candente oculos exurere filio saevus ille senex furiis amoris accensus? quo coecatus mulieri servae Rex tum temporis *ancillabatur* Amyntor, Ὁ τῆς γυναικὸς (vid. *Eurip.* Elec. v. 931) velut Δμῶς — ut Comico *Titinnio dotibus deleniti* dicebantur *uxoribus ancillari*, praesertim si vetulis nupserant mulieribus; Ἢν γὰρ, πένης ὢν, nempe γαμῇ, secundum Comicum *Anaxandriden* apud *Stobaeum* p. 419, 26,

Ἢν γὰρ, πένης ὢν, τὴν γυναῖκα, χρήματα
Λαβὼν, ἔχει δέσποιναν, οὐ γυναῖκ' ἔτι,
Ἧς ἐστι δοῦλος.

Eadem est ex *Euripidis* Melanippe sententia. Ex eius Phaëthonte quae veteres *Homeri* dederant interpretes ista nobis servavit *Eustathius* in Od. N, p. 502, 33, C

'Ελεύθερος δ' ὢν δοῦλός ἐστι τοῦ λέχους,
Πεπραμένον τὸ σῶμα τῆς φερνῆς ἔχων.

Ultima non intellecta latent apud *Plutarchum* T. II, p. 498. A. Veterum sapientum simillima prostant ea de re monita Cleobuli, Pittaci, *Ocelli Lucani*, *Callicratidae*; ceterorumque: *Callicratidae Laconis* ista: ἁ τῷ π. οὕτῳ καὶ τῷ γένει καθυπερέχοισα τἀνδρὸς ἄρχειν προαιρέεται· addit *Ocellus*, παρὰ τὸν τᾶς Φύσιος νόμον. Ad ultima Euripidea videbuntur aptiora *Plautini* verba Megadori Aulul. III, v, 60,

Nam quae indotata est, ea in potestate est viri:
Dotatae mactant et malo et damno viros.

sed

A sed et hinc nostra distant ex Phoenice:

> *Δμώς ἐστιν, ὅττις οὐκ ἔθ' ὡραῖος γαμεῖ·*
> *Δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή.*

Utut autem haec vera sint, et severa legantur in istiusmodi nuptias dicta, ex gr. *Plutarchi* in Solone p. 89. D. E. minime tamen absurdum erat Dei Delphici consilium Ergino datum, seni coelibi, Παιδῶν τ' ἐραστῇ, quo sensu se fuisse dicebat Iphis in *Eurip.* Suppl. v. 1088. Consilium illud divinum, praeter *Pausan.* IX, p. 785, nobis exhibet *Oenomaus Eusebii*, Praep. Evang. V, p. 215, his suavissimis versibus expressum:

> *Ἐργῖνε Κλυμένοιο πάϊ Πρεσβωνιάδαο,*
> *Ὄψ' ἦλθες γενεὴν διζήμενος, ἀλλὰ καὶ ἔμπης*
> *Ἱστοβοῆϊ γέροντι νέαν ποτίβαλλε κορώνην.*

B Oenomaus infrequens ille Deorum cultor, nimis paene severe, ore suo liberrimo, Γέροντι, inquit, *νέαν συνοικεῖν* (imo *συνοικίζειν*,) *εἰ παίδων ἐπιθυμεῖ, οὐ μάντεως οὐδὲ τοῦτο, ἀλλὰ φύσιν ἐπισταμένου.* quasi vero non multa Dii hominesque dederint divini, quae absque ope coelesti *fruges consumere nati* forsan adinvenissent. Cuiuscunque sint isti versus Poëtae, Delphico sacrario inservientis; istiusmodi ingeniorum, ut habemus nonnulla, vellem plurima ad nos oracula pervenissent. Probabiliter Deum ille suum *virilitatem* et *mulieris naturam* facit nominibus designantem non ex humana petitis dialecto, sed quibus eam in rem nemo mortalium, tametsi multa sanequam excogitaverint, ante fuisset usus, tanquam ex Deorum dialecto; quam ab humana diversam multis docet exemplis Diogenes *Dionis Chrys.* p. 149, et noveramus ex testimoniis *Homeri*, *Pherecydae*, *Epicharmi*, *Sannyrionis*, *Philoxeni*, *Platonis*, aliorum-
C que, quorum primus ut multa sic sibi quoque licere credidit *Διχαστὶ διαλέγεσθαι*, ut scribit *Dion.* p. 157, B, sed si, Διχαστὶ loquuta, interpres Apollinis Delphici versum dederit,

> *Ἱστοβοῆϊ γέροντι νέαν ποτίβαλλε κορώνην.*

dolendum est voces divinas tam diu turpiter latuisse depravatas in his apud *Diogenianum* Cent. II, Prov. 72, Ἀεὶ *γέροντι νέαν ἐπιβάλλειν κούρην*] Τοῖς *πρεσβυτέροις νέαν συνευνάζειν.* Illinc in *Suidae* Lexicon corrupta transierunt; ad veram rationem nostri versus redintegrata iam dudum in Epist. Critica II, p. 67, ab amicissimo *D. Ruhnkenio.*

A

C A P U T XXV.

sive Corollarium criticum.

Non tamen inutilia Criticorum observata videri de diversis modis, quibus errarint librarii. His literas coniungendas etiam male distrahi. Proponuntur correctiones ex hoc errorum fonte. Pro τήνδ' εἶδε *scribendum* τηνδὶ δὲ *in Heniochi vs.* Σκηνὴ θεωρική. Κώθωνα μόνωτον *scripsisse Polemonen, non* κ. μόνον τόν. *Clinias minus notus Alcibiadis frater. Senes vitae cupidos Antiphani dictum Charontem non* ἐπὶ τόπον θεῖον, *sed* ἐπὶ τὸ πορθμεῖον ἄγειν. *Pedibus tractus. De Charonte quaedam, eiusque cymba etiam* B *ex Minyade. Redditum* εὐπλοῶμεν *Luciano, pro* εὖ πάθωμεν. Κλίναι χρυσαῖ. Νηδὺν αἰσχρῶν *matrem dictam.* Ὀλιγηπελέες ἀοιδαὶ *Callimacho dicti videntur veteres in Delum hymni, non* λίην πολέες. *Petri* τὰ παλαιὰ ἀτακτήματα *dixerat Clemens Alex. non* τὰ παλαιὰ τὰ κτήματα. *Iudaei Babylone* στραγγαλώμενοι *Africano. Plutarcho* τὸ Μενανδρεῖον *restitutum, pro* τὸ μὲν ἀνδρεῖον· *alibi reperiri contrarium vitium.* Τὸ λογικὸν *in mente* ὕπατον *dixisse Timaeum. Quaedam ex Archimede, Eutocio, aliis.* Πόσου παρέσῃ; *in epigramm. Restituuntur* οὖθαρ *Aeschylo;* Ἀμφιαραϊάδῃ *in oraculo;* τὸ τῶν λόγων νᾶμα, *Philoni Iud.* Ἱστᾶν, *appendere ad libram, Dioni Chrys. Quaedam Luciano, Aeliano, Philostrato* Ἑρμοῦ νᾶμα *Pausaniae.* Ἠπιόνης *nomen, matris Asclepiadarum, Aristidae; quod et adfirmatur: filiae* C *nomen latere in nomine ignoti Grammatici. Restituuntur tandem Thucydidi* καλλιεπεῖσθαι· *Xenophonti* Ποτειδᾶν *et alia Dorica; nomen etiam* Αἰξωνέων· *alibi* ἐξ Οἴου· *Antiphonti* τὰ τιμιώτατα τοῖς ἀνθρώποις· *Lycurgi Tyrtaeo* ἐρατῆς ἥβης ἄνθος. *Andocidi Agyrrhius non* ἄρχων, εἷς, *sed dictus fuerat* ἀρχώνης τῆς πεντηκοστῆς. *Isaeo, pro* ἑξάκις, *restitutum* ἐξ Ἄκης, *ex urbe Ace.*

Qui Critici libertatem legibus velut certis terminis idcirco nolunt circumscriptam, quod vim cogitandi necare videntur, quodque regulis serviliter addicti rari veritatem detegunt abstrusam, eruendam ex sola vi sententiae probe perspecta; vera tamen omnes esse fatebun-

A buntur, quae suo more scripsit *M. A. Muretus* in Variarum Lectionum Libri xv capite sexto decimo. Centum minimum diversis modis peccarunt librarii veteres, quos omnes in numerato habuisse magnam adfert vitia librorum antiquorum sanaturis utilitatem. Prae ceteris omnibus peccarunt triplici modo; semel tantum scribentes literas quae fuerant bis ponendae; separanda coniungentes; distrahentes literas, quas coniungere debuerant. Qui multos de reliquis attigerunt, hunc etiam emendandi fontem aperuere *P. Leopardus*, *Jos. Scaliger*, in Graecis praesertim Scriptoribus *Is. Casaubonus*. In uno hoc, si quis ita velit, coniecturali genere studiorum, hac tamen parte (parva magnis liceat componere,) Mathematicos imitamur. Quotquot enim has humanas literas tractamus, pro suo quisque ingenii modulo, tamen eamdem omnes viam insistimus, quam primi nobis monstrarunt post renatas in Italia literas artis huius Musicae cultores: ut minime mirandum sit, ex
B iisdem etiam errorum fontibus recentiores Criticos, quique hac nobiscum aetate vivunt, optimas quemque suas derivasse coniecturas. Paucis forte poteram exemplis novis centum diversos errorum fontes iuvenibus harum rerum studiosis demonstrare; triplicem autem istum, quem dicebam, errandi modum permultis. Unum inprimis attingam hoc capite, quo literae coniungendae male distractae, vel iam olim a librariis, aut a primis librorum Editoribus, voces nobis pepererunt ab Auctorum veterum mente alienissimas.

Ex hoc fonte variis in locis huius etiam Diatribes Euripideos versus sanavi; ex Meleagro (cap. XIII,) pro *ἐσθλὸν ἀμφοῖν ἔκγονον*, corrigens, *ἐσθλὸν ἂν φῦναι γόνον*. eodem cap. pro *παρ' ἐκ Περσῶν*, in *Aeschyli* versu *παρεκπεσών*. in *Euripidis* ex *Inone* (c. XVII,) pro *'Ιδοῦσ' ἀδινοῦς σ. — 'Ιδοῦσα δ' 'Ινοῦς συμφοράν*. c. XIX, ex *εἷς δή που* nomen
C feci *Οἰδίπου*. Euripidea, c. XXIII, restitui,

ὃς δ' Εὐγλωσσίᾳ Νικᾷ·

pro vulgatis apud *Clementem Alexandrinum*,

ὃς δ' εὐγλωσσίαν Εἰ καὶ

Duplex illic error erat; nam vitiosa quoque pronunciatio pro *νικᾷ* dederat *νεικᾷ*. Duplex idemque obtinet in *Heniochi* Comici versu apud *Stobaeum* Florileg. Ed. *Gesn.* p. 241, 19, quem Codex *MS.* Leid. non aliter exhibet ac vulgatur,

Τὸ χωρίον μὲν γὰρ τόδ' ἐστὶ πᾶν κύκλῳ
'Ολυμπία. τήνδ' εἶδε τὴν σκηνὴν ἐκεῖ,
Σκηνὴν ὁρᾷν θεωρικὴν νομίζεται.

Grotius ultimum illud in νόμιζέ σε recte, ni fallor, mutavit p. 169, cui A
εἶδε est *aspice*. Corrige,

> Ὀλυμπία· τηνδὶ δὲ τὴν σκηνὴν ἐκεῖ
> Σκηνὴν ὁρᾶν θεωρικὴν νόμιζέ σε.

paulo post, Ἐλευθέρ' ἀφίκοντο θύσουσαι· *Hocce vero tentorium illic* (quod digito demonstrabat) *puta te tentorium videre legatorum*, quos nempe mittebant civitates ad ludos solemnes. *Grotium* dedisse miror *scenam spectacularem:* ut noster σκηνὴν, θεωρικὴν κίστην (τῶν ἐπὶ τὰς θεωρίας στελλομένων, *Schol.* in *Aristoph.* Ἀχ. v. 108) dixit *Pollux* x, 165. Ad quatuor inprimis ludos Θεωροὺς quem in finem miserint Athenienses, velut κοινωνοῦντας θυσιῶν τε καὶ ἀγώνων τοῖς θεοῖς, et quales ex sua civitate mitti voluerit, insignis docet *Platonis* locus de LL. xii, p. 950. E. Has etiam diversis locis memorans θεωρίας, *Demosthenes* oraculum exhibet Dodonaei Iovis, quo neglecti officii accusantur Athenienses, c. Midiam p. 392, B
§. 95, in Or. de Cor. p. 151, §. 161, Byzantiorum decretum; quo praeter alia constituerunt ἀποστεῖλαι δὲ καὶ θεωρίας ἐς τὰς ἐν τᾷ Ἑλλάδι πανηγύριας, Ἴσθμια, καὶ Νέμεα, καὶ Ὀλύμπια, καὶ Πύθια, καὶ ἀνακαρύξαι τὼς στεφάνως, οἷς ἐστεφάνωται ὁ δᾶμος ὁ Ἀθηναίων. emendata dedi, quae perverse scripta vulgantur etiam in Ed. Clar. *Taylori*.

In *Heniochi* senario necesse non erit τηνδὶ lectori commendasse: *Pherecratis* versum adscribam ex *Athen.* xi, p. 502. B. Οὗτος σὺ, ποῖ τὴν ἀργυρίδα τηνδὶ φέρεις; et ista *Diphili* ex L. x, p. 421. E. Τονδὶ δὲ νάστόν, sic emendata praestantissimo Critico *A. Heringae* Observ. p. 279. quae prostant iisdem vitiis, Τὸν δ' εἶδεν ἀστὸν, quibus erant apud *Stobaeum Heniochi* verba deformata.

Huius etiam generis mendis *Athenaei* Deipnosophistas plurimis liberavit *Casaubonus;* de multis, quas vir Summus intactas reliquit, ex hoc quoque fonte nonnullae hic tolli poterunt. Vulgatur in *Archedici* Comici versu, Οὐθεὶς δὲ διηκόνηκεν ἐπιπονώτερον, L. vii, p. 294. c. scribendum opinor, Οὐθεὶς δεδιηκόνηκεν· duplici augmento; quo recentiores Attici delectabantur: δεδιακόνηκεν scribebant veteres ob eamdem rationem, ob quam ἀνάλωσεν· etc. Quia *Moeris* adnotavit, Πεπαρῴνηκεν, Ἀττικῶς· παρῴνηκεν, Ἑλληνικῶς, supra dedisse videtur p. 121, Δεδιηκόνηκα, Ἀ. διηκόνηκα, Ἑ. Praebet et *Hesychius* Δεδιηκόνηκεν· et *Thucydideum* Ἐξεδιῄτητο, ἔξω τῆς νομίμου διαίτης ἐγεγόνει. sic enim scribendum pro Ἐξεδιῄτει, τὸ — sed, qui me nimis diu tenerent, istiusmodi Grammaticos hoc in capite non attingam. In *Epicharmi* versu, non μεγαλοχὰς μονὰς, sed μεγαλοχάσμονας *Athenaeum* dedisse L. vii, p. 315. F. liquet ex p. 327. F. — Non μετὰ νιπτρίδα, sed μετανιπτρίδα scripserat
in

A in *Antiphanis*, vel alterius, versu L. x, p. 423. D. Neque in verbis *Polemonis* L. xi, p. 484. C. κώθωνα μόνον τὸν ῥαβδωτὸν κρατῶν. Sed ad Bacchi sinistram stabat *Polemoni* Satyrus manu dextra κώθωνα μόνωτον ῥαβδωτὸν κρατῶν· istiusmodi *pocula* μόνωτα, *unam ansam habentia*, saepe memorantur *Athenaeo;* quin *Hesychio* tale fuisse dicitur Κώθων. *Virgilii* Sileno,

Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.

Literae male distractae *Niciam* nobis pepererunt apud *Athen.* ubi *Platonem* insectatur xi, p. 506. D. καὶ τὸν ἀδελφὸν δὲ τοῦ Ἀλκιβιάδου καὶ Νικίαν μαινόμενόν τε ἀποφαίνει, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἠλιθίους. Qui scriptum invenit ΚΑΙ vel ΚΑΙ ΝΙΑΝ, egregie se facturum credidit si paulo ante lectum nomen ΝΙΚΙΑΝ hic substitueret. Corrigi debuerat Κλεινίαν· hunc enim *fratrem suum Platonis* Alcibiades in primo Alcibiade T. ii, p. 118. E. dixit
B μαινόμενον ἄνθρωπον· et Periclis duo filios ἠλιθίους· ut adeo pronomini αὐτοῦ nomen illic etiam Περικλέους videatur omnino substituendum; neque enim adolescens Alcibiades filios habuit quos illic memoraret *Plato;* cuius Socrates ibidem, ἐπειδὴ τοίνυν, inquit, Κλεινίας μὲν μαίνεται, τὼ δὲ Περικλέους υἱέε ἠλιθίω ἐγενέσθην, etc. Sed ne Pericles et Alcibiades ab instituto me abducant; unicum adhuc proponam ex *Athenaeo Philochori* locum sic scriptum: L. xv, p. 693. E. θεσμὸς, φησὶν, ἐτέθη τότε, προσφέρεσθαι μετὰ τὰ σιτία πᾶσιν ἀκρατούμενος ὃν γεῦμα — Ne litera quidem mutata scribendum, ἀκράτου μὲν ὅσον γεῦμα καὶ δεῖγμα τῆς δυνάμεως τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ, τὸ δὲ (hoc monstrat μὲν praecessisse) λοιπὸν ἤδη κεκραμένον.

Sed nihil horum comparari potest ad elegantiam correctionis, quam *Casaubonus* dedit in Animadv. xv, c. xvii. Ex Elegia *Alexandri Aetoli* versus sic literis male distractis prodierat in *Athen.* xv, p. 699, c. omni sensu vacuus:

C Ξεῖνος Μιμνέρνου δεῖ σε πόσα κρονίων.

distracta suis singula locis disponit, neque literam tamen immutat corrector felix et eruditissimus:

Ξεῖνος, Μιμνέρνου δ' εἰς ἔτος ἄκρον ἰών.

minime iactator ingenii, quales dari nollem inter illos, qui has nobiscum literas tractant, *Casaubonus* his sibi tamen placuit inventis: *si usquam*, inquit, *alibi*, *hic certè favit nobis Critice*, etc.

In *Stobaei* Florilegio, quod paulo ante in manus sumseram, iam alibi in nota quadam ad *Herodotum* suam ὑεστοῦν *Democrito* restitui latentem in εὖ ἐστ' οὖν· suas etiam voces aliis. Hic duo precesertim mihi loca sumam paulo plenius, aliis quibusdam interiectis, tractanda. Alter

ter est *Antiphanis* ἐν Διπλασίοις, cuius ista leguntur in Ed. *Gesn.* p. A
608., 11. *Grot.* p. 497,

Οὐδεὶς πώποτε,
Ὦ δέσποτ', ἀπέθαν', ἀποθανεῖν πρόθυμος ὤν·
Τοὺς γλιχομένους δὲ ζῆν κατασπᾷ τοῦ σκέλους
Ἄκοντας ὁ Χάρων, ἐπὶ τόπον θεῖόν τ' ἄγει

Ne hic quidem dubium quin dederit,

ἐπὶ τὸ πορθμεῖόν τ' ἄγει,
Σιτιζομένους καὶ πάντ' ἔχοντας ἀφθόνως.

Literas distractas ἐπὶ τόπορ θμεῖον sciolus mutavit in vulgatas, τόπον θεῖον Dubitat vir Summus in *Lucian.* I, p. 421, an ab *Antiphane* sumserit *Lucianus* quod Cerberum dicentem facit, ἔτι διαμέλλοντα αὐτὸν δακὼν τῷ κωνείῳ κατέσπασα τοῦ ποδός· propterea minus dubitem, quod Charonti partes etiam attribuit Cerberi T. II, p. 390, ubi Demonax, Χάρων B
με ἔδακεν, ἔφη, velut brevi nempe me κατασπάσων τοῦ σκέλους. Quando vero dixit et a fato velut victore *pedibus tractum Lucianus* T. I, p. 746, 37, hinc opinor explicandam saepius usurpatam *Dionysio* Tyranno vocem; *qua, pedibus tractum, non insidentem equo, relinquere tyrannidem, dixerit debere;* ut scribit *Livius* XXIV, c. XXII, 8. aliter cepit *Erasmus* in Adag. *Pedibus trahere.* Se ipse dicebat *Lucianus* Pro Mercede Cond. p. 705. πρὸς αὐτῷ ἤδη τῷ Αἰακῷ γενόμενον, καὶ μονονουχὶ τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ ἔχοντα. Cymbam sic Charontis *Lucianus* decies πορθμεῖον vocat; *naulum* portitori dandum aliquoties τὰ πορθμία. in hac voce forma placuit, qua dicebantur ἐλλιμένιον· ἐμπόριον· ἐμφόρβιον· ad hanc in *Hesychio* vocem vid. *Ti. H.* Ex usu vulgari, a quo, praeter alios, *Callimachum* secedere mirum non est, recte *Cyrillus* in Lex. *MS.* Leidensis Bibl. Πορθμεῖον καὶ Πορθμίον διαφέρει. πορθμεῖον λέγεται τὸ πλοῖον· πορθμίον δὲ ὁ ναῦλος. ad *Suidam* in v. notat nonnulla Clar. C
Toupius III, p. 69. et in voce Τελωνεῖον, (p. 195) a qua τελώνιον, *vectigal*, distingui potest. Capacem torvi senis cymbam *Theocritus* dixerat fortasse:

εὐρεῖαν σχεδίαν στυγνοῖο Χάροντος,

Eid. XVI, 41, ubi vulgata — στυγνοῦ Ἀχέροντος· sic recte correxisse *D. Lambinum* ad *Horat.* Carm. II, Od. III, in f. praeter alia, monstrat *Theocriti* Eid. XVII, v. 49, Charontem vocantis, στυγνὸν ἀεὶ πορθμῆα καμόντων, et paulo ante v. 47, Ἀχέροντα πολύστονον. Formam forte quis praeferat in *Theocrito* Graecis usitatiorem στυγνοῖο Χάρωνος. *Athenaei* XIII, p. 597, *Hermesianacta* scripsisse suspicabar v. 4,

Ἔνθα Χάρων ἄκρην ἕλκεται εἰς ἄκατον
Ψυχὰς οἰχομένων·

pro

A pro voce nihili ἀκονὴν, sic, inquam, ante suspicabar, quam amicis meis placuisset κοινήν. De Theseo Pirithooque, quorum corpora viva non libenter in cymbam suam sutilem accepit Charon, ex antiquissimo Minyadis poëmate duo versus *Pausanias* custodivit x, p. 866, qui sic scribi poterunt emendate:

> Ἔνθ' οὔτοι νέα μὲν νεκυάμβατον, ἣν ὁ γεραιὸς
> Πορθμεὺς ἦγε Χάρων, οὐκ ἔλλαβον ἔνδοθεν ὅρμου.

Tetrum quoque *Porthmea* dixit *Iuvenalis* Sat. III, 267. πορθμέα νεκρῶν *Callimachus* in *Schol.* inedito *Cod. Basil. MS.* in *Homeri* Il. κ, 67. In *Luciani* Dialogo, T. I, p. 374. Mercurius ad Charontem, (qui senior tamen *Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat*, *Virg.* Aen. VI, 302,) πέτασον, inquit, τὸ ἱστίον, εὔθυνε, ὦ πορθμεῦ, τὸ πηδάλιον, εὐπλοώμεν. sic procul dubio pro εὖ πάθωμεν legendum esse demonstrant
B quod ex eodem est dialogo p. 376, εὐπλοεῖτε, ὦ Ἑρμῆ, quodque legitur de eadem rate Charontis p. 641, 26, ἡμεῖς δ' εὐπλοῶμεν. literae ΛΟ in vicinas ΑΘ transierant.

Huius generis alia proferrem, nisi me dixissem loca daturum, in quibus literae perperam essent a se invicem distractae: haec suppeditant *Stobaei* Eclogae *Cant.* p. 131, l. 47, κατ' αὐτὸν μεγάλου δαίμονος ὅσου τόσου καλεῖ δία. liquet, literis duabus eiectis sic reliquas olim fuisse coniunctas, μεγάλου δαίμονος ὄντος, ὃν καλεῖ Δία verba sunt *Porphyrii* enarrantis *Apollodori* sententiam. In Florileg. *Gesneri* p. 489, 16, memorantur in verbis *Musonii*, loquentis de inutili supellectile, κλίναι μὲν ἐλεφάντιναι καὶ ἀργυραῖ ἐν εἴδει δὲ χρυσαῖ. Corrigo, ἔνιαι δὲ χρυσαῖ. literae perverse scriptae εν ειδι male quoque fuerant distractae: χρυσαῖ κλίναι in similibus quoque dictis memorantur apud *Stobaeum* p. 509, 39.
C 512, 17. p. 557, 50. *Plutarch.* Pompeio p. 638. F. Alexandro p. 696. c. saepius etiam apud alios. Craterum Macedona scribit ἐπὶ χρυσῆς κλίνης καθεζόμενον *Demetrius* περὶ Ἑρμ. §. 308, et Sardanapalum *Maximus Tyr.* x, §. 9, p. 113. f. *iacentem* ἐπὶ χρυσηλάτου κλίνης· sic enim scripserat, opinor, non σφυρηλάτου.

Sed Poëtae potius locum adscribam ex *Stobaei* Floril. *Grot.* p. 37. Versus esse dicuntur *Lini*: videntur cuiusdam Pythagorei, quos *Lino* carmina supposuisse tradit *Iamblichus* de V. P. §. 139. Sunt autem sic *Grotio* vulgati versus de animo a faecibus expurgando agentis,

> Οὗτος γάρ σε καθαρμὸς ἀναμπλακέως ὁσιεύσει,
> Εἴκεν ἀληθείῃ μισεῖς ὀλοὸν γένος αὐτῶν,
> Ἧδος μὲν πρώτιστ' αἰσχρῶν δώτειραν ἁπάντων,
> Ἣν ἐπιθυμία ἡνιοχεῖ μαργοῖσι χαλινοῖς.

In primum versum pro *ὄντως*, *δικαίως*, probabiliter interpretamentis, A
quam vocem admisit, *ἀναμπλακέως* nusquam legerat, opinor, *Grotius*.
Dum vera vox alicunde nobis prodeat, Graeca saltem scribi poterit:

Οὗτος γάρ σε καθαρμὸς ἀπ' ἀτρεκέως ὁσιώσει.

id est, *ἀτρεκέως ἀφοσιώσει*, *vere te expiabit*. Horum versuum tertio lectores saepe credo miratos Ἤδη — δώτειραν, Ἣν — debetur et illud *Grotio*. Vetus scriptio in Ed. *Gesn.* p. 64, 8,

ἤδη * μὲν πρώτιστ'

in Poësin recepta Philos. *H. Stephani* p. 112, si paululum adiuvetur, veram dabit:

Νηδὺν μὲν πρώτιστ' αἰσχρῶν δώτειραν ἁπάντων.

literae vocis prima et ultima a reliquis male distractae pepererant ἤδη. B
ex eadem schola sunt in Aureo Carmine v. 10,

κρατεῖν δ' εἰθίζεο τῶνδε,
Γαστρὸς μὲν πρώτιστα, καὶ ὕπνου, λαγνείης τε.

Palladas Antholog. I, c. 78, ep. 3,

Νηδὺν ἀναίσχυντον στιβαροῖς ᾔσχυνα λογισμοῖς etc.

Euripidis est ex Autolyco versus apud *Athen.* x, p. 413. D.

Γνάθου τε δοῦλος, νηδύος θ' ἡσσημένος.

ut *νηδὺν καὶ γνάθον πλῆσαι* in Cyclop. v. 302. Sed *Linus* per Νηδὺν
αἰσχρῶν δώτειραν ἁπάντων, etc. omnem intelligit *intemperantiam*, quam C
ἀκρασίαν Pythagorei dicebant et *φιληδονίαν*, hanc foecundam vitiorum *matrem* unam de duabus adpellantes: ad illorum exemplum Zeno *omnium* illam *perturbationum arbitrabatur esse matrem*, ut scribit *Cicero* Academ. I, c. x; *omnium perturbationum fontem*, Tusc. Disp. IV, c. 9. Liceat ista talia, ne literarum semper dicamur venatores, hic illic interiecisse correctionibus nostris.

Sed ad institutum aptius praebebit exemplum *Callimachus*, si doctis hominibus, quod futurum auguror, coniecturam adprobare potero, qua hymno in Delum versu 28,

Εἰ δὲ λίην πολέες σε περιτροχόωσιν ἀοιδαὶ,

cor-

ιA corrigendum suspicor,

> Εἰ δ' ὀλιγητελέες σε περιτροχόωσιν ἀοιδαὶ,
> Ποίῃ ἐνιπλέξω σε; τί σοι θυμῆρες ἀκοῦσαι;

Si vero carmina, quae cantantur tibi, vim habent exiguam; quomodo laudum nectam tibi coronam, quae tibi *sint auditu iucundae?* Recens magister Graeculus, qui nullius momenti quasdam adnotatiunculas dedit in *Callimachum*, sine teste loquens *Pindari* nobis et *Bacchylidis* narrat ut *Callimacho* designata carmina: fac horum in Delum hymnos huic innotuisse nugatori, quod vix opinor, non tamen illi dicerentur Poëtae λιην πολέες ἀοιδαί. Solius *Olenis* ille *Lycii* hymnum memorat in transcursu, νόμον Λυκίοιο γέροντος. *Olenis*, *Pamphi*, similiumque hymni antiquissimi, in sacris decantati, *Callimacho* videri debuerunt ὀλιγοτελέες ἀοιδαί. quale historico *Livio*, XXVII, c. 37, 13, *Livii Andronici* quoddam carmen videbatur sollemni pompa cantatum a virginibus; *illa*, inquit, *tempestate forsan laudabile rudibus ingeniis, nunc abhorrens et inconditum si referatur.* De voce Homerica ὀλιγηπελὴς nemo dubitabit quin *Callimacho* conveniat, qui τὴν εὐεστοῦν, sive τὴν εὐετηρίαν dixerit εὐηπελίαν· vid. in h. in Cerer. v. 139 Animadversio *Bentleji*, in qua magni viri levis error corrigi poterit indicatus a *T. H.* ad *Hesych.* in Εὐηπελεῖς· exhibetur illic epigramma *Crinagorae*, in quo τὠλιγηπελὲς ῥάκος Εὐνικίδαο memoratur. *Hesychius:* Λιγηπελὲς, ἢ ὀλιγηπελὲς, ἀσθενὲς, ἀγεννές. *Oppiani* verba ex 'Αλ. I, 767, ἀφυὴς ὀλιγηπελὲς ἔθνος profert Auctor *Etymolog.* in 'Αφύη. ψυχὰν ὀλιγηπελέα dixit *Synesius* hymno III, v. 359. Rarius *Hesychii*, 'Ανηπελία, ἀσθένεια.

Verum ista talia me nimis diu detinerent, quique tam multa iam pertractavi Poëtarum, *Euripidis* certe loca, huius generis aliquot correctiones proferre nunc in alios malo Scriptores, nullo ordine hic observato. — in Libello *Quis dives sit salvandus*, *Clemens Alex.* Petri cum Praeceptore suo loquentis dictum, ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα etc. sic tractat p. 947, ut per τὰ πάντα neget intelligi debere τὰ κτήματα, quippe quae piscatori prope nulla fuerint: si quaeras, quid itaque per illa voluerit significatum, respondebit *Clemens*, v. 41, intelligenda Petri τὰ παλαιὰ ἀτακτήματα καὶ ψυχικὰ νοσήματα. hac ratione connecti debent literae male divulsae τὰ παλαιὰ τὰ κτήματα. contra genium sermonis Graeci positus articulus vocem mihi genuinam monstravit, a Stoïcis repetitam. — In isthoc *Clementis* libello rem pessime *Franciscus Combefisius* administravit, in dissentientes a suorum formulis, viros etiam excellentes, asperrimus monachus.

Una litera a suo nomine distracta *Meursium*, *Menagium*, *Wetstenium*

Editorem decepit in Epistola *Africani* ad *Originem* p. 221, et in *Origenis* Epistola qua ad illam respondet p. 241. In alia *Africani* Iudaei dicuntur apud Chaldaeos ἐν τῇ Βαβυλῶνι ἀστραγαλώμενοι, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ῥιπτούμενοι. utrobique interpreti, *talorum lusu distracti*. Abutentem hoc loco *Meursium* ad *Hesych. Miles.* p. 128, sequitur *Menagius* in *Diog. Laërt* IV, 34. Scripserat *Africanus*, ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ στραγγαλώμενοι, respiciens ista libelli *Tobith.* II, 3, εἷς ἐκ τοῦ γένους ἡμῶν ἐστραγγαλωμένος ἔῤῥιπται ἐν τῇ ἀγορᾷ. *strangulatus*: in usu fuere vulgari στραγγαλίσαι et στραγγαλῶσαι. *Ignatius* in Epist. ad Trallian. §. V, Φοβοῦμαι – μήποτε — στραγγαλωθῆτε. *Hesychius* exhibet Στραγγαλοῦται. *Plutarchus* ἐστραγγάλισαν, T. II, 530. D. Apries *Diodori* I, p. 79, 88, στραγγαλισθεὶς ἐτελεύτησεν· sic enim scripserat, opinor, non στραγγαληθείς· sicut scripsit ἀπεστραγγάλισε T. I, p. 648, 33. ἐπὶ τὴν στραγγάλην πορευόμενος est in *Plutarchi* T. I, p. 804. A. A

In *Plutarchi* qui dicitur de Placitis Philos. L. II, c. 25, literae male distractae peperere voces κατὰ τὸ πυροειδὲς σῶμα· scriptum fuerat olim, κατοπτροειδὲς σῶμα· nam tale corpus *Lunam* censuisse dicitur Pythagoras in Eclog. Phys. *Stobaei* p. 59. — De Diis dixerat apud *Plutarch.* T. I, p. 156. D. Pericles, ταῖς τιμαῖς, ἃς ἔχουσιν, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἃ παρέχουσιν, (vulgatur, ἅπερ ἔχουσιν,) ἀθανάτους εἶναι τεκμαιρόμεθα. — Secundum eumdem T. II, 1102, B. *Epicurus* θύων μὲν ὡς μαγείρῳ παρέστηκε τῷ ἱερεῖ σφάττοντι, θύσας δὲ ἄπεισ. λέγων. Τὸ μὲν ἀνδρεῖον ἔθυον οὐ προσέχουσιν οὐδὲν μοὶ θεοῖς. coalescant literae distractae: λέγων τὸ Μενάνδρειον, B

"Εθυον [γὰρ] οὐ προσέχουσιν οὐδέν μοι θεοῖς.

Alibi contrario vitio *Menandri* nomen vulgatur; etiam in Epistola, quam velut Socraticorum ultimam vulgavit *L. Allatius* p. 75, ista, οὐδὲ τῷ ἀλαζονίκῳ, ἀλλὰ μοι δοκεῖ ἐμόντι τυχόντα Μένανδρος νέῳ, καὶ Φυλακτικῷ etc. sic corrigi poterunt, ut legatur, οὐδὲ τῷ ἀλαζόνι εἴκω, ἀλλ' ἐμὶν δοκέει ἐν δέοντι, τυχόντα μὲν ἀνδρὸς νέω καὶ Φυλακτικῶ ὑπεροφθέντα κακὸν ῥάψαι ἐς τὸν ὑπεροπτεύσαντα. Quando ceterorum sententia constiterit, haec quoque poterunt retractari. C

Nisi fallor, ὑπάτῳ scribendum, ubi vulgatur ὑπ' αὐτῷ in *Timaei Locri* libello p. 557, 2, τἄλλα μέρεα τᾶς ψυχᾶς καὶ τῶ σώματος ὑπηρετέειν τούτῳ, καθάπερ ὑπ' αὐτῶ τῶ σκάνεος ἅπαντος. quinimo, καθάπερ ὑπάτω τῶ σκάνεος ἅ. ut mentis τὸ λογικὸν dixerit ὕπατον μέρος· alias saepe *Timaeum*, nihil in istis iuvat *Plato*: Νόος ὕπατος sic dicebatur *Archytae* in fragmento libelli περὶ σοφίας apud *Iamblich.* Protrept. c. IV. illinc derivatam *Platonis* ea de re sententiam *Plutarchus* explicans in *Platon.* Quaest. p. 1007. E. F. τὸ Λογιστικὸν ab illo collocari scribit εἰς τὴν τῆς ὑπάτης (χώραν·) τὰ γὰρ ἄνω καὶ πρῶτον "Ὕπατον οἱ παλαιοὶ προσηγόρευον. Paulo

A lo post suum Iovi constat nomen Ὕπατος, ut in lib. de Is. et Osir. p. 127, in ὕστατος male mutatum T. II, p. 1065. E.

Ex fonte erroris, de quo dicere coepi, saepius Pythagoreorum Doricae reliquiae, lapidumque veterum inprimis inscriptiones emendari possunt. *Perictionae*, pro γυνὰ ἱκνώσασθαι, restitui ad *Herodotum*, γυναῖκα νώσασθαι. Sed Pythagoreorum reliquiis istis, lapidumque veterum Inscriptionibus, in quibus sunt ex hoc genere permulta, tractandis suus forsan aliquando locus dabitur.

Quo errore alibi τόθ' ὅλον, pro Dorico πόθοδον· — δύς ποτ' ὅλον legitur initio Epistolae quam praefixit *Archimedes* operi περὶ Κωνοειδέων καὶ Σφαιροειδέων p. 47, 4. ubi scribi debet: δυσπόθοδον vel δυσπότοδον ἔχειν τι φανείσας — εὑρεσίας. Loca proprie dicebantur δυσπρόσοδα, *ad*
B *quae difficilis esset aditus:* hinc ad alia quaevis, etiam ad δυσθεώρητα καὶ δυσσύνοπτα facta fuit translatio. Literae quoque distractae vocem nihili pepererunt in *Archimedis* Psammite p. 123, v. ult. ὅπως καὶ τῶν ἄλλων οἱ τῷ βιβλίῳ μὴ περιτεύατ' ἐς τὸ ποτὶ Ζεύξιππον γεγραμμένῳ μὴ πλανῶνται. Scripserat utique: οἱ τῷ βιβλίῳ μὴ περιτυχόντες τῷ ποτὶ Ζεύξιππον γ. *qui non inciderunt in librum, quem inscripsi Zeuxippo:* μὴ περιζητεύοντες ex coniectura non optima dedit *Jo. Wallisius*, qui Psammiten *Archimedis* edidit Operum Mathem. T. III. Qualis fuit, factus *Demosthenes* dicitur *Libanio* in Progym. p. 20. D. ἐκ τοῦ φεύγειν τὰ ῥᾷστα, ἐκ τοῦ προστετυχέναι βιβλίοις. illic vero scribendum, ἐκ τοῦ προστετηκέναι βιβλίοις, quod significat *libris affixum intabescere*.

In *Eratosthenis* Epigrammate apud *Eutocium* in *Archimed.* p. 22, legitur: Εὖ αἰὼν ΠΤ. Π. ὅτι παιδὶ συνηβῶν. In editione quam dedit et alio-
C rum *Eratosthenis*, et huius quoque carminis *Joann. Fellus*, legitur: Εὖ αἰὼν Πτολεμαῖε πατὴρ ὅτι παιδὶ συνήδων· sed hoc ne Graecum quidem; scripserat *Eratosthenes*:

> Εὐαίων Πτολεμαῖε πατὴρ, ὅτι παιδὶ συνηβῶν
> Πάνθ' ὅσα καὶ Μούσαις καὶ βασιλεῦσι φίλα
> Αὐτὸς ἐδωρήσω.

Vulgatur in *Scholiis* in *Aristoph.* Acharn. v. 86, οὐδετέρως λέγεται τὸ κρίβανον, ὡς μαρτυρεῖ Φερεκράτης,

> Τουτὶ τί ἐστιν, ὡς ἂν ἑκάστῳ τὸ κρίβανον.

iecta syllaba male repetita, coeant literae in ἀνεκὰς,

> Τουτὶ τί ἐστιν; ὡς ἀνεκὰς τὸ κρίβανον.

formula est mirantis, τουτὶ τί ἦν; sive τουτὶ τί ἐστιν; frequens in Comoedia; quae vocem etiam ἀνεκὰς admisit, significantem ἀνωτάτω vel πάνυ ἐκάς, ut redditur *Erotiano* in *Lex. Hipp.* et in *Scholio* in *Aristoph.* Vesp. v. 18, quod plenius legit *Suidas* in v. Ἀνεκὰς, *Eupolidis* laudans et *Cratini* versum. A

Anthologiae, quae quidem integra nondum fuit publicata, epigramma (*Philodemi*) 291, in Miscell. Lips. Nov. IX, p. 114, literae distractae partim obscurarunt: in istis

> A. θέλεις ἅμα σήμερον ἡμῖν
> Δειπνεῖν; B. εἰ σὺ θέλεις. A. εἶτ' ἀπό σου παρέσῃ.

scribendum enim: — εἶτα πόσου παρέσῃ; *quo mihi pretio aderis?* eodem modo, praepositione suppressa, legitur δραχμῆς ἔχε, *habe* puellam *drachma*, epigr. 314. p. 135, B

> Δραχμῆς Εὐράπην τὴν Ἀτθίδα, μηδὲ φοβηθεὶς
> Μηδένα, μήτ' ἄλλως ἀντιλέγουσαν ἔχε.

vulgatur illic μήτε φοβηθῇς. conf. aliud epigramma *Philodemi* N. 319. *Athen.* XIII, p. 596. F.

In *Aeschylei* dramatis fragmento, a *Scholiaste* ad *Homer.* Od. Λ, 133, servato, mecum verum vidit Clar. *Heathius:* unam ille mallem vocem reliquisset intactam: ut illic legitur vulgarat *Stanlejus*,

> Ἐρρωδιὸς γὰρ ὑψόθεν ποτώμενος
> Ον θ' ὡς ἔπληξεν, ἡ δὲ νίδος χειλώμασιν.

cum sine controversia scribi debeat versus:

> Ὄνθῳ σε πλήξει, νηδύος χειλώμασιν. C

aut si quis malit χιλώμασιν· utrumque dat *Hesych.* Χιλοῦσθαι et Χειλοῦσθαι, παχύνεσθαι, σιτίζεσθαι. *ventris fultura te feriet: Aeschylo* dramatis Ψυχαγωγῶν argumentum *Homeri* praebuit Νεκυία· atque ista Tiresiae verba fuerunt ad Ulyssem; qui mortuus est ἀκανθοπλὴξ secundum *Sophoclem* quem plerique hac in re sunt sequuti. — In *Aeschyli* Choëph. v. 530, genuinae, quae tantum coniungi debuerant, literae οὖθαρ, in οὐκ ἄρ' (ut εἶδαρ in εἴδ' ἄρ' in versu 460 *Maximi* περὶ καταρχῶν) ut puto, transiere,

> Καὶ πῶς ἄτρωτον οὐκ ἄρ' ἦν ὑπὸ στυγός;

Legendum arbitror:

> Καὶ πῶς ἄτρωτον οὖθαρ ἦν ὑπὸ στυγός;

Et

A *Et quomodo mamma, quam draco sugebat, mansit invulnerata;* Clytaemnestrae mammam, v. 542, μαστὸν dictam, hic non frustra, tanquam de bellua loquens, dixerat οὖθαρ.

In *Arati* vita (in Vranologio *Petavii*) *Aeschyli* versum emendavi ex eodem fonte: ut *Alcmanis* ibi vulgatis, p. 273. c. ἐγὼ δὲ ἀεί σοι με ἐκ Διὸς ἀρχόμενα· haec adduntur, *Ego vero semper tibi me ex Iove incipiens.* Nemo mecum corrigere recusabit:

> Ἐγὼ δ' ἀείσομαι ἐκ Διὸς ἀρχόμενος.

Μοῦσαν suam Παιδικὴν orditur *Strato*, (secundum est epigramma, Μὴ ζήτει etc.)

> Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, καθὼς ἔκρινεν Ἄρατος,
B Ὑμῖν δ', ὦ Μοῦσαι σήμερον οὐκ ἐνοχλῶ.

> *Ab Iove, Musa parens,*
> *Carmina nostra move. Iovis est mihi saepe potestas*
> *Dicta prius. cecini plectro graviore Gigantas;*
> *Nunc opus est leviore lyra.*

Ovid. Met. x, 148.

In Oraculis veterum de Graecis mendosis viri alias doctissimi absurda dedere Latina: in his apud *Euseb.* Praep. Evang. vi, p. 241. d. — ἄστρων ὁδὸν, εἴρειν Θ' ἕδραν· ἀμαντοσύνης. — corrige, sodes:

> Σήμερον οὐκ ἐπέοικε λέγειν ἄστρων ὁδὸν ἱρήν,
> Ἕδρανα μαντοσύνης γὰρ ἐν ἄστρασι νῦν πεπέδηται.

C haec ne interprete quidem egent: In Oraculo Alcmaeoni dato p. 257. a. errorem errore cumulavit *Vigerus*, scribens primum 'Αμφὶ 'Αρκαδίῃ, *versus Arcadiam*, et in *Oenomai* verbis ἀμφὶ 'Αρκαδίης· in sua dederat Edit. *Rob. Stephanus*, 'Αμφὶ ἀρηαδίῃ, et ἀμφὶ ἀρηαδίης. In oraculo corrigendum — 'Αμφιαραϊάδῃ· — et paulo post scripserat *Oenomaus*, εἴ σέ τις ἐρωτᾷ 'Αμφιαραϊάδης· *si quis te interrogat Amphiarai filius.* Partem veri vidit *L. Holstenius* in notis ad *Porphyr.* de V. Pythag. p. 33, verum 'Αμφιαρηΐδης non fuit forma patronymica Graeca, sed quam dicebam, *Amphiaraïades*, *Ovidio* quoque reddenda Fast. ii, 43, pro *Amphiaraïdes*; ob eamdem enim rationem, indicatam quoque *R. Dawesio* Miscell. Crit. p. 173, sic scribi debuit, ob quam *Telamoniades*, *Acrisioniades*, *Anchisiades:* quod est apud *Suidam* in 'Αγχίσης, 'Αγχισίδης non fuit in usu, sed 'Αγχισιάδης. egregia dedit G. *Koenius* ad *Gregor.* de Dialect. p. 231.

Sed

Sed ecce iterum versus attigi Poëtarum, qui aliorum ex isto fonte me A
dixeram loca quaedam emendaturum. — *Philoni Iudaeo* de Somniis
p. 1144. B, ubi literae quoque male distractae errorem pepererant, re-
stituendum, *διὰ γὰρ τούτων* (*per labia*) *τὸ τῶν λόγων νᾶμα φέρεται*·
vidit etiam Clar. *Mangey* T. I, p. 693. *Platonis* e Timaeo (p. 75. E.)
τὸ τῶν λόγων νᾶμα κάλλιστον ἁπάντων ναμάτων, *Platonis* imitatoribus
perplacuit. Horum quando memini, in rem quam tractamus *Dion
Chrysostomus*, *Lucianus*, *Philostratus*, *Aristides*, aliique, singuli sal-
tem unicum nobis exemplum praebeant.

In Euboica *Dion* rusticum exhibet narrantem nativa sua simplicitate,
quid in concione viderit populi: P. 107. D. rogatum a Praetore, vel-
lentne singuli *τάλαντον Ἀττικὸν δοῦναι*, respondisse se dicit, *οὐχ ἥκιστα
μὲν, τὰ κρέα ἡμεῖς· ἃ δ' ἂν ᾖ δίδομεν.* sic scriptis sensus inest nullus,
neque commodus emendationi *Casauboni*, *οὐχ ἥδιστα μὲν* — mihi scrip- B
sisse *Dion* videtur ex mente montigenae: *οὐ δῆθ' ἵσταμεν τὰ κρέα ἡμεῖς.*
nos *sane non solemus carnes ad libram appendere*, *sed damus quales-
cunque nobis fuerint*, sive salitae seu fumo duratae: haec enim sequun-
tur: *ἔστι δὲ ὀλίγα ἐν ἁλσὶ, τἄλλα δ' ἐν τῷ καπνῷ ξηρά.* sic emendatis
rustica videtur inesse *ἀφέλεια*· quid auri essent et argenti *τάλαντα* rusti-
cus ignorans, carnium quas noverat *libras τάλαντα* dictas, duas requiri
credidit, negavitque sui moris esse, carnes, quas darent petentibus, lan-
cibus imponere ponderandas. Recte *Eustathius* in Il. M, p. 875, 50.
Σταθμὸς, inquit, *παρὰ τὴν στάσιν· ἱστᾷ γὰρ ἐν ἰσότητι τὰς ὁλκάς.*
Qui lances aequato sustinebat examine, cuiuscunque rei pondus ad li-
bram aestimaturus, dicebatur eximie *ἱστᾶν*, etiam veteribus, *Herodoto* II,
P. 135, 89. *Platoni* de Rep. X, p. 602. D. in Timaeo p. 63. B. *Xeno-
phonti* K. Π. p. 125, 27. ipse quoque *Dion Chrys.* dixit p. 217. A.
ἱστάντα ἐπὶ πλάστιγγος· *Hermias* Irris. Gentil. p. 228, 5, *ζυγῷ τὸν* C
κόσμον ἱστάς. Interpres *Iobi* XXXI, 6, *ἱστᾶ με ἐν ζυγῷ δικαίῳ.* sed usus
in libris Sacris ex *Bossii* Animadv. ad *Suidam* p. 140, *Elsneri* Obs. in
A. A. VII, 60, et aliunde quibusvis notus est.

In Operum *Luciani* duobus voluminibus, nec mirum, centena relique-
re corrigenda; illud etiam T. III, p. 20, *μὴ μελλήσας λέγε ὅ, ττικεν ἐτί
κε ῥῆμα γλῶτταν ἔλθῃ.* *Solanum* miror non vidisse literas ferme tan-
tum coniungendas, *ὅ, ττικεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶτταν ἔλθῃ*· noverat enim
aliunde *Solanus Aeschyli* dictum; saepius a librariis depravatum illud
iam ostenderant *P. Victorius* V. L. XI, c. XVI, et *Paul. Leopardus*
Em. VII, c. 21. — Ex Poëta Dorico sumtum putat a *Luciano Ges-
nerus* T. III, p. 129, *ἔαδε μηνίειν*: sed non bene profecto cohaere-
rent *ἐξετάσας ἔαδε*· aut *ἔαδε μηνίειν*· emenda, sodes, vitiosa hunc in
mo-

A pro voce nihili ἀκοὴν, sic, inquam, ante suspicabar, quam amicis meis placuisset κοινήν. De Theseo Pirithooque, quorum corpora viva non libenter in cymbam suam sutilem accepit Charon, ex antiquissimo Minyadis poëmate duo versus *Pausanias* custodivit x, p. 866, qui sic scribi poterunt emendate:

> Ἔνθ' οὗτοι νέα μὲν νεκυάμβατον, ἣν ὁ γεραιὸς
> Πορθμεὺς ἦγε Χάρων, οὐκ ἔλλαβον ἔνδοθεν ὅρμου.

Tetrum quoque *Porthmea* dixit *Iuvenalis* Sat. III, 267. πορθμέα νεκρῶν *Callimachus* in *Schol.* inedito *Cod. Basil. MS.* in *Homeri* Il. κ, 67. In *Luciani* Dialogo, T. I, p. 374. Mercurius ad Charontem, (qui senior tamen *Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat*, *Virg.* Aen. VI, 302,) πέτασον, inquit, τὸ ἱστίον, εὔθυνε, ὦ πορθμεῦ, τὸ πηδάλιον, εὐπλοῶμεν. sic procul dubio pro εὖ πάθωμεν legendum esse demonstrant
B quod ex eodem est dialogo p. 376, εὐπλοεῖτε, ὦ Ἑρμῆ, quodque legitur de eadem rate Charontis p. 641, 26, ἡμεῖς δ' εὐπλοῶμεν. literae ΛΟ in vicinas ΑΘ transierant.

Huius generis alia proferrem, nisi me dixissem loca daturum, in quibus literae perperam essent a se invicem distractae: haec suppeditant *Stobaei* Eclogae *Cant.* p. 131, l. 47, κατ' αὐτὸν μεγάλου δαίμονος ὅσον τόσον καλεῖ δία. liquet, literis duabus eiectis sic reliquas olim fuisse coniunctas, μεγάλου δαίμονος ὄντος, ὃν καλεῖ Δία. verba sunt *Porphyrii* enarrantis *Apollodori* sententiam. In Florileg. *Gesneri* p. 489, 16, memorantur in verbis *Musonii*, loquentis de inutili supellectile, κλίναι μὲν ἐλεφάντιναι καὶ ἀργυραῖ ἐν εἴδει δὲ χρυσαῖ. Corrigo, ἔνιαι δὲ χρυσαῖ. literae perverse scriptae εν ειδι male quoque fuerant distractae: χρυσαῖ κλίναι in similibus quoque dictis memorantur apud *Stobaeum* p. 509, 39.
C 512, 17. p. 557, 50. *Plutarch.* Pompeio p. 638. F. Alexandro p. 696. C. saepius etiam apud alios. Craterum Macedona scribit ἐπὶ χρυσῆς κλίνης καθεζόμενον *Demetrius* περὶ Ἑρμ. §. 308, et Sardanapalum *Maximus Tyr.* X, §. 9, p. 113. f. *iacentem* ἐπὶ χρυσηλάτου κλίνης· sic enim scripserat, opinor, non σφυρηλάτου.

Sed Poëtae potius locum adscribam ex *Stobaei* Floril. *Grot.* p. 37. Versus esse dicuntur *Lini*: videntur cuiusdam Pythagorei, quos *Lino* carmina supposuisse tradit *Iamblichus* de V. P. §. 139. Sunt autem sic *Grotio* vulgati versus de animo a faecibus expurgando agentis,

> Οὗτος γάρ σε καθαρμὸς ἀναμπλακέως ὁσιεύσει,
> Εἴκεν ἀληθείῃ μισεῖς ὅλον γένος αὐτῶν,
> Ἦδος μὲν πρώτιστ' αἰσχρῶν δώτειραν ἁπάντων,
> Ἣν ἐπιθυμία ἡνιοχεῖ μαργοῖσι χαλινοῖς.

Nn In

In primum versum pro ὄντως, δικαίως, probabiliter interpretamentis, A
quam vocem admisit, ἀναμπλακέως nusquam legerat, opinor, *Grotius*. Dum vera vox alicunde nobis prodeat, Graeca saltem scribi poterit:

Οὗτος γάρ σε καθαρμὸς ἀπ' ἀτρεκέως ὁσιώσει.

id est, ἀτρεκέως ἀφοσιώσει, *vere te expiabit*. Horum versuum tertio lectores saepe credo miratos Ἦδος — δώτειραν, Ἣν — debetur et illud *Grotio*. Vetus scriptio in Ed. *Gesn.* p. 64, 8,

ἤδη * μὲν πρώτιστ'

in Poësin recepta Philos. *H. Stephani* p. 112, si paululum adiuvetur, veram dabit:

Νηδὺν μὲν πρώτιστ' αἰσχρῶν δώτειραν ἁπάντων.

literae vocis prima et ultima a reliquis male distractae pepererant ἤδη. B
ex eadem schola sunt in Aureo Carmine v. 10,

κρατεῖν δ' εἰθίζεο τῶνδε,
Γαστρὸς μὲν πρώτιστα, καὶ ὕπνου, λαγνείης τε.

Palladas Antholog. 1, c. 78, ep. 3,

Νηδὺν ἀναίσχυντον στιβαροῖς ᾔσχυνα λογισμοῖς. etc.

Euripidis est ex Autolyco versus apud *Athen.* x, p. 413, D.

Γνάθου τε δοῦλος, νηδύος θ' ἡσσημένος.

ut νηδὺν καὶ γνάθον πλῆσαι in Cyclop. v. 302. Sed *Linus* per Νηδὺν αἰσχρῶν δώτειραν ἁπάντων, etc. omnem intelligit *intemperantiam*, quam C
ἀκρασίαν Pythagorei dicebant et φιλαδονίαν, hanc foecundam vitiorum *matrem* unam de duabus adpellantes: ad illorum exemplum Zeno *omnium* illam *perturbationum arbitrabatur esse matrem*, ut scribit *Cicero* Academ. 1, c. x, *omnium perturbationum fontem*, Tusc. Disp. IV, c. 9. Liceat ista talia, ne literarum semper dicamur venatores, hic illic interiecisse correctionibus nostris.

Sed ad institutum aptius praebebit exemplum *Callimachus*, si doctis hominibus, quod futurum auguror, coniecturam adprobare potero, qua hymno in Delum versu 28,

Εἰ δὲ λίην πολέες σε περιτροχόωσιν ἀοιδαὶ,

cor-

A corrigendum suspicor,

Εἰ δ' ὀλιγηπελέες σε περιτροχόωσιν ἀοιδαὶ,
Ποίῃ ἐνιπλέξω σε; τί σοι θυμῆρες ἀκοῦσαι;

Si vero carmina, quae cantantur tibi, vim habent exiguam; quomodo laudum nectam tibi coronam, quae tibi sint auditu iucundae? Recens magister Graeculus, qui nullius momenti quasdam adnotatiunculas dedit in *Callimachum*, sine teste loquens *Pindari* nobis et *Bacchylidis* narrat ut *Callimacho* designata carmina: fac horum in Delum hymnos huic innotuisse nugatori, quod vix opinor, non tamen illi dicerentur Poëtae λιην πολέες ἀοιδαί. Solius *Olenis* ille *Lycii* hymnum memorat in transcursu, νόμον Λυκίοιο γέροντος. *Olenis*, *Pamphi*, similiumque hymni antiquissimi, in sacris decantati, *Callimacho* videri debuerunt ὀλιγηπελέες ἀοιδαί. quale historico *Livio*, XXVII, c. 37, 13, *Livii Andronici* quoddam carmen videbatur sollenni pompa cantatum a virginibus; *illa*, inquit, *tempestate forsan laudabile rudibus ingeniis, nunc abhorrens et inconditum si referatur.* De voce Homerica ὀλιγηπελὴς nemo dubitabit quin *Callimacho* conveniat, qui τὴν εὐεστοῦν, sive τὴν εὐετηρίαν dixerit εὐηπελίαν· vid. in h. in Cerer. v. 139 Animadversio *Bentleji*, in qua magni viri levis error corrigi poterit indicatus a *T. H.* ad *Hesych.* in Εὐηπελεῖς· exhibetur illic epigramma *Crinagorae*, in quo τὠλιγηπελὲς ῥάκος Εὐνικίδαο memoratur. *Hesychius:* Λιγηπελὲς, ἢ ὀλιγηπελὲς, ἀσθενὲς, ἀγεννές. *Oppiani* verba ex Ἁλ. I, 767, ἀφύης ὀλιγηπελὲς ἔθνος profert Auctor *Etymolog.* in Ἀφύη. ψυχὰν ὀλιγηπελέα dixit *Synesius* hymno III, v. 359. Rarius *Hesychii*, Ἀνηπελία, ἀσθένεια.

Verum ista talia me nimis diu detinerent, quique tam multa iam pertractavi Poëtarum, *Euripidis* certe loca, huius generis aliquot correctio-
C nes proferre nunc in alios malo Scriptores, nullo ordine hic observato. — in Libello *Quis dives sit salvandus*, *Clemens Alex.* Petri cum Praeceptore suo loquentis dictum, ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα etc. sic tractat p. 947, ut per τὰ πάντα neget intelligi debere τὰ κτήματα, quippe quae piscatori prope nulla fuerint: si quaeras, quid itaque per illa voluerit significatum, respondebit *Clemens*, v. 41, intelligenda Petri τὰ παλαιὰ ἀτακτήματα καὶ ψυχικὰ νοσήματα. hac ratione connecti debent literae male divulsae τὰ παλαιὰ τὰ κτήματα. contra genium sermonis Graeci positus articulus vocem mihi genuinam monstravit, a Stoïcis repetitam. — In isthoc *Clementis* libello rem pessime *Franciscus Combefisius* administravit, in dissentientes a suorum formulis, viros etiam excellentes, asperrimus monachus.

Una litera a suo nomine distracta *Meursium*, *Menagium*, *Wetstenium*

 Edi-

Editorem decepit in Epistola *Africani* ad *Originem* p. 221, et in *Ori-* A
genis Epistola qua ad illam respondet p. 241. In alia *Africani* Iudaei di-
cuntur apud Chaldaeos ἐν τῇ Βαβυλῶνι ἀστραγαλώμενοι, καὶ ἐν ταῖς πλα-
τείαις ῥιπτούμενοι utrobique interpreti, *talorum lusu distracti.* Abuten-
tem hoc loco *Meursium* ad *Hesych. Miles.* p. 128, sequitur *Menagius* in
Diog. Laërt IV, 34. Scripserat *Africanus*, ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ στραγγα-
λώμενοι, respiciens ista libelli *Tobith.* II, 3, εἷς ἐκ τοῦ γένους ἡμῶν
ἐστραγγαλωμενος ἔῤῥιπται ἐν τῇ ἀγορᾷ. *strangulatus:* in usu fuere vulgari
στραγγαλίσαι et στραγγαλῶσαι. *Ignatius* in Epist. ad Trallian. §. v,
Φοβοῦμαι — μήποτε — στραγγαλωθῆτε. *Hesychius* exhibet Στραγγαλοῦ-
ται. *Plutarchus* ἐστραγγάλισαν, T. II, 530. D. Apries *Diodori* I, p. 79,
88, στραγγαλισθεὶς ἐτελεύτησεν· sic enim scripserat, opinor, non στραγ-
γαληθείς· sicut scripsit ἀπεστραγγάλισε T. I, p. 648, 33. ἐπὶ τὴν στραγ-
γάλην πορευόμενος est in *Plutarchi* T. I, p. 804. A.

In *Plutarchi* qui dicitur de Placitis Philos. L. II, c. 25, literae male B
distractae peperere voces κατὰ τὸ πυροειδὲς σῶμα· scriptum fuerat olim,
κατοπτροειδὲς σῶμα· nam tale corpus *Lunam* censuisse dicitur Pythagoras.
in Eclog. Phys. *Stobaei* p. 59. — De Diis dixerat apud *Plutarch.* T. I,
p. 156. D. Pericles, ταῖς τιμαῖς, ἃς ἔχουσιν, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἃ παρέχου-
σιν, (vulgatur, ἅπερ ἔχουσιν,) ἀθανάτους εἶναι τεκμαιρόμεθα. — Secun-
dum eumdem T. II, 1102, B. *Epicurus* θύων μὲν ὡς μαγείρῳ παρέστηκε
τῷ ἱερεῖ σφάττοντι, θύσας δὲ ἀπεισ. λέγων. Τὸ μὲν ἀνδρεῖον ἔθυον οὐ προσ-
έχουσιν οὐδὲν μοὶ θεοῖς. coalescant literae distractae: λέγων τὸ Μενανδρεῖον,

"Εθυον [γὰρ] οὐ προσέχουσιν οὐδέν μοι θεοῖς.

Alibi contrario vitio *Menandri* nomen vulgatur; etiam in Epistola, quam
velut Socraticorum ultimam vulgavit *L. Allatius* p. 75, ista, οὐδὲ τῷ
ἀλαζονίκω, ἀλλὰ μοι δοκεῖ ἐμόντι τυχόντα Μένανδρος νέω, καὶ Φυλακτι-
κῷ etc. sic corrigi poterunt, ut legatur, οὐδὲ τῷ ἀλαζόνι εἴκω, ἀλλ' ἐμῖν C
δοκέει ἐν δέοντι, τυχόντα μὲν ἀνδρὸς νέω καὶ Φυλακτικῶ ὑπεροφθέντα κα-
κὸν ῥάψαι ἐς τὸν ὑπεροπτεύσαντα. Quando ceterorum sententia consti-
terit, haec quoque poterunt retractari.

Nisi fallor, ὑπάτῳ scribendum, ubi vulgatur ὑπ' αὐτῷ in *Timaei Locri*
libello p. 557, 2, τἄλλα μέρεα τᾶς ψυχᾶς καὶ τῶ σώματος ὑπηρετέειν
τούτῳ, καθάπερ ὑπ' αὐτῶ τῶ σκάνεος ἅπαντος. quinimo, καθάπερ ὑπάτω
τῶ σκάνεος ἅ. ut mentis τὸ λογικὸν dixerit ὕπατον μέρος· alias saepe *Ti-
maeum*, nihil in istis iuvat *Plato:* Νόος ὕπατος sic dicebatur *Archytae*
in fragmento libelli περὶ σοφίας apud *Iamblich.* Protrept. c. IV. illinc de-
rivatam *Platonis* ea de re sententiam *Plutarchus* explicans in *Platon.* Quaest.
p. 1007. E. F. τὸ Λογιστικὸν ab illo collocari scribit εἰς τὴν τῆς ὑπάτης
(χώραν·) τὸ γὰρ ἄνω καὶ πρῶτον Ὕπατον οἱ παλαιοὶ προσηγόρευον. Pau-
lo

A lo post suum Iovi constat nomen Ὕπατος, ut in lib. de Is. et Osir. p. 127, in ὕστατος male mutatum T. II, p. 1065. E.

Ex fonte erroris, de quo dicere coepi, saepius Pythagoreorum Doricae reliquiae, lapidumque veterum inprimis inscriptiones emendari possunt. *Perictionae*, pro γυνὰ ἱκανώτατα θαι, restitui ad *Herodotum*, γυναῖκα νώσασθαι. Sed Pythagoreorum reliquiis istis, lapidumque veterum Inscriptionibus, in quibus sunt ex hoc genere permulta, tractandis suus forsan aliquando locus dabitur.

Quo errore alibi πόθ' ὅλον, pro Dorico πόθοδον — δύς ποτ' ὅλον legitur initio Epistolae quam praefixit *Archimedes* operi περὶ Κωνοειδέων καὶ Σφαιροειδέων p. 47, 4. ubi scribi debet: δυσπόθοδον vel δυσπότοδον ἔχειν τι Φανείσας — εὑρεσίας. Loca proprie dicebantur δυσπρόσοδα, ad
B *quae difficilis esset aditus:* hinc ad alia quaevis, etiam ad δυσθεώρητα καὶ δυσσύνοπτα facta fuit translatio. Literae quoque distractae vocem nihili pepererunt in *Archimedis* Psammite p. 123, v. ult. ὅπως καὶ τῶν ἄλλων οἱ τῷ βιβλίῳ μὴ περιτεύχατ' ἐς τὸ ποτὶ Ζεύξιππον γεγραμμένῳ μὴ πλανῶνται. Scripserat utique: οἱ τῷ βιβλίῳ μὴ περιτυχόντες τῷ ποτὶ Ζεύξιππον γ. *qui non inciderunt in librum, quem inscripsi Zeuxippo:* μὴ περιζητεύοντες ex coniectura non optima dedit *Jo. Wallisius*, qui Psammiten *Archimedis* edidit Operum Mathem. T. III. Qualis fuit, factus *Demosthenes* dicitur *Libanio* in Progym. p. 20. D. ἐκ τοῦ Φεύγειν τὰ ῥᾷστα, ἐκ τοῦ προστετυχέναι βιβλίοις. illic vero scribendum, ἐκ τοῦ προστετηκέναι βιβλίοις, quod significat *libris affixum intabescere.*

In *Eratosthenis* Epigrammate apud *Eutocium* in *Archimed.* p. 22, legitur: Εὖ αἰὼν ππ. π. ὅτι παιδὶ συνη ων. In editione quam dedit et alio-
C rum *Eratosthenis*, et huius quoque carminis *Joann. Fellus*, legitur: Εὖ αἰὼν Πτολεμαῖε πατὴρ ὅτι παιδὶ συνήδων· sed hoc ne Graecum quidem; scripserat *Eratosthenes:*

Εὐαίων Πτολεμαῖε πατὴρ, ὅτι παιδὶ συνηβῶν
Πάνθ' ὅσα καὶ Μούσαις καὶ βασιλεῦσι φίλα
Αὐτὸς ἐδωρήσω.

Vulgatur in *Scholiis* in *Aristoph.* Acharn. v. 86, οὐδετέρως λέγεται τὸ κρίβανον, ὡς μαρτυρεῖ Φερεκράτης,

Τουτὶ τί ἐστιν, ὡς ἂν ἑκάστῳ τὸ κρίβανον.

iecta syllaba male repetita, coeant literae in ἀνεκὰς,

Τουτὶ τί ἐστιν; ὡς ἀνεκὰς τὸ κρίβανον.

formula est mirantis, *τουτὶ τί ἦν*; sive *τουτὶ τί ἐστιν*; frequens in Comoedia; quae vocem etiam *ἀνεκὰς* admisit, significantem *ἀνωτάτω* vel *τάνυ ἑκάς*, ut redditur *Erotiano* in *Lex. Hipp.* et in *Scholio* in *Aristoph.* Vesp. v. 18, quod plenius legit *Suidas* in v. Ἀνεκὰς, *Eupolidis* laudans et *Cratini* versum. A

Anthologiae, quae quidem integra nondum fuit publicata, epigramma (*Philodemi*) 291, in Miscell. Lips. Nov. IX, p. 114, literae distractae partim obscurarunt: in istis

A. θέλεις ἅμα σήμερον ἡμῖν
Δειπνεῖν; B. *εἰ σὺ θέλεις.* A. *εἶτ᾽ ἀπό σου παρέσῃ.*

scribendum enim: — *εἶτα πόσου παρέσῃ*; *quo mihi pretio aderis?* eodem modo, praepositione suppressa, legitur *δραχμῆς ἔχε*, *habe* puellam *drachma*, epigr. 314. p. 135, B

Δραχμῆς Εὐράπην τὴν Ἀτθίδα, μηδὲ φοβηθεὶς
Μηδένα, μήτ᾽ ἄλλως ἀντιλέγουσαν ἔχε.

vulgatur illic *μήτε φοβηθῇς.* conf. aliud epigramma *Philodemi* N. 319. *Athen.* XIII, p. 596. F.

In *Aeschylei* dramatis fragmento, a *Scholiaste* ad *Homer.* Od. Λ, 133, servato, mecum verum vidit Clar. *Heathius:* unam ille mallem vocem reliquisset intactam: ut illic legitur vulgarat *Stanlejus*,

Ἐῤῥώδιος γὰρ ὑψόθεν ποτώμενος
Ον θ᾽ ὡς ἔπληξεν, ἡ δὲ νίος χειλώμασιν.

cum sine controversia scribi debeat versus:

Ὄνθῳ σε πλήξει, νηδύος χειλώμασιν. C

aut si quis malit *χιλώμασιν*· utrumque dat *Hesych.* Χιλοῦσθαι et Χειλοῦσθαι, *παχύνεσθαι, σιτίζεσθαι. ventris fultura te feriet: Aeschylo* dramatis *Ψυχαγωγῶν* argumentum *Homeri* praebuit Νεκυία· atque ista Tiresiae verba fuerunt ad Ulyssem; qui mortuus est *ἀκανθοπλὴξ* secundum *Sophoclem* quem plerique hac in re sunt sequuti. — In *Aeschyli* Choëph. v. 530, genuinae, quae tantum coniungi debuerant, literae *οὖθαρ*, in *οὐκ ἄρ᾽* (ut *εἶδαρ* in *εἴδ᾽ ἄρ᾽* in versu 460 *Maximi περὶ καταρχῶν*) ut puto, transiere,

Καὶ πῶς ἄτρωτον οὐκ ἄρ᾽ ἦν ὑπὸ στυγός;

Legendum arbitror:

Καὶ πῶς ἄτρωτον οὖθαρ ἦν ὑπὸ στυγός;

Et

A *Et quomodo mamma, quam draco sugebat, mansit invulnerata;* Clytaemnestrae mammam, v. 542, μασθὸν dictam, hic non frustra, tanquam de bellua loquens, dixerat οὖθαρ.

In *Arati* vita (in Vranologio *Petavii*) *Aeschyli* versum emendavi ex eodem fonte: ut *Alcmanis* ibi vulgatis, p. 273. c. ἐγὼ δὲ ἀεί σοι με ἐκ Διὸς ἀρχόμενα· haec adduntur, *Ego vero semper tibi me ex Iove incipiens.* Nemo mecum corrigere recusabit:

Ἐγὼ δ' ἀείσομαι ἐκ Διὸς ἀρχόμενος.

Μοῦσαν suam Παιδικὴν orditur *Strato*, (secundum est epigramma, Μὴ ζήτει etc.)

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, καθὼς ἔκρινεν Ἄρατος,
B Ὑμῖν δ', ὦ Μοῦσαι σήμερον οὐκ ἐνοχλῶ.

Ab Iove, Musa parens,
Carmina nostra move. Iovis est mihi saepe potestas
Dicta prius. cecini plectro graviore Gigantas;
Nunc opus est leviore lyra.

Ovid. Met. x, 148.

In Oraculis veterum de Graecis mendosis viri alias doctissimi absurda dedere Latina: in his apud *Euseb.* Praep. Evang. vi, p. 241. D. — ἄστρων ὁδὸν, εἴρειν Θ' ἕδραν· ἀμαντοσύνης. — corrige, sodes:

Σήμερον οὐκ ἐπέοικε λέγειν ἄστρων ὁδὸν ἱρὴν,
Ἕδρανα μαντοσύνης γὰρ ἐν ἀστράσι νῦν πεπέδηται.

C haec ne interprete quidem egent: In Oraculo Alcmaeoni dato p. 257. A. errorem errore cumulavit *Vigerus*, scribens primum Ἀμφὶ Ἀρκαδίη, *versus Arcadiam*, et in *Oenomai* verbis ἀμφὶ Ἀρκαδίης· in sua dederat Edit. *Rob. Stephanus*, Ἀμφὶ ἀρηαδίη, et ἀμφὶ ἀρηαδίης. In oraculo corrigendum — Ἀμφιαραϊάδη· — et paulo post scripserat *Oenomaus*, εἴ σέ τις ἐρωτᾷ Ἀμφιαραϊάδης· *si quis te interrogat Amphiarai filius.* Partem veri vidit *L. Holstenius* in notis ad *Porphyr.* de V. Pythag. p. 33, verum Ἀμφιαρηδίης non fuit forma patronymica Graeca, sed quam dicebam, *Amphiaraïades*, *Ovidio* quoque reddenda Fast. ii, 43, pro *Amphiaraïdes*; ob eamdem enim rationem, indicatam quoque *R. Dawesio* Miscell. Crit. p. 173, sic scribi debuit, ob quam *Telamoniades*, *Acrisioniades*, *Anchisiades:* quod est apud *Suidam* in Ἀγχίτης, Ἀγχιτίδης non fuit in usu, sed Ἀγχισιάδης. egregia dedit G. *Koenius* ad *Gregor.* de Dialect. p. 231.

Sed

Sed ecce iterum versus attigi Poëtarum, qui aliorum ex isto fonte me dixeram loca quaedam emendaturum. — *Philoni Iudaeo* de Somniis p. 1144. B, ubi literae quoque male distractae errorem pepererant, restituendum, διὰ γὰρ τούτων (*per labia*) τὸ τῶν λόγων νᾶμα Φέρεται· vidit etiam Clar. *Mangey* T. I, p. 693. *Platonis* e Timaeo (p. 75. E.) τὸ τῶν λόγων νᾶμα κάλλιστον ἁπάντων ναμάτων, *Platonis* imitatoribus perplacuit. Horum quando memini, in rem quam tractamus *Dion Chrysostomus*, *Lucianus*, *Philostratus*, *Aristides*, aliique, singuli saltem unicum nobis exemplum praebeant. A

In Euboica *Dion* rusticum exhibet narrantem nativa sua simplicitate, quid in concione viderit populi: P. 107. D. rogatum a Praetore, vellentne singuli τάλαντον Ἀττικὸν δοῦναι, respondisse se dicit, οὐχ ἥκιστα μὲν, τὰ κρέα ἡμεῖς· ἃ δ' ἂν ᾖ δίδομεν. sic scriptis sensus inest nullus, neque commodus emendationi *Casauboni*, οὐχ ἥδιστα μὲν — mihi scripsisse *Dion* videtur ex mente montigenae: οὐ δῆθ' ἵσταμεν τὰ κρέα ἡμεῖς. nos *sane non solemus carnes ad libram appendere, sed damus qualescunque nobis fuerint*, sive salitae seu fumo duratae: haec enim sequuntur: ἔστι δὲ ὀλίγα ἐν ἁλσὶ, τἄλλα δ' ἐν τῷ καπνῷ ξηρά. sic emendatis rustica videtur inesse ἀφέλεια· quid auri essent et argenti τάλαντα rusticus ignorans, carnium quas noverat *libras* τάλαντα dictas, duas requiri credidit, negavitque sui moris esse, carnes, quas darent petentibus, lancibus imponere ponderandas. Recte *Eustathius* in Il. M, p. 875, 50. Σταθμὸς, inquit, παρὰ τὴν στάσιν· ἱστᾷ γὰρ ἐν ἰσότητι τὰς ὁλκάς. Qui lances aequato sustinebat examine, cuiuscunque rei pondus ad libram aestimaturus, dicebatur eximie ἱστᾶν, etiam veteribus, *Herodoto* II, P. 135, 89. *Platoni* de Rep. X, p. 602. D. in Timaeo p. 63. B. *Xenophonti* K. Π. p. 125, 27. ipse quoque *Dion Chrys.* dixit p. 217. A. ἱστάντα ἐπὶ πλάστιγγος· *Hermias* Irris. Gentil. p. 228, 5, ζυγῷ τὸν κόσμον ἱστάς. Interpres *Iobi* XXXI, 6, ἱστᾷ με ἐν ζυγῷ δικαίῳ. sed usus in libris Sacris ex *Bossii* Animadv. ad *Suidam* p. 140, *Elsneri* Obs. in A. A. VII, 60, et aliunde quibusvis notus est. B C

In Operum *Luciani* duobus voluminibus, nec mirum, centena reliquere corrigenda; illud etiam T. III, p. 20, μὴ μελλήσας λέγε ὅ, ττικεν ἐπί κε ῥῆμα γλῶτταν ἔλθῃ. *Solanum* miror non vidisse literas ferme tantum coniungendas, ὅ, ττικεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶτταν ἔλθῃ· noverat enim aliunde *Solanus Aeschyli* dictum; saepius a librariis depravatum illud iam ostenderant *P. Victorius* V. L. XI, c. XVI, et *Paul. Leopardus* Em. VII, c. 21. — Ex Poëta Dorico sumtum putat a *Luciano Gesnerus* T. III, p. 129, ἔαδε μηνίειν· sed non bene profecto cohaererent ἐξετάσας ἔαδε· aut ἔαδε μηνίειν· emenda, sodes, vitiosa hunc in mo-

A modum, ἐχαλέπαινε καὶ βοῆς ἐνεπίμπλα τὰ βασίλεια· excandescenti convenit indignantique Regi: de Regibus etiam iratis χαλεπαίνει legitur apud *Aelian.* V. H. XII, c. 54. IV Maccab. IX, 10. quin et apud *Lucian.* T. III, p. 532, 38. de aliis saepius adhibitum.

In Heroicis *Philostrati* p. 740, 8. ex Cod. Barocc. ἐπὶ κέρδει ἂν dedit *Olearius*; iunctis ego literis scriberem: τὰς δὲ ἐκβολὰς τῶν λογων μὴ λῆρον, ἀλλ' ἐπικερδείαν (vel potius ἐπικέρδεια) ἡγώμεθα τῆς ἐυτοςίας ταύτης· sermones κερδαλέους, digressiones reputaret ἐπικέρδεια, quod ad lucrum illud insuper adiiceretur: eiusdem *Philostrati* Proclus p. 603, 31, quas accipiebat ex Aegypto merces aliis dabat vendendas, οὐδὲ ερασὴς τοῦ πλείονος, οὐδὲ ἐπικέρδια μαστεύων, ἢ τόκους, ἀλλ' αὐτὸ ἀγαπῶν τὸ ἀρχαῖον· hic etiam ἐπικέρδεια scribendum. Est ea vis praepositionis in vocibus etiam rarissimis, ἐπίβοιον· et ἐπώνιον· quas ex Orato-
B ribus nobis servavit *Harpocration:* Ἐπώνια, inquiunt Grammatici, τέλος ἐστι ἐπὶ τῇ ὠνῇ διδόμενον. — Apud *Euseb.* in Hieroclem c. 28, p. 450, edidit *Olearius*, ὡς σεμνά γε — τοῦ δίου (*divini illius viri*) τὰ σπουδῆς ἄξια ἐρωτήματα· pro vulgatis τοῦ Διὸς, in τοὐνδρὸς, sive potius τἀνδρὸς mutandis: sic praeter ceteros scribere solet in isthoc etiam libello *Eusebius* cap. 31. f. c. 45. i. c. 48. f.

In *Aeliani* de N. A. VII, hoc capitis est 29 initium: Ἴδιον δὲ ἄρα τῆς τῶν κυνῶν εἰς τοὺς τρέφοντας εὐνοίας καὶ ἐκεῖνο μαρτυρεῖ. Ὁ Κολοφώνιος ἀνὴρ etc. ubi scribi debuerat, καὶ ἐκεῖνο μαρτύριον. Κολοφώνιος ἀνὴρ — Leve vitium, quo nullum in hoc genere frequentius, relictum quoque fuit XII, c. 35, οἱ κύνες — συμμετῴκισαν τῷ Ξανθίππῳ· scribendum enim συμμετῳκίσαντο Ξανθίππῳ. contra apud *Diogen. Laert.* III, 23, scribendum, Χαβρίᾳ συνεῖπε τῷ στρατηγῷ, (pro συνείπετο τῷ) *Chabriae fuit*
C *advocatus.* In eiusdem *Aeliani* L. XII, c. 45, in Arionis hymno, circa finem Φῶτες δόλιοι conveniunt, non Φῶτες δ' ἔλιοι· neque illic Delphines Nereïdum dicti videntur Ἔναλα θρέμματα, sed Ἔναλ' ἀθύρματα· marinas cicadas ἄθυρμα Περσέως dicebant Seriphii secundum *Aelian.* XIII, c. 26. cui ἄθυρμα hoc sensu frequentatum monuit *Ti. H.* ad *Thomam M.* in Ἄθυρμα κρεῖττον ἢ παίγνιον. De Diis loquentes adhibent in eumdem paene sensum ἀνάθημα, *Pausanias* VII, p. 579. f. Ἐν Φαραῖς δὲ καὶ ὕδωρ ἱερόν ἐστι τοῦ Ἑρμοῦ. Ἅμα μὲν τῇ πηγῇ τὸ ὄνομα· τοὺς δὲ ἰχθῦς οὐχ αἱροῦσιν ἐξ αὐτῆς, ἀνάθημα εἶναι τοῦ θεοῦ νομίζοντες. *Hama* fonti nomen esse non potuit. Probabiliter nomine repetito videbor correxisse: τοῦ Ἑρμοῦ. Ἑρμοῦ νᾶμα μὲν τῇ πηγῇ τὸ ὄνομα. *fons* vel *scaturigo Mercurii.* L. VIII, *Pausaniae* p. 660. m. πηγὴ memoratur Ὀλυμπιὰς καλουμένη, τὸν ἕτερον τῶν ἐνιαυτῶν οὐκ ἀποῤῥέουσα. Ut sua nomini ratio constet, scribendum

dum arbitror τὸν έ τῶν ἐνιαυτῶν, *anno quoque quinto.* Nisi fallor, γὰρ in A
τρίτος, δεύτερος in δὲ transiit apud *Diodor. Siculum* L. III, p. 187, 76, καὶ ὁ τρίτος δὲ Πτολεμαῖος· legendumque, καὶ γὰρ ὁ δεύτερος Πτολεμαῖος, ex p. 202, 49, et aliunde.

Quorumvis errorum exempla unus etiam *Pausanias* facile praebuerit; illius quoque quem hoc capite coeperam tractandum. P. 221 recte *Kühnius* voces εἶναι καὶ mutavit in εἵνεκα, sic enim more *Pausaniae* scribendum, non ἕνεκα. Ex eodem more corrigendum I, p. 93, ὁπόσων θέας εἴργονται *quorumcunque visu arcentur;* ubi vulgatur ὅπως ὤν. Apud illum nomina propria permulta vitiose scribuntur, quae vel vere correcta hinc tamen aliena viderentur.

Aristidae potius restituam Ἠπιόνης nomen matris Asclepiadarum Asclepiadas laudanti T. I, p. 82, (ed. *Jebb.* p. 46, 3.) velut felices etiam B
ob sorores; οἷς Ἰασώ τε καὶ Πανάκεια καὶ Αἴγλη σύνεστι καὶ Ὑγίεια, ἡ πάντων ἀντίῤῥοπος ἠπίων· ἧς δὴ παῖδες ἐπώνυμοι· *Canter. et Hygiaea, quae omnibus par est medicis, et liberis nomen dat:* in his quid verum esset latuit et eximium *Jo. Matth. Gesnerum,* in Comment. Societ. Scient. Gotting. T. II, p. 289. Literae, in duas voces, ἠπίων· ἧς, male distractae, coalescant in unum maternum nomen Ἠπιόνης· et scribatur in posterum Ἠπιόνης δὴ παῖδες ἐπώνυμοι· dicanturque Machaonis et Podalirii sorores *a leni matris nomine* Ἠπιόνης *suum certe* singulae *trahentes*, Ἰασώ, Πανάκεια, Αἴγλη et Ὑγίεια, *Hygia*, sive *salus omnibus rebus aequiparanda.* De nomine suo *mitis* Ἠπιόνη, suam artem, qua facile prodesse noverat vulneratis, ἐπὶ τ' ἤπια φάρμακα θεῖναι, docuerat ipsa Praxagoram medicum secundum epigramma *Crinagorae* Anthol. IV, c. 7, XI, *quaenam vulneribus imponenda sint*

Φάρμακα, πρηείης οἷσθα παρ' Ἠπιόνης. C

Idem *Crinagoras* in Antholog. *MS.* puellae vovet utero laboranti partus dolores

Ὠδῖνας ——— ——— ἐλθεῖν
Πρηείας, μαλακαῖς χερσὶ σὺν Ἠπιόνης.

totum dabit epigramma Vannus Critica p. 191. Quae filias peperit Aesculapio tam salutiferas filiosque suis et posterorum humanissimis virtutibus adeo claros, matrem miror Ἠπιόνην in transcursu tantum memoratam *Thomae Reinesio*, et *Jo. Henr. Meibomio* in Iusiur. *Hippocr.* c. V, §. 15. c. VI, §. 3. laudatis *Hemsterhusio* de filiabus agenti ad *Schol.* in *Ari-*

A *Aristoph.* Plut. p. 214. 232. et seqq. Illam Epidaurii quidem ut Dei sui maritam venerabantur: τέμενος erat Epidauriis Ἀσκληπιοῦ, καὶ ἀγάλματα ὁ θεὸς αὐτὸς, καὶ Ἠπιόνη· γυναῖκα δὲ εἶναι τὴν Ἠπιόνην Ἀσκληπιοῦ φασὶ, verba sunt *Pausaniae* ii, p. 177, qui inter aliarum Dearum signa ἄγαλμα Ἠπιόνης in Aesculapii luco se testatur invenisse p. 174. Ubi matrem nominat, filiae nomen intercepit ignotus omnibus Grammaticus apud *Etymolog.* p. 434, 18, Ἤπιος· οὕτω πρότερον ἐκαλεῖτο ὁ Ἀσκληπιὸς — ᾧ καὶ γυναῖκα παραδίδωσιν Ἠπιόνην, ἐξ ἧς αὐτῷ γενέσθαι Ἰάσονα, Πανάκειαν· Δεκτίων ἐν ὑπομνήματι Λυκόφρονος. Olim filias hic memoratas suspicor Ἰασὼ, [Ὑγείαν,] Πανάκειαν, Ἀκεσὼ, huius autem nomen in Δεκτίων fuisse depravatum: primum, praeter ceteras, Ἀκεσὼ memorat inter filias *Suidas* in Ἠπιόνη. deinde commentarius in *Lycophrona*, ubicunque laudatur in *Etymologico M.* absque Auctoris nomine, legitur ut hic aliquoties ἐν ὑπομνήματι Λυκόφρονος· tan-
B dem velut huius interpres, nusquam ignotissimus Δεκτίων, sed *Theon* memoratur alibi. Apud *Etymologum* in v. Εἰνάνυχες *Tarrhaeus* citari videtur *Sylburgio* et *Fabricio:* recte Codex *MS.* Leid. εἰ δέ τινα ταράσσει το ἐπιφέρεσθαι etc. *Scholiastes* autem *Lycophronis*, qui cognominem marito coniugem dabat Ἠπιόνην, ista notabat ad Ἠπίου γόνον in Alexandra v. 1054. Ex istis *Scholiis* antiquioribus in suum *Etymologicon* multa retulisse videtur *Orus:* vid. nostrum *Etymolog.* p. 191, 47. 298, 30. hinc levis error natus est Clar. *J. A. Fabricii* B. G. iii, c. 16, §. 8. Magna parens ipsius etiam *Hippocratis*, Ἠπιόνη, me, fateor, hic nimis diu detinuit. Observationem istam verbosam, dum chartae quid superest his capiendis destinatum, redimam aliquot correctionibus eiusdem plerisque generis in Scriptoribus primi ordinis.

In *Thucydidis* L. vi, c. 83, p. 430, 87, verba καὶ οὐκ ἄλλῳ ἑπόμεθα, sensus vacua, atque idcirco saepe vexata, ex Codd. Graeviano et Basileënsi literis aliter divisis hac ratione sunt emendanda: καὶ οὐ καλλιε-
C τούμεθα, ὡς ἢ τὸν βάρβαρον μόνοι καθελόντες εἰκότως ἄρχομεν, *neque ornata nos oratione iactamus, quod merito tenemus principatum qui soli barbarum profligavimus*, etc. Rarius illud Καλλιεπεῖσθαι usurpatur a *Platone*, cuius in Apologia Socrates p. 17. B. se negat adhibiturum κεκαλλιεπημένους λόγους ῥήμασί τε καὶ ὀνόμασιν. *Scriptor* Hipparchi, *Platonis* studiosissimus, T. ii, p. 225. C. τῶν σοφῶν ῥημάτων meminit, ὧν οἱ δεξιοὶ περὶ τὰς δίκας καλλιεποῦνται. *Agathon* ὁ καλλιεπὴς est in *Aristoph.* Θεσμ. v. 52.

Partem veri viderunt *H. Steph.* et *Leunclavius* in his *Xenophontis* Ἑλλην. iii, p. 289, 2, quibus monstrare nititur Agesilaus, Leotychidem (ex Alcibiade conceptum) non esse fratris sui Agidis filium: ἀλλ' ὁπότε δ' ἂν ὡς μάλα σοι ψευδομένῳ κατεμήνυσεν, ἐκ τοῦ θαλάμου ἐξελάσας σεισμῷ ἐς

τὸ Φανερὸν τὸν σὸν πατέρα. comparantes locum *Plutarchi* in Agesilao p.
597. D. ἀλλ' ὁ Ποσειδῶν (vid. et Alcibiades *Plutarch.* p. 203, E.) cor-
rigendum statuerunt pro vulgatis literis ἀλλ' ὁπότε δ' ἂν — proxima vi-
ri docti reliquerunt intacta: mihi primum literarum vestigia formam mon-
strarunt nominis Neptuni Doricam, ὁ Ποτειδὰν, — deinde ad hoc te-
nue indicium suspicabar dictum hoc Agesilai formis fuisse Doricis La-
conum expressum a *Xenophonte*; quem id ipsum aliquoties in historia
sua Graeca fecisse recordabar. Laconica talia reperientur apud *Xeno-
phontem*, Ἑλλ. I, p. 252, 33, 34. IV, p. 306, 19. Ναὶ τὼ σιὼ etc.
conf. K. 'A. VI, p. 230, 9. alibi formas in *Xenophonte* Laconicas scioli
videntur obliterasse, ut in Agesilai quoque verbis plerasque: illa hac
mihi ratione scripta *Xenophonti*, atque adeo restituenda videntur: ἀλλ ὁ
Ποτειδὰν ὡς μάλα σεῦ ψευδομένω κατεμάνυσεν. id est, ἀλλ' ὁ Ποσειδῶν
κατὰ σοῦ ὡς μάλα ψευδομένου ἐμήνυσεν· *sed vel in primis te Neptunus
arguit mendacii:* μηνύειν κατὰ τινὸς, et καταμηνύειν τινὸς, *aliquem in-* B
dicio suo deferre, dixit aliquoties, praeter ceteros, *Lysias* p. 114, 7.
p. 115, 2. p. 232, 8. p. 249, 8, δεῖ αὐτὸν ἀποδεῖξαι ὡς οὐ κατε-
μήνυσε τῶν ἀνδρῶν τούτων.

In eiusdem *Xenophontis* Ἑλλην. II, p. 279, 4, qui stabant contra
Thrasybulum equites περιέτυχον δὲ καὶ τῶν ἔξω νέων τισὶν ἐς τοὺς αὐ-
τῶν ἀγροὺς ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια πορευομένοις. Quamvis οἱ ἔξω et οἱ ἔνδον
in *Xenophonte* mihi non ignoti sint, illic tamen omnino corrigendum
censeo, τῶν Αἰξωνέων τισὶν, *incidebant in quosdam Aexonensium*; qui
nempe stabant a partibus Thrasybuli. Horum saepe, aliorum etiam At-
tices pagorum nomina prostant plurima in lapidibus, in Oratoribus anti-
quis, alibi quoque vitiose scripta: exemplo sint duo in *Scholiis* ad
Aristoph. Ran. v. 504. ubi traditur *de Deo* dicendum, τὸν ἐν Μελίτῃ·
de homine [τὸν] ἐκ Μελίτης. adduntur ista, ἐξ Ἰοῦς, ἐκ Κολωνῶν. Ex C
Colono qui censebantur ἐκ Κολωνοῦ dici solebant, et Κολωνῆθεν· scripse-
rat, ni fallor, *Schol.* ἐξ Οἴου· ἐκ Κηδῶν. ne nunc alia proferam, ista
duo sic in eamdem rem adhibentur *Stephano Byzant.* in v. Ἀβρότονον,
ubi *Berkelius* non est audiendus: vid. *Suidas* in Ἐν Κλάρῳ. Apud *Eu-
napium* in Maximo p. 93, 11, velut, ignoti tamen verbi, participium
legitur ἐκθεσπιῶν· sed ὁ ἐκ Θεσπιῶν, *Thespiensis*, significatur.

Ut alia multa, haec certe mendosa sunt in *Antiphontis* Orat. de caede
Herod. p. 140, 38, ἀφαῖς τῶν· scribamus Χρηστῶν δέ τοι ἐστὶν ἀνδρὸς περὶ
θανάτου Φεύγοντος τὰ ψευδῆ καταμαρτυρῆσαι, ut et χρηστοὺς dixisse
censeatur per ironiam. Quibus hoc minus placebit his tamen aliam cor-
rectionem in *Antiphonte* me sperem adprobaturum: Orat. περὶ τοῦ χο-

ρευ

A ῥευτοῦ p. 141, 32, leguntur ista: *εἴργεσθαι πόλεως, ἱερῶν, θυσιῶν, ἀγώνων, ἅπερ μέγιστα καὶ παλαιότατα τοῖς ἀνθρώποις.* Latine quidem diceremus, rebus istis nihil hominibus sanctius aut *antiquius* haberi, sive earumdem curam hominibus *antiquissimam* esse: sed istius aetatis Graecis hoc sensu non arbitror usitatum *παλαιότατα*, sed *τιμιώτατα*, quod, iisdem paene ductibus literarum constans, non dubitanter *Antiphonti* restituerem: *τὰ τιμιώτατα* talia dixere *Demosth.* p. 176. med. *Dionys. Halic.* T. II, p. 171, 34. p. 311, 35. *μέγιστα καὶ σπουδαιότατα* dixit *Lycurgus* c. Leoc. p. 166, 32. Sed *Lycurgus* in eadem Oratione nobis aptius in rem nostram praebebit exemplum, ista *Tyrtaei* p. 163, 14,

νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν,
Ὄφρ' ἄρα τῆς ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ,
Ἀνδράσιν ἐν θνητοῖσιν ἰδεῖν.

B Scripserat utique Tyrtaeus:

Ὄφρ' ἐρατῆς ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ,

quae praecedunt non meminerat Clar. *Taylor* sumsisse *Tyrtaeum* ex *Homeri* Il. x, 71—76. ubi et ista leguntur, *νέῳ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν* etc. *ἐρατῆς ἥβης* sive *νεότητος* alii fecere mentionem, nemo forte frequentius *Simonide* in epigrammatis Antholog. III, c. V, 54. c. XXIII, ep. 17. c. XXXII, ep. 5, — *ἐρατῆς ἥβης πρὶν τέλος ἄκρον ἰδεῖν.* *Simonides* ap. *Stob.* p. 531, 2, *Θνητῶν δ' ὄφρα τὶς ἄνθος ἔχῃ πολυήρατον ἥβης* etc. sic *Theognis* v. 1001, v. 1127, *Solon* etc.

Licet aliunde nobis ignotum, *Ἀμίαντον τὸν ἐξ Αἰγίνης* *Andocides* de-
C disse videbitur p. 9, 25. non *Ἀμίαν τοῦτον ἐξ Αἰγ.* In his sequentis pag. 10, 6, *τὴν δὲ κατηγορίαν ποιεῖται κατὰ ψήφισμα πρότερον γενόμενον, ὃ εἶπεν εἷς ὅτι μηδ' ἴσον*, latere nomen *Ἰσοτιμίδης* G. *Canterus* (N. L. VIII, c. X,) et ego feliciter deteximus, ambo memores *ψηφίσματος τοῦ Ἰσοτιμίδου*, (atque adeo *ὃ εἶπεν Ἰσοτιμίδης*) memorati supra p. 2, 10. — Aegre fero, pessimum nebulonem Agyrrhium ob aliquot literas male distractas inter Archontes relatum a *Meursio* de Archont. Athen. IV, c. XX. His solis nititur *Meursius* verbis, vulgatis in eadem de Myst. Orat. *Andocidis* p. 17, 22. *Ἀργύριος γὰρ* (*Ἀγύῤῥιος γὰρ*) *οὑτοσὶ, ὁ καλὸς κἀγαθὸς αρχων, εἷς ἐγένετο τῆς πεντηκοστῆς*· voces *ἄρχων, εἷς* coëant in unam, *ἀρχώνης ἐγένετο τῆς πεντηκοστῆς τρίτον ἔτος*· *tertium iam annum eorum qui quinquagesimam redemere fuit princeps.* *Etymologus* p. 151, 19, *Ἀρχώνης, ὁ αρχων ὠνῆς ἥστινος οὖν*· atque ita etiam Lex. Rhetor. *MS.* Agyrrhius tri-

 gin-

ginta talentis redemerat quinquagesimam mercium, quae portum Athenarum inveherentur: de hoc vectigali quae permulta dici possent, praeter notata *Meursio* Att. Lect. v, c. 21, *Valesio* ad *Harp.* et de vectigalium redemtoribus, huius illa non sunt loci; ubi verba quaedam emendassem *Isaei* Orat. II, p. 46, 8, nisi, pro ἔστι αὐτὰς γυναικας, legendum ἐ τιᾶν τα γυναῖκας, iam monuisset *G. Canterus* N. L. VIII. c. 14, qui tamen huic contrarium vitium in seq. pag. *Isaei* 47, 9. non animadvertit: ista vulgantur: τί. γαρ ουκ ἀπεκείρατο ἐπειδὴ τὼ δύω ταλάντω ἐξάκις ἠλθετον. absurdissima de his Latina prostant in Ed. Hanov. p. 409. ἐξάκις commutetur in ἐξ Ἄκης. Ptolemaide, tum *Ace* dicta, mortuus fuerat mercator Nicostratus; illinc Athenas venere duo talenta: vid. *Harpocrat.* in Ἄκη· *H. Vales.* p. 211. *Demosth.* p. 681, 29, et *H. Relandi* Palaestina p. 537. — De hoc quoque genere plura supersunt; sed iam nunc vereor ne quis mihi dictum obiiciat *Corinnae*,

τᾷ χειρὶ σπείρειν, μήδ' ὅλῳ τῷ θυλάκῳ.

F I N I S.

I.

I. INDEX CAPITUM DIATRIBES.

II. INDEX

SCRIPTORUM VETERUM,

quorum in hac Diatribe loca vel emendantur vel tentantur.

ETY-

III. INDEX

RERUM ET VERBORUM,

quae in hac Diatribe tractantur.

A.

Aὐ-

B.

C. K.

D.

D. Δ.

E.

EI-

Ἦτα.

Ἠπιό-

His-

I.

L. Λ.

R. P.

S. Σ.

Se-

T.

V.

X. Ξ.

U. Υ.

Z.

Φ.

Φ.

X.

F I N I S.

T Y-

TYPOGRAPHUS LECTORI

S.

Quamquam haud facile reperietur, qui vanitatis nos arguere possit, si dixerimus summâ in speciminibus chalcographicis corrigendis diligentiâ, quantum fieri potuit, cautum esse, ut ne altera haec operis vere classici editio priori integritatis laude cederet; nihilo tamen secius accidit, ut, pro libri magnitudine, pauca quaedam operarum vitia relinquerentur, quorum veniam ab aequo Lectore et exspectamus et rogamus, quorumque seriem hic subjiciendam duximus. Sunt igitur

E M E N D A N D A

I N T E X T U.

Pag.	11,	vs.	*ult.*	λίπο χ.	*lege*	λίπε χ.
—	26,	—	6.	῞Ω	—	Ὦ
—	30,	—	*ult.*	πᾶμ'	—	πῶμ'
—	34,	—	1.	ὀδυνᾶ	—	ὀδυνᾷ
—	38,	—	11.	σιγᾶς	—	σιγᾷς
—	40,	—	5.	σιγᾶν	—	σιγᾷν
—	—	—	10.	τι	—	τι.
—	52,	—	12.	αὐτοῦς	—	αὐτοὺς
—	—	—	4. a. f.	῞Οσοι	—	Ὅσοι
—	54,	—	11.	ὁρᾶν	—	ὁρᾷν
—	58,	—	4. a. f.	ἅπο	—	ἄπο
—	60,	—	*ult.*	Οἰόν	—	Οἷόν
—	62,	—	*ult.*	Κλειδοὖχον	—	Κλειδοῦχον
—	72,	—	7. a. f.	πίεζει	—	πιέζει
—	80,	—	7. a. f.	τᾳμὰ	—	τἀμὰ
—	100,	—	14.	Σπουδῆ τὸ	—	Σπουδῇ· τὸ
—	108,	—	2. a f.	κωλίγου	—	κᾠλίγου
—	126,	—	13.	Θἰκεῖος	—	Οἰκεῖος
—	131,	—	*ult.*	δείματων	—	δειμάτων
—	132,	—	5.	Φέρουσιν;	—	Φέρουσιν,
—	153,	—	*ult.*	Μικρὰν	—	Μικρὰν

Pag.

EMENDANDA.

IN ANNOTATIONE.

Pag. 159,	col. 2.	vs. 16.	ἴφη	lege	ἔφη
— 183,	— 2.	— 14. a. f.	ἄλλό	—	ἄλλο
— 184,	— 2.	— 4. a. f.	ἐπίκρατον	—	ἐπίκρανον
— 228,	— 2.	— 5. a. f.	placui	—	placuit.
—	—	— 8.	*proprior*	—	*propior*
— 246,	— 2.	— 19.	ματα	—	μετα
— 250,	— 2.	— 16.	ἔφῃ	—	ἔφη
— 256,	— 2.	— 12.	*aëre*	—	*aëra*
— 293,	— 2.	— 13.	*Crepitu*	—	*Cripitu*
— 300,	— 2.	— 20.	Aegyptius	—	Aegyptius.

IN DIATRIBE.

Pag. 6,	vs. 13.	τῶ	lege	τῶν
— 34,	— 4. a. f.	isto	—	in isto
— 48,	— 4.	ἐθλὸν	—	ἐσθλὸν
— 62,	— 1.	attendens. *Jo.*	—	attendens, *Jo.*
— 71,	— 14.	Τὰ	—	Τὰ
— 96,	— 4. a. f.	*Aschyli*	—	*Aeschyli*
— 122,	— *ult.*	σ εἰδέναι	—	σ' εἰδέναι
— 132,	— 11.	Chrvses	—	Chryses
— 170,	— 8.	ἀρχάνια	—	ἀράχνια
— 177,	— 10. a. f.	ἦρ'	—	ἦρ'
— 178,	— 7. a. f.	caret	—	caperet
— 184,	— 21.	οὐφρόνην	—	εὐφρόνην
— 234,	— 16.	οἳ	—	οἱ
— 242,	— *ult.*	γλυκεῖ	—	γλυκεῖ'
— 245,	— *ult.*	ἀπολέσασ' ἦν	—	ἀπολέσασ'· ἦν
— 255,	— *ult.*	Ἡ	—	Ἡν
— 262,	— 16.	*in Homero*	—	*in Homerum*
— 285,	— *penult.*	jecta	—	abjecta.